BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIV
H
20
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

HIERONYMI
CARDANI
MEDIOLANENSIS
PHILOSOPHI AC MEDICI
CELEBERRIMI

OPERVM

TOMVS DECIMVS;

QVO CONTINENTVR

OPVSCVLA MISCELLANEA

Ex Fragmentis & Paralipomenis.

CONTENTORVM HVIVS TOMI SERIEM
Index Titulorum exhibet.

NVNC PRIMVM EX AVTHORIS MANVSCRIPTIS PRODEVNT.



LVGDVNI,
Sumptibus IOANNIS ANTONII HVGVETAN,
& MARCI ANTONII RAVAVD.

M. DC. LXIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Google

Digitized by Google

INDEX

Librorum, Tractatuum, & Capitum Tomi Decimi.

I.

De Arcano Æternitatis.

Cap. I. Quænam ſupponere oporteat. fol. 1
2. Quæ ſint genera & quot eorum quæ ſciuntur & cognoſcuntur. 2
3. De modis quibus homines cognoſcunt abdita & de afflatus generibus. 3
4. Initium diſputationis aduerſus Philoſophos. ibid.
5. Deum eſſe Infinitum & Trinum. 5
6. Species rerum quæ & quot & de mundi ordine. 6
7. De mundi & hominis ſimilitudine & æqua partium mundi diſtributione. 11
8. In rebus humanis eſſe circuitus vt etiam in naturalibus. 13
9. De ſeptem calamitatibus humani generis. 14
10. De miſeria vitæ humanæ eiuſdemque breuitatis vtilitate. 16
11. Leges & Regna, ciuitates & familias certos fines habere demonſtratur hiſtoriâ, ratione naturali & Mathematicâ. 17
12. De cauſis deſtruentibus regna & imperia. 26
13. Quòd mutatio ſedis imperij orbis deſtruit imperium. 27
14. Quæ ſint neceſſaria ad obtinendum imperium vniuerſi. 28
15. Indiam Orientalem à Luſitanis, Occidentalem ab Hiſpanis defecturam. 30
16. De cauſis repugnantibus in conſtitutione cuiuſcumque ſtatus Reipublicæ. 31
17. De ſeruis. ibid.
18. Leges ciuiles breuiter explicatæ. 32
19. Exemplum generale de ciuitate Mediolanenſi. 38
20. De prodigiis, ſomniis, diuinationibus, & demum de notitia diuina. 40
21. De ſera ac certa Dei in ſceleratos vltione. 43

II.

Politices ſeu moralium.

Cap. I. De hominis natura & cæterorum animalium & neceſſitate huius doctrinæ & difficultate & quod nemo eam ſufficienter tradidit 50
2. De principalibus difficultatibus bene conſtituendi rempublicam. ibid.
3. De difficultatibus conſtituendæ reipublicæ per ſingula genera. 51
4. De cauſis erroris antiquorum in hoc & principiis quæ aſſumere oportet. 52
5. De his quæ præſupponere oportet ante omnia. 53
6. Quantum reſpublica aut regnum ſuper eſſe poſſint. 54
7. De origine Politicæ, legum & vndecim earum generibus. 57
8. De Tyrannis & Tyrannicidis. 55
9. De Reipublicæ difficultatibus. 59
10. De Reipublicæ conſeruatione. ibid.
11. De Reipublicæ adminiſtratione. 60
12. De Religione. 65
13. De arte militari. 71

III.

Elementa Græca.

Cap. I. De litteris. 72
2. De ſyllabis. 73
3. De diphtongis. ibid.
4. De ſyllabis imperfectis. 74
5. De ſpiritibus. 75
6. De accentibus & primò Latinis ac Græcis in genere. 76
7. De Encliticis. 77
8. De dictionibus & primò de dialectis. 78
9. De differentia Græci & Latini ſermonis. 79

Index Capitum.

10. *De diuiſione partium orationis.* 81
11. *De articulis.* ibid.
12. *De pronominibus.* ibid.
13. *De nomine.* 82
14. *De varietatibus genitiuorum ſingularium & primò maſculinorum.* ibid.
15. *De linguarum varietate in declinationibus.* 84
16. *De nominibus quæ proprias ſibi vendicant declinationes.* 85
17. *De verbis.* 87
18. *De coniugationibus.* 89

IV.

De Inuentione.

Cap. I. *De inuentione in genere & eius præſtantia.* 90
2. *De ordine atque difficultatibus inuentionis.* 91
3. *De inuentione humana, ſeu ciuilium negotiorum.* 94

V.

De naturalibus viribus. 100

VI.

De Muſica.

Cap. I. *De laude Muſicæ & eius præſtantia.* 105
2. *De principiis & Elementis muſicæ.* ibid.
3. *De tetrachordorum generibus.* 109
4. *De inſtrumentorum muſicorum differentia.* ibid.
5. *De cauſa & materia ſoni in inſtrumentis, & differentia ex materia, ex qua inſtrumenta conſtant.* 110
6. *De inſtrumentorum nobilitate.* ibid.
7. *De his quæ communia ſunt omnibus, quæ propria ſingulis inſtrumentis ſecundi generis & proprietate foraminum.* 111
8. *De modis generalibus pulſandi inſtrumenta ſecundi generis.* 112
9. *De elymis & earum forma atque ſecretis.* 113

VII.

Artis Arithmeticæ Tractatus de integris. 8

Cap. I. *De nobilitate & vtilitate huius artis & notis obſcurioribus.* 117
2. *De Arithmetica definitione, & de his quæ illi ſubiiciuntur & numerorum ſpeciebus, & de illorum notis, & de earum vſu, tum etiam de inuentoribus & authoribus huius artis, ac etiam de operationibus eius.* 118
3. *De numeratione integrorum & primis eorum differentiis.* 119
4. *De ſubtrahendis integris.* 127

VIII.

Expoſitio Anathomiæ mundini. 129. & ſequent.

IX.

Commentarij in libros Hippocratis de victu in acutis. 168. & ſeq.

X.

Commentarij tres in primum Epidemiorum Hippocratis librum. 201. & ſeq.

XI.

Commentarij duo in ſecundum Hippocratis librum. 331. & ſeq.

XII.

Tractatus de epilepſia. 388
& De apoplexia. 417

XIII.

PARALIPOMENA.

Liber I.

De humanis ciuilibus ſucceſſionibus

Cap. I. *Cauſa cur Auguſtus Tyberium alienigenam hæredem imperij reliquerit.* 429
2. Cur

Index Capitum.

2. Cur Tiberius in nepotes adeò ſæuierit, matrémque tanto odio proſecutus ſit? 432
3. Quoſcumque magnos viros perniciem patriæ attuliſſe. 433
4. Qui ſemper infelices. 434
5. Cauſa cur homines adeò nunc ſint improbi, & cur miſera vita. ibid.
6. Cauſa cur Annibal ſeditionem nullam in caſtris paſſus ſit. ibid.
7. Eiuſdem laus ac vituperium. 435
8. Sarracenorum regnum. 436
9. De ſucceſſionibus. 437
10. An peſtis ſit ex neceſſitate conſtitutionis mundi. ibid.
11. De erroribus vnde homines miſeri euadunt, & quæ optima Reſpublica. 439
12. De tribus humanis principiis. 440
13. De litterarum monumentis & libris. 441.
14. De tribus generibus artium & tribus ſpeciebus artium vtiliſſimarum. 442
15. De ſtatu neceſſario & his quæ ſunt. ibid.
16. Quorum gratia non minuitur, tria. 443
17. De reditu omnium. ibid.

LIBER II.

De humana perfectione.

CAP. I. DE homine quod omnium entium naturæ reſpondeat. 444
2. Quòd omnes ſimus redditurí: ſuper verba illa Ariſtotelis veluti etiam vulgò dicitur; circulum eſſe res humanas. ibid.
3. De humana imbecillitate. 445
4. Qualis ſit ſpecies humana. 446
5. Quòd hominum cognitio circulo quodam redit, nec longius progreditur. 447
6. Quòd homo ſeipſum fingit magna ex parte. 448
7. De felicitate humana & fine ſuo ſecundum Ariſtotelem. ibid.
8. De felicitate humana verè & Epicuri dogmate. 449
9. De regno humano. 450
10. Quòd omnis ignorans malus & cur. ibid.
11. De bona fortuna. ibid.
12. De eo quod maximè homini expetendum eſt ex Proxeneta. 451
13. De ſex generibus perfectionis humanæ & quomodo ad duas vel tres redigantur. 451
14. De maximo miraculo humanæ naturæ. 456
15. De ordine actionum humanarum ex fine ſumpto. ibid.
16. Nihil miſerius eſſe vitioſa vita. 457

LIBER III.

Περὶ Θαυμασίων.

CAP. I. DE quodam animali habente manus. 458
2. De plantarum germinatione. ibid.
3. De coronis circa ſolem. ibid.
4. De Ronta piſce. 459
5. De Struthio quodam herbæ genere. ibid.
6. De portento quod mihi apparuit. ibid.
7. De alio portento quod mihi contigit. 462
8. De ſurdo & muto litteras edocto. ibid.
9. De diuinatione melancholicorum. ibid.
10. De duobus miris quæ mihi contigerunt. 463
11. De tertio portento quod mihi contigit. ibid.
12. De prodigio aduerſo naturali. 464
13. De cælo criſpato. ibid.
14. De naturali maximo miraculo. ibid.
15. De oſtio ſponte vt videtur clauſo. 465
16. De vino ſub aqua ſponte aſcendente. ibid.
17. De vrcei aqua frigida bulliente. 466
18. De anſere habente quatuor pedes. ibid.
19. De litatione. 467
20. De diuinatione, iiſque quæ ad eam conſequuntur mirabilibus, ex oraculis. 468
21. Quomodo diuinatio in nobis & miranda alia. 469
22. De vmbra in nubibus. 475
23. De dæmonum nominibus. 476
24. De quadam videndi fallacia. ibid.
25. De ter tribus. ibid.
26. De hordei multiplicatione. ibid.
27. De tonitru prodigio ſimili. ibid.
28. De ſtrepitu nocturno. 477
29. De ignis viribus. ibid.
30. De mortis præſagiis. 478
31. Longæuæ vitæ præſagia. 479
32. Spes fruſtrata aut bona. ibid.

LIBER IV.

De dubiis naturalibus.

CAP. I. DE dentium ortu. 482
2. Diſputatio de calido, frigido, humido, ac ſicco. 483
3. De oleo ſulphuris, cur ſit acerbum, cùm ſit calidiſſimum. ibid.
4. Cur magnes dirigat ferrum aliquando ad Occidentem. ibid.
5. Cur vrcei aquâ pleni circum obducant

 nubem

nubem in æſtate. 484
6. *De vermium generatione.* ibid.
7. *De calore & frigore.* 485
8. *De igne.* ibid.
9. *De furibus deprehendendis.* ibid.
10. *An ab aqualiſ fiat actio.* 486
11. *Cur homo ſedendo non doleat ſecundum lumbos.* ibid.
12. *Cur quædam ſccedant, & quædam non, & qualia?* ibid.

LIBER V.

De rebus factis raris & artificiis.

CAP. I. *Quintiliani liber de Altercationibus.* 487
2. *Domus diruta momento Bononiæ.* ibid.
3. *De inſidiis duorum centurionum Mutinenſium.* ibid.
4. *Fornix Bononiæ ante arcem nullis ſuffulta columnis.* 488
5. *Vitrea ſpherula.* ibid.
6. *De ſiccando pyrium puluerem.* ibid.
7. *De armillarum inſtrumento.* ibid.
8. *De palatio mirabili.* 489
9. *De camino fumi experte.* ibid.
10. *De urtica filo & tenuitate lini.* 490
11. *De muſica & ſymphonia plurium vocum.* ibid.
12. *Inſtrumentum ad expiſcandum è fundo putei.* ibid.
13. *Inſtrumentum ad venerem.* 491
14. *Ars celandi.* ibid.
15. *Commodum litterarum recipiendarum.* ibid.
16. *De ebore ductili.* ibid.
17. *De vino faciendo.* ibid.

LIBER VI.

De humana compoſitione naturalium.

CAP. I. *De ſpiratione.* 492
2. *De muſculo tertio mouente pedem.* ibid.
3. *De cerebri mirabili conſtructione tum quibuſdam ſingularibus.* ibid.
4. *De dentibus ac unguibus.* 493
5. *De hominis compoſitione.* ibid.
6. *De Auris oſſiculis.* 494
7. *De narium ſanguinis profluuio.* 495
8. *De pulſibus.* ibid.

LIBER VII.

De mirabilibus morbis & ſymptomatibus.

CAP. I. *Ad canis rabidi morſum.* 497
2. *De lapide in homine inuento.* 498
3. *De febre Camilli Montagnanæ Mutinenſis, Medici inſignis.* ibid.
4. *De inſania & eius generibus.* 499
5. *De duplici tertiana.* 501
6. *De ſyncopi.* 502
7. *De Enterocele & Epiplocele.* ibid.
8. *De morbo quodam Epidemio.* ibid.
9. *De melancholia.* 503
10. *De vermibus.* ibid.
11. *De vertigine.* 504

LIBER VIII.

De aſtrorum & temporum ratione & diuiſionibus.

CAP. I. *De annorum diuiſione.* 504
2. *De dierum diuiſione.* ibidem.
3. *Miracula ſuppoſitionum.* 505
4. *De vita circuitibus.* ibid.
5. *De loco & circuitu Saturni.* 506
6. *Non ortum, ſed generationem attendendam eſſe.* ibid.
7. *De Eclypſibus.* ibid.
8. *De fortuna hominum & varietate.* 507
9. *De diebus ſolſtitiorum.* ibid.
10. *De numero ſtellarum.* 508
11. *De cubiculo Orientem excipiente.* ibid.

LIBER IX.

De Mathematicis quæſitis.

CAP. I. *Recta cur validiora.* 510
2. *Corpora quatuor rationalia tantum eſſe.* ibid.
3. *Lineas in plano obliquas quatuor tantum eſſe: & quando deducantur.* ibid.
4. *Contra poſita.* 511
5. *Mirabile inſtrumentum.* 512
6. *De proportionibus.* 513
7. *Nomina orbium & differentias motuum & polorum declarare & de ſuppoſitionibus.* 515
8. *De motu ſimplici duorum orbium.* ibidem.
9. *De motu ſtellarum ab Occidente.* 516
10. *De motibus mirabilibus.* ibid.

11. De

11. *De duobus ſemicirculis ſuper eadem linea ſe inuicem ſecantibus.* 518
12. *De paralogiſmo Mathematico circa idem.* 519

LIBER X.

Hiſtoriæ lapidum, metallicorum, & metallorum.

Cap. I. *De lapidum coloribus.* 520
2. *Dubitationes circa naturam & differentias lapidum.* ibid.
3. *De quinque aut ſex generibus principalibus gemmarum.* 530
4. *De gemmis factitiis.* ibid.
5. *De metallis.* 531
6. *De cryſtallo.* 532
7. *De lapide in felle tauri.* ibid.

LIBER XI.

Hiſtoriæ animalium.

Cap. I. *De lacu albo.* 533
2. *De piſcibus quædam præcipua.* ibid.
3. *De Crocodilo.* 534
4. *De mure Alpino.* 535
5. *De vipera.* ibid.
6. *De piſcibus capiendis.* ibid.

LIBER XII.

Hiſtoriæ Plantarum.

Cap. I. *De Hyperico.* 536
2. *De Sacchara.* 537
3. *De cucurbita Indica.* ibid.
4. *De Peto.* ibid.
5. *De Heliobotano ſeu Anthelio.* ibid.
6. *De radicibus mali punici arboris & quibuſdam aliis.* ibid.
7. *De reſinoſis herbis.* 538

LIBER XIII.

De Anima.

Cap. I. *Quid ſuperſint è nobis.* 539
2. *Quid ſit anima & quomodo operetur in nobis.* ibid.
3. *De mente & anima operationibus menti proximioribus.* 540
4. *Indorum opinio & argumenta de Anima.* 542
5. *De cognitorum & virium animæ differentiis.* ibid.
6. *De ſentiendi modis & cauſis differentiarum, & regula Arithmetica coniugationum.* 543

LIBER XIV.

De dubiis ex hiſtoriis.

Cap. I. *De Hierone Hyracuſano tyranno.* 545
2. *De duobus Zenobibus.* ibid.
3. *De Seruio, Terentio & Lucilio.* ibidem.
4. *De miltiadis obitu.* 546
5. *De Romanorum Comitiis.* ibid.
6. *Nomina tribuum, ex Commentariis Pauli Manutij. F. A.* 547
7. *De cauſa generali errorum & contradictionum.* 549
8. *De Seneca vita & Quintiliano.* ibid.

LIBER XV.

De clarorum virorum vitâ & & libris.

Cap. I. *De Ariſtotele.* 550
2. *De Theophraſto.* 552
3. *De Platone.* 555
4. *De Plotinò.* 556
5. *De Cicerone.* 557
6. *De Galeno.* ibid.
7. *Plutarchi Cheronei libri.* 560

LIBER XVI.

De hominum antiquorum illuſtrium iudicio.

Cap. I. *De Cicerone.* 562
2. *De Galeno.* 563
3. *De Theophraſto.* 566
4. *Homeri, Virgilij, Arioſti comparatio.* 567
5. *Trium fratrum.* 570

LIBER XVII.

De vſu hominum & dignotione eorum, tum cura & errore.

Cap. I. *Cognitio conditionis hominum ex natura indiciis tum aliis.*

Index Capitum.

aliis. 571
2. De cauſis errorum noſtrorum. 573
3. Cur eorum qui videntur alij tales ſunt, alij non? 574

LIBER XVIII.

De Sapiente.

Cap. I. De ſapientiæ ſubiectis. 577
2. Differentia inter felicitatis & ſapientiæ partes. 578
3. Determinatio quæſtionum propoſitarum 579
4. Quæſtio derelicta. 580
5. An contemplatiua felicitas perfecta eſſe? Et an præter opinionem aliquid ferat commodi? 581
6. De cauſis incommodorum & contemptus ſenis. 582
7. De Sapientia multiplici & ſpeciebus eius. 584
8. Felicitatem non comparatione metiendam. 585

Digitized by Google

HIERONYMI CARDANI, DE ARCANIS ÆTERNITATIS. TRACTATVS.

CAPVT I.

Quænam ſupponere oporteat.

PRIMVM igitur ſcire oportet an omnia ſcire contingat? vt Peripatetici: an nihil? vt Pyrrhonici: an quædam ſic, quædam non? quemadmodum Academici. Deinde an cognoſcere? qualiſque ſit hæc noſtra cognitio. Quòd igitur primùm nihil contingat ſcire maniſeſtum eſt, quoniam hominum cognitio diuinâ inferior eſt, hi verò ſciunt, non igitur nos ſcimus? Præterea neque vnus, neque plures, neque omnes: vnus quidem quoniam quaſi vnus Deus eſſet, & propter temporis breuitatem; nam qui vnum ſcit, verè plura etiam ſcit, & qui plura, omnia, at omnia ſcire vnum hominem eſt abſurdiſſimum, neque igitur plura, neque vnum. Plures verò aut omnes non poſſunt maiorem habere perfectionem eo, qui inter illos eſt perfectiſſimus nihil igitur ſciri ab hominibus dicendum eſt. Quædam verò ſciri, quædam non, non obſcurum eſt, velut in mathematicis theorematibus ac problematibus, quædam magis ſcimus quibuſdam aliis, cum alia penitus ignoremus, quædam igitur eſt ſcientia, & quædam non. At verò etiam omnia ſciri perſpicuum eſt, cum humanum genus quaſi ſphæra quædam ſit, quâ ſeu per circulos (1) ſpatium reuolutionis ac reſtitutionis diuidatur, vt Platonici affirmant, ſeu (2) tota vno perpetuo curſu concludatur, partibus finiens reuolutiones, vt Peripatetici, conſtat omnia ſcire, cum Sphærarum proprium ſit abſolutas eſſe: atque eò magis quòd perpetuum accipiat incrementum. Itaque conſtat & omnia ſciri ab humano genere, & nihil, & quædam ſic, quædam autem non. Quomodo igitur iſtud contingat, ex ſuppoſitis accipere decet. Nam ſi omnia ſciuntur ab vniuerſo humano geoete, neceſſe eſt, quandoquidem noo totum ſimul eſt, ſed quaſi punctum in æternitate, vel portio exigua in toto circuitu, exiguam partem cognitam eſſe: itaque quædam ſciuntur, quædam autem non. Accedit, quod quæ ſciuntur, aut ſenſu, aut ex principiis aut à ſcriptis aliorum habentur, porrò ſenſus non poteſt tot rebus ſufficere, principia verò innumerabilibus modis miſcentur, ſcripta intereunt ſucceſſione temporum, antequam ſummam perfectionem attingant: non igitur omnia ſciuntur ſed quædam, quia omnia ab humano genere ſciri demooſtranimus, pars igitur à parte. Verùm & nihil ſcimus ſeu ad magnitudinem rerum, ſi ſint infinitæ, aut aliquid vnum principium tale, ſeu ad veram ſcientiam ſermo referatur. Itaque conſtat, quomodo & quæ liceat ſcire & quæ non.

Cognitio verè non omnium eſt; quot enim piſces, lapides, formicæ ſunt, quas nemo cognouit? ſubterfugiunt quam plurima noſtros ſenſus cognitionémque, quæ ex ſenſibus habentur. Nemini enim dubium eſt ea quæ ſubijciuntur ſenſui, quoniam potentiâ vel poteſtate quâdam comprehenduntur, in diuiſione materiæ ad infinitum progredi, vnde hoc totum cognoſci nequit, imò ne minima pars: maior

tamen eſt cognitio quàm ſcientia, quoniam cognitio eſt de multis, ſcientia autem de paucis: cognitio de ſubiectis ſenſibilibus, ſcientia de remotis, aut ex his quæ ex illis. Cognltio verò hæc & in rebus naturalibus & faciendis agendiſque verſatur. Eorundem enim ferme cognitio eſt & ſcientia quædam, aut in diuerſis hominibus aut temporibus. Plurimorum igitur eſt cognitio, cum ad ea quæ ſciuntur, ſermo transfertur, paucorum cum ad ea quæ cognoſci poſſunt, ſimiliter & in perfectione: Etenim ad hominem collata maior eſt cognitio quàm ſcientia. ſimpliciter autem ſcientia quàm cognitio. Quod enim ſcitur, magis notum eſt, quàm quod cognoſcitur, quod tamen cognoſcitur, melius cognoſcitur quàm ſciatur quod ſcitur, quoniam ſcientia in nobis minus perfecta eſt. Opus eſt igitur ſcire, quænam ſit hæc cognitio in nobis, & quot ſint genera eorum quæ ſciuntur, ſed hoc poſterins.

Primùm igitur quædam cognoſcimus vt ſtirpes trahentes quod conueniens eſt, repellentes quod eſt noxium, atque hoc ſolum cognitionis genus, quòd citra noſtram cognitionem fit, nec toti homini communicatur, prætermittetur. Secundum eſt habitus in membris, velut de his qui lyram pulſant citra omnem cogitationem. Eſt præterea cognitio ſenſitiua exterior. Inde quoddam iudicium de his, quæ ſentiuntur, quod ad animam pertinet. Quintum genus eſt eorum quæ imaginantur. Sextum eorum quæ recordamur. Septimum eorum quæ cogitamus & ſapimus. Octauum eorum, quæ omnibus his comprehendimus, quod frequentiſſimum & præſtantiſſimum eſt in humano genere. Vltimum quod ſapimus, atque id quaſi commune cum ſuperis: verùm hæc vltima cognitio tantò deficit à perfectiſſima, quantò præcedens in hominibus eſt abſolutiſſima. Videtur autem pollere in Regibus, & his qui Regibus conſulunt, hæc autem in his, quos vocamus ſapientes. Sunt autem quaſi ſimiles, & ob id familiaritas & admiratio inter vtrumque genus intercedit: non tamen ſunt affines, ſed vt exuperant in alterutro genere, ita in reliquis deficiunt. Atque hi ſunt apices humanæ cognitionis.

CAPVT II.

Quæ ſint genera & quot eorum quæ ſciuntur & cognoſcuntur.

EOrum quæ cognoſcimus octo ſunt genera: quædam enim tanquam ſint aut fuerint, quæ tamen neque ſunt, aut fuerunt, neque forſan eſſe poſſunt: ſed cognitio hæc non rei quæ nulla prorſus eſt, aut fuit, aut futura eſt, ſed fabulæ ac narrationi aſſimilatur: velut ſunt ea quæ à Poëtis recitantur tam Græcis quàm Latinis, atque etiam multò magis Italicis. Quædam non ſunt, fuêre tamen aut futura ſunt, velut in hiſtoriis ac conſilio decreta aut narrata, in quibus difficultas exoritur, an hæc à prioribus deuenerant? tam parùm firmitatis eſt in hominum ſtudiis. Quædam ſunt, ſed non ita ſunt, vt permanſura videantur, veluti cognitio hominum & canum præſentium, quæ cum rebus ipſis intermoritur, aut in aliud genus mutatur. Quædam verò ſunt & obnoxia interitui, at intellectus ea ſeparat, vt opus ſuum eſſe videantur, velut mathematica, numeri, menſuræque ac talia: intereunt enim ſubjecta, ſed intellectus dum ea à ſubiectis ſeparat, immortalia reddit. Nec eſt vlla operatio intellectui magis propria quàm hæc. Poſt ſunt dubia & obſcura, & ſi quid his ſimile eſt, quorum nondum perfecta cognitio eſt, & an ſint. Cum enim in medio quaſi ſint, dubium eſt maximè de mediis an ſint, de aliis autem ſcilicet extremis quid ſint. Extrema enim eſſe facilè eſt demonſtrare, non media: quoniam ea plura eſſe poſſunt & pauciora. At quid ſint facilius eſt dijudicare in mediis quàm in extremis. Sexto loco habentur naturalia, quæ mutantur, & perpetua quaſi ſunt in toto ac ſubſtantia ſua, vnde horum cauſam Platonici Ideas commenti ſunt. Atque hæc hucuſque eſt quaſi perfectio humanæ ſcientiæ: ita dicimus adamantem maximè ſplendere, & canem eſſe docilem, & bouem terreæ naturæ; nam cum æterna hæc ſint, & ſubſtantiæ veræ ſcientiam faciant, amplam verò de ſe præbent cognitionem propter conjunctionem quam habent cum ſenſibus. Poſt ſunt ſubſtantiæ magis immutabiles ac ſynceræ, quæ tamen corporea ſunt, quæ quantò magis ſciri poſſunt, eò minus ſciuntur. Vltimò quæ ſubſtantiâ carent corporeâ, vt mentes, & quod mente omni melius eſt atque nobilius, de quo plura cognoſcimus; quoniam in extremo bonorum non ſolùm propter ſe, ſed & propter alios poſitus eſt: atque hæc ita ſe habent. Cæterùm illud dubitatione dignum occurrit, ſcilicet an cognitio, in qua multæ diuerſæque opiniones verſantur, cognitio aliqua ſit? nam de ſcientia quòd non ſit, haud dubium eſt: videntur enim pleraque eſſe nunc quæ à Peripateticis dicuntur, vocantúrque contentiones, veluti an cœlum habeat materiam, an elementum mouetur à ſuâ forma, an elementa ſint in mixto completa, an imminuta, an ſolæ qualitates. Et generaliter omnia placita illorum, niſi pauca admodum, in quibus dum omnes conſentiunt, omnes errant: velut de numero elementorum & eorum natura. Videtur enim mihi quòd hæc cognitio nulla prorſus ſit: nam omnis cognitio vera eſſe debet, vera ſiquidem eſt, cum vel rebus ipſis congruit, vel narrationi de eis velut in fabuloſis ac fictis dictum eſt. Conſtat igitur, cum tales opiniones neutri congruant, non eſſe cognitiones, niſi vt referuntur, veluti quod fatum non eſſe eſt Alexandri opinio, non autem ſimpliciter cognitio vlla.

CAPVT III.

De modis quibus homines cognoſcant abdita & de Afflatus generibus.

NVper diximus quot modis cognoſcamus, nunc verò dicendum eſt de modis quibus in cognitionem eorum quæ abdita ſunt, poſſumus deuenire; poſterius verò ſeorſúmque futurorum. Cum igitur firma omnis cognitio noſtra triplex ſit, aut à principiis animæ ab initio inditis, aut à ſenſibus atque ratione, quæ nos longius abducit, aut afflatu, cum manifeſtè cognoſcimus nos admoneri diuinitus. Afflatum per ſomnum non ſuſceperim ad decernenda ea quæ perpetua ſunt; tametſi enim vera dicerentur, pro tanto teſtimonio non ſufficerent. Sunt autem afflatus veri genera quatuor: aut enim nihil videntes aut audientes, de rebus magnis verè pronunciamus vt Dauid, qui multa & maxima arcana pſalendo reuelauit, aut videndo aliquid, vt Hieremias, cum ollam ſuccenſam ex Aquilone vidit, intellexitque Hieroſolymam à Babyloniis conteman-dam, aut cum vox ipſa auditur intelligitúrque nihil tamen videtur, vt cum ex igne vocem audiuit populus Iudæorum, & Moſes ex tabo. Deut. 4. Aut cum vtrumque contingit veluti Petro in caſa Cornelij centurionis. Quibus verò in caſibus ſint recipienda ſuo loco dicetur. At verò quæ ex ſenſibus cognitio habetur, à ſenſibilium cognitione ſuſcipit incrementum, propterea temporum ſucceſſionibus augetur. Eſt & tertium genus, quod à principiorum notitia pendet, hoc autem maximè in Mathematicis vtimur: quod verò maximè congruit, eſt mixtum genus ex ſecundo tertioque modo: cum profundiſſimis certiſque rationibus in naturæ penitiora principia tanquam cauſas venimus, atque ex his ſucceſſus & varietates rerum effectuúmque coniectamur; adeò firmiter, vt quæ ab his cognita fuerint, parùm abſint à certiſſimis atque verè demonſtratis, hancque notitiam euentus rerum ipſarum conſequatur. Fit autem maximè hæc cognitio ex diuiſione comparatione ac ſeparatione, vt eas eſſe cauſas rerum arbitremur communes, quæ omnibus conueniunt: propriorum autem proprias, vt contrariorum contrarias ſimilium ſimiles. Sunt igitur modi quatuor principales: aut enim in reliquo reliquum eſt, quo pacto naturam multorum animalium venamur, duo ſupponentes, alterum vt quæ fieri poſſunt ac iungi, ab aliis ſeparemus, reliquum vt naturam ſaltem temporum ſucceſſione omnem numerum abſoluere credamus. Secundum modum in communi ratione collocabimus communium, propriorum autem in propriis. Tertium vt à ſimilibus ad ſimilia tranſeamus, idque ſi ſenſim fiat, tutò fiet. Quartum vt à contrariis in contraria: neque magnum videtur periculum, niſi quis in hiſtoria fallatur aut iudicio: Sic enim ſolemus eam vim appellare, quæ in nobis ex omnibus animi ac mentis viribus conſtat, hic autem peculiariter aliquâ forſan maiore virtute opus erit. Quæ igitur per reuelationem probabuntur, ita erunt, vt à veridicis nec gloriæ captandæ ſtudioſis referantur; ipſi verò viderint aut audierint, non vidiſſe aut audiuiſſe videantur: nam aliud eſt videri ſibi hoc, aliud exiſtimare ſe videre, nam hoc genus cognitionis cum nulla firmitate coniunctum eſt. Præterea, vt multa ex his quæ dixerint, ſucceſſus comprobet, nihil verò falſi reperiatur in illis. Sola enim macula vel exigua arguit diuinum non eſſe quod profertur.

CAPVT IV.

Initium diſputationis aduerſus Philoſophos.

SI quis ergo à me quærat, quæ cauſa ſit huius diſſenſionis, vnam dicemus eſſe ſcilicet partium ambitionem. Ariſtoteles vir ſuâ ætate, doctiſſimus, & præclari ingenij atque iudicij; ſed longè ambitioſior, hominis conditionem vltra quam par eſſet, extulit, adeò vt nos quoque Deo ſimiles efficeret. Hunc ſecutus Auerroës in hæc verba prorupit: Niſi eſſet humanus intellectus, fruſtra eſſent mentes illæ cæleſtes: o abſurdam & ambitioſiſſimam vocem Philoſophóque indignam! nam ſi fruſtra intelligit futuras illas mentes, quia violaretur ordo vniuerſi, diuina ſapientia manca & imperfecta foret, veriſſima hæc eſt ſententia, ſed à propoſito aliena, quandoquidem, etiamſi ſcarabæorum genus deficeret aut murium, non eſſet munus diuinæ ſapientiæ perfectum. Hoc enim Dei proprium eſt atque illi vnum, omnia optimè eſſe conſtituta, nec quicquam deeſſe. Quod ſi peculiari ratione hoc intelligatur de hominibus, non ſecus eſt ac ſi dicat, cœlum fruſtra eſſe, ſi crabrones aut illis viliores muſcioli deficiant. Cauſa igitur tantæ temeritatis eſt ambitio: at nos qui tenuitatem conditionis noſtrámque ignorantiam agnoſcimus, in hos errores non incidimus: forſan id Petri conueniet ſic exiſtimantibus. Deus humilibus dat gratiam & ſuperbis reſiſtit: & id B. Maximi; Via ad cognitionem perducens, eſt affectuum priuatio & humilitas, ſine quibus nemo Deum videbit; Et illud Marci Eremitæ, Os humilia ſentientis loquitur veritatem. Quid (quod & aliàs dicemus) nonne ob hoc Sapientiſſimus Socrates æſtimatus eſt, quod ſolus ſciret ſe nihil ſcire? Sed perſuaſionibus omiſſis veniamus ad demonſtrationes. Quid ſciemus aliud qui noſmet ignoramus? neque enim quicquam propius aut

certius vel magis intimum nobis, quàm animus noſter, & noſtra eſſentia, quæ tamen nobis prorſus ſunt incognita. Cuias enim hæc mens noſtra eſt? Quid eſt? Quomodo corpori affixa? cur modò florens, modò ſtupida? Quodnam in nobis principium? ſi omnia noſtra nobis occulta ſunt, aliena quomodo erunt notiora? An forſan quod dici ſolet, aliena proſpiciens ſua ignorat. Vnum ſcimus in mundo nos eſſe & nunc, quomodo & cur, quis vnquam auſus eſt dicere? Fuit egregius vir Ariſtoteles, ſed cum in manifeſtis & faciliotibus deceptus ſit, quam fidem aduerſus fidem de obſcurioribus faciet? Illud verò eos manifeſtè confutat, quòd hoc vnum genus ſciendi noſtrum eſſe credunt, cum multi ſint alij longè nobiliores, quorum nos omninò ſumus ignari: neque enim dæmonum aut cœleſtium intellectuum ſcientiæ participes eſſe poſſumus. Et quod multò maius eſt & incredibile, verumtamen, ſi nos ſuperi aut dæmones docere conarentur non plus poſſent quàm homo canem tractare, Rempubl: aut Dialecticam. Vnuſquiſque tamen ſibi ſuopte ingenio perfectus videtur, cùm tamen imperitiſſimus ſit; nec ſolo vno ordine ſed tribus ſaltem, dæmonum, mentis cœleſtis & Supremæ. Id autem manifeſtè ex hoc patet, quòd Deus eorum quæ fecit notitiam huiuſmodi cum ratione quâdā excogitatæ videantur; ni forſan fortuito velut Epicuræus peracta omnia credas, inuentámq; poſt factum ipſam rationem, vt res ipſæ ſeruarentur, quæ ſeruari poſſent, quod alibi falſum eſſe docebitur. Cum igitur neque exiguæ paleæ ſcientiam habeamus, quid eſt, quod credamus nos quicquam ſcire? Cœli motum qualis ſit, ſcimus, ſenſu docente, & inuictâ maiorū noſtrorū pertinacia: & quanquā is ad nos pertinere poſſet dici haud immeritò, nemo, tamen quomodo fiat hucuſque potuit aſſequi. Sunt ſcientiæ aliæ, alijq; modi intelligendi ab hoc noſtro omninò differentes, atque velut corpus vmbra, veriores, ſolidiores, firmiores, aliáq; rurſus principia, quæ nos nullâ ratione poſſumus percipere. Meditamur mathematica, numeros menſuráſq; cæterorum nihil vſque adeò compertum eſt, vt nos dormientes illos vigilantes appellare non debeamus, ſi modò ſenſui ſubiecta excipiamus. Vnicum eſt nobis pro diſciplinis naturalibus principium, ſcilicet quod ſimilis ſimiliâ ſit, contrariū autem refugiunt omnia, quod vnum tot partibus atque modis oblæſum eſt ac violatum, vt non ſatis tutò illi fidere poſſimus. Quare haud mirū eſt tot falſis ſuppoſitis principijs, atque tam paucis veris ac integris, abſurda plurima ſequi: cumque animus hic noſter totus corpori ſit immerſus, rerum incorporearum, quæ etiam corporum ſunt principia, ignarus neceſſariò erit.

Cur igitur nobis Ariſtotelis authoritatem obijciunt, quaſi demonſtrare ſoleat, quæ falſa ſint, aut falsò illi aſcribantur, vt neque legibus, nec probis viris vlla ſit fides. Fuit hypotheſis illa abominanda falſa & execrabilis, omnium malorum cauſa, quod ſcientia noſtra cum mentium ſuperiorum cognitione eiuſdem eſſet generis. Alia enim ſunt principia & origo atque cauſæ naturalium rerum, atque eædem hypotheſis cognitionis & fabricationis æternorum intellectuum, ſolùm nos nouimus, quæ non ſint, vt quod homo non eſt bos, non a ſolâ hominis vi fiat, non elementum, non migret in cœlum cum corpore ipſo, non ſui ipſius cauſa, non æternus vita, non arte aut igne generari vel à putredine: ſed quid eſt? vnde? cur? quomodo generetur? quare non ſempiternus? non plus nouit quàm centrum in circulo, is qui caſu collimat, aberraréque ſe intelligit. Itaque eius erit ſcientia qui nouit, quod in medio eius lineæ eſt, quæ alteram ad perpendiculum per æqualia ſecat. Sic nos de rebus ipſis prorſus nullam habemus ſcientiam, ſed tamen videmur habere, mentes verò habent. Si igitur ita eſt, veritas omnibus eſt anteponenda. Neque impium duxerim propter illam aduerſari legibus: At contra leges ſentire propter falſam doctrinam eſt perabſurdum: propter hæc igitur alia principia conſtituere oportet. Sunt autem hæc: Anima humana in corpore poſita ſubſtantias rerum attingere non poteſt, ſed in illarum ſuperficie vagatur ſenſuum auxilio, ſcrutando menſuras, actiones, ſimilitudines ac doctrinas. Scientia verò mentis, quæ res facit, eſt quaſi ipſa res, velut etiam in humanis ſcientia trigoni, quod habeat tres angulos, duobus rectis æquales, eadem ferme eſt ipſi veritati: vnde patet naturalem ſcientiam alterius generis eſſe à vera ſcientia in nobis. Cum verò fuerit aliquod infinitum, quicquid finem habet quantumcunque magnum, ab infinito illo ſpatio diſtat. Quæcunque intra certus fines ſunt conſtituta, maiora eſſe, neque excedere poſſunt fines. Fines humanarum actionum atque ſubſtantiæ paruo interuallo diſtant inter ſe. Quo fit, vt humanæ actiones, perfectiones, gradus, exigua omnia ſint: atque ob id inter ea paruum diſcrimen, atque inter ſe quaſi æqualia. Nullum etiam finitum in infinitam naturam tranſmutari poteſt: quia neque in infinito tempore, cum quælibet pars infinito ab illo diſtet, neque finito, quoniam vna pars finitum ſolum interuallum ſuperabit; momentanea igitur erit, atque ob id infinitum in indiuiſibili tempore perficiatur, at in eo aliquid fieri finitum opus, eſt infinitæ potentiæ, igitur infinitum ab infinitò infinito. Omne finitum infiniti pars eſt, hoc enim ſingula perſcrutando ſic ſe habere comperitur: infiniti igitur finitum potentia pars eſt. Cum verò neceſſe ſit aut finitum aut infinitum verè tantùm eſſe, nec non poſſit infinitum minus verè eſſe quàm finitum, nec totum quā pars, quæ finita ſunt, non verè erunt, ſed potentiâ tantùm. Quō fit, vt noſtra hæc vita ad eum quæ verè eſt, nullo modo propè accedat, non

appropinquet,

appropinquet, nulla proportio, nullaque ſimilitudo. Aliquod eſſe infinitum, ſaltem ſucceſſione: nam vbi omnia finiantur, etiam ſublato ſubiecto id manet propter quod mutatur, vel ſaltem ratio mutationis, niſi finirentur proſus omnia, at iam finita fuiſſent, non ergo eſſent. Quod ſi cœperunt, non finita fuit ratio, propter quam cœperant; aliquid igitur perpetuum eſt ac æternum. Quicquid à finito comprehenditur, finitum eſt, nam comprehenſio proportione quâdam fit: infiniti autem ad finitum nulla eſt proportio. Oculus non comprehendit lucem Solis, ſed partem luminis eius. Non omnia quæ à finito comprehendi nequeunt ſunt infinita, nam crabro non comprehendit perfectionem cuniculi, nec tamen cuniculus eſt infinitus. Omnis perfectio finita potentiâ, diuidi poteſt in partes infinitas. Scientia eſt per cauſas. Cauſæ verò in vnum rediguntur, inde incerta noſtra cognitio, quæ ſi ab vno ad multa deſcendere poſſet, confuſionem vitaret. Quæ ſciuntur multò plura ſunt, quàm propter quæ ſciuntur.

CAPVT V.

Deum eſſe Infinitum & Trinum.

CÆterum Deum vi atque poteſtate infinitum eſſe, & quonam pacto quæ ab eo producuntur, etſi non ſint infinita, infinito tamen interuallo ab eo numero diſtet, dicere nunc aggredior. Etenim æternum illum eſſe, nemo negat, quod etſi negare quis audeat, ab alio factum eſſe conſtat: ideóque qui fecit genuitue, iam ſi ipſe ab æterno fuit, is eſt Deus. Si autem perpetuâ generatione Dij fiunt, erit generatio æterna ipſa atque conſtantis illius ordinis author quiſpiam æternus, quem conſtat Deum eſſe & appellari debere. Si ergo æternus eſt Deus, erit etiam poteſtate infinitus: nam cum videamus ſingula quæ diutius durant eſſe robuſtiora, & quæ duobus diebus duplo magis quàm quæ vno: nec videre liceat diuturna admodum debilia, vt elephantem, camelos, homines, nec vllum imbecille diuturnum, muſcum vermem nutem, conſtat iuxta rationem diuturnitatis robur etiam naturæ & rerum augeri. Si ergo æternum eſt per ſe aliquid, & infinitum eſſe neceſſe eſt: nam propoſito robore, quantocumque illud vel mille annis, vel decem mille annis reſpondebit, aut alicui certo numero: ſi igitur millies mille annis commenſuratum erit ephemero; eadem eſt ratio vitæ vnius diei, ac mille millium annorum. Sicut ergo perabſurdum eſt dicere ephemerum poſſe eſſe æternum, ita Deum illum qui vim habet proportione reſpondentem vitæ millies mille annorum. At hoc non nobis adeò perabſurdum videbitur, quoniam non ſimul hanc & illam vno intuitu aſpicere poſſumus: liquet ergo infinitæ & conſtanti per ſe vitæ deberi infinitum robur. Verùm Ariſtoteles vt hanc demonſtrationem fugeret, in fine Octau. Phyſicorum dixit demonſtrationem hanc in his virtutibus tenere ſolùm, quæ in materia ſunt, Deum autem in materia non eſſe. Et vt fidem dicto faceret, demonſtrationem ad abſurdum retorſit, vt ex eo quod nos probare intendimus tanquam abſurdo id conuinceret, cuius oppoſito admiſſo Deũ eſſe infinitum oſtendebatur. Verùm ſi non eſt Deus infinitus, cœlum tamen infinitum eſt, vis ergo illa, quâ recipitur, quâ æternum eſt cœlum, eâdem ratione, quod per modum infiniti recipiatur, palam eſt: eſt enim in cœlo vt anima in elephante, infinita eſt ergo illa virtus.

Secunda ratio æternum eſt neceſſarium, & neceſſarium non poteſt aliter ſe habere, nec cogitatione ipſâ variari: cum igitur Deus neceſſarium ſit Ens ipſáq; neceſſitas, erit etiam infinitus: ſolũ enim infinitum poteſt eſſe neceſſitas: nam ſi meta aliqua definitur, maius eſſe poterat, ad quam ſe habeat ſecus ſe habere, quod per ſe eſt neceſſarium.

Tertia ratio eſt, quod cum non ſit pars in æternitate, ſed totum Indiuiſum totũ illud cum in indiuiduo ſit infinitum redditur, quemadmodũ & calor ignis & ſubſtantia, ſi in punctum redigi poſſent, infinita redderentur, quod ex vi bellicorum tormẽtorum apparet: ita quicquid in indiuiduo eſt infinitum fit. Deus autem cum indiuiduus ſit, & infinitum etiam poteſtate totum ſimul contineat, vitã, ſcientiã, amorẽ, liquet Deum eſſe poteſtate infinitũ, ſi igni, & aliis rebus maiorẽ quàm Deo vim tribuere nolumus.

Quarta quod ſi metam habet & menſurã, quibus vis eius definiatur: quærẽda quid illum ſic contraxit ac definiuit? Quodcũque fuerit illo fuiſſe maius neceſſe eſt, ſed ſi nihil? natura igitur perfectior eſſe non potuit? perfectius autem Deo quærere abſurdiſſimum eſt. Si autem ea in menſura perfectiſſimus eſt, cur eâ menſurâ, cum duplo maior cogitatione inueniri poſſit, vltimæ perfectioni ſatis fecit?

Propter hæc nemo qui ſapiat Deum fine aſtrinxit, ſed neque finitũ neque infinitum eſſe dixerunt, quòd hæc quantitati conueniant, Deus autem quantitatis eſt expers. Verùm ego nõ ea quæro quæ non ſunt, ſed quæ ſunt: nam ſi infinitũ perpetuitate eſſe conſtat, quia nunquã finẽ ſit habiturus, eâdẽ ratione dicã infinitũ eſſe, quoniã omnem ſi qua eſſet, poſſet mouere magnitudinem. At dicunt non niſi hoc cœlũ atque hac ſub celeritate? ſed ſi non maius nec celerius, igitur cœlum reſiſtit circumductioni aliter vt in rotis videmus, ſequitur motus voluntatem non robur, tum maximè quod vis quæ mouet, nõ vt externa vis eſt. Si igitur Deus eſt infinitus, mens quę cuncta cognoſcit infinita eſt, tum quia ipſũ cognoſcit Deũ, tum quia infinita, quæ in æternitate ſunt, quamobrem & ipſa mens infinita eſt. Sed & amor quo cognita diligit, pari ratione eſt infinitus, at infinita non poſſunt eſſe plura, totum enim eſt infinitum, igitur Bonum atque Deus ſunt poteſtas

& mens & amor nec tres Dij vt Plotinus exiſtimat. Qui ergo hos ſeparare oititur, neceſſe eſt vt ſingulos fioe circumſcribat atque in mille abſurda incidat. Hi ergo tres cogitatione ac vi vnúſque Deus : vanum enim eſt Bonum ſummum eſſe, nec quicquam iotelligere, aut intelligentem non amare, ſed alio indigere, animam cunctorum generant, quæ infinita eſt poteſtate: non tamen infinita eſt, quoniam à Deo pendet, tametſi adhuc collecta ſit, quamobrem æterna non eſt: eſſet enim infinita, ſed à Deo recipit vnitatem, intellectu autem ordinat cuncta & amore cuſtodit.

Multipliciter ergo nos fallit ratio Ariſtotelis, quòd ſi Deus eſſet infinitæ virtutis in momento indiuiduo moueret, nam primum cum non totis viribus moueat: quis enim illum adigere poteſt, vt id agat, quod nec equi aut canes nedum homines facioot: liber eſt Deus, quis enim illum, vt infra docebimus, cogere poteſt? Deinde motus ille, qui ſtatim ad idem redit, non eſt motus, ſed quies, Deus autem nihil facit abſurdum...... Videtur autem hæc trina effigies defluxiſſe ex Deo in ſingula vel etiam minima: Mens enim noſtra corpus noſtrum agit poteſtate iotelligit ac vult. Aoimalium quoque animæ corpora ſua agunt & cognoſcunt quæ ſenſibus percipiunt & generant ſui ſimillima & illa diligunt. Plantæ etiam animam habent, quibus reguntur & quod neceſſarium eſt trahunt quamuis omninò ſenſibus orbatæ, & ſemina prolémque generant: manifeſtum eſt ergo hanc vim triplicem atque indiuiſam vt Trinitatis inſigne ad minima vſque defluere. Quin & quæ ſimile generare nequeunt; aliquid tamen generant vt muſcæ & papiliones.

Cæterum vt vnus eſt Deus, Anima mundi quæ ſine Deo intelligi non poteſt bini naturam efficit, ac generando vitas ſuper cœleſtes generat & multitudinem: has quòd ſint atque à motus officio abiunctæ docuit (Ariſtoteles) dicens: extra cœlum non eſſe locum nec vacuum, nec corpus nec tempus, ſed animalia quæ optimam vitam agát. Abſurdum autem fuerit eas omnes ibi cogi, & à ſuis propriis orbibus ſegregari, & tamen illos mouere? Quinimo quæ mouent orbibus ipſis inſunt, ac quaſi cor cœli ſtatuor lineam quandam, quæ mediam ſigniferi lineam diuidit, atque ea velociſſimè circumagitur, vt ipſa ſigniferi media ſolis via eſt. Indicio verò eſt à ſuperiore cœlo cuncta influi, ad nutúmque animæ mundi omnia moueri, non ſolùm conſenſus ille omnium ſyderum cum ſole & ſolis cum ſupremo orbe: ſed quod circulus ille, qui quaſi orbis eſt non idem manet, ſed è regione ſuperioris orbis vim recipit, & totum orbem quaſi mutatus agit. Quas ergo animas pro orbium motibus numerat, eas cenſeas de quibus ob motum nulla eſt dubitatio, nam exteriores illas numerare velle, cum ratio non attingat, impudentis fuerit. Has tamen Dionyſius in nouem ordines digeſſit Platonicis rationibus & B. Pauli viſionibus innixus.

Sunt & in his ordinibus naturæ ſeptem: prima eſt ſimpliciter infiniti ſeu Dei, quoniam per ſe æternus eſt: eſt poſtmodum infinitum anima cunctorum ſeu vitarum quæ vnitatem diſſoluit, & Anima mundi, quæ vna iam eſt ex pluribus & æterna alieno munere, & Anima quæ mundum mouet iam explicata æternitate finita ſuperiore autem infinita: ſed non habet ſubſtantiam ante, dum enim gignitur explicatur, vt ſit quartus ordo: nam neque per ſe eſt nec vna nec æternitas, ſed æterna ſucceſſione: in tempore enim mouet, & ſuam reuolutam æternitatem quam à mundi accipit mouendo explicat. Quò fit vt cæteræ quæ orbes mouent, ab hac partim partim à mundi anima generentur, ſiquidem à motrice cum ſit, nondum facta eſt: inferior enim eſſet quarto ordine. At verò nondum ad ſingularia peruentum eſt: ab vltima ergo harum gignuntur animæ, quæ in ſingula diuiduntur heroicæ, mentes ſenſiles, & communis ſenſilis, & quia viuunt omnia & Elementorum, quæ non ſolùm diuiditur in ſingula ſed etiam in partes, atque ideo in ſexto ordine cum anima communi atque vitali qualis plantarum collocatur: nam & partes terræ deſcendunt, & partes Salicis viuunt & germinant & partes vermis viuunt, ſed ambæ non generant. Vltimo loco eſt anima in materia concepta quæ eiuſdem eſt generis vt ſua quam Plato Ideam vocat, nos vitam, atque ideo æternitati coniuncta. Nam idem opus habet, corrumpitur tamen hoc non idea: idque factum eſt ſummo artificio, vt à prima æternitate ad vltimum quod corrumpitur colligatis rationibus atque coniunctis deſcenderemus. Sic ergo ſtatuemus primum Æternum per ſe vnũ indiuiduum & coniunctum, Deus: Anima vitarum ſecundum Æternum vnum indiuiduum coniunctum non per ſe: Tertium autem Anima mundi Æternum indiuiduum coniunctum non vnum, quia è pluribus vnum, eſt enim vltima vitarum, ſuccedit anima Mundúſque Indiuiduum cooiunctum ſed non æternum, verá explicatâ Æternitate vnáque è pluribus quæ quarto loco eſt. Quintò mens & anima in explicata æternitate nec indiuidua, ſed quæ diuiduntur in ſingula coniuncta tamen, atque vt dixi in æternitate non æterna: ideóque iuncta corporibus defluxum temporis percipiunt, ipſa tamen ſunt ſupra tempus & ordine quarto coniuncta. Sexto loco animæ elementorum & plantarum & animalium fœdorum neque indiuiduæ nec coniunctæ: elementorum autem ita ſeparatæ, vt nec diuiduæ ſint, neque enim hoc vnum conſtituunt, ſed potentia ſolùm diſtinguuntur, aliter infinitum paterent. Extra omnem Æternitatem ſunt ſingula quæque quæ hic ſunt, ſuperiore parte æternitati quæ actu eſt cooiuncta, inferiora autem potentia æternæ materiæ primæ quam vocant Hylen, atque in horum medio conſtant, ipſa tamen non æter-


na quoniam ab inferiore parte actus deeſt, à ſuperiore iam ſunt abſoluta: atque hæc non ſolùm in non coniunctis ſed etiam in his quæ indiuidua noo ſunt: ergo Heroes moriuntur.

Manifeſtum eſt ergo ex his inter æterna & mortalia media eſſe non vita, hoc enim abſurdum eſt, ſed naturæ ordine multíſque modis: nec ob eam mixtionem repugnat mortalibus & immortalibus quædam eſſe communia, velut cognoſcere ob partem quæ immortalis eſt. Nihil enim cognoſcit quod immortale non eſt, aut imaginem immortalis non continet: actus enim eſt cognirio, omnis autem actus à Deo vt omnis potentia à prima materia. Ob id ſanè partim rectè partim non Empedocles ſtatuit concordiam & amorem tum diſcordiam principia rerum: vbi enim potentia actui computatur, vita fit, vbi diſſidet diſſoluitur, nam actus omnis vita eſt aut ex vita. Ob id Ariſtoteles rectè animam appellauit actum: actus enim ſubſtantiæ omnis vita eſt. An verò ipſe actus verè ineſſet animæ, ne in Platonis ſententiam de omnium animarum immortalitate inuitus deſcendere cogeretur, quia actus vita eſt, & vita mori non poteſt, dubium reliquit: igitur anima ſi eſt actus immortalis eſt, ſi ab actu non eſt neceſſe. Sicut lux ſolis & lumen ambo eiuſdem ſunt, ſed lux æterna, lumen autem non: eſt enim non actus ſed actus ſimilitudo. Mens ergo quia ſeipſam cognoſcit actus eſt & non ſimilitudo, ideo de illa quòd Æterna foret Ariſtoteles ſententiam ferre non dubitauit, licet multi hæc principia non intelligentes velut in tenebris circa illius ſententiam palpitent.

CAPVT VI.

Species rerum quæ & quot & de Mundi ordine.

CVm naturam omnem viuentium atque ſuperiorem diſtribuere voluerimus, ad imitationem corporum etiam deductâ ratione faciemus; Conſtituemus igitur rectam A B & facto C medio eius deſcribemus ſemicirculum viuentium, cuius terminus eſt peripheria, & ſuper idem centrum deſcribemus E F ſemicirculum, ita quod ſpacia omnia ſint æqualia, quæ inter circulos continentur, ſunt autem quinq; erit igitur ſpacium MO æquale IMOL, quare ſi C M ponatur ſeptem erit, C i decem ferme. Et ſi C R eſt quatuor erit C G ferme quinque. Et ſi C G eſt ſex erit C E ſeptem ferme, & rurſus poſitâ C E ſeptem erit C A octo. Poſita ergo C M duo erit C A ſeptem, id eſt latus quinquaginta & C E quinque cum beſſe C G quatuor, cum quadrante C I duo cum dextante, quibus ſic conſtitutis ponatur D punctus in A B linea diſtans A C centro quantum eſt E G. Eſt autem E G vnum cum quincunque tanta igitur erit D C, factóque centro deſcribantur circuli ex G I M non ex C, itaque ex latere A C diſtabit vnuſquiſque ab A & C quantum oportet: Ex latere verò B cadet circulus G H in contactu F, & ita duo reliqui I M & M N magis diſtabunt ab M O ex parte B quàm A. Ergo inter circulos M N & M O relinquetur inane ex parte B, in A autem parte ſe contangent. Spatium igitur A E B F lapidibus dedicabimus, E G F H



plantis, G I L H animalibus ſponte genitis, ſed ipſum cum ſpacio I M L N diuidemus in quatuor æqua ex ſuo centro D, partémque verſus A quadrupedibus, ſequentem auibus, tertiam piſcibus: quæ verò eſt verſus B ſerpentibus dabimus. In circulo autem M O ſpacium hominis eſt: relinquitúrque ſolum O N M vacuum, in quo nulla natura, vt dicemus. In directo autem puncti C aſſumam P punctum, ſed quantitas C P non determinat ob ea quæ ſubiungam. Deſcribam autem ſuper P centrum circulum ſecundùm quantitatem quæ non definitur, ob cauſam quæ adiicietur, & à finibus humanæ naturæ M & O ducentur ad P lineæ vſque ad Peripheriam circuli, ſúntque hæ lineæ infinitæ, ſed ſecant circulum in Q & R. Fiunt igitur tria ſpacia M O P quod menti dedicat: Q P R S quod dæmonibus, P Q R T, quod eſt extra, P M A B O quod Elementis aſcribitur. Sed pars contigua circulo interiori mixtis imperfectis tribuenda eſt. Partes autem extra circulum Q R S T ſuperior quidem intellectui ac menti diuinæ, inferior cœlo. His ergo ſic deſcriptis, oſtendo hâc figurâ (non quòd res ipſæ ita ſint, aut figuris conſtent, ſed quoniam ab intellectu noſtro vix aliter bene percipi poſſunt) repræſentare mundi ordinem, partes ac connexionem, prout etiam naturâ ipsâ conſtant. Primùm igitur lapidum natura anguſtioribus terminis diſtinguitur, quippe quorum differentiæ ſolùm ad viſum & tactum pertineant, ambiunt tamen & ipſi totam rerum naturam; eúmque ſolidi ſint, & ſuper centro humanæ naturæ plurimùm ad corpora noſtra immutanda poſſe videntur. Plantæ autem

affines bis quædam habent medium terminum, atque vtrique naturæ communem, velut muſcus marinus atque corallus. Cum verò pars exterior ſuper centro naturæ humanæ interior non ſit, eâ parte quâ ſubiicimur inani communes fiunt ſerpentibus & piſcibus. Piſcium verò latitudo inferius magis extenditur, vt ſpongiarum & oſtreorum quæ lapidibus affixa hærent, vt Gaideporoda. Natura verò plantarum, non ſolùm viſu ſed membris magis variatur quàm lapidum, maiorique interuallo extrema diſtinguuntur: vbi verò auibus & quadrupedibus conterminа eſt, etiam ſenſum quendam habet vt palma: conſtituitur enim hæc meritò in lineâ communi. Quæ verò ſponte generantur, cum vtroque termino conueniunt, velut oſtrea, & vrticæ, ſeu plantas ſeu animalia dixeris neque enim vllum animal ex ſemine natum, affine eſt plantis, quia media ſunt, quæ ſponte gignuntur: quædam verò ſponte omnino gignuntur, vt vermes & muſcæ: quædam ita ſponte vt communem habere naturam videantur, velut mures & ex piſcibus plurimi, quia natura eorum ab humana perfectiſſima plurimùm diſtat, quoniam aliud eſt centrum. Mures igitur perfectorum animalium ſunt imperfectiſſimi, & imperfectorum perfectiſſimi. Poſt ſequitur animalium ex ſemine genitorum circulus, qui in quatuor æquas partes diuiditur: quadrupeda quidem, quia peripheriâ tangunt naturæ humanæ ambitum, proximiora illi ſunt velut elephanti & cercopitheci. Sequuntur aues, quæ non poſſunt vllo modo naturæ humanæ commiſceri, nec ingenio adeò præſtant, naſcuntúrque ex ouis, inde piſces, quorum cetacei licet fœtus pariant, plurimùm tamen diſtant ab hominibus propter naturam elementi: latitudinem tamen æqualem cum aliis animalibus obtinent & quantò magis abſcedunt ab humanâ, tantò magis appropinquant animalium imperfectorum naturæ, ac plantarum magis. Ob id mutum genus eorum nec filiis parcentes, niſi pauci vt mugiles ac cetacei. Quoniam verò ſuper alio centro conſtituitur natura animalium, ideo in nullo exquiſitè vigere poteſt ratio & ſenſus humanus: ſed obliqua in illis ſunt quoquo modo. Serpentum verò natura in quarto loco poſita eſt, quæ cum in extremo ſit, ob inane maximum hominibus & cæteris animalibus mortifera eſt. Ob id etiam piſces, qui in illius confinibus habentur perniciosiſſimi: velut lepores marini, ſcorpij, aranei, atque hæc omnia pro loci vicinitate. Manifeſtum eſt etiam, quod nec quadrupes, nec auis ſunt exitiales, quoniam inane ibi tenue eſt. Et quod natura animalium vno tamen in puncto humanæ iungitur, atque id eſt in animalibus quadrupedibus. Cùm verò circulus humanus ſingulis partibus reſpondeat totius ambitus viuentium omnes proprietates atque naturæ, quæ in viuentibus inuenientur etiam in hominibus erunt. Diſtabunt etiam plurimum inter ſe homines plus quàm bellua à bellua propter longitudinem linearum C M & C O. Totum verò quod ſupra M O concluditur, extra metam mixtorum eſt, & menti tribuitur vſque ad P. Eſt autem P apex humanæ mentis, coniungitúrque cum naturâ dæmonum, quæ ſuperior eſt genere. Quia tamen ſunt duo ſpatia ſupra A B & infra P Q, & P R, ideo ſunt quædam conſimilia illis & inferiora, aut quia inane eſt & hoc ſpacium. Manifeſtum eſt igitur, quod id quod habet mens vna & perfectiſſima eſt amplum in ſpacio P Q S R. Et quod quantò mens humana magis attollitur, tantò magis ſpatium Dæmonum minuitur. Et quod cum P ſit centrum circulorum omnium exteriorum incipiendo à Q S R T quod videtur humana mens omnia poſſe concipere: circulus autem ille non determinatur, quoniam eſt initium intellectuum ſupperiorum, de quibus hic non eſt ſermo. Aucto verò elementorum ſpatio, video quod neceſſe eſt naturam dæmonum augeri: amplectitur igitur hæc figura vniuerſa & genera quatuordecim, vt ſit numerus congruens conſtitutioni orbis. Quod igitur ad homines attinet, qui ſunt in extremis, belluini ſunt alij ex naturâ ferarum, alij volucrum, alij piſcium vel ſerpentum propter inanis magni propinquitatem, alij è naturâ lapidum propter ſimilitudinem centri. E naturâ animalium ſponte naſcentium, non quia intercedit natura animalium ex ſemine naſcentium media & ſunt ſuper alio centro. Serpentes verò affines ſunt ſponte naſcentibus, quia ibi vacuum eos verſus naturam illorum propellit. Omnis enim natura incumbit vni alteri vel ambabus, propter quod factum eſt, vt homo neceſſariò naturæ intellectuali incumberet, propterea magis incumbunt, qui minus ſunt prudentes, nam hi incumbunt naturæ quadrupedum, quærentes copiam rerum omnium, voluptates & gloriam. Pars verò humanæ mentis, quæ ſuprema non eſt & extrema ſpecierum animalium & plantarum iuncta ſunt his, quæ ſimilem habent dæmonibus naturam, velut per lineas A M P & P O P deſignatur.

Quomodo autem diuiduntur hæ ſpecies his terminis circumſcriptæ dubium eſt. Nam ratio ſuadet vt ſint infinitæ, primùm quia materia ex quâ fiunt diuidi poteſt infinitis modis, qui inter ſe minimè conueniunt, velut laterum quadratorum ratione & ſolidorum: atque ita ut in Arithmethicis Geometricíſque eſt demonſtratum, vt non ſolùm ſpecies in vnoquoque genere, ſed genera infinita etiam ſint. Cum ergo ſpecies ſint ſicut numeri, & materiam ipſam continui rationem habeant, liquido conſtat ſpecies viuentium eſſe infinitas, quarum quælibet latitudinem tamen habent velut ſi in linea A B ſumatur A C. A D, A E, B C, B F, atque ita in

infini

infinitum non conuenientes, ſingulæ tamen magnam latitudinem obtinebunt, eruntque diuerſæ ſpecies, quoniam aſſimilantur numeris iuxta Ariſtotelis ſententiam. Aliud inditium eſt quoniam non ſolùm ex vnaquaque naturali materia, ſed etiam animalia diuersâ ſpecie generantur, vt in chartâ teſte Ariſtotele l. 3. de naturâ Animalium cap. 32. tempore quoque alia atque alia. ;Sed quod torquet Ariſtotelem eſt, quoniam ſi ſpecies viuentium infinitæ ſint; aut Deus infinitus erit, qui eas cognoſcit, facitque, aut nullâ prouidentiâ fient, aut non fient, quia mundus ſit interiturus, omnia verò hæc ipſe negat, & ipſam rerum naturam ſecundum hoc falſum eſſe oſtendit. Forſan dicet non ſufficere quantitatum differentiam, vt non conueniant, ſed alterius requiri magnitudinem congruentem differentiæ, vt ſpecies varientur? At ſi ita ſit, non video cur in animalibus ſponte naſcentibus tot modis natura variauerit, tam paucis in his quæ ſcientiæ proueniunt. Oſtenſum eſt autem ſupra ſpecies viuentium minimè eſſe æternas, quò ſit vt altera alteri ſucceſſura ſit, cum mundus omnium capax eſſe non poſſit, atque hoc in his quæ ſemine generantur. At in aliis, quia neceſſariò fiunt paruis etiam temporum interuallis ſibi inuicem ſuccedunt. In humanâ autem ſpecie quoniam generis rationem habent, forſan hoc non continget. Sed quia diſtinctio fit per membra & membra, numero finem habent quoniam exiguo determinantur, vt non in infinitum complexio augeri poſſit, conſtabit hanc doctrinam infinitam potentiâ ſolum eſſe, ſimul autem non, niſi fateamur aliquod animal infinitis partibus conſtare poſſe, quod falſum eſt. Poteſtate igitur & naturâ infinita ſunt ſpecies rerum, erunt atque fuerunt, non tamen ſubſtantiâ ac formâ diſtinctæ: quæcunque verò in extremis contrariis longitudine vel latitudine non communicant, contrariæ inuicem, vt orcas & Balena, lupus & agnus, eadémque ratio in ſingulis eiuſdem ſpeciei animalibus. Sed in hominibus manifeſtior, quia humana latitudo æqualis eſt toti animalium. Diſſidet ergo eàdem ratione homo à toto animalium genère, & ei aduerſatur, velut animalia à ſtirpibus, hæ à lapidibus. Cæterùm cur piſcium natura omnibus reliquis animalium formis coæquetur, ac etiam illas numero exſuperet, tum nata in mari plantis & lapidibus, videtur ſuperius per figuram deſinitum, atque etiam imperfectè: vt verò ſingillatim hoc demonſtretur, accipere oportet primùm id principium quod in libris de ſubtilitate oſtenſum eſt, ſcilicet tria tantùm eſſe elemẽta, terram, aquam, & aërem: cœlum verò ipſam eſſe calidum, tum etiam & quæ mouentur animalia, omnéque animal moueri, quoniam cum ſenſu motus meritò coniungitur. Quamobrem animalia omnia quodam refrigerationis genere indigent. Naſcuntur autem & in terrâ, & in aquis & in ſuperficie terræ, quæ in aere nata conuenienter dicere poſſumus dicimúſque. Cum igitur reſtauratione & motu indigeant, à terra commodè reſtaurari non poſſunt, quoniam neque tenuis eſt, quæ duo ad motum & reſtaurationem ſunt neceſſaria. Animal igitur nullum perfectum ſub terrâ eſſe poteſt, ſcilicet vbi ſolida eſt, ſed ſolùm vermes quidam & hi ſatis degeneres: nam talpæ & ſerpentes, qui ſub ea latent aërea ſunt animalia, quia aërem reſpirant & illo reſtaurantur. Ergo his relictis, quæ perpetuò ſub terrâ ſunt, quæ pauca ſunt vilia & nobis ignota: etenim animalium loco metalla & lapides natura genuit, plantæ verò vtrique communes ſunt ſcilicet terræ & aëri: quod ſi quis etiam aquæ dicat, meo iudicio haud aberrabit, dicemus quòd animalium vita duobus elementis conſtat, aëre atque aquâ. Quamobrem & omnia reſpirant, alterum horum manifeſtè occultéve & quæ in mari degunt ac fluminibus aquam non aërem præter pauca quædam. Qui verò aërem reſpirare aiont, ipſius vniuerſi ordinem non animaduertunt, præterquam quod abſurda dicant. Aues igitur ac quadrupeda & ſerpentes & inſecta hæc, quæ ſunt apud nos omnia vnius generis eſſe videntur, vt contra quæ in aquis habitant, hæc enim omnia aquam aut aërem reſpirant. Coæqualia igitur poſtquam tantùm duo ſunt genera animalium neceſſe eſt eſſe, atque ob id etiam ſpecies eaſdem habere, tum quia quod format ea idem eſt, tum vt nihil quod fieri & eſſe congruè poſſet, in alterutro deficeret. Fingamus ergo ceram ex altera parte duram, argillam autem mollem, ſigilla autem plura, nonne in vtriſque eædem figuræ fient? Sed in argila facilius & minus elaboratæ, in cera verò magis & diligentius, ſed maiore cum difficultate. Ita ſe habent animalia, quæ in aëre habitant ad ea quæ in aqua, verùm differentiæ quædam ſunt, quas oportet animaduertere. Primò quod piſces, vt aliàs dictum eſt, quoniam natatione indigebant, poſteriore parte omnes inter ſe ſimiles & ſine pedibus & ouipares eſſe oportuit: Similiter & ſub quacunque forma viuere poterant, cum ad animalia aërea comparata eandem rationem habent, quàm fœtus in vtero ad iam nata animalia. Monſtra enim videmus in vtero viuere, imò & bene nutriri, quæ ſtatim vt nata ſunt, & ad aërem prodierunt, moriuntur. Hæc enim alibi demonſtrata ſunt omnia. Conſtat ergo plura eſſe genera piſcium quàm animalium aërem reſpirantium, quod & alia cauſa prouenit natura plantarum loco quæ in aquis facilè prouenire non poterant, cum firmitate indigerent, æquæ autem quæ manere diu debent; perpetuò mouentur: plura piſcium genera facta ſunt, velut oſtrea conchilia & quæ reiectanea dici ſolent, atque ea in innumeras ſpecies diuiduntur. Ergo omnium eadem cauſæ ſunt,

Digitized by Google

ſunt, inditio quod eædem formæ in vtriſque generibus. Piſcium ergo genus & plantas ſimul omnes & ſerpentes & quadrupeda & aues, inſectáque omnia complectitur: ſolúmque in plantis numero ſpecierum ſuperatur, in cæteris autem vt dictum eſt vincit. Eam ob rem piſces plures eſſe videntur, variáſque continere formas, magis quàm ea quæ aërem reſpitant, multò ergo magis quàm quadrupeda ſola. Plantarum igitur loco corallus & ſalgaſum & iuncus marinus, reiectanea pleraque & ſpongiæ, ſolenes, oſtea, conchæ, chamæ, pinnæ multáque alia, quæ in libris de Rerum varietate retulimus. Sed & vt dixi ſub ſingulis generibus multæ ſpecies. Inſectorum verò loco cancri, Gammari, locuſtæ, ſquillæ, Echini, Phryganium, erucæ, pulices, Cicades innumeráque eiuſmodi. Quadrupedum verò plura etſi pedibus careant, elephantes, arietes, lupi, cephali, caniculæ, pedes habentes Polypi, ſepiæ, loligines. Serpentum vice anguillæ, congri, Murenæ, & quos ſerpentes propriè vocant. Auium, hirundines, cuculi, alatíque capitones, ſeu alterius ſint generis, multíque alij. E ſimiarum genere, & qui proximè ad hominum formam accedunt, Tritones, Nereides, Monachi aliíque conſimiles. Porro quòd natura in vtriſque eiſdem formis vtatur, & quod quantum poteſt, proximius accedat in vnaquaque ſpecie ei quæ perfectior aërem haurit, oſtendit teſtudo aquatica, ita ſimilis terreſtri, vt vna ab alterá niſi à peritis vix dignoſcatur: quæ verò marina eſt paululum à terreſtri differt, & tamen altera perpetuò in terra, altera in aquis habitat. Voluiſſe igitur naturam in vtroque idem facere ſatis conſtat, ſcilicet in aëre & aqua: verùm differentia partis poſterioris & pedum & branchiarum & pinnarum, quia piſces neceſſariò omnes ſint ouipari, vt aliàs oſtendimus, facit vt alterius formæ & à diuerſo principio procreari videantur. Verum vt dixi idem eſt, ſed quantum fas eſt accedit perfectiori formæ. Si autem licuiſſet & hominem progenuiſſet marinum; ſed fieri non poterat ex materia tam frigida, atque ideo craſſa. Oportebat etiam illum aërem reſpirare, ſi calidior eſſe debuerat, cuius indicio eſt, quod maximi piſces, & qui ſibi ſimile generant, reſpirant aërem, vt Orca, Balena, Delphinus: oportebat ergo & illum aëre indigere, quare neque artes neque alia quæ hic homines exercent, poterat exercere. Cùm igitur cariturus eſſet artibus, cariturus etiam eſſet ſcientiis, & conuerſatione atque fine ſuo, atque ob id neque homo eſſe poterat. Quocirca verè ſcimus non eſſe, quoniam in tanto tempore, cum aërem reſpirare illos neceſſe eſſet, exeruiſſe caput multos, memoriæ proditum eſſet. Qui ergo eiuſmodi forma ſunt, non ex humano genere, ſed ſimiarum fore credendum eſt. Sunt igitur terræ communia & aëri, plantæ propria autem metalla & lapides & vermes quidam, qui lutoſum quippiam reſpirant: nam cum ſentiant, mouentur intus ſaltem, omnis autem motus in aliquo inani mollique materia fit: igitur talem materiam trahunt emittúntque. Reſpirant igitur i. vitalem ſpiritum, noua materia perpetuò licet occultè inſtaurant. Communia autem aëri & aquæ crocodili, hippopotami, fibri, vituli marini, cancri, teſtudines, ranæ, multáque eiuſmodi: propria autem aquæ piſces, qui aërem non reſpirant, terræ verò quadrupeda pleraque, & aues non aquaticæ. Animal autem eſſe ita commune aquæ & aëri vt, in vtroque viuere queat, fieri non poteſt, atque ideo nondum inuentum eſt: nam teſtudines diu extra aquam viuunt, licet in aqua educatæ, moriuntur tamen: vitulus marinus extra aquam viuit quia aërem reſpirat, ſed in aqua ſuffocatur, ſi aquam reſpirare diu cogatur. Sed non ſolùm ipſe, verùm & delphines & quæ aërem reſpirant. Quæcunque verò vtroque elemento vtuntur, vt cancri & aſtaci diu viuunt, extra illud in quo moram ducere ſolent, non tamen tamdiu, quantum ſi in vtroque viuerent, & vtrumque reſpitarent. Communia vero terræ & aquæ multò minus animalia eſſe poſſunt, quàm communia terræ & aëri, quæ oſtendimus eſſe plantas. Nam terra vt dixi non eſt elementum reſpirationis, quare nec vllum animal niſi imperfectiſſimum habere poteſt, itaque tale aquam non reſpirabit. De habitatione nunc haud ſermo eſt, cum nil hoc prohibeat, velut & bufones, qui ſupra terram & ſub terra habitant, ſed de reſpiratione. Plantæ igitur erunt, quæ perpetuò ſub aqua manent, vt nymphea, potamogeton, tribulus aquaticus ſeu lacuſtus, & apud nos herba quædam minutis foliis, quæ nunquam caput exerit ex aqua. Quocirca & aquæ aëri & terræ communia etiamè plantarum genere erunt oriza, hippolapathon, millefolium, ſtratiotes, Iuncus, ſalix, tum aliæ multæ plantæ, quarum radices & ſtipites ſub aqua eſſe gaudent, ſupereminere folia flores ac fructus. Delectata autem eſt mirum in modum natura, vt quod in aëreis animalibus efficere non potuiſſe in libris de Rerum varietate demonſtratum eſt, ſcilicet vt plantas mobiles & ſenſus non expertes eſſent, & animalia immobilia, horum vtrumque in vrticis maximè fabricaret natura, & plantas vagari dicas, & animalia affixa ſolo: quod etiam in ſpongiis & oſtreis, præcipuè ſpecie eâ, quæ Gaideporoda quidam vocant & Pholades. Quin quod maius eſt, lepades authore Ariſtotele, cum altera ex parte ſaxeæ ſint, à ſaxo diſcedentes per mare vagantur.

Ordo verò ſuperioris orbis intelligentis atque humanæ naturæ eſt, veluti in coniunctione puncti duarum partium ſphærarum quarum altera eſt infinita A B C D, exigua F G, punctus E tota, ergo maior latitudinis ratione natura longitudine om-



nem excedit metam, & ſenſum humanæ mentia videti poteſt per foramem E, ſed non niſi ex E, infra autem para ſolùm parti teſponder, vi H K non D vel A, ergo quilibet homo tantò magis oblectabitur naturaliter humanis quàm diuinis, quantò magis F G E quod rotum perſpici poteſt ab H, ſeu ex H maius eſt puncto K tantò etiam plutis deiectabuntur rebus bis naturalibus quàm illia, quamuis illæ ſint ſplendidiſſimæ, quanta eſt proportio ſpatij iam dicti ad punctum K. Quicunqoe tamen in E oculum potuerit applicare, omnia quæ in ſpatio inferiote, vt fœda, caduca & parua negliger, perpetuóq; in diuinia oblectabitur. Atque hæc eſt ſcientia humana de orbe intelligente, cuius loco multi multa fabulantur, non ſolùm inutiliora his quæ in ſuperiore ſphæra, ſed etiam inferiore continentur. Ergo bane ob cauſam tam facilè in hoc mundo euaneſcit veritas, vt quæ ſolùm per anguſtum illud foramem ad noa peruenia, eámque explodunt totia vitibus, qui hnic mundo dominantut, conantúrque illâ exturbatâ mundum hunc friuolia fictionibus mendaciiſque implete. Hoc eſt ergo quod Seruator dicit Cacodæmonem eſſe mendacij patrem, & illum rurſua huius mundi principem appellat. Sic videa vt vera veris conſentiant. Quoties ergo hæc doctrina exploderur, quamuia veritatia ſcientiâ nihii iucundius nihil vtilius? ſed vt diximus in narutalibus ſermonibus ſuperior mundus corporeus deſcendit & appropinquat mundo huic renebrarum moleſtiæ & fallaciarum; rudibua autem ambitioſis & quorum ſuâ intereſt hæc doctrina erit inimiciſſima.

CAPVT VI.

De mundi & hominis ſimilitudine, & æquâ partium mundi diſtributione.

CÆterum quod multos angit & dubitare cogit, eſt tyrannis in rebus ipſis naruralibus conſtituta: oſ animalia validiora veſcuntur imbecillioribus, & in vno animali partes robuſtiores derrudunt incommoda ſua ad ignobiliores infirmioréſque, tantúmque abeſt, vt boc videatur iniuſtum aut malum, vt nuoquam animal melius ſe babere videatur. Exiſtimant igitur hoc optimum eſſe, quod naturæ opus æmulatur, quod bonum eſt, & ad decorem vniuerſi rum ſingularum partium, tamerſi cogi ad hoc infimi corporis conditio ſit. Itaque vt in mundi partibus, ita in humano corpore tyrannis hæc viget: ex hâc ergo etiam in Reip: adminiſtrationem tyrannidem iuſtam eſſe cenſent. Nam quod ſit, quod ſit, neque dubium eſt nec admitatione dignum: bella inde cædéſque & direptiones omnia potentiorum ſunt: quèd verò iuſta ſint imitatione & exemplo naturæ eſſe videntut. Similiter & in pacificâ Republ: nam diuites tyrannidem in pauperes exercent, Magiſtratus in ſubditos ac priuatos, Sacerdotes in cæteros, Regea in omnes, adulatores in ipſoa denique Reges, & plerumque ſcorta in adulatores. Videtur igitur & hoc iuſtum poſtquam id, natura voluiſſe in ſuis operibus viſa eſt: atque ex hoc eò deſipientiæ ventum eſt, vt etiam ſuperius aliquantò progredi auderent. in bac igitur adminiſtratione videndum vbi ſtatus ſit huius tyrannidis, & vbi iuſta, & deoique cur neceſſaria? Dictum eſt autem alibi de hâc neceſſitate, quoniam duobus modis iuſta eſt hæc diſtributio in animalibus ad vniuerſi decorem, cum animalia carniuora creare neceſſe eſſet, vt omne genus induſtriæ perficeret in ipſis, ea armauit generaliter aduerſus iniurias, licèt ab aliquibus quæ perfectiora eſſe voluit, ſuperentur: neque iniuriam fecit bis, quoniam iuſti atque iniuſti belluæ participes eſſe non poſſunt. Et quâ parte etiam homo iniuriam ſentit & patitur, ea expers eſt iuſti atque iniuſti ſenſitiua ſcilicet ſolùm: ergo in his aberrare viſa non eſt. Neque ſi aliquis prudens patiatur iniuriam cum hoc generale non ſit, ſed ad partem ſolùm pertineat, exiguúmque ſit, iniuſtam oſtendit eſſe naturam, aut ordinem vniuerſi deformat: talia enim ad errores pertinent, qui ex materiæ perturbatione proueniunt: vt verò homo mente præditus eſt & polyticus, & moribus inſtructus, tyrannidem non exercet. Nam Reſpublica, vt melius inſtituta fuerit, eò magis tyrannide vacat, velut Genuenſis olim Bononienſi, & Florentina Genuenſi & Lucenſis Florentina, & Lucenſi Epidaurica, & hâc rurſus Veneta: cuius inditium eſt illius diuturnitas & potentia, quæ ex æquitate & iuſtitia ac bonis inſtitutis proueniunt. Carolus Zenus morientem & oppreſſam Rempub: a Genuenſibus conſilio ac virtute redemit, Clodiam expugnauit, Patauium imperio eorum adiecit. Tot præliis nauallibus victor mercedem accepit, quíque ſtrenuis factis Remp. auxerat & illuſtrârat, eum Reſpu. imminuit, & ſemetipſam deformauit eius ob damnationem. Siſtitur igitur tyrannis ad genus humanum, quandoquidem illius Principes ſint adulatores, miniſtri, carnifices, at ſupra homines nihil tale inuenire veriſimile eſt. Et quando iam videamus in optimè conſtituta Republ: vix vmbram tyrannidis relinqui.

Non igitur glorientur improbi ſe naturam imitari, cum in mundo & homine quod iudicium babent quod mentem, ex hac tyrannide non ex ſe habent: neque pes conqueritur apud cor, quod podagram aut abſceſſum alium immiſerit, neque lepores de canibus, ſed fugâ ſe quantùm poſſunt, ſubtrahunt: ita pes cordi

quantum

quantum poteſt naturali potentiâ reſiſtit, & cum peruertitur ordo, ſæpenumero interit homo. Cum igitur neceſſe ſit pati quædam, tyrannicum non eſt, ſed bene inſtitutæ Reipub. eſt ignobiliora pati: at in tyrannica adminiſtratione præter neceſſitatem patiuntur impotentiores & præter iuſtitiam. Duplex igitur diſcrimen eſt inter diſtributionem, quæ fit à natura & quæ à tyrannis, dum imbecilliores grauantur. Ergo ſi Leones abſque carne ali poſſent, nec ceſſarent, ab iniuria vmbra tyrannidis eſſet: nunc cum non poſſint, nec cerui mentem habeant, hoc eſt regui optimè inſtituti argumentum.

Oportet autem ad vitandam tyrannidem non ſolum neceſſitatem adeſſe patiendi, ſed æqualiter etiam patiendi. Quocirca cum ſoli pauperes grauantur tributis, aut cum plus quam diuites aut æqualiter, aut cum eadem ratione, ſemper tyrannis admittitur: eis enim neceſſarium adimitur, illis verò ſuperfluum: hoc tamen minus malum eſt, præſertim cum hi è numero eximuntur, qui non ſunt capite cenſi humilioriſque fortunæ. Atque hæc ab initio in Repub. Romanâ obſeruabantur. Tyrannicæ igitur gubernationis tria ſunt genera: primum atque mitiſſimum cum ſolùm in fortunas iniuſtè agitur, atque hoc eſt commune Chriſtianis Regibus: ſecundum, cum in honores & famam: tertium quod & vltimum, cum in vitam vt Tartarorum ſeu Scytharum, nam ſecundum ad Turcas pertinet. Sed & in primo genere illi quatuor gradus obſeruari debent. His malis natura etiam præter ea quæ ad animam pertinent multipliciter ſuccurrit: conſcientia proprij ſceleris ſuſpicione aſſiduâ, breuitate vitæ, conſuetudine deliriarum qui diuturna eſſe nequit, vindictâ pletâque, metu futurorum à ſupremo die, properatione ad ſummum ſtatum eundémque initium caſus, repugnantia rerum humanarum, de qua poſterius dicetur. Videtur igitur hominis natura mundi conſtitutioni ſimilis eſſe valde: leges vero ac conſuetudines nequaquam. Aſſimilatur enim hominis conditio mundi conſtitutioni Naturâ, Compoſitione, Ordine, Proprietate, Temperamento & Motibus. Natura quidem, quod vtrumque ab ingenitis ſapientiſſimiſque principiis regatur. Mundus quidem à Deo benedicto, homo verò à mente. Compoſitione autem quoniam vtrique in ſuprema arce initium eſt ſenſus ac motus intelligendíque: ſed & in cerebro mira ſtructura, arx ſapientiæ, lacus vnus in capite, alter in corde maria refert maiora, auſtrale borealéque, venæ immobiles aquas & flumina arteriæ quæ fluunt, lapides ac montes oſſa, cæteráque metallicorum more fex quaſi & terra, & in illa animalia forma rotunda deductis manibus pedibúſque medium vmbilicus perpetuâ humoris redundantia attractióque, perfuſio ac caſus, dies vigiliam, nox ſomnum æmulatur. Omnia in hoc mundo Deo plena ſunt, omnia in homine vim animæ referunt, vbi Deus ſit, vbi anima, nemo nouit niſi coniecturâ. Vt verò in medio corpora noſtra generationis nutritioniſque principium retinent, in exteriore ambitu non mutantur, ita mundi pars interior generationi corruptioni incremento aliiſque mutationibus obnoxia eſt, exterior cœleſtis circumagitur ſemper, ſed non mutatur. Ita vt hominis ſtructura triplicem mundum referat, ſupremum & diuinum capite, cœleſtem & medium corde, cum vtrobique vigeat ſempiternus motus, & ſublunarem iecore, & reliquis membris naturalibus, nam in eis fit perpetua generatio & ſordida omnia ſunt, tantò verò ſupremum medio & magis admirabilius, quantum medium infimo: vertigo enim illa ſempiterna in vtroque ſcilicet cœlo & corde ſecum etiam trahens venarum pulſum diuina pene eſt. Atque vt in medio pectore cor ſitum eſt, & in eo anima, ita ſol medius medij ventris. In infimo homines & animalia inſtar.....
Temperiem verò homo tam amplam limitibus eſt conſecutus, vt homo non ſolùm omnium animantium, verùm etiam omnium rerum vires retineat. Videt vt lyncæus, audit vt aper, currit vt lepus, viuax vt Elephas, faſcinat vt hyæna, veneno afficit vt regulus ſerpens, venenis reſiſtit vt monoceros, vt Chameleon abſque cibo viuit: idem timetur à crocodylis vt apri piſces, ſaltat vt ceruus, ignibus reſiſtit, vt ſalamandra, natat & ſub aquis uiuit vt piſcis, creſcit in immenſum vt cete, paruitatem ne quis obiiciat mihi, cum hæc perfectionis nullius vim retineat, quamuis & aliquando viderim neſcio an conſulum capitis os cum dentibus, quod magnam nucem non æquabat, de pygmæis viſus eſt & minor his qui deſcribuntur in vrbe noſtra: odoratu canes, tactu & guſtu omnium princeps animalium, ſapientiâ apud multos cum melioribus certare videtur: Toxica Pezar lapis depellit, idem & homines quidam, alij ferrum vt herculeus lapis ad ſe trahunt. Quid non medicæ obtinet facultatis? Oſſa, ſanguis, pinguedo, ſaliua, ſtercus, vmbilicus, ſemen, atque omnia hæc in ſummo, vix enim paria inuenies medicamenta. In oculis videas gemmarum nitorem, in ore pulchritudinem cœli, vt ille carmine explicauit lepidiſſimo dicens.

Conſtiteram exorientem ſolem fortè ſalutãs,
Cum ſubito à læua Roſcius exoritur:
Pace mihi liceat cæleſtes dicere veſtrâ,
Mortalis viſus pulchrior eſſe Dei.

Quorundam ſpiritus cinamomum olet, atque longè ſuauius. Itaque cum hæc ſic ſe habeant, quis hominem alterum eſſe mundum neget ſi ad temperiem reſpiciamus ac proprias vires? Cùm verò ad motum qui in illo eſt ſempiternus reſpcimus,

cœlum

cœlum imitatur, cum ad partium mutationes elementorum aſcendunt vapores, deſcendit pituita vt pluuia, transferuntur cuncta hinc illincque, vt inuentorum agitatione contingit: hinc vomitus violenti & naturales receſſus, incrementa ſtirpium & partes ſenſu carentes, quæ tamen quod ſeligant norunt, velut oſſa & cartilagines. In omnibus bis extremum coniunxit medio, mediúmque rurſus alteri coniunxit extremo. Voluntarius autem motus & rectus æqualis elementis, & turbinatus vt cœli, & mixtus vt animalium eſt. Ordine quoque eodem cuncta adminiſtrantur: nam imperio Dei mundus paret, nec Deum agnoſcit, & corpus animæ animam non agnoſcens. Deus vniuerſi partem vnamquamque habet illi obedientem, vt hominis partes animæ ſubiacent, nec quomodo id fiat ſentiunt: mouemus manus & pedes, nec tamen quis moueat vel quomodo intelligimus. Deus cuncta cognoſcit nullo conatu, quæ in hoc orbe fiunt, vt anima quæ in proprio corpore, vtque Deus aliqua proprio imperio agit, ita anima inde faſcinationes, præcantationéſque. Omnia etiam in vtriſque ad vnum tendunt, ab vno gubernantur principio, ab vno fouentur, illius genera fiunt. Corpus propter animam factum, & mundus propter Deum. In vtroque ſua eſt politia: Deus præeſt omnibus mentibus, homo viuentibus hîc inferioribus: in vtriſque regnum & principatus, ſed hoc materiæ potentiâ vitiatur. Et interitus vtriuſque mundi ſcilicet & hominis prodigia & ſigna quædam ſunt, vt ſuo loco dicemus.

Præter hæc etiam velut in cæteris ætates æquam diſtributionem ſortitæ ſunt: naturam ingenio atque induſtria præcedentes ſuperant: at noſtri maiores vitâ diuturniores fuere, moléque maiore corporis, nam etſi Gigantes etiam nunc ſint, multò tamen maiores præfuiſſe ex ipſorum cadauerum magnitudine conſtat. Noſtra ætate copia librorum magna maiorum ætas puriorem linguam ſynceriorâque ſtudia eloquentiámque maiorem habuit: illis profuit plus diligentia quàm nobis abundantia: legibus nos coërcemur à malis, illos verecundia & pudicitia bonos faciebat. Nos Chriſti lege docemur inſtruimúrque ad pietatem; illos amor gloriæ accendebat ad benefacta. Illis imperium Græcorum ac Romanorum pro ſpectaculo egregio fuit, nobis cognitio totius orbis iucunda eſt, cum maior pars antiquis eſſet incognita. Nos gaudemus, quia ſumus: illi dolere non poſſunt, quoniam ſit denuo moriendum: pluſque commodi habuerunt rudi ſeculo adhuc ad parandam gloriam, quæ in poſterum propagetur, cum inuentores dici poſſint, nobis multò plus elaborandum, vt hoc nomen conſequamur. Eadem ratio etiam in regionum comparatione: vexantur ſerpentibus Arabes, ſed aurum & aromata cæteræque deliciæ ibidem etiam exoriuntur. Quæ ſub polis ſunt, cœli inclementiâ vrgentur, & tamen vitam degunt liberam; mediæ dominantur, ſed tamen hæ & ſuperiores paupertate laborant: quæ vero ſub torrida ſeruiunt, & cœli inclementiam patiuntur, attamen nulla regio ditior, nulla amœnior eſt. Iſpones ſine auaritia, quæ ſummum hominibus malum eſt viuunt, ſed in inopia omnium rerum. Garamantes parùm viuunt, iidem ſenij incommodis ob id vacant. Iodi diu viuunt, ſed ita vt vixiſſe vix ſe ſentiant. Nos veſtimentis ornamur, at qualis eſt neceſſitas quotidie indui exuíque? veſtimentum indigentiæ non ſolùm ſignum eſt, ſed etiam pœna: indicio eſt, homines primos, vt ſacra Scriptura refert nudos fuiſſe creatos. Parem igitur videas in omnibus ferme fortunam, quæ ſi non ſit, breui mors omnia æquat, vel etiam cogitatio, quod ab illa nunquam tuti eſſe poſſumus. Multis ad doctrinam morbi incommoda profuere, aliis robur ad gloriam. Leo robuſtiſſimum & fortiſſimum eſt animalium, ô quoties rugit famelicus? idem morbo quoque tertiano affligitur. Lepus ſemper eſt in timore, & tamen nunquam deeſt quod edat, paruóque contenta eſt. Homo ſolus mente præditus eſt, cæterorum animalium nullum abſens malum torquet, ſed ſolùm præſens: ideo nullum animal plus quàm ſemel moritur & inopinatò, homo dum metuit mortem, centies moritur, & cum ſuprema illi dies adeſt meditatione grauius quàm morte afficitur ipſa. Quæ non viuunt, mortis neceſſitate carent, quæ non voluptatis participes ſunt, neque doloris. Canes ceruos perſequuntur, ſed vix annos decem excedunt, viuúntq; quod ſummum eſt malum alieno arbitrio. Cerui centeſimum annum excedere creduntur; ſed in perpetuo metu, vt eò felicior ſit leporis, quia breuis.

CAPVT VIII.

In rebus humanis eſſe circuitus vt etiam in naturalibus.

Circuitus quidem naturalium ac ſupernaturalium rerum adeò ſunt vnicuique manifeſti, vt nullâ demonſtratione, etiamſi ad hanc pertinerent tractionem indigeant. Verùm in humanis conſtitutionibus neque adeò hoc notum nobis eſt, & ſi notum eſſet, non tamen cauſæ horum perſpicuæ forent. Porro in rebus difficilioribus exemplis ipſis forſan opus erit. Igitur primùm ſpectemus paupertatem ipſam quæ viros facit induſtrios, auaros ac laborioſos, inde poſtmodum in quid aduerſi adueniat opes per continuas ſucceſſiones comparantur. Ex diuitiis autem ipſis ambitio, nec tamen protinus fiunt pauperes, ſed ambitioſi atq; auari facti diteſcunt magis, ſed tunc maximè omnibus aliis fiunt odioſi: diuitiæ inuidiam, paupertas præterita contemptum, ambitio odium pariũt,

multíque ex his tunc periclitantur. Hunc ſtatum cum euaſerint, fiunt liberales, potentéſque, ambitionémque regunt; ſed tunc ad certamina deueniunt, nondum tamen pauperes fiunt. Sed ſucceſſor addit luxum & ignauiam, quæ iuncta cum prodigalitate rurſus deducunt ad mediocrem ſtatum: ex quo per eandem viam ad pauperiem rurſus deueniunt. Quorundam autem deletur ſtirps, quoniam maiores facinora maxima perpetrarunt: tyrannicus quoque animus ſuſpectus eſt: atque hæc per ſe clara ſunt. Sed reditus bonorum atque malorum videtur obſcuriorem habere cauſam. Nam quis neſcit opum eſſe maximam exiſtimationem, quòd illas ſequantur tria ea maxima, quæ in vita habentur commoda voluptatum illecebræ & honores cum potentia. Ergo totis viribus homines intendunt opibus: at illæ ſcelere ſolo aut fortuna parantur: fortuna cùm ſit communis & incerta, ſceleribus operam dant homines. Itaque periuriis, dolis, mendaciis, iniuriæ delationibus omnibúſque quæ tuta aliquo modo à legibus, ſeu quia permiſſa ſeu dubia ſeu occulta ſunt. Eo modo certatim dum omnia Punicâ fide aguntur, ad ſummum improbitatis deuenit humana illa ſocietas ſeu vrbs ſeu prouincia ſit, ſeu pagorum conſenſus ac vnio. Cum verò conſtiterint, nec amplius procedere queant, fit vt ſingulis cauentibus ſimul ac dolo agentibus difficilis tractatio & lucrum minuitur, ob quod principaliter omnia hæc intendebantur. Igitur dolus malor maximo inuentus eſt, éſtque omnia bonâ fide tractare: nam præter gloriam illam quæ non parua eſt, occurrunt cæteri mortales, expertíque eam probitatem cum illis contrahunt emptiones venditionéſque mutua depoſita atque omnia cum illius conditione meliore, vt is ſolus diteſcat, cæteri fiant pauperiores. Hoc reliqui inſpectantes iam mutuo propoſito incipiunt eſſe boni, bonáque fide tractate: reiiciuntur tunc improbi in tanta bonorum copia, certatímque iam de probitate integritatéque agitur. Tunc etiam ipſi Magiſtratus hâc & æmulatione ducti probi nomine gaudent, puniúntque ſceleſtos, vt iam improbi & re male peractâ & à magiſtratu plectantur. Ergo pro bonis moribus duo ſtant, opinio vtilis, & leges: pro malis natura & ipſa tractationis ratio, quæ vtilior eſt cum fraude quàm ſine: vnde fit vt nunquam boni ſine malis nec mali ſine bonis eſſe poſſint, ex vnóque in alterum cætus hominum reuoluatur temporum ſucceſſionibus. Sed iam de eruditione tertium afferamus exemplum, vt facilius atque perfectius res intelligatur: eruditio ad opus terminatur, atque vſque ad metam coniungitur, vlterius procedenti vſus non accommodatur: veluti in Geometria ad menſuram agrorum, inde vaſorum & corporum, poſtmodum curſuum aſtrorum, deinde ponderum, vltimò machinarum, atque eouſque creſcit curioſitas. Vlterius etiam progredienti ſpecies rerum & pulchritudo, continuo igitur curſu progrediuntur ingenia, ſed cum ceſſat vtilitas, hæc contemplatio ad ſolos ſapientes delegatur: inde cum ſit ſine fructu negligitur, atque eouſque vt etiam ipſa diſciplina tota; ſicque circuitu ad initia ex finibus & ex initiis ad fines progredimur. Eadem eſt conſideratio in Monarchia, & in regnis ac Republica, & in Religionis cultu atque contemptu: ſiquidem Religionis initia Principibus quòd populi furorem comprimant, illiúſque ſtudia diuidant, accommodata ſunt: vbi titulo religionis Sacerdotes aduersùs Reges inſurgunt & populum excitant, ſeneſcunt Principibus primùm deſpicientibus ſtudia legis, apud populum inueteraſcítque lex, atque ita alia poſtmodum miris affectibus excitatur. Ita militaris diſciplina excolitur vſque ad pacis tempora, ſeu luxu ſeu imperij magnitudine ſuccedentia: his autem contemptus atque diſſolutio, atque ita in omnibus. Et hæc ad regnum huius mundi pertinet 1. corporis ipſius: nam aliud eſt regnum animæ, & hoc eſt quod Seruator dixit, *Regnum meum non eſt de hoc mundo*: nam de alio non intellexit, quod extra propoſitum fuiſſet, nam fuiſſet Rex, ſed erat regnum in parte meliore noſtri, 1. anima.....

CAPVT IX.

De ſeptem calamitatibus humani generis.

SEptem eſſe calamitates quibus generaliter humanum genus affligitur tum experientia, tum ipſa ratione conſtat. Nam ab elementis tres pro numero eorum habentur, peſtis ab aëre, terræ motus a terrâ & inundatio ab aqua à cœlo ſterilitas vel ab impedimentis aut negligẽtia vel inopia hominum: conflagratio à communi quodam accidẽte quod ignis vocatur. Hic & ex terra quæcunque exhalat, quæcunque ventis fit exurentibus, nonnunquam & etiam à ſyderum conſtitutione rapida. Exiſtimant etiam ab aqua contingere poſſe velut anno DCCXXVIII. ſalutis Euclidis Arabum Regis ſecundo ex Aſiæ minoris tum Macedoniæ littoribus nec non inſularum Leſbi & Abidi tanta ignis copia emerſit vt pumice non ſolùm litus, ſed mare ipſum tegeretur. Et quanquam è terra quiſque ſuſpicari poſſet hunc ignem emerſiſſe, haud dubiè vt in naturalibus demonſtratum eſt à ſale prodit quod ardet: marina autem aqua ſalſa eſt, vnde etiam conflagrationes iuxta mare magis accidunt & in inſulis, & maiores fiunt & diutius perſeuerant. Sextum calamitatis genus ab animalibus prodit, cuiuſmodi cùm multa ſint apud Hiſtoricos exempla, Moyſes meminit plura in Ægypto. Vltimũ eſt ab hominibus ſeu bella gerãt, ſeu in pace tumultuẽtur & ſeditionibus

augentur

Digitized by Google

augentur aut etiam à tyrannide opprimantur: vnde illud (Luc:21.) *Conſurget gens in gentem & regnum in regnum, magnique terræ motus nonnullis in locis & fames & peſtes erunt terriculáq; ac ſigna de cœlo magna.* Sed & ventorum vis quibus euerti arbores & ædes ſolent pro octauo calamitatis genere aſcribi poſſet: ſed genus certè eſt magnorũ effectuum & calamitatum, verùm non adeò generale, quod quia exemplis frequentibus non abundat, omiſimus: ſi quis tamen adiiciat, illum non reprehendemus. Verùm non ſolùm calamitates, ſed & ornamenta certis temporibus eueniunt: dico autem leges mites, imperia moderata & ſplendida, diſciplinarum cultus, artes inuentionéſque variæ ac mirabiles, congreſſúſque magnorum virorum ac Regum, tum ſapientes, quæ omnia longâ pace educantur & florere ſolent. Noſtra ætate vniuerſi cognitio typi & machinæ tria præcipua & nullo æuo cognita nec comparanda. Sic quædam ad tempora, quædam ad leges, quædam ad vtraque pertinent tam calamitatum quàm etiam felicitatum atque ornamentorum.

Porro mediæ partes Æthiopbia Ægiptus Arabia India ac loca contermina ſæpius deſolatæ ſunt ob vehementem ibi vim raptus cœli & ſyderum omnium maiorum ac nobiliorum propinquitatem, tum loci humilitatem. Quæ verò ad polos ſtabiliores, quod & inde aqua ob altitudinem fluant: genúſque hominum fœcundum & ferox agere magis ac inferre iniuriam quàm pati paratum. Media loca temperatiora & mediocriter etiam ſubdita infortuniis. Hiſtoria autem calamitatum talis eſt.

Terræ motus non eſt continuus, vix ſolet ſuis circuitibus dies XL. excedere. Quatit terras eodem, vt non ſolùm ædificia corruant, ſed vt quicunque lacus enaſcantur: quatuor maximi fuiſſe ſcribuntur. Primus Luculli ætate quò CLXX. M. hominum perierint, multis etiam euerſis vrbibus. Secundus ſub Tiberio XII. vrbes in Aſia euerſæ, & noua rerum facies inducta eſt: tertius Antiochiæ ſub Traiano, vix quiſquam incolumis præter Imperatorem ipſum, qui penes aderat, enaſit, & eum ferunt ab homine formâ ſupra humanam ſeruatum, ſeu fictâ fabulâ, ſeu numine propitio ſeu periculi magnitudine diuerſa ſpectra oſtendente. Quartus ſub Valente ac Valentiniano Cæſaribus, cum diuulſo mari abdita multis ſeculis apparuere. Eô euerſa eſt Nicea in Bithynia: valſidiores meridie & nocte mediâ, & ſilenti aëre. Oriuntur ſæpe in deliquiis & Saturni ac fixarum conſtellationibus. Per hæc tempora Saturni apogeum è Scorpio migrauit in Sagittarium.

Inundationes generaliores ſunt minus tamen terribibiles, quòd vitare periculum montibus & nauibus liceat: fiunt plerumque poſt terræ motus maiores quinque; prima & maxima Noëtica ſub Ogige Priſco vt Xenophon narrat annis ante Chriſti aduentum MMCCCV. Secunda Niliaca ſub Prometheo & Hercule menſtrua annis ante Chriſtum MDCCXCVI. Ægipti pars ea obruta eſt: tertia annis ante Chriſtum MDCCLII. ſub Attico Rege, quâ Achaja oppreſſa bimeſtri ſpatio. Quarta annis MDXXIII. ante Chriſtum in Theſſalia ſub Deucalione, cuius meminit Virgilius.

Deucalion vacuum lapides iactatur in orbem.

& Ouidius.

Hic vbi Deucalion (nam cætera texerit æquor.)

Hebræi primam vt generale & vetuſtiſſimum celebrant: Chaldæi & Phœnices atque Ægyptij eam quæ ſub Ogige, vnde Cato: *Phœnicibus & Sagis mundum originem habuiſſe placuit, Chaldæis ſempiternitatem potius placuiſſe, vtriſque tamen fatentibus diluuio terras abſumptas: inter vtroſque enim conuenit ante Ninum annis circiter CCL. quibus aureum ſeculum durauit terras fuiſſe inundatas, & in ſcythia ſaga renatum mortale genus.* Quinta Parphatonica ſub Protheo Agiprio in Helenæ raptu annis ante Chriſtum MCLXVIII. Cauſæ harum ex alluionibus dignoſci poſſunt, cum humilitate loci & impetu fluminis facies rerum mutatur, illáque obruuntur; quæ culta erant, illa deteguntur, quæ limoſa erant: mare verò profulmine, prouinciæ pro agris ſupponendæ. Ex aſtris recroceſſus octaui orbis & illius caput in piſcibus noni, & Aquarij partes quæ plurimùm poſſunt, cum ſynodus erraticarum iuxta illas celebratur. Sunt & peculiares ſed non minus certis locis exitiales ſubmerſiones veluti Pirra & Antiſſa iuxta Mæotim paludem, Bura & Elice iuxta Corinthium ſinum, & Cœæ inſulæ pars & Acarnania iuxta Ambraceium ſinum: & in Italia veſtigia ædificiorum adhuc ſub aquis ſubmerſorum cernuntur, & nuper cum ſcriberem hæc domus paucæ in larij lacus ripa merſæ ſunt.

Peſtilentiæ ſex: prima Troiani belli tempore, cuius meminit Homerus: ſecunda Thucydidis annis ante Chriſtum CCCC. cuius ille meminit: tertia M. Antonini Philoſophi cuius meminit Gallenus: quarta ſub Maximino poſt Diocletianum, cuius ſacra hiſtoria: quinta ſub Leone tertio Imperatore, quæ cum generaliter fuiſſet CCCM. hominum Conſtantinopoli perdidit annis poſt Chriſtum DCCXLI. ſexta ſub Carolo quarto annis poſt Chriſtum MCCCXLVIII. minorum nullus eſt numerus, creduntur enim fieri ob deliquia luminarium maximè cum in æquinoctiis aut tropicis ſignis fuerint.

Cõflagrationes duas fuiſſe memorãt, primâ ſub Phaetõte Ægyptio Abrahami tẽporibus annis ante Chriſtum MDCCCLV. Secunda ſub alio Phaetonte Græco

tempore Moyſia annis ante Chriſtum M D X X I I I. prima vexauit Ægytum, ſecunda Græciam: cauſam reddit Auguſtinus nubes incenſas, ex exhalatione enim talia fiunt, cum ſynodua erraticarum & deliquia iuxta cauum aſtra celebrantur.

Fames vt dixi & ab incuria hominum & à locuſtis, & ab inundationibus ac ſiccitatibus fiunt. Tres maximè feruntur, prima ſub Maximo poſt Diocletianum annia poſt Chriſtum C C C I I I. ſecunda ſub Iuſtiniano annis D X X X I X. tertia ſub Conrado tertio Imperatore & Eugenio Pontifice, anno ſalutis M C X L V I I I. cum homines (vt Zoar refert) difficile creditu oſſa ſepultorum cadauerum extraherent, vt medullas deuorarent, quas cum deuoraſſent, moriebantur. Neque tamen adeò generale eſt hoc malum cum rarò fiat in regionibus borealibus: nam ſæuiſſima fieri ſolet ob ſiccitates ob deliquia tempore florentium ſegetum, & cum Saturni ſtella plurimum lædit ea loca, contingit.

Bella non tam magnitudine illuſtria quàm ſcriptorum egregiorum fama celebrantur: velut Nini, Troianum, Cyri, Xerxis, Artaxerxis, Peloponenſi, Alexandri, Annibalis, Cæſaris, Hieroſolymæ excidium. Quod ſi ſcriptores egregij affuiſſent quid deerat Barbaricis Dacorum, Hunnorum, Gepidarum, Germanorum, Erulorum, Vandalorum, Getarum, Arabum? Et nunc quod ſiletur maximum Ottomanicum tamdiu tantáque felicitate geſtum. Cauſæ ab Apogeis ab oppoſitionibus ſuperiorum, à Martis ſtella, à deliquis: & cometis quæ etiam alias calamitates portendunt. Ventorum miracula potius quàm calamitates narrari ſolent: euerſas ædes, arbores, tranſpoſita tecta, ſublatos homines. In mari tamen euidans iactura apparet naufragiis Romanorum apud Siciliam M. Æmilio Paulo & Seruio Sulpitio, nobiliorem etiam poſt biennium rurſum Seruilio Cæpione & C. Sempronio Blæſo conſulibus ac etiam Octauio Triumuiro. De animalium calamitate vnius Prouinciæ plura ſunt exempla vniuerſali nulla: venti à Mercurio & eius apogeo, abundantia reptilium à luna maleficis & propriè Marti mixta.

CAPVT X.

De miſeria vitæ humanæ eiuſdémque breuitatis vtilitate.

VT vitæ finis initio coniungatur, Et ſenex dum retrò parùm reſpicit pueritiam videat. Quin etiam illud exiguum ita incertum reddidit, ita permiſcuit mœroribus laboribus curis languoribus calamitatibus etiam in potentiſſimis viris vt ſæpius illi quàm mendici mortem ipſam præoptent. Vera & viſa narro, non ficta: atque ea tum prima cauſa fuit, vt me conferrem in eternum hanc: quoſdam vidi plorantes vt puerulos, alios de Deo conquerentes, alios qui inedia, alios qui deſperatione ſe peremerunt: multò plures opulentos hunc finem habuiſſe vidi, quantò plures ſunt principibus opulenti. Hus quidem pudicitia vxoris ſuſpecta, illos improbitas filij aut fratrum, alios amaſia contumax, etiam quod mirum eſt nequitia familiaris: alios perfidia amici, quoſdam iniuria accepta, multos alios, quod ſanè mirum eſt nihil horum, ſed leuiſſimæ cauſæ credo diuina impellente adraſtia nemeſi, aut etiam mihi ignotæ & extra omnem coniecturam quod ſæpius accidit, ad mortem ac deſperationem impulerunt. Ergo ſi diuturna eſſet admodum hominum vita non hæc contingeret, ſed & quod maius fuit ne homines ipſi iniurias maiores redderent. Nam ſi vita humana ad quadringentos aut etiam amplius annos extenderetur, quid miſerius eſſet, quàm cum ſub iniuſtis ac crudelibus magiſtratibus aut ſæuis tyrannis iuuenis adhuc trecentis aut quadringentis ſecus annis ſuperuicturus indignæ neci traderetur: quid intolerabilius poſſet excogitari ſeu dolorem morientis inſpicere ſeu parentum (qui plerumq; tam longo hominum viuendi more ſuperſtites) moerorem atque triſtitiam? ſeu iudicium aut tyrannorum ſecuritatem ac petulantiam, vt non obſcurum ſit exclamare.

Tu quoque magne Pater diuûm miſerere; tuóque
Inuiſum hoc detrude caput ſub tartara telo,
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam

Et illud.

Et via vix tandem voci laxata dolore eſt.

Inde ſubdit.

Dura rudimenta & nulli exaudita Deorum
Vota precéſque meæ: túque ô ſanctiſſima coniunx
Felix morte tua, neque in hunc ſeruata dolorem
Contra ego viuendo vici mea fata ſuperſtes
Reſtarem vt genitor.

Tandem concludit:

Vadite & hæc memores Regi mandata referte,
Quòd vitam moror inuiſam Pallante perempto,
Dextera cauſa tua eſt:

Poſt pauca ſubiungit.

——————— Non vitæ gaudia quæro
Nec fas: ſed nato manes perferre ſub imos.

Atque hic cum cecidiſſet, qui iuſſu parentis non ſolùm ſe periculo expoſuerat, ſed qui multos & ipſe iam necauerat homines non neſcius ſortis, non neceſſitatis, vt alios perimeret, aut perimeretur,

atque

atque circa omnem iniuriam eecidiſſet. At quid ſi inſons & mitis filius mitis & inſootis Patris iudicum iniuriâ & crudelitate cadat, quonam pacto dolorem ſuum exprimat? niſi vt ſapiens ille pictor Agamemnonis abſcondito vultu luctum imitetur, vt plus fingamus mente quàm fingi poſſit, & teſtemur inuictum dolorem, quem exprimere ars ſe oon poſſe fatetur, aut potius illa dicat.

Heu me infelicem : ſuſtinere tantum
nefas
Iam ferre tellus? non ad inferna ſtyga
Te noſque mergis? rupta & ingenti via
Ad chaos inane regna cum Rege abripis?
Non tota ab imo tecta conuellens ſolo
Vertis infandam vrbem

Tum illud melius.

—— Clauſa litteribus vagis
Audite maria, vóſque Dij audite hoc
ſcelus
Quocunque diffugiſtis, audite inferi
Audite terra nóxque tartarea graue
Et atra nube vocibus noſtris vaca,
Tibi ſum relictus, tu miſerum vides,
Tu quoque ſine aſtris, vota non faciam
improba,
Pro me nihil precabor, ecquid iam po-
teſt
Pro me eſſe? vobis vota proſpicient mea.
Tu ſumme cœli Rector atheria potene
Dominator aula, nubibus totum horridis
Conuolue mundum, bella ventorum vn-
dique
Commiſce, & omni parte violentum in-
tona,
Manúque non qua tecta & immeritas
domos
Telo petis minore, ſed qua montium
Tergemina moles cecidit, & qui mon-
tibus
Stabant pares gigantes : hac arma expedi
Ignéſque torque, vindica.... diem
Iaculare flammas, lumen exemptum polo
Fulminibus exple atrámque telo facem
Per pectus hoc mitto, ſi nihil te mouet,
Nullúmque telis impios numen petit,
Æterna nox permaneat, & tenebris
tegat
Immenſa longis ſecla : Nil Titan quaror
Si perſeueras.

Hæc ille cum adulter vxoris fratris fuiſſet, cum regno illum ſpoliaſſet, quæritur, & meritò : quid faciat inſons pater cui crudeliter per tyrannum aut iudices innocens aut iuſta cum cauſa nocens filius eripiatur? Queramini foſan quòd longior fuerim quàm vt tam ſublimi diſputationi conueniat? Fabuloſa etiam ac poëtica quærimonia, ſed quid faciam? abripuit me inſanus dolor memoriæ mortui filioli Ph:meritò:quid ſperas futurum his quibus adulti per incuriam eripiuntur? maior eſſet dolor ipſa cogitatione, nî vt dixi hoc cogitaret miſer pater, etiam ſine illa pereundum fuiſſe breui, & illos, qui occiderunt breui gaudio fruituros. Ergo videris amici quàm neceſſe fuerit hominum vitam non eſſe longam : nihil enim miſerius humanâ conditione, nihil iniquius eſſet. Iniuſtitiâ tantâ abundarent homines vt nihil deformius eſſet vita humana: videres hos tyrannos hos ſceleratos iudices, hos improbiſſimos ſatrapas ac potente florere inter nefanda, ſuam ſobolem vbique abundare, deleri omnes probos, omnes iuſtos, omnes innocentes, quandoquidem cum tam breui æuo parùm abſit, ne inferni imago hæc ſit.

CAPVT XI.

Leges & regna, ciuitates & familias certos fines habere demonſtratur hiſtoriâ, ratione naturali, & mathematica.

OMnes leges tum regna & ciuitates ac familiæ non ſolum fines habent, ſed certos quos, nequaquam præterire licet, verùm in ſtatis temporum circuitibus quemadmodum & animalium vita terminantur, vnde Philoſophus politicorum quinto de Platone loquens dicit (non malè loquutus eſt fortaſſe Plato cum dixit epitrita addita quinta ac bis geminata, cum in ſolidum euaſerit magnas in republ. mutationes efficiunt quia numerus diagrammatis perfectus eſt) hæc cum ſcripſerit alioquin Platoni ex compoſito infenſus minimè dubitandum eſt eum ita ſenſiſſe, verum in lege quæ à Chriſto condita eſt, quoniam ea ipſa eſt æterna, mutatio quidem certis accidit temporibus, finis verò numquam : ſcriptum eſt enim putas-ne cum venerit filius hominis inueniet fidem in terra? quaſi dicat non fluctuare poteſt nauicula Petri & lex nouam ſuſcipere formam mergi vel interire non poteſt. Porro temporum ratio ſic conſtare videtur : quòd cum in annis tribus millibus quadringentis quinquaginta ſex duplicatus duodenarij cubus perficiatur, par eſt, vt ante tempus illud finis mutationi ſtatuatur : emendatio verò temporum ante annum à Chriſti aduentu milleſimum ſeptingenteſimum ac octauum & vigeſimum, quoniam augmenti & decrementi tempora oportet eſſe æqualia, eſt autem vterque horum numerorum vt dictum eſt particula motus reuertentis parui circuli qui in annis ſex millibus ſexcentis ſexaginta ſex perficitur, alter quidem dimidium, alter quarta pars aut modico maior. Quod autem ita ſit apertè oſtenditur : etenim à Moſe ad Chriſtum anni mille quingenti atque quadraginta fluxere, à Chriſto ad euerſionem anni triginta octo. Hebræorum igitur lex annis

mille quingentis ac ſeptuaginta octo permanſit à Moſe ad euerſam Hieroſolymam tunc in ſeruitutem abiit & antiquata eſt iam annis mille quingentis ac inſuper quadraginta, quibus iam floret Chriſtiana & ipſa novæ inſtaurationi proxima. Si quidem ab annis mille quingintẽ & quadraginta ad mille ſeptingentos ac duo de triginta anni intercedunt ſolùm centum ac duo de nonaginta. Idolorum autem cum vna non eſſet forma, nec vna lex dici potuit, licebat per tempora ex vno ritu in alium tranſire. Romæ Peregrinos Deos ſuſceperunt, mutatæ ſæpius cæremoniæ, Ægyptus alia aliis coluit temporibus & vt dicam non imperium ex lege ſed ex imperio lex ortum habuit, quod ſi imperia finita ante fuerunt neceſſe eſt & leges eum iis interiiſſe. Præterea à Belo à quo Idola coli cœpere, ad Chriſtum à quo in contemptum haberi, anni intercedunt bis mille centum ante annum vero M C C C à Chriſto finem accepit lex illa in hoc hemiſpherio. At imperia eandem legem temporis ſubiiſſe compertum eſt: namque Aſſyriorum regnum quod à Nino cæpit, annis floruit mille ducentis ac triginta quatuor, Medorum trecentis quatuor, Perſarum ducentis & quatuor, Macedonum ſexcentis quadraginta ſeptem. Nouum Gallorum poſt ſubactam à Romanis prouinciam annis mille centum ac viginti: In Ægypto dinaſtæ erant & cum regibus imperatum eſt annis mille ſexcentis ac nonaginta ſeptem Pontifices noſtri adhuc manent annis iam quingentis & quadraginta ſupra mille, conſtat enim Chriſtum verè Pontificem fuiſſe. Romanorum imperium ab initio vrbis conditæ euerſum eſt anno centeſimo quarto ſupra milleſimum ab Alarico Gothorum Rege nono Kal. Septembris quo tempore Honorius Imperio fungebatur, tunc capta Roma aſtu Barbarico, diruta ira victoris, ſpoliata auaritia militis vt Procopius refert nec abſque fato velut & fato celeriter aucta fuerat: vnde cum Auguſtino Romanorum imperium fato (quod à diuina procedit voluntate) proceſſiſſe non negamus: non autem fuit fortuita. i. ſine cauſa nec fatalis eo modo vt neceſſitatem cauſatum abſque Dei voluntate factum eſſe credamus, vnde & Plutarchus dicit fortunam talares Romæ depoſuiſſe, ac ſtabilem in ea vrbe ſedem collocaſſe pluſque longè ad augendum imperium fortunam quàm virtutem contuliſſe: inuidens eorum gloriæ Græcus dixit quæ nec pœnus Auguſtinus obiecit: inuenio in Cenſorini monumentis M. Varronem Antiquitatum libro decimo octauo ſcriptum reliquiſſe vectium augurem non ignobilem ac cuiuis in diſceptando parem inuenire liceat dicere ſolitum Romam quòd annos centum viginti exceſſiſſet ad mille ducentos peruenturam, quod & factum eſt ſiquidem denuo anno vrbis conditæ milleſimo ducenteſimo octauo cum ſub Valentiniano tertio à Vandalis duce Genſerico direpta ac funditùs imperio ſpoliata eſt. Apparet equidem hæc quæ tanto tempore ante præuiſa ſunt, fatorum certa ratione conſtare vt non immeritò tragicus dicat in Oedipo.

Quicquid patimur mortale genus.
Quicquid facimus venit ex alto.

Antiquum verò Gallorum regnum à Samotheo ad Francum manſit annis octingentis ac duobus & octuaginta, Sicioniorum noningentis ac ſexaginta vno, Germanorum verò à Thuiſcon ad Hunnum annis minus quàm quingentis: Bizantij Imperium annis mille & centum quinquaginta Argiuorum regnum annis quingentis ac inſuper quatuor & quadraginta, Athenienſium verò etiam minus manifeſtum eſt. Itaque nec regna nec imperia tempus prædictum mille ſeptingentorum ac viginti octo annorum excedere. At verò illud etiam obſeruatione dignum eſt, nec imperium aut regnum ciuitatémve vllam aut legem annis pluſquam duodecim vltra quingentos inconcuſſam inuiolatámque permanere poſſe. Nullam verò familiam vrbis aut regni longiore tempore principatum obtinere poſſe, quod hic numerus cubus ſit octonarij qui angularis eſt in trigono conſtitutionis orbis atque in eius baſi parium primus ac vltimus. Eſtque numerus quingenta, & duodecim maximus ad minima, quemadmodum numerus annorum decem nouem millium ac ſexcentorum octoginta trium eſt maximus ad maxima, éſtque hoc tempus quo Saturnus nouem explet reuolutiones ſiquidem in ſexaginta annis reuertitur cum ſuo paruo orbe ad eundem locum: æquaturque numerus circuitus numero annorum nouem: igitur reuolutiones anni ſunt quingenti & quadraginta. Perfecta itaque octaua reuolutione quicquid ab initio ſtatutum fuerat euertitur. Quamobrem in hoc annorum curriculo quælibet gens, ciuitas, Imperiúmque maximas ſuſcipit mutationes, vnde Auguſtinus (Clades quibus per certa interualla locorum & temporum neceſſe eſt genus humanum affligi Chriſtiano cultui attribuere nituntur.) His verbis præter temporis inſtitutionem nil clarius eſſe poteſt, certos exitus non tantùm homines ſed & regna habent vnde Poëta.

Sat Priamo Priamóque datum, ſi Pergama dextra
Defendi poſſent etiam hac defenſa fuiſſent.

Enimuero non tantùm temporis ratio obſtat ſed fata etiam: porro quingentos & duodecim annos etiam præteriri non poſſe hiſtoricis exemplis manifeſtum, eſt. Hebræorum regnum quod omnium longiſſimum, in ſtirpe vna perſeuerauit annis

ante

ante Chriſtum mille centum vndecim. incepetat, finitum è autem anno Quingenteſimo octugeſimo ſeptimo ante Chriſti aduentum: manſit igitur incnlume annis quingentis ac quatunt & viginti, à quibus ſi annos quadtaginta detraxeris, quibus Samuel cum Saule tegnum poſſederant, relinquentnr anni regni ſtirpis Dauid quadringenti & quatunt vltra nctnginta vſque ad tranſitum Iudaicæ gentis in Babylnnem, Romanntum regnum ſub regibus diuerſæ familiæ annis ducentis quadtaginta nouem perſeuerauit. Cnnſulum pnteſtas annis quadringentis ac quatunr ſupra ſexaginta ſæpius tribunis conſulati pnteſtate intercedentibus aliquandu etiam decem viris. Impetatntia dignitas annis trecentis & ſeptuagiuta viguit, poſt autem impetium diuiſum, tranſlatum, reuerſum, vt nihil tandem præter numen relictum ſit: Ptulnmenrum regnum initium ſumpſit annis ante Chriſtum penè trecentis, exciſum ſub octauo dum Ægiptus in pnuinciam redigitur annis ante Chriſtum peņe quadtaginta: manſit itaque annis plus minus ducentis ſexaginta. Regnum Iudæntum a Captiuitate Babylnnica ſub Habonaſate ad Hitcanum Puntificem, ſub qun à Pnmpeio Hietnſolyma capta, eſt, annnrum fuit quingentutum ac decem, ante Samuelem etiam a Moſis tranſitu fluxete anni quadringenti fetmè, quo tempnre Hebtæi à Iudicibus regebantnr quorú vltimus Samuel extitit. Sed & ab Abtaham ad Moſem anni intetceſſete quindecim ac ducenti. Lacedemnnintum Cnrintbintúmque tegnum fuit annotum trecentotum trium & viginti: Lydotum ducentntum ac vnius & triginta Hetrutiæ teges a Tarcon, tertin ad Cœlium perſeuerstunt annis quadringentis ac viginti tribus: a Cœlin autem, qui Rumuli tempnre fuit ad Turrenum, ſub Tarſibus regibus, qui cortupta voce perſitè arthes dicti ſunt maximi anni fuere quadtingenti ac inſuper ſeptuaginta pnſt Turtenum ſub Romanis vſque ad Othonem Fetentinum in Turteni ſemper ſtirpe anni fuere trecenti quatunr & quinquaginta. Fuit autem Otho Fetentinus Neronis ætate. Gslinrum etiam regnum quod & ampliſſimum eſt ob magnitudinem & robuſtiſſimum ob diuturnitatem tribus ſtirpibus ſeruiuit: quatum prima a Pharmundo ad Pipinum annis trecentis ac dunde quinquaginta incunculſa permanſit: ſecunda a Pipino ad Ludouicum ſextum Lotbarij filium annorum fuit ducentorum & duo de quadtaginta: tertia verò cuius nunc proles tegnum ab Vgnne Capetho anno ſalutis noningenteſimo octogeſimo octauo initium ſumpſit, verùm intet hæc tempnra ter accidit, vt Reges eotum captiui ducerentur ab hoſtibus. Aluyſius a Saracenis, Iuan. & filius Philippus ab Angliæ rege, Franciſcus a Carolu, vnde flexa furtuna non frangitur contumax atbnt, diſrumpitur.

Ætates etiam Mundi non maiores fuerunt, ſi gentilibus credimus. Aurea ſiquidem ab Ogige ad Ninum annntum fuit bis centum & quadraginta nnuem: argentea a Cameſe ad Italum Atlantem ſub regibus ſtetit annis quadtingentis ac triginta ab Italn autem ad Troiæ excidium quo tempote Æneas in Italiam venit fluxere anni quater centum ac quinquaginta duo. Æreæ ætatis hoc ſpatium fuit ab Ænea ad Romulum, in cuius ſtirpe interceſſete anni quadtingenti ſeptem & viginti ſtamnei ſæculi: verùm a Romulo ad cunſules ætas fuit plumbea atque a Conſulibus ad Imperatores ferrea. Nulla harum vt dictum eſt annos exceſſit duodecim ſupta quingentos. Quæ ſecuta ſunt tempora tam egregiè mala fuere vt per pedes creteos in Danielis viſione deſignarentur? nec vlln metallo hæc ætas dignum nomen ſortita eſt. Simile quiddam Satyricus innuit illis carminibus.

Nona atas agit prioráque ſacula ferri
Temporibus, quorum ſceleri non inuenit ipſa
Nomen & a nullo poſuit natura metallo.

Duas adiecit ætates cupteam & electri, quod vtrumque etſi raro in metallorum fodinis inueniatut frequens tamen in vſu factitium eſt. Simili mndn Aſicæ & Afticæ tegna hunc terminum non excaſſetunt Aſſyriæ quippe Reges in Nini engnatione minus annis ducentis ſexaginta fuere, nam Arius Zanei nnn ex eadem ſtirpe fuit. Ab Arbace ſimiliter ad Alexandtum anni ſunt bis centum quinque & nonaginta. Dardsni ſex reges quntum nnuiſſimus infœlix Priamus extitit annis ducentis & nnnaginta ſeptem imperauere. Nee Ægiptij dinaſtiæ diuturnintes fuerunt ſub tegibus paſturibus decima ſexta & decima ſeptima annis ducentis nonaginta tribus perſeuerarunt prinres qnindecim abſque regibus non amplius annis centum ſexaginta vno, dnminatæ ſunt. Decima nctaua, Diapolitanurum annos abſumpſit tercentum & dun de quinquagints Lartum ſequens centum octn & nnnaginta ſex ſuccedentes Diſpolitanotum quater centum & vno de nunaginta extremæ verò trecentos ſeaaginta nouem. Similiter etiam in tegno Hiſpsnotum a Tubal ad Gerionem qui ex aliena ſtirpe tirannidem inuaſit anni ſunt ducenti quadrsginta ſeptem. Regnsuit cum filiis Gerinn annis ſeptuaginta ſex poſt in Hiſpalum venit a quo in Lybicum Herculem, deinde in Heſperum vnde Heſperia cngnnminata: tandémque per continuam ſucceſſinnem pnſt annos trecentns quinquaginta ſeptem in Palatuum, poſt verò in Cacum, demúmque in Melicolam anno trigeſimoſextn ſupra centeſimum. Itaque à Melicula qui & Gatgoris dictus eſt anni fuère quadtingenti & nnnaginta tres ad Heſperum retrocedendo.

Phenicum reges ab Hirano ad Pigmalionem imperauerunt annis centum quinquaginta ſex. Tantus eſt huius legis conſenſus, vt neminem prætereat. Sed quomodo & id fiat diligenter, ac cur nobis interpretandum videtur, non poteſt bene fieri niſi vires aliquas numeris inditas demonſtrauerimus: ſatis enim conſtat per numeros arcana diuinæ ſapientiæ demonſtrari vt & Areopagita Dionyſius oſtendit ſiue quod ſupercœleſtium ordinum vmbræ quædam ſint numeri, ſiue quòd quibus illa conſtant iiſdem propè deſignentur proportionibus ſeu quòd hæc intelligendi via facilior ſit hominibus: aut animalia etiam cœleſtia bis conſtent. Non dubium eſt nihil ad hanc vſque diem familiarius diuinis ceremoniis a Sanctis Codicibus celebratum. Quin & ad hanc vſque diem numeri maximè congruunt: certis n: numeris cuncta definiuntur: vita hominis centum viginti annis perficitur vt Moſes docet: dimidio perficitur generatio. Homo enim vt Ariſtoteles vult, ad ſexageſimum vſque annum generat vltra vero monſtruoſum eſt ſicut & mulam parere: in cunctis enim mortalibus monſtra apparent, in dimidio huius bono perficitur. ſummum, n. robur eſt annorum triginta, ſi Galeno credimus. At in huius dimidio etiam puer generationi aptus efficitur: ſcilicet anno quintodecimo. Conſtant etiam ſingula animalia certo oſſium & reliquorum membrorum numero. Et plantæ herbæque foliis ad numerum deſcriptis, tum ſingula folia ſuo numero ſectionum diſtinguuntur, conſtant & orbium reuolutiones. Aptiſſimus autem humanæ naturæ quartus decimus eſt numerus, namque cæteris ad alia opportunioribus omiſſis, hic hominibus ſolus vltra omnem fidem congruere videtur, non ſolum quod à Sacra ſcriptura generationes omnes per hunc numerum diſtinguantur: dixit. n. Euangeliſta ab Abrahamo ad Dauidem generationes quatuordecim, à Dauide ad tranſitum in Babylonem generationes quatuordecim, à tranſitu ad Chriſtum generationes quatuordecim. Quis fortuitò exiſtimet generationum hunc eundem numerum ter repetitum, cum in prima ſerie ab Abraamo ad Dauidem, in qua anni interceſſerunt nongenti & quadraginta augmentum cum ſeruitute fuerit in ſecunda ſerie a Dauide ad tranſitum in Babylonem quæ annorum fuit quadringentorum, quatuor & octoginta viguit regnum fælix: At in tranſitus, tertia populi ad Chriſtum fuit annorum quingentorum octoginta ſeptem, conſummatio ac deſolatio legis fuit. At nec per totum hoc tempus, inconcuſſa fuit Iudicum poteſtas, nam anno ſexageſimo primo antequam Chriſtus naſceretur capta eſt Hieroſolyma a Pompeio, fuitque annus hic vigeſimus ſextus ſupra quingenteſimum, a tranſitu hebræorum in Babylonem, ſed nec totec medio tempore quieuerunt. Subductis igitur annis ſeptuaginta ſeruituris in Babylone fuit ætas tertia Iudicum à liberatione Cyri ad Pompeij victoriam annorum. quadringentorum quinquaginta ſex. Sed nec ab Abrahamo ad Dauidem inconcuſſa fuit nouies centum & quadraginta annorum ætas: ſed vt iam dictum fuit a Moſis tranſitu anno Quadringenteſimo trigeſimo ſexto ante initium regni Dauidis interrupta ita vt ab ortu Abrahami ad exitum populi Iudaici ex Ægypto anni quatuor & quingenti numerentur. Satis igitur patet quartum Decimum numerum in humanis à Sacra pagina quantum ad temporum viciſſitudines pertinet vehementer obſeruari: illud eſſet prætereundum non puto, quòd quarta decia Luna agnus immolabatur vt in Leuitico habetur Paſcha etiam eadem. die Hebræis erat. Nunc autem demonſtrandum eſt naturæ lege hunc numerum hominibus præcipuum eſſe, quippe quod & in vocibus ætatibus robore ac corporis conſtitutione ſingulare arcanum obtineat. Namque maximum interuallum continet, quòd hominum voces ſuperare non poſſunt. Et ſi vltra progredi quis enitatur omnino violentam ac quaſi adulterinam vocem emittet. Hac de cauſa in prouerbium tranſiit. Perficitur etiam vita hominum quatuordecim mutationibus, quarum prima quæ ab initio eſt, dum ex ſemine ſine vllo membrorum veſtigio concreſcit vocatur genitura, diſtinctis verò membris non autem motum vel animam habentibus: ſecunda eſt mutatio, quam dicimus embrionem: at motu & anima accedentibus, nondum tamen corpore abſoluto fœtura eſt, cum verò omnia perfecta ſunt nondum tamen natus eſt, fœtus dicitur: ſubit deinde quinta mutatio, cum primo prodit in lucem, verum nec fari nec mouere pedibus poteſt, infantem dicimus vſque ad annum, at poſt cum moueri & fari incipit vſque ad annos ſeptem, nec tamen horum quicque perfectum eſt, puellus dicitur: a ſeptem autem ad quatuordecim, cum iam hæc perfectè facit, nihilominus ad generandum eſt impotens, puer appellatur: ſuccedit octaua mutatio vt vſque nunc dimidium ipſius hominis abſolutum videatur, hæc ephebia eſt ad vigeſimum primum annum extenſa eouſque creſcit: cum verò vires quidem augentur corpus autem ſtat, tunc iuuentus dicitur vſque ad trigeſimum quintum annum: ab eo ad quadrageſimum cum vtrumque conſiſtit dicitur vir: eáque eſt mutatio decima, quæ verò ſuccedit ſenium eſt: minuuntur corporeæ vires, augetur autem prudentia, nec ſenſibile ſubit incommodum ad ſexageſimum annum vſque ſed à ſexageſimo ad octogeſimum ſenectus eſt, cum cuncta corporis animique munia apertè flaceſcunt, túmque etiam homo ad geminandum fit impotens, nondum tamen corpus eſt infirmum: ſuccedit ætas tertia decimam decrepitorum, cum iam ex toto ſunt inutiles ac infirmi, non tamen morti

obnoxij

obnoxij ad centeſimum vſque à quo ſupra ad centeſimum & vigeſimum mortis memoria dici poteſt. Clauditur enim humana vita quàm longiſſimè hoc ſpatio, in quo extrema mutatio eſt, tunc mors præforibus cubat. Tantus verò eſt hic numerus, vt morbum nullum grauem, qui continuo tractu augeatur, vltra ſe excedere permittat, verba in hoc Galeni referam ſuper aphoriſmi illius expoſitione. Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur. Quæ hæc ſunt, Adeò vt morbi continui acuties numquam poſſit plures quàm quatuordecim obtinere dies. Namque non ſtatim ſed quarto puta die exacuuntur ad xvij extendi poſſunt. Hoc etiam in cauſa eſſe exiſtimo cur plurimi quinquageſimo ſexto anno moriantur, non quod hic numerus ex ſeptenarij in octonarium ductu conficiatur, ſed quòd quater quatuordecim complectitur. Habet & in corporis conſtitutione hic numerus manifeſtam poteſtatem, cum ſingulæ manus ſinguliquæ pedes tot articulis totidémque nodis conſtent, ſi vnus deficiat mancus eſt homo, ſi addatur quod additur, non ſolùm inutile eſt, ſed etiam impedimento. Neque abſque magno conſilio exiſtimauerint Ro: vrbem olim in quatuordecim regiones fuiſſe diuiſam, cum igitur tam violenter hic numerus vltra ſe nihil excreſcere patiatur, rarum verò ſit vt quiſquam vel in ætatum mutationibus aut vocum augmento vel morborum diebus eum adimpleat: non abs re exiſtimare conuenit ſemen regium ad hunc numerum decuſſatum ad regni munera obeunda, inutiles homines producere, aut ex toto ſterileſcere: quo fit, vt nullus per rectam lineam vltra quartum decimum regnum poſſit obtinere. Retunditur enim tot impedimentis in ſingulis, vixque ad eum numerum poteſt peruenire. Sed cum antiquatur in familia regnum, poſtremi voluptate, luxu, ignauia atque crudelitate non minus nos laborant, quæ ægra corpora febri, articulari morbo, calculoque. Porrò ad obtinenda regna induſtria vigiliis laboribus continentiáque opus eſt propterea Homerus cordatum regem fingens Agamemnonem, dicit eum vigilare cum cæteri omnes dormirent. Imminent enim vndique pericula regibus, inſidiæ à propinquis, ſeditiones à populis, tumultus ab exercitibus, bella ab exteris: ſemper enim tum ab optimatibus, tum à vicinis regibus principi timendum eſt iuxta illud Tragicum:

Simul iſta mundi conditor poſuit Deus odium atque regnum.

Sed & ſi vitentur, inſidiæ, ſeditiones, belláque habent etiam aliquid Regnum, vt ſui magnitudinem tamquam grauis machina collidatur, vnde illud Agamemnonis.

Licet arma vacent
Ceſſentque doli, ſidunt ipſo
Pondere magna ceditque oneri
fortuna ſuo.

Vigent qui regnat: neque enim diu imperium ab inerti ſucceſſione poteſt ſuſtineri. Hanc eſſe cauſam dicebat Ariſtoteles, quod qui tyrannidem occupant non amittunt, ſed eorum poſteri; quoniam qui adepti ſunt, fortitudine & ingenio præſtant auctoritatem quam apud homines, quoad viuunt retinent. Plurimum verò valet opinio ad continenda regna. Cui mirum laborioſa eſſe imperia? cum Diocletianus & Maximinus, acceptum & diu adminiſtratum ſponte dimiſerint. Sylla dictaturam tedio regnandi fatigatus, Antonius alijque quam plures ægrè receperint, inter quos Saturninus cogentibus neceſſariis ita reſpondit: Neſcitis amici quid mali ſit imperare, nam & tela & gladij noſtris ceruicibus impendent, cuſtodes timentur, comites formidantur, non cibus pro voluptate, non adminiſtratio pro iudicio. Omnis ætas in eo damnatur, ſenex inhabilis, iuuenis furens reprehenditur: nam quòd imperatorem me cupitis, in mortis neceſſitatem me trahitis, Empedocles regnare omninò noluit, non tamen vt reor continentia ductus, ſed laboris pertæſus. In tam graui regni neceſſitate quonam pacto diutius in familia vna quatuordecim deſcendentibus, imperandi facultas manere poteſt? ſola hercle Dauidis progenies ad eum numerum tamquàm perfectiſſima, atque à Deo inſtituta acceſſit quanquam etiam diuiſo imperio in Salomonis filio. Degenerant enim homines ac illuſtrium virorum filij eóque magis quantò præſtantiores patres fuerint, ſicut in problematibus ſcriptum eſt. Sed quid admirabimur homines degenerare ac filios parentibus improbiores fore, cum in ſegetibus etiam permutatio ſpeciei accidat, vt ex frumento, auena, & lolium producantur vnde illud Virgilij.

Infœlix lolium & ſteriles dominantur auenæ.

Et ſiligo olim pretioſiſſima ac tritico longè ſuauior tantum ceſſit ætati, vt nunc pauperibus via accepta ſit, quin & caulea rotundi ex Iſtria in vrbem noſtram delati, biennio in apertas braſſicas mutantur, vt perpetuum onus recuperandi peregrina ſemina olitoribus incumbat. Manifeſtum eſt igitur nullum ſemen humanum vltra progredi poſſe, citra verò quam plurima intereunt, vtpote Sfortiadum familia in tertio gradu finem accepit: pleræque aliæ in ſexto vel ſeptimo: multa enim ſunt quæ obſint etiam præter naturalem rerum ordinem, nam principes vitiantur deliciis, adulationibus, auaris ac ambitioſis magiſtratibus, inde populorum odia, ſeditiones potentum regum, aliorum iniuriæ, bella inſidiæ, ac quod plus eſt, vitio diuina properat. Solebat dicere Antoninus pius nullum bonum principem inſidiis exceptum, qui Diis curæ eſſet. Idque exemplo Octauij Veſpaſiani, Titi Traiani, Adrianique probabat,

babat. Narrabat. pater meus Facius Cardanus cum pro principe quodam oraret, vt ſi fieri poſſet, ne è regno ſuo pelleretur, tunc ei viſum quendam forma auguſta, barba prolixa, veſte linea, ac reſpondiſſe id fieri minimè poſſe: ſciſcitanti patri meo cur non, reſpondit quoniam inuiſus eſt Satrapæ & maieſtati diuinæ. Iterum patri ſciſcitanti quamobrem? reſpondit ille nihil, ſed reſerato velo quodam tot tantáque oſtendit, vt fateretur ipſe ea ſola memoria ita perculſum quandocumque reminiſceretur, vt nihil magis optaret quàm eius diei poſſe obliuiſci. Victus itaque eſt princeps ille, etiam regno ſpoliatus, infeliciter obijt, atque vtinam fabula hæc fuiſſet non hiſtoria. Sed redeo iam vnde digreſſus ſum, decem & quatuor generationes vix annos quingentos duodecim explere poſſunt: nam diuiſis duodecim & quingentis per quatuordecim, prodeunt triginta ſeptem fermè, quæ eſt illa familia in qua æquali facta deductione, ſeptem & triginta annis ſinguli regnare potuerint? noſtri maiores Macrobij fuere, vtpote cum àb abaui mei Aldi Cardani ortu iam nunc ad hanc vſque diem anni fluxerint ducenti ſexaginta quatuor, ſiquidem naſcitur Aldus anno ſalutis ducenteſimo octogeſimo ſupra milleſimum, ex eo oritur Fatiolus anno milleſimo treceenteſimo atque trigeſimo, à quo Antoninus: anno treceneſimo nonageſimo quinto vltra milleſimum, ex eo natus eſt pater meus Facius anno milleſimo, quadringenteſimo quadrageſimo quinto, ex quo ego anno quingenteſimo primo ſupra milleſimum: hoc quanquam in priuatis nihil minus & longæuis viris fuerit, ſi tamen regnatum fuiſſet ad explendum numerum ducentorum ſexaginta vnius annorum anni, etiam Attaui exigebantur. Non enim regnare dicitur infans dum pater ipſe ſuperſtes eſt: in ſex igitur generationibus anni ducenti vnus & ſexaginta abſumuntur, cum omnes exceſſerint annos vitæ ſeptuaginta aliqui etiam octoginta ſex impleuere: duplicato itaque numero fient duodecim ſucceſſorum anni quingenti viginti duo. At quo modo fieri potuit, vt reges tamdiu vixerint, ac quod plus eſt tam ſerò generarent? ſiquidem Proauus genitus eſt a patre quinquagenario, Auus à patrè qui iam annos quinque & ſexaginta expleuerat, pater à quinquagenario rurſus, at ego dum ille quinquageſimum ſextum expleuiſſet annum. Nihil enim refert ad diuturnitatem Imperij diuturnitas vitæ, ſed tarda proles, imperia in paucis ad longum æuum deducit: namque quatuordecim ſucceſſores, quorum quiſquam ſeculum impleat, ſi filium quiſquam eorum vigeſimo anno habuerit, non erit omnium regnum trecentis ſexaginta annis perennius: quare manifeſtum eſt fieri minimè poſſe omnino vt decem & quatuor ex vna ſtirpe non intermiſſi viri in regno plusquam quinquies centum & duodecim annos exſuperent. Non eſt autem nunc de his ſermo, qui antè Noeticam inundationem regnaſſe dicuntur, cum eos non vt alienos io digenis, ſed vt patres filiis regnaſſe compertum ſit. Tum verò vitæ ea longitudo erat, vt omnem fidem ſuperet. At nec in rebus publicis diuturnius æuum fuerat, quamobrem opportunius arbitror eas proprios mutare ſponte ordines, ante conſtitutum duodecim & quingentorum annorum curriculum, eóque minus eas ſic labefactari, quantò voluntaria permutatio minus lædit quàm coacta. Etenim niſi leges certis temporibus reficiantur, obſoletæ fiunt, & antiquantur, doliquę ac illuſiones eis inſurgunt: tum verò neceſſe eſt, vt per optimas etiam aliquod genus hominum potentiſſimum euadat, ac tale, vt remp: poſſit euertere, quod & contingit Lacedemoniis: nam cum Ephoros regibus oppoſuiſſent, Cleomenes vigente regia dignitate omnes Ephoros præter vnum Agileum & eundem caſu ſeruatum interfecit. Sic & Athenienſes legibus nimium fauentibus optimatibus ſub triginta Tyrannorum poteſtate facti ſunt. Et Roma vincente patritiorum factione, ſub decem viris, quod nullus magiſtratus plebi concederetur. At contra Florentinorum Reſp: tota ſub plebe gubernabatur, nobilibus omnibus ex toto afflictis, ac etiam eiectis. Quod ſi etiam magiſtratus reuoluantur ex lege, quemadmodum conſulum & tribunorum tempore, Romæ nihil minus nec res in tuto collocatur, ſed ad paucos omnia redeunt, coniuratione potentiorum inter ipſos habita: ſic Marius ſepties conſul: ſic Sylla Imperator exercitus perpetuus: ſic quatuor Romæ dominabantur in libera ciuitate, Pompeus Cæſar, Craſſus, & Cato. Sic Papirius & Furius toties dictatores, denique vt etiam Venetiis ſed modeſtiùs ſumma rerum apud eoſdem ſemper manet: aut ſi minus per leges licet ij ſubſtituuntur, interim quibus ſolum dignitatis nomen relinquatur, cætera illorum paucorum arbitrio peraguntur. Igitur ſi longius res defertur aut neceſſe eſt leges permutari, aut aliquo externo incommodo, veluti per antiſpaſim firmari remp: vel tandem familiam vnam in tantum euehi vt ciuitatem occupet: quemadmodum Ianuæ & Florentiæ contigit. Illud verò incommodum planè etiam cœtibus monaſticis accidit, nam principes ſemper ijdem manent quanquam dignitatibus non ſemper inſigniãtur: par enim haberi debet, vel vt denuo quiſquam ad dignitatem reuocetur, vel vt dignitas illi tradatur, cui ille qui prius eam habuit, ex toto poſſit imperare. Verùm in Repub: plurimum poſſunt opes, audacia, auctoritas, & eloquentia, non ea Ciceroniana aut Demoſthenis, ſed qualiſcunque in vnaquaque ciuitate magis accepta eſt. Optimum igitur præceptum ex ſuis legibus ſuſtuliſſe videntur Lycurgus & Solon, eas immutabiles ſtatuentes quando quidem hæ optima

eſſe

eſſe debet lex, vt ſingulis temporibus emendari poſſint, ac in certo annorum ſpacio debeant permutari. Vt enim non ſemper eidem populo eadem agri diuiſio poreſt conuenire, ſic nec leges eædam, ſed ſemper ad inſtantia neceſſariò ſunt mutanda. Idem etiam in magiſtrantibus obſeruandum; vanum eſt enim quod Tiberius dicebat nouos homines rapaciores eſſe, cum hirundinibus ſimiles ſint quæ quo magis hærent, minus trahunt. Creſcit enim auaritia pro diuitiarum augmento, & parum exiſtimat quodcunque præmium, qui opibus inſignibus gaudet. Itaque conatur maiora his quæ habet in dies parare. Conciliat & illi temporis longitudo potentiores amicos, quibus aduerſus accuſatores vtatur. Id etiam exemplo manifeſtum eſt quoſcunque prauos magiſtratus iuxta initia eſſe tolerabiles. Spes etiam noua homines retinet a ſceleribus: quod & in Venetis prætoribus animaduertere licet. Quin etiam etſi omnia adſint deeſt ſaltem commodum: miniſtri authoritas mutua confidentia, occaſio, vſus, cognitio, quæ omnia temporis prolixitate parantur, parta augentur. Inditio fuit omnium Imperatorum Initium fine laudabilius fuiſſe, præcipuè autem hoc diſcrimen vitæ in Nerone viſum eſt. Hic primo luſtro omnes bonos ſuperauit imperatores, ita vt Traianus non aliam mentem ſibi dari optaret quàm eam qua poſſet initia Neronis æmulari: at in fine omnes prauos facilè vicit. Cuiuſnam initium improbatur principis? cum tamen maioris partis tandem vita ſceleſta ſit. Eſt autem in initio magiſtratus, quiſquis non diuturnum habet magiſtratum. Accedit quòd admiſſo flagitio, non alia melior videtur via, quàm crimen crimine tueri, iuxta illud tragicum in Agamemnone.

Per ſcelera ſemper ſceleribus tutum eſt iter.

Quammobrem præſtat plurimùm in Repub; nec leges nec magiſtratus eſſe perpetuos. Quod enim audebit nefas nouus in dignitate: iuuat & familiarum etiam mutatio, quippe ea reddidit Venetorum dominationem perennem: extinctis enim prioribus cum alia ſucceſſerint, regno impares propter nouitatem erant. Atque ſic libertatem ea reſpub: eo vſque defendet, donec leges tuebitur ſuas, nec externa vexabitur potentia. Nam & optimatium dominatus ad augendum imperium ineptius eſt regno, præſtantius autem repub: Sunt etenim ciuitatum modi tres laudabiles, regnum Ariſtocratia Reſp. in regno vnus; in Ariſtocratia pauci, in Repub: omnes ſed optimi quique dominantur. His tribus modis alij gubernationis malè opponuntur Tyrannis, Oligarchia & Democratia. Eſt autem tyrannis vnius potentia, Oligarchia paucorum, Democratia popularium: ſed iniuſta dominatio in his omnibus, mali ciues bonis violenter dominantur horum autem omnium, præcipuè autem tyrannidis Plato vitam ac conſuetudinem damnare volens at contra optimorum extollere quædam arithmetica ſub obſcura prorſus ſcripſit, ac a verbis Ciceronis non aliena. Is enim in epiſtola ad Atticum dixit (ænigma opplotum de velia non intellexi), id enim numeris platonicis obſcurius, operæ pretium igitur facturum me arbitror, ſi eius duo loca ex his quæ ad propoſitum hoc non parum conferre videntur expoſuero, alterum quidem in libro de repub: nono, alterum in octauo, nam Tinei difficiliores numeros in exercitatione arithmetica ſatis diffusè ſum proſequutus, hæc igitur ex octauo libro ſunt. *Verba Platonis.*

Eſt autem ei quod diuinitus generandum eſt circuitus, quem numerus continet perfectus. Humanæ verò geniture is vtique, in quo primo augmentationes, ſuperantes & validæ tres conſtitutiones quatuor autem terminos accipientes ſimulantium ac diſſimulantium, creſcentium ac decreſcentium, cuncta correſpondentia & comparabilia invicem effecerunt: quorum ſex qui tertium fundamentum quinitati coniunctum, duas harmonias præbet, ter auctum vnam quidem æqualem æqualiter centum tantumdem, alteram verò æqualis quidem longitudinia ſed oblongioris vnumquemque numerorum ex diametris comparabilibus inuicem quinitatibus ſingulis indigentibus vna, duabus verò quæ inuicem dici nequeant: centum vero cuborum trinitatis ipſius. Vniuerſus autem hic numerus geometricus talem auctoritatem habens ad potiorem deterioremque generationem vim habet. Duplicem hic inſinuat generationem diuinam humanamque. Porro diuina ex numero conſtat perfecto, & hæc ad mundi pertinet originem: hanc in annis triginta ſex millibus futuram credit: hic autem perfectus eſt cum ex triginta ſex & mille conſtet, at triginta ſex quadratus eſt ſenarij qui perfectus eſt numerus vt Euclides oſtendit & mille cubus eſt denarij, qui perfectus eſt more pythagorico, quod etiam ſi ad hominis generationem referatur vigeſimus octauus annus diuinæ generationi idoneus erit. Verùm quod ad humanam attinet generationem hos aſſumit numeros, centum nonaginta duo ducentum ſexdecim, ducentum quadraginta tres, ducentum quinquaginta ſex, inter quos quatuor terminos tria ſunt interualla. Extremi autem numeri ducentorum quinquaginta ſex ad extremum centum nonaginta duos ratio eſt ſexquitertia veluti quatuor ad tria: hæc autem quinis ternis adiuncta, cuius proportio eſt ſexquialtera veluti ducentorum octoginta octo ad centum nonaginta duoa componit diapaſon ſiue duplam. Cum enim iunxeris rationem ſexquialteram, ſed ad quatuor rationi

ſex

ſexquitertia quatuor ad tria efficietur Ratio ſex ad tria quæ dupla eſt vt in Arithmeticis regulis oſtendimus. Horum autem termiootum augmentum vel decremeotum cum æqualiter factum fuerit nihilo ſecius eandem retinet proportionem: veluti ſi dupletur, fient trecenta octoginta quatuor: quadringenta & triginta duo: qnadringeota octoginta ſex: quingenta ac dnodecim. Verum inter hos eadem manet proportio, quæ fuerat inter centum nonaginta dno ducenta & ſexdecim, ducenta & quadraginta tria: Ducenta ac qninqnaginta ſex. Itaque conſtat eandem retineri harmoniam ſiue creſcant numeri, ſeu minuantur. Ter aucta igitur hæc dupla proportio vt inter octo & vnum duas conſtituit harmonias: ſiquidem harmooia duos retinet concentus: at vero concentus vnus octo habet voces, harmonia igitur vno facto termino communi quindecim habent voces. Et duæ harmoniæ qnæ voces cootinent viginti duas, proportionem conſtituunt octuplam, nam aſſumptis quatuor terminis octo, quatuor, duohus, vno, qui ſunt continuè dupli, duæ efficiuntnr harmonia: vna octo ad duo, altera qoatuor ad vnum, ſed quælibet illarum duplici concentu diapaſon conſtat videlicet octo ad quatuor & qnatuor ad duo, altera ex quatuor ad duo & duo ad vnum: igitur harmonica generatio ex ſexqnitertia debet aſſumi. Quomodo autem hæc his quæ in quinto libro de generatiune dixerat (Hominem ſcilicet à trigeſimo anno ad qninquageſimum quintum idunenm eſſe ad procreandum) & in ſexto de legibus à trigeſimo ad trigeſimum quintum annum tempus eſſe ineundarum nuptiarum: congruare! poſſint, intellige i; ſit ſuperficies vnius longitudo ipſa centum dimetiens, aut centum & qninquaginta, vt ratio vnius ad alteram moſica ſit ſexquialtera, & quæ dici poteſt ac quinque voces habens & quatuor interualla, reliquumque latus erit, quod poteſt in duodecim milia; & qningenta, eritqne indicibile, ac quod Euclides vocat, incommenſurabile: ſuperficiei autem magnitudo dietum vndecim millium centum: ferme ac octoginta, qui numerus anoos implet triginta dieſquæ ſuper ducentos trigiota: & hie numerus eſt tanta induſtria quæſitus, ante quem inutiles fœtus generari probat. Tempus autem generationis à trigeſimo anno ad qninquageſimum; quintum dies habet qnaſi decies mille quod eſt centum tantumdem: nam centum centies decem ſunt millia. Totum verò tempus, quod eſt duodecim millium & quingentibus cuius radix eſt latus alterum ſuperficiei, & fit ex centum in centum viginti quinqne qui eſt cubus quinitatis ipſius. Conſtat igitur geometrica ratione ex centum cubis qninitatis. Verùm ſingulæ partes cum ad cubum reducuntur vna ex his indigent. Hæc in octano docuerat, at nunc proſeqnamur quæ in nono.

Verba Platonis.

Soc: ah homine paucorum imperij cupido tertius apparuit eſſe tyrannus medius, namque iſtorum popularis vir extitit Glau: ita eſt Soc: cum tertio itaque voluptatis quoad veritatem ſimulacro poſt illum congreditur ſi vera in ſuperioribns diximus Glau: ſic eſt dicendum Soc: quin etiam paucorum potentia deditus tertius eſt à rege, ſi in eodem locamns optimatem ac regem Glau: tertius vtique Soc: triplo igitur numero ſecundum tripli rationem diſtat a vera voluptate tyrannus Glau: apparet Soc: planum: itaque ſimulacrnm ſecundum loogitudinis numerum tyrannicæ voluptatis exiſtet Glau: valde Soc: ſecundum verò potentiam & tertium augmeotum manifeſtum quanto diſcrepet internallo Glan: manifeſtum quidem computatori Soc: ſi quis conuerſo ordine quantum voluptatis veritate ſuperat, rex tyrannum quæſiuerit, peracta multiplicatione inueoiet regem vitæ dulcedine ſuperare tyrannum, & tyrannum vitæ amaritudine regem gradibus viginti nouem & ſeptingentis Glau: mirabile nimium interuallum hoc inter iuſti & iniuſti viri vitam quo ad voluptatem atque dolorem comulauiſti Soc: verus hic certè & conueoiens vitis hominum numerus, ſiquidem ipſis conueniunt dies nocteſque ac menſes & anni.

Non obſcnta eſt horum verborum interpretatio: ſtatnit ſiquidem tres viros regem, tyrannum, atque in horum medio popularem. Diſtat autem popularis a rege vt ſit ab eo tertius, itaque & tyrannns à populari nam inter regem & popularem medios optimates ſtatuit: quare regis conditio triplo melior eſt quam popularis, triplo igitur melior popularis, quam tyranni, quare regis ad tyrannom nonnpla ratio erit: deductis igitur ad ſolidam naturam his extremis, ita vt vnumquodqne ter in ſe ducatur, nouem quidem in ſeptingenta

Rex	optim.	popu.	tyran.
9	6	3.volup.	.1
1	2	3.dolor.	.9

atque viginti nouem euadent, vnitas autem eadem manebit ſolidaqne Itaque extremorum ratio eſt viginti nouem ac ſeptingentorum ad vnitatem regis 3.voluptas ad tyranni voluptatem rationē eam habent quam ſpetingenta, ac inſuper viginti nouem ad vnum: contra tyrāni triſtitia ad regiam calamitatem eandem habebit proportionem, congruit autem hoc etiam diebus noctibuſque anni. Nam cùm annus dies

tercentum

tercentum ſexaginta quinque totidéque noctes obtineat, erit vt dies noctéſque pariter anni vnius, ſint sriginta ſupra ſeptingenta, quare ſi vnā tantum voluptatis tyranno atque doloris regis tribuas, relinquentur equidem regi ſeptingenta ac viginti nouem voluptatis tyranno antem totidē amatitudinis, quare illud dicendum erit tyrannum (quod dici ſolet) vix habere diem ac noctem fœlicem. Contra vero Rex ſemper gaudet, vixque in anno diē aut noctem vnam babet ingratam: quare his ſic ſe habentibns non tantum gaudij magnitudine rex tyrannum vincit ea proportione quæ eſt ſeptingentorū viginti nouem ad vnū, tyrannus verò tāto maiore afficit mœrore, ſed etiam temporis differentia eadem maner vt tyrānus vix dieculū voluptatis, rex vero amaritudinis in toto anno obtineat. Quamobrem & pro magnitudine & pro lōgitudine inuiolata manet proportio ſepties centupla ac vigintupla nonupla: eadē antem & in menſibus ratio, nam cū menſis duodecima anni pars ſit erit equidem eius longitudo dierum triginta horarum decem quare omnes horæ menſis vnius ſeptingenta ac trigiota erūt: vna igitur ex his data regi pro dolore aut tyranuo pro voluptate relinquetur eadē proportio, quæ eſt ſeptingentorum viginti nouē ad vnū vt prius: In anno igitur diem, in menſe horam tyrannus vix obtinet voluptatis eāque ſic tenuem vt vix ſentiatur, contra rex amaritudinis nihil pene, dulcedinis autem abundè ac diuturnæ: tātum vt iuſta exſtimatione ſolida quadrataque triplicatæ perfectionis ſit. Hæc Plato Philoſophatur. Enimuero antiquorum mos fuit numerorum virtuti multa tribuere ſicut & Hippocrates fecit. qui motus morborum numeris tribuebat. Eſt antem verior ratione Galeni quam à Luna ſumit quæ præterquam quod menſem fictum facit cum X L. diem excedit non tenet, nam criſis in diebus XL. horis IX. cōtingeret, & in LXXX. horiſque X V I I I. & plane in C X X I. non in C X X. quod repugnat his quæ ab Hippocrate recitantur præſertim de Antiphonte Critobuli filio & eo qui in Dealcis horto habitabat; quam X L I. iudicati ſunt. Et Epicraodis vxore & Cleonactide qui ſupra Heraclium habitabat qui L X X X. non L X X X I. die & ipſi iudicati ſunt. Sic & Parrium io C X X. non C X X I. & ideo melius eſt, vt ſimpliciter dies ad X X. a medio motu Lunæ ſumant: X X. autem & ſequentes à Sole. Nam cum Saturnus Iupiterque in annis decem nouem & diebus trecentis ac octodecim perpetuo æqualique curſu ad coniunctionem reuertantur quot tunc reuolutiones retrocedendo iuxta terram in illis peregerit eum procedendo io totidem diebus ac partibus dici ad eandem metam reſtituitur, humanam totam machinam mouet, ac ad finiendos morbos impellitur, vnde fit vt ea ratio vſque ad centum quinquaginta nouem inuiolata per eoſdem progreſſus maneat: eo namque numero per vnum diem deficit cum centeſimus ſexageſimus pro centeſimo quinquageſimo nono ſuccedere debuiſſet: in totidem enim annis vno deducto propter deficientes dies a viginti annis ſuperiores erraticæ iterum conueniunt. Verùm hunc numerum nemo obſeruauit in morbis, ſed ſolum ad centum viginti vſque eadem ratione ſexageſimus conſiderandus eſt, in quo Saturnus reſtituitur & ſeptuageſimus ſecundus in quo Iupiter, & octogeſimus in quo Mars & nonus in quo Venus, & quadrageſimus ſeptimus in quo Mercurius, vltra hos trigeſimus & duodecimus quod in his ſuperiores per maximos feratur circulos. Tum etiam anni reditus, quartus & vigeſimus octauus alter ſoli, alter Lunæ dicatus, tum verò tercenteſimus ſeptuageſimus nonus Saturni & nonageſimus nonus ſupra trecenteſimum Iouis, & ſeptingenteſimus octogeſimus Martis, & octogeſimus quartus vltra quingenteſimum Veneris; ac centeſimus decimus ſextus Mercurij. In his enim in paruis circulis eorum ſtellæ reuoluuntur, extremus autem horum eſt quingenteſimus decimus tertius, qui colliditur cum proximo quingenteſimo duodecimo: producit autem ex viginti ſeptem circulis Lunaris reuerſionis. Eſt autem circulus lunaris numerus nouem decim, quem aureum vocant numerum: omnes igitur numeri digniores ſunt hi ſeptimus, nonus, duodecimus, quartus decimus, vigeſimus, vigeſimus octauas, trigeſimus, quadrageſimus, quadrageſimus ſeptimus, ſexageſimus, ſeptuageſimus ſecundus, octogeſimus, centeſimus, centeſimus decimus ſextus. centeſimus vigeſimus, trecenteſimus ſexageſimus ſextus. trecenteſimus ſeptuageſimus nonus. nonageſimus nonus à trecenteſimo. duodecimus vltra quingenteſimum vel & proximus quingenteſimus octogeſimus quartus & octogeſimus ſupra ſeptingenteſimum. Cauſa verò motuum humorum non ex cœlo eſt, ſed quia humor non mouetur niſi cum corrumpitur corrumpuntur antem partes propinquiores ex pulſioni ac pituita quia humida ſingulis diebus facit acceſſionem, quoniam ſtatim corrumpitur, bilis autem quia ſicca vnam exigit Solis reuolutionem atque tantò plus quantò in priore acceſſione natura ab opere impeditur verùm melancholia duas Solis reuolutiones completas requirit, ac tantò plus quantò impedimentum eſt, maius: itaque bilis de tertio in tertium, humor niger de quarto in quartum diem mouetur: fieri igitur non poteſt vt inuaſio bilis ante quadrageſimam octauam horam nec poſt vnquam accedat nec melancholiæ poſt ſeptuageſimam ſecundam horam, aut ante ipſam niſi quantum eſt, quod ſuper additur vtrique ex impedimento motus, & ſunt horæ octo plus & totidem minus: igitur acceſſio tertiana fit à quadrageſima hora ad quinquageſimam ſextam & quartana à ſexageſima quarta ad octogeſimam. Eius autem quæ ſingulis diebus inuadit celerior acceſſio eſt poſt ſexdecim horas tardior poſt triginta duas, has igitur ad numeros non deducimus ſed ad naturæ qualitatem. Quæcunque antem numeris ſeneſcunt, certis numeris continentur.

C CAPVT

CAPVT XII.

De cauſis deſtruentibus Regna & Imperia.

IMperia deſtruuntur ob calamitates, quæ exterius adueniunt, aut interius, aut in ipſa ſtirpe. Interius duo ſunt genera, ſeditio & rebellio. Exterius omne genus terræmotus peſtes cæteráque eiuſmodi: ſed nullum frequentius quam bellum. In ipſa ſtirpe rex ſtultus, defectus prolis diuiſio regni, fœminarum ſucceſſio, & dotes ac nuptiæ cum filiabus regum. Verum cum reliqua omnia facile debilitationem oſtendant, nuptiæ cum aliorum regum filiabus potius augere regnum ac confirmare poſſe videntur. Cum tamen non ita ſit, inditioque eſt Romanos, & Alexandrum, tum Cyrum, & quotquot monarchiam adepti ſunt nuptias cum ſubditis potius quam cum alienis regibus contraxiſſe atque id certe ſatisfacere deberet, quod ab exprimento argumentum ſumpſimus cum videamus omnia regna hoc modo potius debilitata quam confirmata, ſed iuuat rationẽ huius exponere. Primum quidem regnum quod conſtans & firmum eſſe debet, conſtantes etiam & firmas leges habere oportet, at cum nuptiis regna iunguntur diuerſæque nationes pari authoritate copulantur patrias leges labefactari neceſſe eſt ſi in vnum coeant; ſi non, diſſidia & ſeditio perpetua inter illas gentes vigent, vnde regnum maximè debilitat, demúmque euertitur. Mores quoque & diſciplina militaris ſeruari incorrupta non poſſunt, cum alter ab altero ſuſcipere inſtituta dedignetur, hac vero corruptâ infirmum & ægrum ſtatim regnum redditur. Præterea confiſi reges his incrementis, minus ſtudent rei militari, vnde deſides & ignaui ſubditi redditi, & ad inteſtina mala & externa incommoda ſuſtinenda inhabiles redduntur. Exemplum habemus in Turcarum regibus qui eum augere Imperium nuptiis ſe non poſſe intelligant, omnem ſpem conſeruandi & augendi ipſum in armis conſtituunt: vnde omnes inclyti victoriis & arte militari habiti ſunt. Similiter reſpublicæ & inter reliqoas Veneta cum priore ſpe deciderint, omnem curam omnémque ſpem in armis ponunt. Quanquam etiam Veneta, quod fœmina ſit, filiamque pepererit magno miraculo, regnum Cypri adepta ſit, nam non coniux vxori in dote ſucceſſit, ſed ipſa vxor coniugi, verùm hæc ſapientum & fœlicium priuilegia ſunt. Quid aliud eſt quod Henricus Rex Galliæ nunc tantas turbas miſcet niſi quia vxorem ſine dote accepit. Vt ergo quod ea parte imminutum eſt ac defuit, farciat, omnia tentat. At contra Philippus Cæſaris filius coniugio Angliæ regno potitus, ſatis eſſe putat parta tam facilè ſeruare. Vterque autem ſi dicere licet, forſan errat, ille auidus parat bella, hic nimis fortunæ fidit. Sed ad tutiora transeamus propoſitumque redeamus. Coniugia regni, ſi cum paribus fiant, ſubditorum mores corrumpunt, nam vxor marito per aliam aulam ducit, aliud eſt regnum: quod cum fæmineum ſit, vt vno verbo vtar, omnia mala complectitur. Quid enim euertit regnum noſtra ætate ruſus Taurinos Seguſſiorumque? niſi impotens vxor Luſitaniæ regis filia, quæ cum maximom ſpiraret regnum, perdidit coniugem etiam filios, nam ſi aula reginæ ſtatuatur, illam paraſitis, adulatoribus, & mercatoribus hominibuſque luxui deditis, plenam eſſe neceſſe eſt. At fac contingat homicidium, quod non pollicebitur hoc hominum genus, quod non vendet aut quod non impetrabit à regina: at regina quod non a coniuge quem non emolliet ſed fac vt non emolliat, quot iurgia quot quærelæ quomodo impotens fæmina non turbabit omnia coniux fraterni pediſſequæ aut eius, quæ ſola ornare reginam nouit periclitatur ob ineptum hominem forte occiſum, & non impetrabit veniam a rege? Sed fac vt non impetret ſit auſterior: quis iudex, quis ſenatus aut prætor audebit damnare, quem regina ſaluum eſſe vult præſertim his temporibus neceſſe eſt igitur vitiari iura, corrumpi iuſtitiam, atque euerti ciuitatem. Optime enim quod & alias diximus Cicero inquit non periiſſe Romam cum a Cæſare oppreſſa eſt libertas, aut cum a Gallis euerſi muri, ſed cum iudicia corrupta ſunt, legeſque obſeruari deſiere. Succedit aliud commodum, quod regius faſtus mulieris, amorque filiorum, inſcitia rerum humanarum cogit velle, vt filiis maſculis omnibus bonum ſit fœminæ exemplo ſuo matrimonio iungantur aliis regibus dos inde datur, aut pars regni. aut pecuniâ illâ regnum debilitatur minuiturque, hâc exhauritur ærarium, noua vectigilia imponuntur, odium ciuium excitatur. Maſculorum cura bella accendit, patrimonium diuiditur ſeditiones oriũtur inter fratres quibus neque frequentiores neque ſęuiores aut magis peſtiferi: quodque peſſimũ eſt inter omnia, diſcunt ſubditi ſtudia diuidere in principes ſuos inde etiam inſidiæ mutuæ, ac regi primogenitoque. At mulier priuata ſatis ducit eſſe reginam, vlterius non audet ſi non inſaniat timet aliam ſubingradi, ſi moroſa ſit. At dices nullo in ſtatu coniugia non licebunt cum aliis regibus equidem cum hæc, tria concurrerint, vt princeps non ſit potens qui vxorem ducit, vt regnũ hæreditarium accipiat, vicinumque quod gente ac moribus ferme vnũ ſit. Vnde Ferdinandus Hiſpaniarum Rex ſapiẽter Helizabethã partis maioris eiuſdẽ prouinciæ Reginã vxorẽ duxit. Et Ludouicus Gallorum Rex partis Galliæ hæredem. Etenim neq; antea potentes erant, ſed reguli ambo, & dos regnum vicinũ, atq; eiuſdẽ gentis. Reliqua verò cõmoda pecuniarũ & affinitatis non tã ſunt cõmoda quã dãna. Quid profuit Parthenopei regni dominis aut Sfortiadibus mutua affinitas, quã ſatis cõſtat hac noſtra ætate & regni & vitę finẽ attuliſſe? forſan obiiciat Ludouico Sfortiæ non obfuiſſe affinitatem, quæ nulla fuit cũ Aragonum regibus, ſed odiũ: fateor ſed nec cũ Ferrariæ principibus profuit quoque. Et ſi cum rege Aragonum affinitas Sfortiadũ non interceſſiſſet, ſtarent adhuc vtraque regna. Euerti quoque imperia ſtirpis defectu Attali regis exemplũ oſtendit: & noſtra ætate Montisferrati vt dicũt principũ ſtirpe ſublata, euerſe ſunt ciuitates & oppida, vt omnia peſſũ iterint. nec Perſarũ regnũ excidiſſet, ſi Darius ille qui victus eſt, ex ſtirpe fuiſſet antiqua: cum enim vetus regia familia concidit, aut regnum occupatur

ab

ab externis , aut ſeditionibus vexatū immioottur,aut ſi melius quid euenire poſſit eueniat nouus princeps eligitur;quē neceſſe eſt moribus & prudeotia moltū præſtare, vt præcedentiū regū authoritatē & poteſtatē retineat. Luxu Sardanapalus Aſſyriorum regnom perdidit , ſtultitia Iacobus Cypri rex,diuiſione in filios Maſſiniſſa & Conſtantinus,ſcelere Iugurtha.His modis regna ob ſtirpem intereunt atqoe delentur.

At externa vi ſi velim dinumerare quæ perierint , ſtultum ſiet, poſtquam quotidie exēpla non deſunt. Videtur tamen aliquid ſibi iūgere hi caſus : aut interitū ſtirpis regiæ aut inteſtinā ſeditionē,aut negligentiā militaris diſciplinæ , aut loxū nimiū regis aot populariū,velut Sybaritæ,aut ſtultitiā vel Principis gratia ſcelera.velut enim corpora eotū qui moriuntur,plerumque antea morbo aliqoo detioētur:ita & tegna. verū quæ maximè obsūt tegnis tua ſunt;ſeditio, negligentia militaris artis, & ſtultitia.Etenim cum io carpentaria & ſutoria arte raros videas optimos artifices,in medica vero architectotaq; rariſſimos, qoid dicendū erit de Principe cui ſcientiam longè maiorē eſſe oportet quā vel architecti vel medici.Hi eoim conſilia nauttæ ſtimantur quæ tametſi abdita ſint , ſimplicia tamen ſunt, & euidentia ſigna ſui edunt:at regis ſapientia circa hominū conſilia eſt quæ mille cōfractibus perplexa ſunt:atque adeò vt multi quod velint oeſciant. Habet præterea tot difficultates princeps,adulatores præcipuè, & inſidias aliorum principū, qui mores & ingenia ſubditorū ſollicitando corrūpunt, caſus quoque fortuitos tum populorū tum priuatorū,atq; quod maximū eſt,vt cogatur alia ſentire,alia facere diceréq; non ſolū ob conſuetudinē , ſed etiā malorū ſacerdotum præſtigias & ſuperſtitiones quibus omnibus iā longa conſuetudine coalitis ſeruire cogitur.Qoòd ſi ſine bello maneatmo lliūtur animi militū & ad opportuoas neceſſitates inepti reddūtur.Si bella exerceat procul magnis incōmodis fit & nullo præmio: oſtēdemus enim prouincias quæ procul abſunt oec cōiunctæ sūt diu retineri nō poſſe. Quòd ſi cū finitimis ingruēre validiore hoſte res poſtmodū acta eſt oportet enim finitimos habere amicos. Ob. id igitur Venetorū regnō maximè diuturnū eſt,quod Veneti ſint ſapientiſſimi & ſi priuata auaritia nō obfuiſſet,iā nō procul eſſet ab orbis imperio:tantum ſapientia poteſt.Interna verò mala ſunt ſeditio vt Genuēſium , neglectos artis militaris vt Mediolanenſiū ſunt enim plerique opifices aut nobiles,qui tamen ab opificibus ortum habuerunt:aut eorū exēplo ducūtur.Et luxus vt Hiſpanorum.Hæc tria ſi quis diſtingueret ac diligenter dignoſcere voluerit , non aliis exemplis melius vtatur:extrema enim ſunt ſingula io his,atque ita, vt doorū malorū nulli horum participes ſint. nam & Genoenſes impigri & moderati & artis militaris periti , & noſtra vrbs moderata nec ſeditioſa , nunc & Hiſpani arte militari maximè inſtructi & concordes:ſed mulierum potius quam proprio arbitrio reguntur ſic eſt eorū oatura.

CAPVT XIII.

Quod Mutatio ſedis Imperij orbis deſtruit Imperium.

BLondus exiſtimat tranſlationē Imperij factā è Roma Bixantium, minime cauſam fuiſſe caſus illius,quod per plures Cęſares adbuc trāſlationē facta non ſolū imperium cōſtiterit ſed etiam auctum fuerit veluti ſub Conſtātino & Theodoſio ſub quorum filij Stillicoris fraude Roma capta Imperium Occideotale euerſum eſt. . . . . viri celebres extiterunt Politianus, Trapexūous,Philelphus,Monteregius, Eraſmus, Aleiatos,Budeus,Rhodigious,Veſſalius,ſed hunc forſan velut & omnes alios qui viuūt prætermittere decreuerat niſi cum ſingulari inuento amicitia iuncta fuiſſet. Apparet certè cū maximis tribus imperiis hos floruiſſe,Ottomanorū , Cæſaris,ac Perſarum. Hoc virtus,primum robur, mediū fortunā creauit. ſingulaq; horū maiora quam olim Perſarū aut Macedonū Romanorūve:quod noſtra ætate orbis totus patuerit,vt numerus in quatuot etiam partes diuiſos maior ſit,quā olim cū iā plura non eſſent imperia ſed vnum tantū,vnde non eſſe nunc hiſtoricū merito queritur.at forſan eſt,ſed nōdum in lucem prodiit Nam qui ſcripſit noper neſcio an vita fædior an moribus improbior ſtylo ne impurior, an hiſtoria ipſa mendacior fuerit? cumque obijceretur hoc vltimū viuenti, reſpondit poſt centum annos quis hæc non pro veris leget. ita accepta pecunia hiſtoriā ipſam quaſi meretricem proſtituit quod etiam Græcos feciſſe exiſtimo,non tam vanitate gentis ſed vt dixi potius auaritia ipſa, qua ſcelerati homioes & veritatem corrumpunt,& conſultò malis exemplis optimos ſucceſſus falſò ſubijciunt quaſi non Hiſtoriam ſcripturi,ſed homines reddituri conſultò deteriores.Etenim cū nihil facilius ſit quā fallere,maximā gloriā cōparare ſe poſſe ſperāt, ſi gratiā pro impia ac ſceleſta hac doctrina ſint recepturi.qua ſpe etiam plus Mahumethaois rebus fauit, futurū credēs vt ipſi quādoque rerū ſint potituri ſuáq; hiſtoriam ſeruaturi: neſcieos proditores ſuorū etiā ab hoſtibus negligi odioq; haberi:& eo magis ſi in manifeſtis mendacis deprehendantur nam ipſi hiſtoriam ſuā verè ſcriptā habent. Nec armis ſuis omnia debentur ; ſed tam facile ē Deo ſumma pendere imperia quā minima: vt enim minimo clauo , atque exigua piſciculi motione nauis retinetur,quam à prora nec lapideus pons retinere poteſt , ita res humanę cum ad Fata ſuaq; tempora deuolutæ diuinæ potentiæ computantur, neque maximum eſt poſſidere hic omnia ſed ſomnium. Hæc ſi ille animaduertere potuiſſet , hiſtoriam veritate & illuſtribus exemplis velut Plinius ac Cęſar decoraſſet.

Nunc verò quod ex priorum temporum ſerie obſeruari conuenit , pro futurorum notitia ſubijcere opportunum fuerit apparet enim in omnibus his diſciplinas cum imperio floruiſſe , ſiue quod hæ pace indigeat quæ imperia comitatur ſeu quod certamen ſit propoſitum ac præmia,quæ ſecu-

ritate & animi magnitudine opus habent; atque hæc etiam cum imperatoribus qui imperia adipiſcontur iuncta ſunt: ſeu quod ab eiſdem magnis cæli, & ſyderum conſtitutionibus prouenient, velut etiam cometis: ſeu quod veriſimilius eſt ab omnibus; cum verò imperia linguas ſecum ducant, neceſſe enim eſt tranſmutato imperio & linguam gentis proferri, non niſi in vna lingua ſemel artes ac diſciplinæ florere poſſunt, niſi & bis in imperio eodem aut ſæpius, at non bis neque ſæpius: quoniam aut deletur aut floret aut minuitur. Si igitur deleatur lingua quoque concidit, ſi minuatur quies non intercedit, ſed bella, ſuſpitiones, ſeditiones, exactiones quæ omnia egregium diſciplinarum incrementum impediunt. Si floreat iam, adulatoribus & deliciis locus primus eſt vnde fucati ſapientes qui ab adulatoribus præferuntur, vt non ijdem eſſe poſſint & haberi ſapientes at vt ſapientia floreat, hoc vno indiget vt ijdem qui ſunt habeantur etiam pro ſapientibus quod hodie videmus. In initiis verò imperij, cum opus ſit ſtrenuis viris & virtute præditis, locus eſt tum ob morum ſynceritatem, tum captandæ apud populum gloriæ ac gratiæ, tum quia hi ſtudioſi ſunt perpetuitatis nominis, viris vera virtute & eruditione præditis, non deſunt ſucceſſu temporum & aliqua pulchra ingenia, ſed cum multa non ſint, exiſtimatione præmiiſque ſublatis, laudant enim veteres florentiſſimamque ætatem quod & Martialis vidit epigrammate illo.

Temporibus noſtris ætas cum cedat auorum.

Ideo emergere nequeunt, nã humana ingenia velut ferrum collatis inuicem ſermonibus acuuntur, neque Archimedes talis fuiſſet niſi Conon & Apollonius extitiſſet, multo minus Plato ſi non Zenophon, & Ariſtoteles ſi non Plato & Geuſippus. Itaque humanæ naturæ quatenus ingenio vtitur proprium eſt, communem eſſe: communis enim eſt mens, niſi cum ad perfectionem quandam peruenerit. Et tunc quoque iuuatur antea verò conſenſus hic eſt neceſſarius feruntur & hi conatus cum legum mutationibus nam & hac noſtra ætate quamuis non ex integro, mutatæ ſunt leges intra X X. annorum ſpatium populique diuiſi: vbique Mahumethi legem Sophus ex Hali inſtituto diſcerpſit, atque ita vt nũc etiam vſque ad exitium dimicent quod ea lex in vi fundamentum poſuerit. Chriſtianam Lutherus & nunc exagitat, quamuis mortuus: interpretationẽ ſcripturarum, in qua Chriſtiana lex firmata eſt. Sed & Indi. Occidentales qui Idola colebant diuiſi ſunt Beticis vrgentibus, ſicut orientales Luſitanis. Ita vndequaque eruperunt variæ legum promulgationes atque eodem penè temporis momento vt dubium eſſe non poſſit hęc eſſe cęlitus immiſſa. Porrò ex his liquet alios nobiliores futuros nodos tranſlatis imperiis ad alias gentes, atque ab iis in linguis quas nunc barbaras vocamus. maioréque cum incremento, quod mens vna ſit donec vltima dies huius ſæculi veniat.

CAPVT XIV.

Quæ ſint neceſſaria ad obtinendum imperium vniuerſi.

DVplex genus conſtitutionis Imperij eſt, alterum quidem quod nullam certam ſedem præfixam habet ſed Imperator ipſe per prouincias ipſas vagatur veluti Æthiopum Rex, quem Preteianum vulgus vocat, & Cæſar noſter: reliquum cum in vna ciuitate ſedes præfixa eſt: vt Cæſarum olim Romę Ottomanorum nunc Conſtantinopoli: Primum igitur voluntario imperandi generi magis conuenit, cum omnes prouinciæ æqualiter ſe diligi putant, ſecundum maiorem retinet maieſtatem. Vnde hoc imperandi genus robuſtius, illud firmius. Conuenit primum, vbi regna diuiſa ſunt veluti Cæſar nunc noſter habet: Et vbi nulla eſt gens valde bellicoſa ſed vel omnes pariter imbelles, vel omnes pariter fortes vt apud Æthiopas, cum quaſi in eodem climate ſunt, Sed ſi a Septentrione in meridiem extendatur, nec ſit abruptũ imperium metropolis vna ad maieſtatem in medio conſtitui poterit, medium non dico diſtantiæ magnitudine, ſed proportione ad vicinas potentiores gentes, velut Ottomanus Conſtantinopoli ſedem fixit quæ licet propior ſit Boreæ, quam Auſtro, nihilominus quod turbenis &, Scythis & Pannoniis pacis, atque Germanis propior ſit, quam imbellibus Arabibus: ob id in media eſſe dicitur ſemper enim Imperij ſedes propinqua eſſe debet vicinis potentioribus vt ſplendore regis paulatim illi gentes deficiant ac ſuccumbant. Ob id rectè fecit Scotus Rex qui ſedem Edimburgi fixit in finibus Britannorum, quorum regia cum ſit Londini procul à Scotis duplici hoc auxilio hucuſque Scoti ſeruati ſunt. Quod ſi Anglus Rex ſedem regni Beruicij figere poſſet breui Scoticam gentem iugum ſubire cogeret. Sed hoc vt faciat, vetat metus Gallorum qui cum ſint potentes, ſi procul regia Britannorum abeſſet Britanniam inuaderent. Melius igitur eſſe putant propria ſeruaſſe quam aliena quærere. Maximum igitur ad ſubigendas finitimas nationes auxilium eſt regiam illis propinquam præfixiſſe. Sed ſi vtrinque ſit metus, tunc cogimur in medio collocare. Nam duas regias facere non debemus breui enim Regnum diuidetur. Sed oportet velut in animali cor vnum tantum eſſe, atque illud maxima vi armatum, cuncta ad ſe trahere. Sic etenim in numerali eſt. Ob id & artes & ſapientes & arma & iuris dicendi licentia & claſſis vno in loco conſtitui debẽt. ibi arx munita, duces, Indi, Theſaurus, omniáque egregia eſſe oportet. Si verò prouinciæ diuiſæ ſint, non diuturnũ imperiũ eſſe poteſt cũ nec vltro obedire, nec vi cogi, nec ab Imperatore luſtrari poſſint Quamobrẽ Cæſaris noſtri aut Gallorũ Regis potentia breui cõcidere neceſſe eſt. Sed ſi finitimi Reges cõtinuatis eſſent regnis, nõ eſſet neceſſe alterũ cõcidere: Sed vel in pace diu, vt Ruthenorũ Rex

cum

cum Ottomano; vel in bello vt Perſarum olim cum Romanis,& nunc cum Ottomanis perſeuerare poſſent. Quę igitur imperia ab Oriente in occidétem extenduntur, melius ſeruantur, ſi Imperator mutatis ſedibus regiones ſuas inuiſat. Sunt autem hæ difficultates in hoc genere quod ſubditi ſibi inuideot, cum vix fieri poſſit vt altera natio alteri non præferatur. Sed hoc maximè vitatur incommodum ſi non ab Imperatore ſed ſenatu, eóque iuſtiſſimo ius adminiſtretur. Si Rex ipſe nulli fiat familiaris, ſed Perſarum & Æthiophum more ſe videri non patiatur. Si religioſiſſime viuat. Oportet autem magno tædio ac laboribus ſic regnantem affici, vt qui ſit in perpetua peregrinatione. Hoc autem regnum difficilius euertitur, ſed facilius oppugnatur. Eſt enim robuſtius, quia omnes gentes liberè viuunt, ſed debilior eſt Rex cum diſperſas magis habeant vires. Oportet autem gentem, quæ obtinere imperium debet, eſſe numeroſam, & ob id ab initio mundi Ægiptij Aſſyrijque ac gentes auſtrales regnauere quod cum ibi habitari cæptum ſit ob cæli clementiam & ſoli fertilitatem, facilè fuit alias gentes ab eis opprimi: paucos à multis, diſperſos ab vnitis, duce carentes à ducem habentibus, nudos ab armatis. Sint etiam militari arte inſtructi velut Romani & Macedones, quos conſtat militari arte potius quàm alia re imperium obtinuiſſe. Diximus autem de hac ſuperius. Deinde non in extremis orbis regionibus ſedem figant. Cum enim imperium in ſeruitute conſtitutum ſit, ſeruitus autem violenta, neceſſe eſt violenter illud obtineri: at violentia robore indiget, robur autem non adeò magnum eſſe poteſt in remotiſſimis regionibus vt vi illæ contineri quæ leges quoque ſeruentur, atque hæ quæ eſſe debeant & quales nunc dicemus. Sit etiam continuitatis quædam ratio in ſucceſſionibus; cum neque breui Mundus ſubigi poſſit: nec in longo curſu temporis, niſi ordo ſit firmus fieri poteſt, vt decurſus ille felicitatis abrumpatur. Neque verò breuius tempus fuit conſtituendi imperij quam Alexandri, quod prope miraculum fuit: neque is potiores orbis partes occupauit, ſed maiorem atque ditiorem, tunc cognitæ habitabilis. Quod ſi ad magnitudinem orbis terræ Alexandri Imperium conferatur, vix decimam occupauit, ſi ad robur ſextam, ſed iam ad Imperij leges tranſeamus.

Harum prima eſt ne vllo modo diuidatur. Imo ne ſi poſſit fratri imperium aliud abſque incommodo elargiri id permittat multóque minus cuiquam hæreditaria vrbis aut oppidi poſſeſſio permittatur pœna verò capitalis ſit vel proponenti, vel poſtulanti, vel aſſentienti. Secunda vt Rex ipſe virtute omni præditus ſit & maximè arte militari, non infidus ſed tam hoſtibus quam amicis ſeruetur fides vnde aberrat Marchiauellus qui ſolùm ab Italicis tyrannis quique paruam regionem poſſederunt, nec diu exemplum ſumpſit, docens fidem eſſe frangendam. Nam Romani tunc mala fide res tractarunt, cum omiſſâ virtute & remiſſis viribus ad dolos ſe conuerterant: quibus cum etſi celerius imperium auxerunt breui etiam corruerunt: nam talibus extra nulli vt impiis fidi ſunt amici intus ſeditionibus agitantur: quare Reges & populi ſumma fide & virtute res agere debent. Et ne quis in mores Heliogabali aut Neronis incurrat nemo ad regnum admittatur ante X X V. annum antea ſit ſub tutoribus qui plenam habeant authoritatem & ſi aptus mente non ſit alius proponitur ex fratribus ipſi vero clauſtra ſint ad ſatiandam libidinem vt tribus vnico præſidio periculis caueatur ſoboli copioſæ, vt iniuriam ingenuis inferat, ne animum in libidine mancipatum habeant nam ſatietate ad libidinis incendia tollenda nihil melius. Tertia regula à toto regno artes omnes quæ ad luxum faciunt aboleantur, ne ſenſim luxu mores corrumpant. Quarta omnes vrbes ſimplici muro & nullo alio præſidio tueant exceptis oppidis quibuſdam exiguis in confinibus, vt ſic metu perpetuo detenti artem militarem colant, & ocium omne ac luxum abigant: tuti fuère Lacedemonij, donec vrbs ſola foſſa abſque muro defendebatur; obducto muro ruit reſpub. eorum. Quinta regula publicæ opes magnæ ſint, priuati exiguo ſint contenti, nemo arcem teneat, nemo aliis imperet niſi ex magiſtratu. Sexta miſceant noua veteribus colonis inductis, ne crudeliter pereant aut deficiant.

Conſtat igitur ſex regulis obſeruatis etiam priuati ſucceſſionem ad mũdi imperium peruenturam manſuramque perpetuò in illo: prima harum eſt, vt ſucceſſio continuetur vxorum multitudine: ſecunda vt omnia ad vnum deuoluantur. Æthiopum more cæteris hæredibus in perpetuis clauſtris concluſis: hi montes habeant, ſunt & inſulæ in lacubus, & arces. Turca occidit inhumano ritu ſed tamen humaniore quam hi, qui integros populos & nationes perimunt vt filiorum ambitioni ſatisfaciant. Ob hoc lege Æthiopum nil melius nec in principatu quicquam diuturnius. Tertia vt moribus ſit præſtantiſſimis: hoc habet ſeptem capita, primum vt ſit peritus artis militaris admodum, & in ea exercitatus, gnarus locorum perimentiumque ad commoda militiæ. Secundum vt maieſtatem retineat nec indignis præbeat adminiſtrationes, non ſit amator vt Antonius, nec hiſtrio vt Nero, aut gladiator vt Commodus. Tertium vt ſit prudens. Quartum vt populi amorem ſibi concilier, nec proceres eſſe permittat, à quibus ſibi timendum ſit. Quintum vt ſit comis & affabilis. Sextum vt ſit diligens in videndis rationibus regni, & ſeuerus delinquentium caſtigator hoc autem non veluti iudex, ſed vt cenſor iudicum. Septimum vt ſit peritus Philoſophiæ vtriuſque; ne vano metu

ſubiiciatur auaritiæ ſacerdotum qoi error heu quot bonos principes Chriſtianos perdidit: dum titulo pietaris in impia ſcelera largitionéſque vanas à peſſimis conſultoribus protruduntur. Quarta vt ſit diues pecuniiſque abundet. Hoc fit ſuperfluos ſumptus præcidendo non exhauriendo ſubditos. Quinta eſt vt ſubditi optimo genere armorum vtantur, armaó fortes, agiles, robuſti, natatores, patientes famis ac ſitis, ordines ſeruantes, laborum patientes, vallum & cibos geſtare aſſueti ſed hęc omnia ſuo loco explicabuntur. Sexta vt mulotudini illorum conſulant; ita Socratis tempore Athenis conceſſum eſt habere duas ſimul vxores. Spartæ mariti ſterilibus ſubiiciebantur, Romæ erant proletarij. Abraham duas ſimul babuit vxores & Iacob, adeò vt iuri diuioo haud repugnare hoc videatur. Sed aliis hoc negocium relinquatur proponantur præmia multitudioi filiorum, honores coniugatis, viduis & pupillis ſubſidia. Denique maxima cura adhibeatur vt multitudo quæ ſit alatur, inſtruatur foueatútque. Hæc omnia ſi obſeruentur diuturnum & maximum & ſecurum impetium conſtituetur abſque perfidia ae ſcelere.

CAPVT XV.

Indiam Orientalem à Luſitanis, Occidentalem ab Hiſpanis defecturam.

PRimum quidem ſcire oportet quonam pacto imperia regnáque retineantur duobus etenim modis, vi atque voluntate: neque enim alius modus excogitari poteſt, quæcunque vero magna ſunt maiore vi indigent ſimiliter & quæ procul, & quæ iouitum iugum ferunt, & ferocibus gentibus prædita, tum alienis moribus ac legibus. In vniuerſum verò ad duo prima capita reducuntur, ſi inuiti pareant & magna vi non ſuperentur. Imperia ergo & regna vel hæreditaria ſunt, vel electione habeotur, aut vi. Hæreditaria ob longam conſuetudinem & familias amicas iam adultas voluntariè retinentur, niſi à vi externa oppugnentur, aut omnino Princeps aliquis perditus ſit. Qoi verò eliguntur ſi ab omnibus eliguntur abſque periculo ſant: ſi à parte ſolùm, vtroque auxilio indigent: ſcilicet voluntate & vi, ius conſtat armis, pecuniis, arcibus ac prudenoa: voluntas iuſtitia, morum ſimilitudine & legum, ac libertate, tum ſpe ac ſecuritate. Vnde cnm nec armis parentur, conſtat arma & potentiam vtrique modo perutilem eſſe. Quæ verò vi parantur aut ab eo qui priuatus vixit, & ob admirationem ſuſpicitur: ob priorem ſtatum odio babetur ac paruipenditur. hi raro amittunt regnum abſque vita, filij autem plerumque quod & ob ſtirpem bumilem inuideant illis ciues ac eos negligant, ceſſétque admiratio paternæ virtutis. Qui verò reges antea erant ſiquidem coniūctum eſt quod aquiritur, ſi prudentia & viribus vigeant vniri poteſt priori regno velut Turca & Galliorū Rex. Si diſiunctum aut antiquum magnum eſt, & hoc nouum paruū, & tuoc magna ſolieitudine non tum valde diu retineri poreſt aut magnum eſt quod aquiſitum eſt lieetque tunc tranſmigrare: alias nūquam retinebitur: vna medela huic malo eſt, intermedias gentes domare antequá deſciſeant; quod eum maximo periculo ſit, quoniam regnum nouum nōdum firmū eſſe poteſt. Quod ſi gens indomita media ſit aut pelagus ingens? diu nunquam reoneri poterit. Neque enim vi, neque voluutate, nullo igitur modo. Quæ enim vis eſſe poteſt ſi tyrannus conſenſu populorum rebellet, cum procul fueris, nam ſeu gens fera intercedat ſeu pelagus ingens apparatum magnum probibebunt illi enim tutum aut vole non exiſtimabunt tantum exercitum per ſoos agros tranſire, pelagus autem ingens pluſquam decem millia hominum militiæ deditorum admiſiſſe oulla biſtoria docuit. Inde qopt incommoda ſequuntur poſt quam expoſueris? voluutate verò retineri nequeunt, quoniā nec libere viuere poſſunt, nec iuſta eſt adminiſtratio: qui enim propinqui ſunt principi, illos opprimunt, & vexant, exhauriuntque, confiſi viarum longitudini, & propriæ authoritati. Hominis enim improbitas tanta eſt, quanta eſt ſecuritas ſcelerum, vixque ex centum vnum excipies, qui ab hac regula aberret. Cum igitur India occidentalis maxima ſit & valde procul vtpore cuius proximior pars caput ſancti Auguſtini pelago intercedente diſtet M D. millibus paſſuum a capite viridi quod in Africa eſt, ac hoc diſtat a Fortunatis M. ferme paſſuum millibus XII. ſcilicet partibus in latitudioe ab bis Hiſpania M C C. paſſuum millibus; colligitur igitur breuiſſima via trium mille ſeptingentorum milliariorum aut paulo minus ex Hiſpania in Peru proximiorem Indiæ occidentalis regionem: quæ etiam maxima ex parte ſubtorrida agitur. procul igitur diſtat alterum regnum ab altero, cur autem potuerit acquiri ratio eſt manifeſta, populi imbelles, nudi, ſub Regulis atque diſcordes, vt totidem domuiſſe feras difficilius fuiſſet. retentum vſque nunc ob metum prouincialium. Io priocipio enim pauci admodum erant Hiſpani, atque ita è re ſua deſciſcere non erat, vbi partum eſt imperium, licet Indi numero defecerint peritia tamen ac experientia rei militaris longe validiores facti ſunt. quare cnm his vel bellum intercedat vel infida ſocietas vel violenta ſeruitus, imbecilliſſimum eſt regnom illud, nos autem ſuppoſuimus regnum quod rebellaturum eſt, non ſolum vaſtum ſed & firmum eſſe debere, cum igitur inualuerint vires certo rebellabit atque celerius quam orientalis India a Luſitaniæ rege. Nam is licet imbecillior ſit Hiſpaniæ rege, cui plura alia regna coniuncta ſuot, continuatum tamen babet Rex Luſitanorū regnum ſuum per ora Africæ meridionalem

nale. Deinde cum potentes habeant vicinos Regem Perſarum, & Turcam moribus & Religione diuerſis, haud tutum eſſet ſubditis tyrannum conſtituere, & à proprio Rege deſiſtere. Neque tamen hoc valde diuturnum eſſe poteſt quod ab vtriſq; partibus iotus ſcilicet & extra periculum petitur: licet vnum periculum alteri opponatur reſiſtatque: manebit quamdiu ſumma virtute & prudentia res agetur. At occidentale vna ratione firmiſſima tuebitur, ſi Rex ex deſcendentibus Cæſaris illis detur. Proferetur aliquandiu ſi in plura diuidatur, ſi præfecti certa lege biennium non exceſſerint. Si qui præficiuntur, filios & maxima patrimonia, tum vrbes in Hiſpania reliquerint. Si arces munitæ in India præfectis non pareant. Si togatis & plutibus ſcilicet ſenatui præfecti parere cogantur. Quæ fere omnia vt tutius regnum reddunt ab inteſtina fraude, ita imbecillius ad externam vim.

CAPVT XVI.

De cauſis repugnantibus in conſtitutione cuiuſcunque ſtatus Reipub.

QVòd nullum Reipub. genus conſtitui potuerit perpetuum, cauſa eſt repugnantia ipſa, tum verò aſtra interitúſque rerum & externa violentia. Verùm cæteris relictis de repugnantia ipſa ſolùm agemus, quæ tam multiplex eſt, vt non ſolùm perpetuam, ſed vix diuturnam ſinat eſſe Rempub. videntur autem repugnantia potiora genera nouem hæc. Nuptiæ, educatio, Magiſtratus, accuſationes, Duces, hæreditas, Diuitiæ, Religio & mores. Adeò verò vnumquodque horum per ſe difficile videtur, vt vix ſententiæ maximorum virorum conſtent: quinimò plerique abſurdiſſima commenti ſint. Primum igitur quod ad nuptias attinet, incommoda, quæ vnumquodque genus ſequuntur videamus. Etenim abſque nuptiis vix conſtare poterit Reſpub. primum quod experimentum id doceat & ratio, cum non futura ſit cura generationis, multò minus nutritionis, nemine proprios filios agnoſcente, incidemúſque in abſurdam illam promiſcui coniugij legem Platonis, vt etiam more belluarum cum filiis concumbamus. Sit igitur coniugium, quandoquidem non ſolùm ad prolem, verùm etiam ad domum conſtituendam curámque illam quam vocamus œconomicam: aut igitur eum vna aut pluribus, pluréſque cum vna & ea omnia aut cum diuortij libertate, aut abſque eâ. Plures igitur viros eâdem vxore potiri non conuenit: nam primum coniugij bonum auferetur ob quod inſtitutum videtur, ſcilicet propriorum filiorum agnitio; impeditur etiam ex superuentu generatio. Nec erit vna domus, quia plures viri, nec plures quia vna mulier, atque hoc adeò abſurdum eſt, vt vix vlla gens hunc morem tentauerit. Sequitur igitur, vt vel vnus cum vna abſque diuortio coniungatur vt Chriſtiani, aut cum diuortio vt Romani & Iudæi, aut vnus cum pluribus & diuortio vt Mahumetani: abſque autem diuortio hic modus vix contingere poteſt, quoniam impedimenta multa & rixas ſequi neceſſe eſt. Qui verò vnicâ vxore contenti ſunt, & abſque diuortio maximas habent difficultates & perpetuum bellum: vitia quoque tegunt atque ſic fraudes committuntur, quòd inſeparabile ſit coniugium, & plerique ob verecundiam nolunt fateri ſe deceptos, atque ita in perpetuò dolore viuunt. Cum verò nouerint non poſſe ſe diſiungi, alter alteri iniuriam aut clam aut palam prout vires ſuppetunt, infert, coactáque neceſſitas amorem minuit & faſtidium parit, vnde ſæpe alter alteri inſidias molitur, quæ omnia mala diuortium tollit, vt lege naturali vtile ſit. At contra in diuortio multa mala ſequuntur: amor aliarum quàm coniugis dum nouas ſpectant nuptias, contemptus filiorum mutatâ matre, imo odium & pernicies, mala educatio, diſſidia inter fratres, quorum matres æmulæ fuerunt, nec quicquam hoc malo grauius eſt. Nouercæ priuigni lites iurgia infernus ſi ſint maiores aliter miſeria orbitas: fœmineum crudele genus nouit in odio perſeuerantiam, in bonis conſtantiam non nouit. Qui verò plures ducere vxores ſolent, eaſque repudiare poſſunt, multitudini conſulunt. Cæterum diſſidia, inter filios, quorum matres ſunt inimicæ, mala educatio ob multitudinem, iniuriæ & inſidiæ.

Diuitiarum quoque ratio non minores habet difficultates: nam ſi diuitiæ in pretio ſint, homines earum cauſa fiunt improbiſſimi, vt noſtrâ ætate. Non iudices iuſtitia, non amicos fides, non affines neceſſitas & coniunctio, non artifices iuſiurandi Religio, non ſacra Sacerdotes, non nobiles pudor, non medicos profeſſio retinet, quin per omnia fanda infandáque præcipites ruant ad ditias comparandas: non æqui iuſtique vlla conſideratio aut pudor, aut metus, vel pietas vel miſericordia, ſed auaritia omnem ſecum improbitatem ducit ac trahit videas funeſtas......

CAPVT XVII.

De Seruis.

SEruorum duplex genus eſt naturale atque legitimum: cum enim quidam corpore validiore ſint animo autem belluino atque imperito, hi meritò natura ſerui ſunt, manifeſtum eſt autem

quod & horum duplex eſt genus', alterum ob pertutbationes, reliquum ob imperitiam. Sic vero definiuit Atiſtoteles & Stoici: verum ſi quis tectè conſidetet iuuenes natuta maximè ſeruiles ſunt, minus pueri, ſenes verò vtramque ob cauſam & quod corpore ſint imbecilli & conſilio prudenti, liberi natuta ſunt. Quuamobrem ſapientiſſimè iuſſit Moſes, ſi velint ſerui, poſt ſeptennium libri ſint, quõniam iam prudentes tot annis nb vſum & à perturbaiionibus quaſi vacùi eſſe poſſunt ob metum laborem calamitatéſque quas in ſeruitute paſſi ſunt. Sic etiam humanitati & populi numeroſitati conſuluit. Quod ſi nollent quaſi natura ſerui bocque tertium quaſi genus eſt quod mauuli ſeruire humano domino, & non eſſe ſolicitum de neceſſariis quam cum hac ſolicitudine in libertate viuere eos tanquam meritos perperuò damnat ſeruituti: etiam oe vi id egiſſe videatur autes fibula perforando. Pueri ergo merito omnia ſeruilia patiuntur ob imprudentiam & impotentiam animi. Vnde etiam ambiguo nomine pueri, & ſerui & ætate ingenui vocantur.

Cæterum hoc ſeruorum genus vt nemo tollere poſſet veluti à natura propagatum, ita legitimum à religione noſtra, ſeu his qui conſtitutiones ediderunt pnrſus ſublatum eſt illud dictum interpretantes quod apud Deum non eſt neq; ſeruus neq; liber. Quaſi etiamſi illud interpretemur Chriſti in die illa neq; nubent neque nubentur matrimoniũ quis inutile eſſe dicat. Seruitutem moderatã & iuſtam tam vtilẽ eſſe Reipub. cõſtat vt etiã iniuſta & immoderata vtilior ſit quam nulla: nam Gentiũ Reſp. feliciores fuerunt & nunc Mahumetanorum quam Chriſtianorum. Sed primum haud decet quemquam ſeruum eſſe quod parenie altero ſeu ambobus ſeruis natus ſit indignum eſt enim plurimam ſine dolo experiri miſeriam: præſertim ea ætate quæ ludibriis expoſita eſt. Sed neque ex captiuitate in bello: hoſtilis enim pugna cum fortium ſit virorum nihil tale experiri debet. Solum ergo ſceleri obnoxij & de coctores ſeruituti mancipati debent: quod olim in vſu erat. Neq; ſolum hi ipſi, ſed etiam filij in vincolis habebantur, velut Alexander ab Alexandro in Genialium dierum ſexto, & Rhodiginus in Duodecimo Antiquarum lectionum. Ex lege primum antiqua vt exiſtimo Draconis Athemienſis quam Solon abrogauit, inde etiam Ælia Romana nouis tribulis ſæpius irrita facta. Sed vt æquum eſt ſic plecti obæratos decoctores qui vel communem ſocietatem vel alienam pecuniam fraude peruertunt, ita iniquum & inbumanum ſi ob vſuram aliquam id contingat nam ſic etiã fæneratorum improbitati occurremus. Hæc verò qualiter tunc non licebont magis qoam in ergaſtula coniiciendo inutiliter? vel ex ſcelere condemnando ad triremes. Quis enim non magis ſe ſeruum eſſe cupiat quam in carceribus, aut multò etiam quam in triremibos? Apparet igitur hanc legum noſtrarum humanitatem antiqua atrocioreni eſſe. Mitto nunc illam quæ debitorem in fruſta ſcindi permittebat pro creditorum numero. Vnũ hoc colligo & priuatæ & publicæ rei plus ſatis cõducere & mitiore exemplo eſſe ſeruitutem decoctorum quam ergaſtula & carceres: & in criminibus magnis quæ capitis pœna non puniuntur quam triremes.

CAPVT XVIII.

Leges ciuiles breuiter explicatæ.

LEgum ſeries quæ à Iuſtiniano Imperatore conſtituta eſt obſcuritate maxima ob id inuoluta viderur, vt Iuriſconſulti maiori eſſent in admiratione, nec miſeri clientes intelligerent, quo in ſtatu eſſent. Indicio eſt verba plura ab illis vſurpati quæ barbara ſunt, vnde ſuperfluus labot in illis interpretandis iniunctus eſt velut............ Erciſcundæ etiam quamuis Ciceronis ſit, ab illis tamen ancipiti ſenſu ſublatum vocabulum eſt. Quid tot repetitiones contrarietatéſque? Et tam circumciſa & mutilata de cunctis ſententia, niſi vt homines admirarentur omnia, nihil intelligerent. Sæua quoque & iniqua iudicia qoale illud lege decima de pœnis Marcelli, ſi ſub pœna vinculorum Domino reddi iuſſus, non recipiatur à Domino, venundari eiſi emptorem non inuenerit, in opus publicum & quidem perpetuum tradi iubetur. Deinde in perſonas pauperiores acrius vindicandum iubent, vt miſeria miſeriæ adiungatur, quætántque homines opes per fas nefaſque, non tantùm commodioris vitæ cauſa, ſed etiam tutioris: cum omni induſtria furor auaritiæ compeſcendus eſſet. Inde furtis & adulteriis quæ duo maxima flagitia & communia ſunt, quid attinuit tot diſtinctiones adiicere, cum ſufficiat voluntarium à non voluntario diſtinguere, & ætatis ac ſexus aliquam habere rationem, in adulteriis etiam. Cætera videntur ad hoc inſtructa, quemadmodum Medici incolumitatis noſtræ tyranni ſunt, ita bonorum noſtrorum Iuriſconſulti quibus peſtilentiis nullæ deteriores in bumano genere eſſe potuerunt.

Non ego diſciplinas damno ſed homines: neque homines ſed vitia hominum. Maxima pars vt Ariſtoteles inquit reipublicæ eſt, vt mulierum ſtatus bene ſit conſtitutus. Vnde connubia, quibus vitiatis Reſpub. facilius corruit, éſtque ciuium ſtatus infelicior quàm ſi ſub tyranno bene conſtitutis matrimoniorum legibus viuant, itaque quantum difficilis eſt tantum & vtilis habenda eſt. Videntur tamen multi voluiſſe ciuibus conſultò malè eſſe vt Salicarum legum & Francicorum authoribus, ſed hæc mittamus, cum ignoratione non peccauerint.

Non liceat fœmlnæ ante perfectum vigeſimum annum, maſculo ante vigeſimum octauum nubere. Quod ſi nubat oullum ſit matrimonium, authores conſciiqua pœna capitis puniantur, nam & pueri qui naſcuntur ſtultiores ſunt minúſque prudentes infirmioris & breuioris vitæ, nec quicquam grauius Reipub. accidere poteſt. Poſſint tamen in ſolatium Patris au aui ad ſpem propagationis cum conſenſu prætoris & trium Senatorum qui præſentes adſint, ante hæc tempora iungi, ſic vt alter iugalium tempus debitum eapleuerit. Poſt eam ætatem ſi Pater viuat aut Mater, cum illorum conſenſu nubant, nam clam illla neque auſpicatum neque decens eſt connubium, & domus perpetuâ contentione turbantur. Puellæ verò cum conſenſu affinium aut Prætoris cum Senatoribus, ſi illi hæreditatis ſpe conſentire nollent, nubant. Fœminis à vigeſimo anno ad trigeſimum, maſculia à vigeſimo octauo ad quadrageſimum, oubere neceſſe ſit: aliter ſi per valetudinem ooo eacuſati ſint, hia annis tranſactis infames ſint, & dimidio bonorum quod ad propinquiores cognatos perueniat, mulctentur. Nulli parentem aut auum non habenti liceat ſi fœmiua ſit, diſparem valde maritum fortunâ, ætate, oobilitatéue dico inferiorem ducere: ſed neque quam pro concubina habuerit: ſic enim & mulieres & viri ab hoc ſcelere abſtinebunt, & veneficiorum confidentia ceſſabit.

Nemini plures tribus vaoribus ducere liceat, nec niſi primæ vel ea triente ſuccedere poſſit: poſſit autem ex libra auri per teſtamentum. Qui ſioe filiis eſt neque ſuſcepit vnquam, is in nullâ dignitate eſſe poſſit, oiſi vel vaorem tuoc habeat vel in annis primis duobus, qui vaotis ab obitu computantur, vel tres vxores habuerit, tunc enim ac ſi non orbus eſſet, babeatur. Dignitatem voco Magiſtratum, & quæ à Magiſtratu peudent vt qui ſuot à libellis vel rationibus, non autem munera ipſa veluti profitendi. Qui nubere non per ægritudinem nunquam voluerit, vbi tempus eaceſſerit, etiamſi teſtamentum antea condiderit, vel Priocipis indulgentiâ id obtinuerit, irritum tamen ſit. Filij vſque ad ſex ſi adſiot vnciam ex aſſe habeant in hæreditate, ſi ſupra ſea per æqualia bes diuidatur inter illos quotquot fuerint: reliquū ſi ex parte relictâ viuere poſſint, cui volet relinquat, ſeu ea filiis ſeu ea alienis: ſed ſi nō ſufficiat cui aut quibus volet adiiciat.

Adulter adulteráve etiam, poſt annos quadraginta cognitâ re à populo lapidentur, obruaotúrque corpora eorum magna lapidum ſtrue. Quòd ſi ex domeſticis fuerit adulter, prius ambo diu crucientur, nullâ ſint digni veniâ apud Prioeipem, oam vbi certi ſint filij maximæ curæ Parentibus erunt, Reſpubl. quoque conualeſcet. Excipiuntur filij filiæque Parentum alteri vnici vel vnicæ, cum vigeſimum octauum annum noo eaceſſerint: ad parentum enim ſolamen quingennio triremes maſculus aget, fœmina inter virgines ſacras perpetuò damnabitur, aut poſt decennium marito etiam abſque infamia liberum erit recipere. Quicunque aliter adulterari vxorem paritur, ſcripto ante chirographo cum teſtibus ſubſcriptis, liberat adulterum omnem adulterámque à pœna, maritus autem ſit infamis, filiíque ſpurij. Oportet autem omnem qoi legis beneficio vtitur, vel ætatis vel aliorum in publicos actus totam rem vt peracta eſt per tabellionem generalem referre, atque ſub certo ordine ita omnia collocare, vt oulli fraudi ſit. Si etiam aliquis ex adulteris vigeſimum annum non exceſſerit, ad veſtales fœmina in perperuum damnetur, nec liceat marito eam redimere vnquam, quoniam redemptio eſt præter parentum ſolamen. Omnes præterea adulterij aua ilia*tores complices conſultores conſciéque iiſdem pœnis abſque venia vlla eodem modo mulctentur, cum adulteros immodicus ardor, hos improbitas peccare coëgerit. Fœminæ cum maſculis ex æquo ſuccedeant, gaudeant nuptæ vſusfructu, dimidium eius ſolùm ſub pœna datur, aut infamiæ in ornamentis adhibeatur, & hoc ſi fructus ipſi dotis auri duarum librarum æſtimarionem ſuperaoerint. Nam ſi non ſuperauerint libram auri, qoòd ſummum eſt etiam impendere in ornamenta liceat, nec à lege excipitur, niſi qoi ſupra leges eſt Princeps ipſe. Sicut etiam in ſucceſſione qui Principl aut eo ſine ioſtitutione mortuo populo placuerit, ſuccedat: hæredes omnes ab inteſtato in inſula cum cuſtodia ſine pecunia teneantur: vita admodùm priuata, ac cum pueris ignobilibus tantùm in famulitio ac ſine equis. Quicuoque ea bia vel adulteris ſancitâ vi legum tentauerit minuere vel euadere, ſummo ſupplicio afficiatur abſque venia vlla: longè enim melius eſt ſontem etiam è regia ſtirpe plecti, quàm regnum cum ſtirpe in diſcrimen vocari & affligi. Vbi enim metus ingentium malorum imminet, & ſeueros & inexorabiles eſſe decet, & vbi res euaſit in exemplum. Præceduot nobiliores nuptæ non ornatiores, & ſeniores maiore ſint in honore, & nuptæ virginibus ac viduis: viduæ lugebant biennio, capitaléque ſit oubere intra id tempus, viri anno ſimiliter non nubentes. Qui enim intra id tempus nupſeriot, quaſi meditatas nuptias & coniugis obitum habuiſſe videntur: luctus patris menſe, matris & filiorum viginti diebus finitur, reliquorum liberum eſt luctum exercere, modo intra octauum diem fioiatur, idémque veſtibus & aliis ſeruetur. Dos & hæreditas omnis ſeu vxor ſine filiis obeat, ſeu poſt filiorum obitum ad cognatos præter libram auri ex teſtamento, & io prima vaore vſque ad duas auri libras, ſi tanta ſit dos. Maſculus à tempore nuptiarum vioum bibere incipiat, fœminæ ſemper ſint abſtemiæ, nam & prudentiores erunt

&

& incolumiores & moderatiores, maiórque frugum copia erit. Delicatiores mulieres incoquant aquæ mel aut cyperi radicem, aut piperis grana. Diuortium ſit ob ætatem, ſexum; ſi alter ſit androginus nec coniux recipiat, aliter erit coniugium, ſacerdotium impediens noſtri cauſa, affinitatem inter maiores, & deſcendentes vel fratres ac ſorores, aut fratrea ſororéſve aſcendentium, conſobrinos quoque & amitinos ac patrueles: Hæc tria genera Pontificis ſummi arbitrio nubere poſſunt, vel ob Veneris perpetuam impotentiam: finis nuptiarum ceſſat, ob elephanticum morbum: inuitì etiam diſtrahantur, quoniam Reipublicæ calamitas omnibus præceptis anteponenda eſt. Si alter eorum iam ter fuerit coniux, ſi alter eorum ſit alij copulatus, ſi alterius legis ſit aut hæreticus nec ſciat, idque non poſt connubium accederit, ſi adulterium admiſerit peruenerítque fuga, vt plecti nequiuerit, & ſimiliter ſi inſidias alter aut veneficium parauerit alteri aut alterius filiis. Qui enim vel quæ iam lege mortua eſt, etiamſi præter legem viuat, neque coniugem habet neque ciuitatem. Quicunque diuortium aut omnino ſine culpa fecerit, aut per ignorantiam ſolùm moderatam cauſam præbuerit, iterum nubat. Neque enim decet Rempubl. abſque maximâ cauſâ tantâ vtilitate priuare, hominémque tanta ſpe qualis eſt poſteritatis bonum fraudari ſine proprio dolo, ſed alterius potius ſceleris aut caſu. Quinetiam coniuges ab adulteriis magis abſtinebunt, ſcientes ei quem offendunt maiorem parere voluptatem, alter quoquam de coniugis pudicitia magis ſolicitus erit, ſciens ſe non ſolum metu ſed ſeruitute liberari, nec immeritam infamiæ notam alterius detegendo ſcelus ſubibit.

Separatio thuri ſit, ſi contagioſo morbo alter coniugum detineatur, ſi inebrietur, ſi anheli grauiter oleat, perpetuóque; item conſenſu communi cum cauſa & ſummi Pontificis authoritate velut metu filiorum, nimiâ prodigalitate pellicibus & abuſu puerorum coram coniuge, pro quibus etiam ſi cognita ſint, pœnas dent. Si venenum in domum vel ſolum alter attulerit, liberum ſit alteri non ei cohabitare, quandoquidem deferre venenum in ciuitatem omninò capitale ſit. Alias etiam cauſas ſi Prætor & tres Senatores probauerint ratas admittant. Auſpicia, auguria, ſomnia, miracula nemo curet aut obſeruet niſi eorum quæ ſupra naturam fuerint aut præter naturam: veluti mihi ea nocte, quæ connubio filij mei impari admodùm ſucceſſit, & vni ex pueris familiaribus viſus eſt lectus eum cubiculo diu tremero, cum tamen terræ motum in vrbe nemo ſenſerit. Supplicandum eſt tunc Deo opere iuſto, innocenti conſilio, puriſſimo thure, quæ proſpera ſunt fortiter ſequi, quæ aduerſa vitanda tunc. Rebus perpetuis vitæ ſupplicium pœna ſit, damnia temporariis modu conſulto nec errore facta ſunt pecuniaria. Tribus enim modis cum ſcelera patrent homines, conſilio impetu animi, & errore: conſilio verò bifariam ſine cauſa & cum cauſa: quæ ſine cauſa & conſiliu & errore pari pœna & ſummià ſuppliciis puniantur: quæ conſilio & cum cauſa mediocri, quæ ab animi impetu leuiſſima. Mediocris pœna mors eſt, & perpetuæ triremes, aut ad lapidicinas damnationes: extrema vri ſuper crate, ſerrâ ſecari, palo infigi, rotæ inſeri, viuum ſepeliri, excoriari, & per pectua ac ventrem diuidi: leuiſſimæ pœnæ annui carceres cum pane & aqua, torqueri diu in eculeo, triremea vel lapidicinæ ad quinquennium, exilium cum ademptione bonorum, perpetua ſeruitus. Neque horum commemoratio crudelis eſt, ſed pia potius, cum & ſic inſontium & bonorum ſecuritati conſulatur, & multò pauciores pœnia obnoxij futuri ſint. Nec ſcio, cui lenitaa pœnarum vtilis ſit, niſi auaria migrantibus & tyrannia ac ſcribis: nam ſatius eſt paucos pœnas dare quàm multos, grauitatem verò earum alleuiat voluntas noxiorum. Nullus myropola in ciuitate, nullus luxus author, nullus ludus præterquam latrunculorum & pilæ, & qui corpori agilitatem & robur adducit, funis diſcus, curſus, ſaltus, venatio & aucupium abſque retibus, alteres arma, equus ligneus, haſtiludium equos agere & aurigare. Nec enim omnia decora & vtilia Reipubl. Nemo arma noxia ferat, pœna triremium miſſilia capitale ſit. Exerceantur ſtatis locis ac concluſis arcu, vibrare tela, excutere machinas bellicas igneas, in ſcopúmque dirigere. Nihil penſile aut caducum in vrbe pendeat: nemo lapidem iaciat mortis pœna: pueris flagella publica & carcer menſtruus ac inedia, & eductus iterum verberetur ante liberationem; verberentur pueri donec ſanguis abundè effluat. Furtis pœna pecuniaria, ſi non adſit pecunia, ad opera damnentur, donec ex lucro ſatiſfaciant multæ & domino rei. Omni mulcta in læſum pro dimidia, & fiſcum acuſatorémque ac ſatellites diuidatur: læſo tamen prius ex damno ſatisfaciendo. Latrones ſi ſpoliauerint, perpetuò ad opera vel triremes, ſi occiderint, ſummo ſupplicio afficiantur.

Si pater artem non docuerit filium, nec à filio alatur, nec in magiſtratu ſit nec ſuffragium det. Nulla ſint fidei commiſſa niſi in pios vſus, neque pignora rerum ſtabilium aut perpetui reditus. Nihil omninò non venale liberè ſit etiam de ſacris: illa tamen cum authoritate Pontificis. Legata omnia ad Sacerdotes pertinentia, ſi intra annum non veneant, abſque etiam vllo conſenſu Pontificis fiſco applicentur, nam Eccleſia quò opulentior, eò Reipub. deterius conſultum. Nihil habeant Sacerdotes ſtabile niſi domos proprias & angoſtas & fructuum omnium vigeſimam partem, vt ſint modeſti & Reipub. vtilitatem diligenter curent. Fœnus pro pupil-

lis

lis viduis virginibus nuptui locandis licitum ſit ex vncia, cæteris ex beſſe vnciæ: malum eſt hoc, ſed ad vitanda maiora mala neceſſarium. Sacerdotes in cauſis ciuilibus Epiſcopum habent iudicem, qui cum conſilio iuriſperiti decernat: in criminibus cum à crimine ſtatim deſinat eſſe Sacerdos communibus Iudicibus ſubiiciatur. Nemo concionibus aut ſecretis colloquiis populum alloquatur niſi Sacerdos, nec doceat quicquam præter bonos mores, & Euangelij ac ſacrorum aliorum librorum puram & nudam hiſtoriam, ſi ſecus fecerit vltimo ſupplicio afficiatur: nam vtilitas ſi qua eſſe poſſit aliter facienti exigua, damna adeò magna, vt ab his ſceleſtis regna integra euertantur: non enim Dei amor, ſed inſolentia, ambitio, auaritia inexplebilis peruicaciáque maxima tale hominum genus exagitant. Eadem pœna omnibus his ſit, qui perfidè ſe gerunt in eos, qui illos vitare nequeunt: dico iudices ſi ſcienter aliquid deliquerint, ſacerdotes, medicos, cuiuſque generis piſtores, molitores præter furtum, tùm tutores pupillorum; cauſidicos, procuratores & qui cibos vendunt aut vina ni monuerint dolus omnis præterquam quantitatis pro extremo, crimine ſit. At hi omnes ſint magno in honore iuxta tamen conditionem ordinis habeantur. Quippe piſtores molitores & coqui omnes alios artifices præcedant. Nullæ mulæ niſi onerariæ, nulla ſint carpenta in ciuitate.

Præcedat Princeps, inde Sacerdotes cum iudicibus, poſt duces militum & ruſtici, inde Medici & qui diſciplinas liberales docent, ſcilicet Dialecticam naturalem, Philoſophiam, Geometriam, Architecturam. Rhetoricam nemo doceat. Diuinationi nemo operam det pœna ignis, niſi ea naturalis ſit vt Aſtrologia prodigiorum ſcientia, medicina phyſionomia, metopoſcopia, philoſophia. Somniorum interpretationem nemo doceat, libri tamen Latinè aut Græcè ſcripti legi permittuntur, quod in nullo alio genere fieri licet vt rei quam docere non licet libri haberi poſſint. Nulli libri maternâ linguâ ſcripti de rebus ſeriis legantur, ne bene ſcripta imperitorum manibus deturpentur, & aditus bonarum litterarum negligantur. Ludi literarij magiſtri, ſi fœdè admiſerint aliquid in pueros, pro quorum eruditione præmium accipiunt vti proditores puniantur. Quod ſi obſcœna doceant, in exilium mittantur: nam quorſum hæc damno puerorum doceat, qui facere non deliberet? A mendaciis arceantur pueri & à deſidia atque formidine, liberalibus artibus erudiantur, nudi niſi ob flagitia ne verberentur; vigiliis, parſimoniæ, laboribus, taciturnitati cubiliſque duro tum frigori ac caloribus citra vitæ periculum perpetuò aſueſcant, perferántque libenter iniurias: cum pane vno tum obſonij genere contenti ſint ciues omnes, in coniugiis autem tribus obſoniorum genera nouem. Piſces carnes lac & quæ ex eo oua, radices herbæ, legumina, hortarij fructus & ſicci: fungos & anguillas recentes edere non liceat ranas nec terreſtre vllum exangue animal, nec abortiuum, nec ſponte mortuum nec fœtidum, nec piſces vnciâ minores edere fas non eſt. Nihil elixum præter legumina, & orizam. Reliqua omnia vel cruda, vel ſale condita vel aſſata ſuper prunas aut in veru, aut frixa. Cibi caſtrenſes, nuces, ficus, auellanæ, vuæ paſſæ, amygdalæ, piſces ſaliti, caſeus optimus, laridum herbæ odoratæ, piperitis Alexandrina, menta, ocimum, meliſſa, pulegium, naſturtium, & draconium vulgare. Præterea ex liquidis oleum mel acetum ſal, item cepe & allea, carnes aſſas & oua ſi offerantur: oriza quoque caſtrenſis maximè cibus & legumina, condimenta ius vel oleum pulegium & ſal. Paruos piſces piſcator dimittat vt eſcam aliorum aut ad incrementum. Nemo quadrupedis partem vllam cum lacte matris aut auis cum ouo matris aut coquat aut edat, vt eſus carnium non luxu, ſed neceſſitate admiſſa intelligatur. Bis in die comedant adulti, impuberes ter ſi velint, ſed bis tantùm obſonio. In caſtris vino vti liceat & maximè inſtante prælio, octo vini vncias meraci cum croco bibant.

Et cum Rempub. augere ſit inſtitutum, præmiáque duodecim habentibus filios in Prouincia vel quinque in Italia, vel tres Romæ maſculos cum immunitate vectigalium veteres conſtituerint, quis dubitat non ſolùm nulla vectigalia liberis capitibus vel filiis imponenda, ſed etiam iuuandos illos qui numeroſa ſobole Rempubl. iuuant, ipſi verò grauantur. Quamobrem neque vlli rei qua ad cibum vtimur, vectigal imponatur, præterquam vino, hortariis fructibus oleribus non odoratis, exoticis cibis & farciminibus quæ per annum ſeruari nequeunt, vt lucanicæ, quæ enim ſeruantur vtilia ſunt caſtrenſi vſui. Aromata nulla præter piper admittitur: illorum loco cyperi radix, citria, pulegium, iuniperi fructus, tum reliquæ odoratæ herbæ: vectigalia ergo ex his, tum his qui in domo habitant aduenis ex equis non ad militiam ex fœno ex mercibus ex domibus & nemoribus, maxima verò ex cauponibus & pratis. Ferri & chalybis & plumbi nullum vectigal, maximum ex aliis metallis. Nec ſufficit vt alimenta ſine vectigalibus ſint, ſed ne quis mercaturam transferendo faciat, & his ex quibus vectigalia non exiguntur. Si quis fecerit bona eius & conſciorum fiſco applicentur, vt etiam in omni ſcelere quod extremo ſupplicio dignum eſt, nec tamen minus hi eodem ſupplicio afficiantur. Quin etiam deſcendentes omnes ad decimum vſque gradum tum cognati fratres aut nepotes aut patrueles infames reddantur, ni ipſi fuerint accuſatores. Idem iudicium ſit de illis, qui reditus condunt, iuſto pretio diſtrahere nolentes, liceat in copia annonæ vicinia amicis

amicis nullo lucro Reipub. tantundem pro eiſdem pecuniis recepturæ quaſi mutuò date: ob id frumentum ſemper eodem pretio diſtraharut libræ ſex pro aſſe: pro auri ſcilicet vncia libræ ter mille octingentæ quadraginta: ſi minoris æſtimetur lucrum ſit fiſci, ſi pluris aliunde ad vectam eiuſdem damno ſit. Sed quod poteſt eſſe damnum Rempub. ſeruanti, eique tam bene conſulenti: Propterea neque in ea ſint Proceres, neque domini villarum aut oppidorum, ſed omnes liberi Regi ac magiſtratibus ſolis pareant. Si qui ſint oppidorum & villarum Domini diuiſa hæreditas, aut extinguetur tandem tyrannis illa aut diſſoluetur: tunc bonum eſt vt fundis à Repub. acceptis, ne cuiquam iniuria fiat ius dicendi & dominium permutetur: vbi enim paritas non eſt, tyrannidem vigere & dolis viui neceſſum eſt.

Qui plus habuerit in reditibus tribus auri libris, in nullo magiſtratu etiam Principis gratia eſſe poſſit: ſi inuentus fuerit magiſtratum recepiſſe, bona omnia ad fiſcum deuoluantur, cum verò pauperum quatuor ſint genera, ob luxum, ob inertiam, ob caſum & ob morbum, duo prima ſub capitis pœna ab omni magiſtratu arceantur: reliqua ad magiſtratus idonea, & qui à libræ auri dimidio vſque ad tertianam in reditibus habeant, ni ſint infames vel in mora. Omnes vrbici magiſtratus annui ſint, ad eundem magiſtratum nemo poſſit niſi poſt decem annos eligi; vbi quis triennio magiſtratu functus fuerit, biennio ceſſet: nec ſolùm ipſe, ſed fratres, parentes, filij, patrui, patrueles, amitini atque nepotes: multò minus vt duo ex his ſimul in magiſtratu eſſe poſſint. Excipiuntur ab hoc bellici magiſtratus, quanquam & in his triennij lex ſemper ſeruanda ſit incorrupta, adeò vt non ſolùm conſanguinei ſed nec miniſtri illorum, aut præfecti ad vllam dignitatē per biennium illud eligi poſſint. Et ſi etiam triēnium illud non continuarint, poſt quadriennium quomodocunque in magiſtratu exactum biennij lex omninò ſeruetur. Magiſtratibus iudicibus, iuridicis præmia vlla dare aut dona mittere tam capitale ſit ei qui mittit quàm qui recipit, etiam ſi ciſtula ceraſorum ſit, ſed mittentem accuſare teneatur. E publico ſtipendia accipiant, intra quadraginta dies omnem litem finiant, decem actori, totidem reo, viginti iudici ad deliberandum. Si noua iura emergant ſolutis expenſis integrè noua lis poteſt intendi, aliter non. Qui cauſa cadit ſoluet impenſas, iacturámque temporis iuxta iuramentum partis. Qui per calumniam litigat, quantum petit perſoluat, aut duplum eius quod negat: per calumniam litigat qui negat quod nouit & ob id vincere ſperat. Sententia per imperitiam iudicis lata falſa reſtituat iudex ex ſuo, & victor duplum reddat fiſco. Reditus intelligitur quod relinquitur deducta vigeſima Sacerdotum, vectigalibus bonorum & impenſis rei ruſticæ cum fœnore ſiquid perſoluat. Qui fœnus plus iuſtô exigit pœna capitis & bonorum mulctetur. Nulla mulcta componatur, ſed ſtatim bona ſi non aliter ſatisfaciat, ſub haſta veneant. Intra auri ſemunciam non ſit appellatio, ſed nouis rationibus inuentis, ſolutis expenſis reſtituatur in integrum. Qui verè litis victor eſt, omnem impenſam etiam perſolutam ex contumacia vel iudicum erroribus recuperet: iniuſtè enim litigare poteſt qui iuſtam habet cauſam.

Feſta celebranda L X X I I. dies enim L I I. & cum calendis Ianuarij fuerit dies Dominicus calendæ nullum feſtum adduut. Decem Apoſtolorum, Præſidis vrbis vnum, natiuitas Ioan. Baptiſtæ & mors virginis Mariæ & Stephani prothomartyria, & ſeptem dies Chriſto dicati, ſcilicet Natiuitas, Calendæ Ianuarij Magorum aduentus, dies quo conceptus fuit, dum in cœlum aſcendit, & duo dies Filio & Spiritui Sancto dicati: dies L X X I I I. ſunt totius anni pars quinta ad vnguem. Ita pauperibus conſulitur vt victum exercendo artes ac vendendo parare poſſint, nunc cum tot feſtis etiam in celeberrimis ſuunt ac edulia parant, atque ita dum cultus augetur contemnit. Præter hos quælibet ædes ſacra ſui Diui feſtum ſolenne celebret, & quid in aliis tota vrbs obſeruat, in his vicinio ſola peragat. Id verò eſt tabernæ & oficinæ occludantur, ad templum eant, ſacrificij fiant participes, Diui illius hiſtoria pura & vera legatur & explicetur: conuiuia inter amicos & conſanguineos celebrent, pompas ducant ludóſque publicos, Xenia amicis pauperibus mittant, in mendicos pecunias diſtribuant, cantilenis ac muſicis inſtrumentis omnia perſtrepant, coreas ducant, mimos habeant, comediæ tragediæque recitentur, pugnæ ferarum exhibeantur: certamina equorum & curruum exerceantur, tenſę diſponātur, ornentur viæ tapetibus tabolis ac ſignis tum vaſis pulchris, flores ſpargantur & herbæ odorathæ, thus adoleatur: deniq; omne genus ſpectaculorum quod iucunditatem cum honeſtate cōtineat, exhibeatur.

His diebus Princeps & Reſpublica in viduas & pupillos egenos triticum panémque optimum, nam huic diligentiſſimè conſulendum, carnes & piſces ſalitos, oleum, acetum amygdalas nucéſque diſtribuat. Collegia more Gallico ducentorum trecentorum puerorum tum puellarum non pauca ſumptu publico inſtituantur, in quibus ditiores ſoluant: omnes pudicè alantur, modeſtè veſtiantur aſſiduè erudiantur non ſolum in diſciplinis animi ſed etiam artibus & exercitationibus ad militiam vtilibus, & ad virtutes accendantur iuſtitiâ fortitudine & prudentia. Singulæ enim harum cum tam in pace quàm bello ſint vtiles ac neceſſariæ, fortitudo tamen in bello, iuſticia in pace vtilior eſt, prudentia ex æquo in vtriſque. Qui verò iuſti ſunt, vt grati ſint aut liberales, haud

indigent:

indigent:omnibus autem viribus annitendum eſt,vt omnes pueri ciuitatis diſciplinæ militaris primordia imbuant, & aliquā artem præcipuè fabrilem aut ruſticam. Nam cultus agrorū homines reddit robuſtos, & fortes ac probos,tum Reipub. ſalubertimus exiſtit:ob id nobilis eſt hæc exercitatio.Vt verò leges obſeruentur,quinq; cenſores eligantur in ſingula luſtra ſcilicet quinquennij ſpatium, qui & Regem & Sacerdotes & Senatores Duceſq; exercitus iudices ac magiſtratus omnes deponere,in vincula coniicere damnaréq; poſſint ad mortem,quod leges labefactare voluiſſe deprehēſi ſint.Alia in cauſa neq; in iudiciis priuatis vllam obtineant authoritatem: ſed neque ſuadere vt ſententiā ferant imò nec innuere liceat qualem velint etiamſi iuſtiſſima ſit:ſi id egerint è Magiſtratu excedant,& pro infamibus habeantur, nam ſub optimo etiam defenſore ſaltem impotentes eos fuiſſe conuincuntur. Sed lata ſententia apud illos liceat iudices accuſare librā auri depoſitā quam fiſcus obtineat,ſi non damnatur iudex. Pauperibus abſque depoſito per aduocatos & cauſidicos, quos Reſpublica illis ad cauſas defendēdas aſſignare perpetuò teneatur accuſare liceat: ſed ſi non obtinuerint quinquennio damnati Reip.ſeruiant; nec liceat pauperi pro eo qui habet accuſāre, ne legi fraus fiat.Harum legum immotus ſit ſtatus: ſed ſi viſum fuerit pro temporum conditione aliquam minus congruere,quatuor cenſoribus conuenientibus,& re per populum cōprobatā abrogetur lex per annos viginti,quibus tranſactis lex à nobis ſtatuta ſi nō antea redierit ſponte ad obſeruationem reducatur, nec vſque ad quadraginta annos poſſit amplius quiſquam ei intercedere, atque id in omnibus legibus obſeruatur, quæ in curia latina & materna lingua omnibus pateant: abrogatæ autem ſuccedentes in ære inciſæ ſuſpendatur in foro; omnibus qui exilio pœnam effugerint præmium pro proſcripti nece aſſignetur.

Nullus legatus intra pomerium vel vbi ciues habitāt. admittatur niſi eā die quā reſponſū habiturus eſt,& quā proponit. Domus etiam ſi amici non ſint legati Domini cuſtodia muniatur. Nullus aduena nō vrbis moribus viuens vltra decē dies in vrbe maneat: & ſi mulieri ciui miſceatur,tum ipſe tū mulier pœna capitali puniatur.Qui pollicitus fuerit ſe victurum moribus noſtris, fideiuſſione librarum trium auri fiſco præſtitā viuere in vrbe permittatur:& poſt decē annos pro ciue habeatur.Si non inuenit fideiuſſorem deponat pecuniam apud fiſcū ſi nec hoc,habitet in agro vel villa vel municipio, & poſt decē annos ſi vixerit vt ciuis recipiatur in vrbem:ſi deliquerit ſtatim pellatur ex agro; ſi maledixerit de legibus vel labefactare eas conſultò conatur, mulctetur bonis, torquatur, vt ſciant ciues an egerit dolo malo, ſi egit vltimo afficiatur ſupplicio,ſi nō,in exiliū perpetuū mittatur.

Qui in magiſtratu ſunt aut fuerūt ornato cōſeſſu atq; omni honoris genere decorētur, nec ex priuato delicto niſi proditione conuincatur, vltimi ſupplicij pœnas luant. In veſtium gemmarum & annulorū ornamentis vſque ad auri libras decem in pecunia vſq; ad tres habere liceat,ſi non virtute bellica ipſe vel pater aut filios, nepos aut auus ſibi parauerint:alij ſi plus habuerint omnia deuoluantur ad fiſcum.Si quis habere volet pecunias plures, in ærarium publicum deponat diuidendas pro dimidia hæredibus proximioribus, pro reliqua dimidia inter proximiores hæredes vel ex conſanguineis per capita.Mercatores tamē vſq; ad triginta auri libras habere poſſint,ſed præter domūculam nihil ſtabile poſſideant:maiora mercimonia fiſci nomine agantur. Pueri & adoleſcentes natare diſcant etiam armati lorica thorace & clypeo, tum equos ſimiliter armati inſidētes tranare flumina cogant:omnia poteſt vſus,& multò melius eſt periculum ingens ſubire, quàm in ſeruitutē certā incidere aut interfici.Filij filiæque proditorum caſtrentur, etiamſi proditio priuata fuerit. Ne quis cum muliere aliena cōcumbat, etiam ciuitate illorum captā, niſi diligenter exploratam virginem eſſe nunciauerint obſtetrices. Magiſtratus extra ciuitatem triennio determinantur, vltra mare ſi contigerit ſexennio additis itineris tēporibus,nam progreſſus temporum ſic ordinati euadunt. Omnes Magiſtratus populus eligit præter ſecretos corporis Principis cuſtodes, nam ſatellites etiam populus eligit.

Si Rex aut militum Dux quempiam ſine iudicio occiderit præterquam in acie fugientem vel reſiſtentem magiſtratibus Rex regno priuetur, duces capite plectantur. Qui vt ſe tueatur hominem occidit ſine pœna ſit. Qui Magiſtratui mandato reſiſtit impunè à quouis occidatur. Miniſtri omnes magiſtratuum in honore habeantur: qui reſtiterit, qui læſerit, qui conuitiatus fuerit,qui deceperit qui auxilium non præſtiterit,id potens facere,in Rempub.in Magiſtratus in Regem ſingula ex his admiſiſſe videntur. Domus omnes cauæ ſub terra, ſupra terrā non vltra tertiam contignationem æqualis altitudinis inter ſe altitudo omnis cubitorum viginti vt decor cum vtilitate & diuturnitat. iungatur:muri duorū laterum calce non cretā conſuti. Qui occiditur dimidio ponderis ſi ſine cauſā contingat, ex argento ſatisfiat fiſco, aut occiſor miniſtris oſtendatur.Quòd ſi vici exceperint vicinia, libram auri à fiſco habeant. Cum in caſtra itur, nulla ſit mulier, corio omnes induantur & lineo thorace, caligæ laneæ cum amphimalla vel amphitapa vel heteromalla, nam triplicem vſum præſtant lecti culcitræ veſtis: Super omnia mundiciei ſtudeant, ne deteriores belluis pleriſque videantur. Magiſtratibus extra vrbem præter exploratores & poſt magiſtratum ipſum legatos,vt in prouinciā cognoſcendi cauſa præter vocatos qui omnino accuſent etiam ſi ſine crimine ſint,nec vt ſufficiat laudatio publica & fides prouinciæ, vel hoc ſolùm vt ditior factus ſit argenteo cochleari ad condemnandum ſufficiat. Si autem omnino innocens fuerit

omnibus honoribus decoretur, & ſi pauperior ſit quàm ratio familiæ poſtulet, donec ad vtilem Magiſtratum peruenerit, libra auri in ſingulos annos ex fiſco dimidium dimidium ex prouincia accipiat. Deo qui maledixerit, lingua ei amputetur è radice: qui diues ad triremes per quinquennium: impotens ſi eſt vel impius iuſtâ irâ victus ac quaſi prouocatus pro diuis numinatur pœna, pro Deo ad triremes damnetur, & qui eum prouocauit. Filij eorum qui pro patria in bello pereunt, præferantur omnibus, qui ex publico ſubſidium vitæ accipiunt tempore, muneribus, honore. Pro mortuorum venia fiant ſupplicationes, pauperibus ſportulas Rex diuidat, memoria ſtrenuè percebrantium pro Republicâ celebretur. Quatuor Procuratores, qui & Regis tutores vocantur, eligantur: hi comprimant puniántque qui inſolentia aduerſus Regem vel aliam ob cauſam delinquont aut inſurgunt.

CAPVT XIX.

Exemplum generale de Ciuitate Mediolanenſi.

Situm vrbis noſtræ aliàs explicauimus, nunc ſolùm quod attinet ad illius naturam explicabimus. Eſt ager fœcundus quidem ſed adeò vicinus Eluetiis & montibus vt multis ſubminiſtrare alimenta cogatur quæ ager ferat præſertim tam frequentibus ciuitatibus. Ex vallibus autem circumuicinis innumeri confluunt homines, qui ex arido & paupere ſolo venientes allecti dulcedine patriæ noſtræ illam frequentant: cúmque nil niſi corpora afferant coguntur induſtria atque laboribus viuere, quò fit vt ipſi primum ad omne genus fraudis animum applicent: inde ſuſceptis filiis ac nepotibus ſtatim eos artibus diſcendis adhibeant. Ex hoc autem plura contingunt, primùm vt vili cibo alantur, & ob id morbis vexantur, fiunt etiam ſemiinſani, quoniam vltra modum & ætatis tolerantiam ſtudium adhibere coguntur: cúmque inter ſe tædij pellendi causâ colloquuntur, fiunt loquaces. Ciuitas verò artificioſis plurimùm abundat, ſed quoniam opera puerorum pleraq; fiunt, & ſolum ab artifice perfectionem adipiſcuntur: cum verò ex ergaſtulis pueri illi atque adoleſcentes erumpunt vt diebus feſtis omnia ſibi licere putant, atque ita in viis publicis obloquuntur, turpia dicunt, lapides iaciunt vt in prouerbium ceſſerit *Medium ſtultum*: ob paupertatem etiam fiunt guloſi & voraces, cum verò loquaces ſint ad contumelias & iurgia facilè erumpunt. Ob vilitatem autem inuidi ſunt & quoniam in ciuitate ſolum verſantur expertes rerum ſapientiſſimos ſe putant, atque ex hoc fit vt quiſquis etiam non vocatus alios docere velit: ita fit vt ſinguli imperare ſcire ſe putent parere nec ſciunt, nec ſcire ſe exiſtimant. Cum verò de ſe plurimum polliceantur virtute & eruditione præſtantes, ſi quod aliud hominum genus oderint, & quia pares ſe iſtis poſſe haud exiſtimant virtutem & eruditionem non ſolùm negligunt & vituperant, ſed etiam irrident. Solas ſuſpiciunt diuitias, quia honorari illos qui ea poſſident, cernunt: cúmq; per malas artes ad nobilitatem peruenerint, eo fit vt & ipſi nobiles ſint & loquaces & inuidi & diſcordes atque ſeditioſi. Quod inſpicientes qui dominantur eos vt volunt regunt, cum neque virtutem neque concordiam quæ duo maxima ſunt populorum munimenta vereantur.

Cum verò libertas Magiſtratuum eò proceſſerit ad rapinas conuerſi ſunt, nihilq; aliud eſſe volunt quod ſibi vtilius eſt, nec quicquã penſi habetur niſi aut propter exteros qui eò nequitiæ non proceſſerunt aut metu Principis, aut à quibuſdã qui longa nobilitate vitia didicerunt. Pauci admodũ ob id ſolùm rectè agunt quòd rectè agendum ſit: populus odio habet nobiles, nobiles plebẽ contemnunt. Parta diuitijs cum ſint ambitioſiſſimi ob nobilitatis nouitatẽ ideò profundunt ſtultè quod [illegible] paratum eſt: vitiúmque hoc virtutis ſpeciem retinet, vnde ſplẽdidè veſtiunt, luxurioſè [illegible] conuiuantur & mulieres ſupra modum [illegible]. Hinc carpenta veſtes torques ancillæ [illegible], ſtultitiæ argumenta, adulteriorum incitamenta, & impotentis ſexus effrenes audaciæ. Ita per has inæqualitates ex vno [illegible] principio perpetuò iactata noſtra ciuitas Reipublica non dixerim. Et neque ob id [illegible] milites, qui quantò plures fuerint, eò imbecilliores, nam ſeditione ſemper [illegible] & verbis prælia agunt.

Obiiciat forſan quis ſtrenuos duces fuiſſe & forſan raros Io. Iacobum Triultiũ & Medicem, ſed tamen ambo prius infenſi potentiæ fuere quã decori: alter Gallos innexit in vrbem, alter ciues pro hoſtibus habuit, vt audacter dicere poſſimus nõ poſſe eũdẽ eſſe bonum ducẽ & ciuem. Tãtùm enim inuidiâ premimus bonos, tantùm potẽtes, ſimemua vt cum cæteræ ciuitates extollant viros deinde potentiores factos odio habeãt, noſtra opprimit florentes, potentioribus factis blanditur. Inditio manifeſtiſſimo peruerſitatis noſtrę ſunt verba M. Marcelli aliàs recitata: decretum illud impium quo pœna patritio occidenti plebeium dimidij aurei imponitur ſolùm: ciuitas ſepties ſolo æquata, virorum nobiliſſimorum ſucceſſus, cum nemo huius vrbis fauore euectus ſit niſi pro partibus, vt alios ciues opprimeret. Iudicia quoque ſapientiſſimorum, ô quoties Alciatum conquerentem de inſolentiâ iuuenum vrbis noſtræ audiui, & certè petulantia quorundam finem eius accelerauit. Difficiles fuère ſemper adoleſcentum mores, qui neque puerili timore, neque iuuenili pudore coërceantur aut ſapientia ſenili, ſed Mediolanenſium intolerabiles.

His ego ſapientiſſimis vitiis ſtultus aliquando viſus ſum, quod iuſtitiam pietatem fidem probitatem concordiam publicam vtilitatem a qua omnes adeò abhorrent, vt potius miſeri eſſe velint in publi-

câ

cá calamitate quàm beati in communi felicitate, aliquid eſſe exiſtimarem. Itaque tyranni qui hæc intelligerent, vt dominarentur, ſeditiones nutrierunt, ſed res ſecus cecidit. Nemo enim Italus beneficio vel maleficio ciuitati noſtræ dominabitur, nam ſi exhauriet vires non habebit, ſi bonus ingratos experietur, ſi improbus vindices. Ob malum enim victum pluribus generationibus continuatum & curas ac cogitationes aſſiduas atra bilis plurimum dominatur vnde ingenioſiſſimi ſunt & audaciſſimi, neque vlla vrbs tot habuit Principum ſuorum parricidas: ad bellum tamen ineptiſſimi ſunt, quoniam militea oportet eſſe obedientes & concordes, ipſi autem neutrum habent. Hoc tamen non prohibet quin ſint aliqui duces prudentes licet etiam rari, quia nimium de ſe pollicentur. Sunt omnium mortalium maximè inconſtantes quia facilè iraſcuntur & perſuadentur, hoc antè quia rudes cum ſint, ſapientes ſe putant, ideo facillimè decipiũtur.

Huius inditium eſt lex, quæ etiam nunc ſeruatur, quam referunt in D. Ambroſium Epiſcopum, ne quis Hebræus ſub capitis pœna plus triduo maneret in vrbe, timens vir prudens, ne relicto Chriſti cultu ad Iudæorum ritum perſuaſi delaberentur: cúmque ſimplicitate decepti compenſare damnum ac dedecus velint, decipiunt ſi qui alij gloriæque ducunt decepiſſe: idem exiſtimantes eſſe vafriciem & prudentiam dolum & ſapientiam. Cumque aliæ nationes auaritiæ causâ & improbitatis id faciant, noſtri ob id magis, quod glorioſum eſſe exiſtimẽt: & ob id exteros magis quàm proprios, & ex propriis eruditos & probos quàm alios decipere conantur. Inde Sycophantæ in opulẽta & ſtulta ciuitate & quæ plus verbis quam rebus ipſis credunt, regnant: neque ars vlla ſyncerè adminiſtratur.

Propter conuerſationem etiam aſſiduam & mitem animum, nam vt dixi pro factis habent verba, & quia creduli concionatoribus recta ſuadentibus auſcultant, ſunt valde miſericordes pij & vſque ad ſuperſtitionem religioſi. Ita fit vt mandata Pontificum maximè ſeruent, quia leniora ſunt, nec ſuis moribus aduerſantur; Iuſtitiam autem & iudicium & proximi dilectionem quæ ſunt mandata Chriſti, quia aduerſus ambitionem propriam & auaritiam è directo pugnant, non ſeruant, & cum ſe in hoc delinquere cognoſcunt illa minus neceſſaria quaſi reſarcituri vſque ad ſuperſtitionem ſeruant, vt velut Chartuſiani etiam ægrotantes à carnibus abſtineant. Hinc tot pietatis inſignia exempla. Domus verò ſacra qua nulla ferme anguſtior eſt toto orbe religionis & ambitionis ex æquo exemplum eſt, nec hanc ambitionem damno, quæ maximo ornamento ſit vrbi. Eiuſdem pietatis inſigne exemplum eſt Xenodochium locuples & ornatum; Eâdem religione lex abſurdiſſima, quâ maritus dotem datam lucratur mortua vxore, etiam ſi abſque filiis diſcedat, bene cedit, quæ ſi in aliis Italiæ vrbibus eſſet, non aliam mercaturam ciues exercerent. Mediolani non ita ſed pauciſſimi erga vxores ſuas legis beneficio abutuntur, & ex his pauciſſimis plerique exteri: legem autem hanc condiderunt, quod & immoderatum luxum mulierum & licentiam adulteriorum pauci nubere vellent: ita hâc lege minori malo abſurdè prouiſum eſt, maiori autem nullum penitus auxilium adhibitum eſt. Senatus verò & magiſtratus ea retinent quam debent maieſtatem, ſed aliquando in eos grauius eſt peccare, quàm in Cæſarem, non tam ambitione quàm metu ne populus inſolens & admodum ſimplex inſurgat, omniáque confundat. Taceant Veneti, nulla ciuitas eſt in qua hi qui adminiſtrant liberius viuant exceptâ Bonnoniâ. Ergo ciuitas ſpecie quidem pulcherrima, fœcundo agro ampla, mœnibus munitiſſima; arce inexpugnabili, templis, ædibus priuatis, Xenodochio ornata, veſtitu artibus ingeniis liberalitate ac magnificentiâ nulli ferme ſecunda, tot tamen tantáque mala intrinſecus habet. Sunt prætera duo in illa quæ prætermiſimus collegia & familiæ antiquæ: collegia Iuriſconſultorum & medicorum, quæ leges habent arctas, & ſi non ſit pro ratione voluntas Iuriſconſultorum ad publicam certè vtilitatem pertinet. Sed familiarum antiquarum potentia & nobilitas ciuitatem multum illuſtrat. Sunt autem centum nonaginta arces & villas poſſident, & certè hi magnum ornamẽtum & robur afferunt ciuitati, afferréntque maius longè ſi loco luxus venationum & fœneris, pueros literis & philoſophia inſtruerent & ad virtutem accenderent. Cæſar verò vt qui præ mole negotiorum intentus vni regioni Italiæ eſſe non poteſt, & cuius imperium maximum eſt artibus inuictis & authoritate illos continet At illi adeò ſtulti ſunt vt optent exiguum Principem, ſub quo omne malorum genus experiantur: neque enim tam paruus eſſet, vt collectus in ſe conſiſteret velut Ferrariæ & Mantuæ reguli, nec tam magnus vt externas iniurias arcere poſſet.

His ſic ſe habentibus facilè eſt intelligere, quæ mala immineant, ea autem ſunt hæc. Primum quidem peſtilentiis maximis conflictabitur, deinde ruinis: nonne ſcriptũ eſt, *omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur & domus ſupra domũ cadet*. Sed hæc nec ſub Cæſare ob potentiam & probitatem, & forſan etiam nec ſub filio: quia tamen malum hoc intimũ eſt difficile eſt iudicare. Verùm cum in reliquis vrbibus leges ex malis bonos efficere nitantur, noſtra municipalia iura ex bonis malos efficere conantur. Dictum eſt de lege dotis aduerſus Iuſtinianum, aduerſus ſapientiſſimos Iuriſconſultos lata: ſed audi pulchriorem aduerſus omnes leges. Quicunque adulterium commiſerit arbitrio Senatus puniatur: qui furtum quod ternos aureos coronatos excedat, ſuſpendatur. O ſapientiam egregiam! qui pauculas pecunias vel neceſſitatis

cauſa ſuffuratur, contra leges ſuſpenditur: qui adulterium committit, in quo furta latent hæres alienus inſidiæ coniugum, vtrinque infamia æterna miſeri mariti, ruina Reipub. is arbitrio Senatus leui vel nulla pœna dignus videtur. Lex Longobardica vel Salica! ita initium omnium bonorum & fundamentum ciuitatis euertitur. Sed audi aliud generoſius exemplum ad vniuerſam Rempub. ſubuertendam: ſcis enim omnes homines mulieréſque filios aliquãdo fuiſſe, qui ergo filiorum rem malè inſtituit, totius ciuitatis ſalutem euertit. Audi ergo quid dicat: Aſcendentes non poſſint deſcendentium conditionem facere inæqualem. Quid ſi aliquis conſultò prauam cupiat facere iuuentutem? ſi Tyrannus opprimere ciues? ſi hoſtis euertere vrbem ſtudeat aliud dicturus eſt? Iuſtinianus tótque Iuriſconſultiſſimi deſipuerunt, qui in Nouellis quas appellant conſtitutionibus ita ſcribunt. Si filij ſex fuerint aut plures dimidium hæreditatis, ſi quatuor pars æqualiter inter filios diuidatur: reliquũ patet cui volet ſeu ex filiis ſeu ex alienis relinquat: ita metu ac ſpe moderatè in officio liberi continebantur, nec illorum vitę non conſultum erat. At egregij iſti viri dicunt non frementes ſtrepitum clamantium fratrum, quandoquidem goſſipij aſſe obuiam huic periculo iri poterat, egregiam municipalem legem tulerunt, dignam quæ aureis literis ſcriberetur. Ita omnes gentes ſtultæ ſunt, non illi tantùm Iuriſconſulti non ſapientiſſimus Imperator; Mediolenſes ſoli ſapiunt. Itaque vt dici ſolet, *Ex vngue Leonem indica.* Non decet inquiunt iurgia & rixas inter fratres excitare: rectè inquam: Ergo te melius docebo etiam legem feras, vt ſi frater fratrem ſpoliet, ſi filius parentem, impune illis ſit ne iurgia excitentur inter eos? Sed audi aliud memoratu dignum. Si puella ante decimum octauum annum aut iuuenis ante vigeſimum clam parentibus nupſerit, qui duxerit dotem amittat, recipientibus autem pœna ſit ducentorum. Vides quali pœna coerceant rem tam grauem? deinde initium libertatis ac licentiæ faciunt, antequam naturæ iure nubere liceat, quod ſuperius edocuimus.

CAPVT XX.

De prodigiis ſomniis diuinationibus & demum de notitia diuina.

...... Rurſus ſi contendas aliis oracula fuiſſe euentus cauſas id repugnat, quod perſæpe illa non eſſent nota nos, per quos cædes acta eſt. Deinde iam illud perſpicuum eſt violento mortis genere peremptos nec quemquam captum, qui cum his ſignis fruſtra tentauerit. Quid de Iuliano Imperatore dicendum: is enim reſponſum à dæmone acceperat periturum in Phrygia, quod cum ille interpretaretur de regione, vbi in Perſide vulnus lethale accepiſſet, interrogauit quo nomine locus ille vocaretur reſponſumque eſt ei Phrygia. An ergo aliquis potuit deducere Imperatorem in eum locum dolo, vt ibi occideretur? Quid dicimus de illo Annæi Senecæ Tragœdi in Medea oraculo de nouo orbe detegendo: apponere verba decet, ea ſunt.

Venient annis
Secula ſeris quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat tellus Typhiſque nouos
Detegat orbes, nec ſit terris
Vltima Thule.

Hinc non immeritò quiſquam obiiciet fortuitum fuiſſe atque vt in multis aliis caſibus contingere ſperatum, ita inter multas fabulas poëticas, aut id ratione nauti præuiſum: ſeu quod in Seneca fuerit, qui etiam Philoſophiæ peritus eſſet, Neroniſque magiſter ſeu illius frater, hócque ab illo didicerit ſeu quiſquis fuerit, hoc per ſe excogitauerit, aut ex Ariſtotelis arcanis hauſerit, cum tamen ille antipodas plus iuſto negat.

Sed audi maius: regnabat Mauritius Imperator Tiberiique gener annum iam XX. eratque ei Philippicus gener, ſuſpectúſque proditionis. Videt nocte quadam per ſomnum Chriſtum dicentem. Maurici, vis ne tuorum ſcelerum hoc in mundo aut poſt mortem pœnas dare? tum Mauritius ſibi reſpondiſſe viſus eſt, ſe potius in hoc mundo pœnas daturum, tum Chriſtus aduocato miniſtro inquit, hunc virum cum vxore filiiſque ac imperio trade in manus Phocæ militis vt pœnas flagitiorum ſuorum luat. Excepit, ſicque Imperator ſomnio ſolutus eſt. Vbi id contigit ſummo mane Philippicum aduocari iubet, is non ignarus qua ſuſpicione ſocer aduerſus illum teneretur, exoſculatis filis & vxore ad illum abiit inuenitque rem multo ſecus quàm timebat, nam Mauritius ſemet de ſuſpicione purgat, illúmque metu liberat rogátque an quem in exercitu militem nomine Phocam agnoſcat? reſpondit Philippicus, neminem præter quendam humillimæ ſortis, quem Imperator perſequi non curauit, ſiue quod minus ob hoc ſomnio crederet, ſeu quod nimis, nec fatum eludere poſſe ſperaret: ſeu quod procul abeſſet exercitus, aut quia ita mallet pœnas dare, exiſtimans ſi diuinum eſſet ſomnium præſtare animum ſeruari, ſi mane fruſtra illum ad necem quæri. Ergo orta in exercitu ſeditione Phocas Imperator electus, Mauritium cum tota ſtirpe perdidit. Multa huiuſmodi ſunt & quæ de Sybillis aliàs retulimus aliiſque diuinationum generibus inter quæ & illud refertur de tabula inuenta in ſepulchro Capys Capuæ vrbis conditoris in qua continebantur hæc verba. Quando oſſa Capys detegentur,

futurum

futurum eſt, vt Iulo natus à ſuis occidatur & magnis Italiæ cladibus vindicetur: ſimile illud Conſtantino imperante, qui Chriſtianam fidem plurimum iuuit, ferunt inuentum in ſepulchro cadauer cum lamina aurea his verbis inſcripta. In Chriſtum credo, qui ex Maria Virgine naſcitur: ô Sol imperantibus Conſtantinn & Hyrene iterum me videbis. Forſan à ſtudioſo aliquo Religionis noſtræ confictum, aut factum videri poteſt, ſed quod ſubiicit minimè. Rhodoricus Gottus Geta Hiſpaniarum Rex cum theſaurum Toleti in quibuſdam ædibus antiquis, in quibus fama defoſſum ferebatur, theſauri quidem nihil prorſus inuenit, ſed arculam cum panno, in quo figuræ Arabum hominum depictæ erant cum his verbis. Quo tempore arcula hæc effodietur, gens huic depictæ ſimilis Hiſpaniam occupabit, & incolas loci excindet quo viſo pannum concluſit, arculamque turſus defodit. Nac mota cum gens illa inuaſit prouinciam, & incolas ferme ad vnum deleuit: poſſeditque totam prouinciam, adeò vt etiam Siciliam occupauerit. Aliud refertur miraculo proximius inter recentiora: Ludouicus Alodiſius filius eius qui Forum Cornelij occupauerat quam vrbem nunc Imola vocant, iuuenis & à patre in tyrannide relictus ei vrbi dominabatur. Mittit quendam a ſecretis Ferrariam, qui cum reuerteretur vmbram tyranni patris obuiam habuit monentem vt certa die atque hora eo loci filius veniret, habere multa & neceſſaria quæ ei diceret. Cum filio hæc is renuntiaſſet omnia potius vt par erat credita ſunt. Quinimo metus inſidiarum emerſit mittitur tum alius fidus amicus tyranni, die atque hora conſtitutis, inuenit patris vmbram de filij inobedientia non parum querentem, quod illi multa atque arcana fuiſſet nuntiaturus. Nihilominus vt hæc filio diceret, fore vt expleto anno XXII. adiecta etiam die tyrannide priuaretur. Erat autem prope dies, & tyrannus vt hæc audiuit, præcauebat diligenter dici, obſeruans nec parum pœnitebat non iuiſſe. Ea die cum gelu foſſa concreuiſſet, & ipſe domeſticas potius quam externas inſidias metueret à Philippo Mediolani Duce cum quo fœderiunctus erat captus & vrbe ſpoliatus miſerè vitam finiuit. Infinitum negotium ſumpſiſſe viderer ſi omnes prædictiones annumerare vellem: ſed forſan aliquis euidentia atque præſentia deſiderabit? Quid euidentius prædictione Balaam? inquit enim venient naues ex littore inciſæ terræ & affligent Aſſyriam [, & deſtruent Hebræos, & ipſorum gens etiam in ſeculum peribit. Vbi qui venerunt pro inciſæ terræ Italiam expoſuerunt. Hæc enim ſola Prouincia hic inde à continenti ſeparata eſt, liguſtico & Adriatico mari circumdata. Aduenit hoc ſub Veſpaſianóque expletum eſt. Romanorum autem gens tum potens maximo Dei miraculo concidit tota. Danielis quoque oracula nonne ad vnguem expleta ſunt? Caput aureum ſtatuæ regnum Aſſyriorum decernit opulentiſſimum & quietiſſimum pectus & brachia Medorum & Perſarum: nam velut è pectore brachiæ, ita è Medorum imperio Perſarum ortum eſt. Hoc fuit vocalius primo, nam Xenophon & alij eius Hiſtoriam deſcripſere: venter & femora ærea Alexandri Macedonumque vocaliſſimum propter Græcorum multiplices hiſtorias. Romanorum verò deſcriptum eſt à cruribus ſtatuæ ferreis: fuit enim ſæuiſſimum. Etenim preter reliqua cum Medorum & Perſarum imperia vnico prælio parta ſint, Græcorum autem tribus, Romanorum perpetuis octingentorum annorum prælijs, vt toto hoc tempore Iani templum ſemel aut bis clauſum fuerit, coaluiſſe certum eſt. Pedes diuiſi partimque ferrei, partim cretacei, diuiſionem imperij ſub Conſtantino factum ſignificabant. E ferreo enim Romanorum imperio duo facta ſunt imperia, Occidentale ferreum, Orientale cretaceum, lapis autem qui è cœlo cecidit, Chriſtus eſt qui cœlo venit, & breui apud nos manſit quoniam cecidit, & lapis fuit; lapidem enim quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli dicit ſacra pagina. Hic comminuit pedes ſtatuæ ſcilicet vtrumque imperium. Nam tam Orientale quàm occidentale Auguſtini tēporibus reſoluta ſunt non deleta. At lapis ipſe in montē magnum euaſit, ſcilicet fide Chriſti per vniuerſum orbem promulgata vt manifeſtè appareat, & tēpus & numerum atq; ordinem tum cum his quæ euenerunt pulchrè congruere. Ob quæ Ioſephus hæc videns expleri, atque ex eo diuiſionem & ruinam imperij inſtantem cognoſcens, ſimúlque Cæſarum & reliquorū Romanorum crudelitatem veritus, cum vſque ad ſua tempora Danielis verba interpretatus eſſet, à ſuccedentibus abſtinuit, dicens, ad hiſtoricum minimè pertinere, vt de futuris ſcribat, quæ poſtmodum imo ante Paulus tamen expoſuerat dicens niſi facta fuerit diuiſio primum, & reliqua quæ ſequuntur. Sed & viſio arietis & hirci quam ipſe exponit Daniel veritatem ad vngue conſecuta videtur. Quoniam ſubiicit: aries Perſarum eſt regnum, hircus autem Græcorum, vt translationem vnius in alterum oſtenderet, cornu maximum primùs Græcorum Imperator Alexander, quatuor reliqua erunt de gente illius i. Macedonss non in illius robore cum regnum Alexandri in quatuor diuiſum ſit: quoniam non filij ſed ſatellites ſucceſſerunt: Græcorum cum ſuis ſucceſſoribus vſque ad Perſeum qui à Romanis ſpoliatus eſt, Ægyptum cui Prolomeus, & eius deſcendentes, vſque ad tempora. C. Cæſaris, Syriam cui Seleucus & qui ab eo deſcenderunt, Aſiam cui Antigonus cum ſtirpe ſua ex qua fuit Antigonus Epiphanes qui Iudæos iuxta prædicta à Daniele afflixit. Teſtantur gloriam Danielis ſepulchrum in Ebactana cum Iudæo ſacerdote atque eo in ſepulchro

reges Parthorum Medorum atque Perſarũ condi ſolebant, multáque alia quæ etiam Ioſephi ætate manebant. Deduxit hæc hiſtoria in memoriam aliam inſignem quæ in eadem gente accidit. Erat factio Iudæorum de qua Philo ſcripſit Eſſeorum appellata: hi ſanctè admodum viuebant, ex his vnus nomine Manachemus ferebatur ſpiritum habere diuinum is igitur aliquando alienigenam infantem obuiam habuit humillimæque conditionis: quem amplexus ſalutauit, eúmque Iudeorum regem futurum atque feliciſſimum ſed crudeliſſimum, in huiuſque crudelitatis ſignum infantis nares verberauit: fuit autem hæc prædictio eo mirabilior quod numquam antea per tot ſecula Iudæorum gens externo regi paruerat. Verùm tum cum tot difficultatibus euenit, quod Manachemus prædixerat. Is fuit Herodes primus, qui variis ſceleribus ac dolis in Regem euaſit, eum verò factus eſſet Rex viuetétque adhuc Manachemus memor vaticinij, illum vocari iuſſit, interrogauitque quot annis regnaturus eſſet, cumque Manachemus nil reſponderet magna ſuſpicio regem inuaſit, ne admodum breui eſſet interitutus: rogat igitur an ſaltem decennio eſſet regnaturus, tum Manachemus & decem inquit & viginti & triginta annos in Regno viues. Tum rex omnibus Eſſenis pepercit, in reliquos Iudæos alioquin ſæuiſſimus. Atque hi ad amplificandam Chriſti legem cui maximè ex Hebræis conſentiebant, non parum conduxerunt. Ita factum eſt, vt Manachimi prædictione Herodes ad Regnum inuadendum ſit animatus, Eſſeni ſeruato Chriſtique lex amplificata. Parum autem ante hæc tempora Abbas fuit nomine Ioachimus cuius libri extant, prædixit verò Græcorum Eccleſiam perpetuò ab infidelibus calcandam, quod & euenit: cum hîc nihil tale ſuſpicari liceret. Quod Pontifex Regis Hiſpaniarum Gallorum Rex Cæſaris captiuus futurus eſſet quorum vtrumque euenit. Quod noua interpretatio & clariſſima danda eſſet ſacris litteris, ceſſantibus omnino miraculis. Multa quoque ad Rempub. Venetorum pertinentia figuris in pauimento ædis B. Marci depicta ſunt velut ſtrages à Gallorum Rege, iactura ob curam Italicarum rerum, atque alia plura.

Sed iam nimis de experimentis, authoritate agendum non eſt, nam non plus hi nouerunt forſan quàm nos: ſed rationibus innitendum. Accipiamúſque quod nobis concedunt ſponte, ne in immenſum fruſtra trahatur diſputatio, ſcilicet ſpecies rerum cognita eſſe Deo, ne omnino nihil ſcire dicatur, & quæ effecerit, tanquam author ipſemet ignorare. Subiiciamus & hanc ſcientiam in vno aut duobus pro exemplo, ne longior ſermo euadat. Si igitur hominum genus nouit neque tamen vllum hominem, quid eſt homo ille cognitus, bonus ne an malus, ſapiens an ſtultus, æger an ſanus? Sed omnia hæc eſſe poſſunt? quid autem eſt? quod eſt hoc ſcire, nonne noſtra cognitione Dei multo erit inferior? Medicus cognoſcit hunc periturum morbóſque eo anno venturos, nauita tempeſtatem imminentem, Agricola meſſis iacturam, Architectus domum parum duraturam, atque hæc ex cauſis; ſi igitur cauſas omnes nouit Deus? omnia nouit atque perfectè. Si nullas? nihil omnino nouit at ſi aliquas tantùm? neque materiam nouit nec inferiorum aliquod quare neque ſpecies. Præterea ſi Deus nouit Solem ad nos acceſſurum, aut non nouit? vel ergo partem in toto ignorat quare & terram rotundam eſſe, vel terram eſſe, vel ſolem quomodo moueatur, hęc autem cum ignorare non poſſit, neque aëris caliditatem in noſtra Religione ignorare poteſt. Neque etiam Saturni & Lunæ aliorúmque aſtrorum omnes igitur cauſas nouit an ergo opera horum ignorabit? minimè nam gratia exempli ſol ſemper in abſide in initio cancri has habet vires atque hoc æternum eſt Deóque notum: forſan ignorabit quid ex vnaquaque mixtione proueniat: at hoc abſurdum eſt, ſic enim non noſcet deliquiorum quantitatem neque deliquia ipſa. Rurſus quæ futura ſunt neceſſaria ſunt, vt in libro de Fato demonſtratum eſt: vbi ergo neceſſitas hæc niſi in cauſarum ordine? ordo verò vbi niſi in Deo. Fatentur etiam Philoſophi animam collimando diuinare, vnde inſomni maximè diuina eſt: ſed ſi collimare poteſt, quare non multo acrius dæmones & mens dæmonibus ſuperior? præſertim quod hæc notitia eſt, reſque ipſa imo ſcientia eſt, adeò quod ſi anima aliqua longiſſimè collimare poſſet multò plura & euidentius poſſet ſcire, at hæc ſcientia in aliquo eſt ſubiecto, igitur in mente diuina fruſtra enim eſſet ſcientia ſi non eſſet qui ſciret: cumque ſit accidens abſque ſubiecto illa continente eſſe non poteſt. Deus etiam cognoſcit mentem illam hominum aut vnam aut perfectiſſimam & animam, quare omnia etiam quæ in illa ſunt. Sunt autem ſingularia. Nam anima oculum cognoſcendo cognoſcit & colores & reliqua; per oculum intelligo inſtrumentum non partem corpoream tantum. Sed ſi dicant mentem noſtram non cognoſcere ſingulare falluntur: ſed non eo modo cognoſcit quomodo à ſenſu. Puta cognoſco hunc trigonum rectangulum cognoſco igitur quod quatenus trigonus, exteriorem habet duobus interioribus angulis æqualem: quodque tres intus rectis duobus æquales, quòd in eo circulus inſcribi poteſt, quod circumſcribi, quod quælibet lineæ ab vno angulorum ad baſim ductæ ita ſecant ipſam, & ſub eadem ratione qua baſim, vt verò rectangulum quod latus vnum habet poteſtate æquale reliquis, ſeu quadrata ſeu tetragona ſeu pentagona, aut alia ſimilia ſuper ipſis formentur: cognoſcit & gratia exempli quod reliquorum angulorum qui recti non ſunt vnus alteri duplus eſt, quare

in eo nouit reflexam proportionem. At dicunt nouit, quod hic aut nunc hic ſit falſum eſt: nam vt dixi locus æternus eſt & tempus, vtque pars eſt in toto. Sit verò ita ſi eſſe poteſt, nullum hominem nullum equum nouit? primum igitur ceſſabit vnitio illa intellectus agentis cum intellectu noſtro quam & Ariſtoteles ipſe & Auerroes toties repetunt. Aut vnietur rei quam non cognoſcit in hoc ſimilis animæ noſtræ, quæ ſuũ corpus quid ſit certè ignorat cum id tamen perpetuò agitet atque in ipſo habitet. Deinde ignorabit & reges, & gentes, item præſentes præteritos ac futuros tam equos quam homines, igitur & totum genus: ab omnibus enim partibus ad totum ratio valet. Deinde oportebit & dæmones & mentes omnes alias inferiores Deo tollere: ſi enim dæmones ſingularia agnoſcunt, agnoſcent & ſuperiores intellectus, qui eos intelligunt. Si autem non agnoſcunt infeliciſſimi erunt, qui noſtra cognitione priuati ſint, & eam, quæ eſt ſuperiorum, habeant imperfectam. Rerum etiam inferiorum quædam eſt cognitio, quæ cum ad nos non pertineat ſuperioris alicuius mentis eam eſſe oportet. Quis enim nouit ſucceſſus regnorum rationem mutationum temporum, legum, morum, aliáque innumera quæ palam eſt certa ratione agi, nec tamen ab hominibus cognoſcuntur? nam in initiis horum ac finibus ſolent prodigia apparere videmus etiam in mundo hoc inferiore ſuperiora & perfectiora omnem inferiorum cognitionem ac vim continere, mixta elementorum grauia enim omnia quia vt aliàs docuimus ex ſola aqua ac terra conſtant quæ grauia ſunt, plantæ mixtorum vim retinent, diuerſitatem partium pondus, colores, ſapores, odores ac talia, animalia nutriuntur, ſecernunt conueniens à noxio vt plantæ: at homines vident audiunt, olfaciunt mouentúrque vt animalia, atque hæc perfectius in nobilioribus. Quod malum eſt ergo quæ dementia, vt ſuperiora his omnibus velut latrones facere ſolent ſpoliare velimus. Verùm quod eos decepit quicunque Deum ſingularia ignorare exiſtimarunt eſt, quoniam eodem modo cognoſcere arbitrantur hæc ſi eadem cognoſcat; quod falſum eſt nam hæc eadem quidem cognoſcit, verùm non eodem modo cognoſcit ſed longè perfectiore abſolutiore atque ſynceriore. Quæris quomodo? iam dixi aliàs ſi ſcirem Deus eſſem. Veruntamen vt modo ignoro, ita quid norit certò ſcio. Etenim omnia ita connexa ſunt atque in vnum deducta vt neque obliuiſci poſſit, nec vt diſcat indigeat, nec mutationem patiatur temporum ſucceſſu, nec doleat ex impietate, nec fatigetur à multitudine, nec aberret ob confuſionem, nec mutet ob hominis liberam voluntatem, nec infinitum augeatur, ſed omnia certo ordine explicata in vnum coeunt æternum ac purum atque inuariabile quod Diuina prouidentia dicitur. Id verò eſt ſummum non quod à nobis poſſit intelligi, quod eſſe poſſit excogitari. Miraris forſan hæc ita eſſe poſſe vt à nobis concipi nequeant? & non vides aſtrorum motum qui ſub oculis eſt quotidie, nulla ratione quomodo fiat intelligi potuiſſe, quomodocunque enim ponatur omnibus quæ videntur ſatisfacere nemo potuit: & ſi in abſurdiſſimas opiniones inciderit velut quod terra ſingulis diebus tota circumuertatur, quòd meritò ab Ariſtotele reprehenditur nec in alicuius mentem qui ſanus ſit, venire poteſt. Neque animaduertis quod ex infinitis quæ nobiſcum ſunt nihil prorſus cognoſcamus neque hoc ipſum quod in nobis eſt ſicut animam ſiue corpus? Inde tuo arbitrio diuina metiri vis.

CAPVT XXI.

De ſera at certa Dei in ſceleratos vltione.

. . . . DÆmonum ſeu prauorum Sacerdotum nihil refert inopia ac graui ſeruitutis iugo quibus perpetuò premuntur, demum quod omnium genus funditus excindi neceſſe ſit: vnde illud pro miraculo habitum, ſed pars eſt diuinæ Iuſtitiæ ſublatam hanc gentem tam magnam. Quod verò quis conqueratur ſacrificatum ſe Idolis more illo effeto, cum cor viuenti detrahunt, ſimile ille facturus erat: apparuit etiam quoſdam monitos hunc ritum finem celeriter habiturum. Quid ſi morbus aut lapis te excruciet quererisne de illis non certè: at par eſt ratio horum cum neutri Deum conditorem agnoſcant.

Sed iam fac agnoſcant Deum qui iniuriam inferant & qui recipiunt, num tu qui recipis bonus es? nec mereris etſi alia cauſa merearis non iſta? Nonne ſcriptum eſt de inimicis meis: *vindicabo inimicos meos.* Sed fac etiam vt alia cauſa merearis, tuum eſt ſi iniuſtè pariaris prouocare ad Dominum pro quo ſubiiciam quod contigit.

Burdugalæ cum ibi Philippus pulcher Gallorum Rex & Clemens Quintus Pontifex damnaſſent Italum . . . . iniuſtè, duceretúrque coram eis qui in feneſtra ſpectabat illos: damnatus ambos citauit intra annum ante Chriſti tribunal, ambóque incertâ causâ intra id tempus mortui ſunt. Cum Pyrata Hiſpanus à Præfecto claſſis Ianuenſis damnaretur ad mortem prouocauit damnatus ad Chriſtum illum intra ſex menſes adeſſe, coram Chriſto iubens quod iniuſtè damnaretur, vt qui nunquam offendiſſet Ianuenſes atque ita Præfectus intra ſextum menſem obiit. Ferdinandus quoque IV. Caſtulonenſis Rex cum duos æquites ad præcipitium è ſaxa ob falſam accuſationem damnâſſet, illum ambo vocauerunt intra menſem ante

Chriſti tribunal, intra quem mortuos eſt Rex: fuere autem eò admirabiliora hæc, quod omnes abſque cauſa obijſſe videntur. Sed tu quis es qui prouocas non puta mente ſed ſceleratus perfidus iniuſtior iudice a quo damnatis.

Verùm nihil petat qui falsò accuſatur, qui iniuſtè damnatur, non ſolum eſt pœna iudicibus ſed manet eos vltio in nepotibus ſcriptum eſt enim: *Patres noſtri manducauerunt fructum acerbos & dentes filiorum obſtupuerunt*. Et tertio Reg. c: 21. *quoniam humiliatus eſt Achab Rex Iſraël, non inducam malum in diebus eius ſed filij eius.* Etenim Achab perſuaſione Ieſabel vxoris quadringenta Prophetas Domini occiderat. Benadad Regem Syriæ contra mandatum Dei dimiſerat, Naboth propter vineam ſubmiſſis falſis accuſatoribus interfecerat. Itaque non ipſe, quia pœnituerat eum, ſed tempore Iotam filij eius Iehu inſurgens Regem ipſum filium Achab cum ſeptuaginta filiis occidit, omnémque illius ſtirpem funditus deleuit: ob quod factum Iehu reſponſum accepiſſe fertur regnaturum vſque ad quandam generationem. Ita ergo vltiones ex bonis factis ac pœnitentiâ differuntur non tolluntur, ſimiliter & præmia ob maiorum benefacta augentur. Obſeruandum eſt etiam, quòd cum Achab in bello occiſus ſit cædem non pro vltione haberi, niſi cum illa amiſſio regni vel excidium gentis ſubſequatur.

His intellectis videndum eſt, quænam dicatur vltio: eſt enim vltio quam vltionem non exiſtimamus & in ſcelere & in ipſo præmio conſtituta. Vltio ergo quam vltionem non exiſtimamus, fuit in Philippo Macedoniæ vltimo Rege: Is enim cum plures ob ſuſpicionem occidiſſet filios quoque ac filias & ad mortem & ad ſtuprum conquirebat nouiſſimè Theoxena nobilis mulier filiis ob hanc cauſam ac nepotibus ferro partim, partim veneno ſublatis ſe cum coniuge præcipitauit in mare. Ob id T. Liuius homo minimè ſuperſtitioſus hæc ſubiicit. *Populi ob hæc ſcelera Philippum execrabantur & filios, quæ diræ ab omnibus Diis exaudita effecerunt, vt ipſe in ſuum ſanguinem ſæuiret.* Hæc ille: Id verò vt acciderit breuiter exponam. Erant Philippo duo filij, Demetrius Romæ obſes & educatus, cui regnum debebatur, & Perſeus ignauus, qui Demetrium regni affectati inſimulauit apud Patrem, quaſi Romanorum beneficio occupare vellet regnum, qua ex cauſa occiditur. Poſt mortem calumnia Perſei a Philippo intellecta properabat hunc reliquum tollere: ſed tædio dolore ac deſperatione mortuus eſt, relicto regno ei quem oderat, occiſo inſonte quem amabat. Idem dolor torquet Ottomanos, dum quod Artaxerſes Herodes Philippus hic dictus Oedipúſque execrabantur, ipſi etiam admittere & ſuſtinere coguntur. Quæ maior Patri miſeria eſſe poteſt quàm plures habenti filios vnum ſpectare qui reliquos ſit occiſurus, vt omne regnum a parricidio auſpicium ſumat, nec poſſit eſſe Princeps ſine ſcelere. Quid igitur beatum eſſe poteſt in hoc paterno pectore etiamſi omnia mala omnéſque ſuſpiciones adimas? ſeruatur hæc familia ſine ſtolone, ſine ramis vllis, ſed vno in trunco ſolùm, quæ ſi exciderit ac ſi nunquam fuiſſet erit, viuit tamen in filiabus filiarúmque nepotibus: ſed plura ſunt exempla eorum qui regnandi cupiditate poſteritatem .... priorum principum ſuſtulere, velut Antonius Caracalla.

Maximum igitur infelicitatis genus eſt regnare ſi peccaueris: verùm peccata noſtra Othomanorum felicitati fauent, vidéntque peculiari quâdam Dei prouidentia foueri, qui tamdiu per vnicum filium durarint, pulſi a Tartarorum Rege imperium recuperauerint, tot Chriſtianorum Principum conuentus irritos effecerint. Itaque quamuis tot regna ſuſtulerit, tot prouincias deuaſtauerit, tam graue onus Chriſtianis impoſuerit, tanta ſæuitia regnet, ſi reſpicias regum exciſorum ingentia ſcelera, ſi ſpoliatorum ac parentum eorum auaritiam & flagitia, ſi Chriſtianorum oppreſſorum peccata, homines ſine humanitate, Chriſtiani ſine religione, vltores, impij, adulteri, blaſphemi, perfidi, hypocritæ, luſores, inuidi, iniuſti, fœneratores, rapaces, Sacerdotes hæretici, mulieres impudicæ, viri ſcelerati abſque fide abſque charitate; cur Deus vltionem expetenti non faueat: ille tum nequaquam felix eſt vel ſuſpitione ſucceſſoris alicuius ne ſtirpem ſuam deleat, vel ipſis propriis factis. Nuper Solimano huic inter cæteros præſtantiſſimo & feliciſſimo vt aliis videbatur, quatuor cum eſſent filij maiorem natu ex ſecunda vxore in balneo amiſit, maiorem atque vnicum ex prima vxore nomine Muſtaſa, ex eóque nepotem annum XII. agentem ſtrangulari iuſſit, atque hic eſt beatiſſimus Rex qui cogitur filios & nepotes occidere. Falluntur ergo qui maximas ærumnas, aliunde expetendas credunt, & ob id malefacta inulta putant; nullum eſt certius malum quàm quod in ſuos ſæuit, nullum maius quàm quod ex intimo; nihil igitur iniuſtum abſque vindicta Dei eſt, maioráque mala maioribus pœnis afficiuntur. At regnat plura in eo bona quàm mala neceſſe eſt, qui tot victoriis clarus euaſit, qui tot regna occupauit, qui amiſſum imperium recuperauit, qui ex ſeruitute liberatus eſt, qui nihil quod occupauerit, (miraculo prope hoc eſt) amiſit, cuius ſtirps vnica in prole tam diu perſeuerat, qui Venetorum prouidentiam a quibus dum inſurgeret facilè opprimi poterat ob cæcauit, qui tot conuentus vt dixi Chriſtianorum principum irritos effecit, qui Imperatorum ac Galliæ Pannoniæque Regum religioſorum impetus contudit.

Ergo hæc mittamus & videamus num

in

Digitized by Google

in ipſo ſcelere ſit miſeria, quanquam forſan hoc non tam omnibus probabit. Plutarchus nititur id duobus argumentis demonſtrare: alterum quòd in omnibus miſeriis inuenti ſunt, qui eas tacitè perferrent, at æſtum animi atque incendium nemo ſine gemitu ſine voce perferre poteſt: alterum quòd quæ contigua ſunt, verius afficiunt quàm quæ ſunt aliena. Cum igitur improbitas miſeriæ contigua ſit, fortuna verò miſerum efficiat cruciatu ob molliciem, paupertate ob auaritiam, alieno bono ob inuidiam, iniuria contemptúque ob ambitionem, morte ob timorem, conſtat animi vitia ad miſeriam plus facere quàm fortunam ipſam. Qui igitur auaritiâ ipsâ immensâ detinetur etiam in opibus dolebit, qui ambitione etiam in magiſtratu, qui inuidia etiam in felicitate, & qui irâ etiam poſt vltionem: manifeſtum eſt igitur pœnam & peccatum eſſe coniuncta. Riſi ego ſæpius podagræ dolores, alij inter maxima mala hos collocant: at hæc ratio forſan ſolis ſatisfaciet Philoſophis.

Quòd verò quæ bona ſunt ita coniuncta ſint malis, & rurſus quæ ſunt mala bonis, vt viciſſim illa ex his & hæc ex illis exoriri videantur planè ab omnibus conceſſum eſt, vnde Plinius in Panegyrico: habet has vices conditio mortalium vt aduerſa ex ſecundis ex aduerſis ſecunda naſcantur. Occultat vtrorumque ſemina Deus, & plerumque bonorum malorúmque cauſæ ſub diuerſa ſpecie latent. Plura ſcimus eſſe longè mala quàm bona, non ſolùm in priuatis rationibus ſed etiam publicis, plures tyranni quàm Reges, malæ Reſpub. quàm bonæ, regiones intemperatæ quàm temperatæ, barbari quàm homines ciuiles & inter animalia vix hominem & elephantem inter fructus lapides metalla vix vnam aut alteram ſpem abſolutam videbis. Et in ipſis ſingularibus idem contingit in ciſta porcorum vix vnum inuenies non vitiatum aliquâ ex parte: itaque videntur hi defectus neceſſarij & ad ordinem vniuerſi conducere. Quamobrem velut apes ex ſingulis plantis quod vtile eſt ſeligunt, reliqua relinquunt, ita Deus minima bona ex magna malorum mole colligit; itaque ex malis ipſis pœna authori ac vtilitas orbi aduehit. Sybaritæ Hetruſci Iapigæ ob luxum ad internetionem deleti ſunt: luxus enim & deſidia pœnam ſemper ſecum coniunctam habent, contemptum iniuriam & paupertatem, velut intemperantiam morbi, temeritatem & iram pericula, imprudentiam irriſio, ambitionem æſtus animi inuidiam dolor; eſt enim peccatum ſimul & pœna, velut verſâ vice ex doloribus & infelicitate præmia oriuntur, inſidiæ cautum, deriſio conſtantem, pericula dolores & mors fortem, ingrati ſplendidius tuum beneficium faciunt. Sic ſunt ſua commoda vnicuique malo, paupertas parit induſtriam, ab inimicis optimè tua vitia intelliges, morbi tolerantiam prudentiam pietatem pœnitentiam religionémque in animos hominum inducunt & reuocant. Mors omnia mala ſoluit, iniuriam, dedecus, exilium, carcerem, morbos, ſenectutem, metum, paupertatem, ſeruitutem vitiáque omnia, iucunda miſeris, triſtis beatis: omnia æquat, omnia penſat. Peſtis vomicam ex humano genere abſcindit inertem & belluinam vitam agentem partem aufert, vix vnum aut alterum egregium virum peſte ſublatum inuenies.

Bella improbos tollunt, imperia firmant cum quibus artes ad ſummum & diſciplinæ euehuntur, humanúmque genus in vnum coit maximo commodo: plures vrbes Alexander & Romani extruxerunt quàm deſtruxerunt. In bellis fortitudo agnoſcitur, virtus præmio afficitur, induſtria augetur, contemptus mortis docetur, regnorum vires firmantur: ſic pax eneruat. Diues es ſi non cuſtodieris, pereunt opes, tuncque eris infœliciſſimus. Si curaueris, tantum laboris habes tantum ſolicitudinis tantum metus doloris denique habebis quantum opum. Seditiones non abſque peccato ſunt idque certius quàm iactura. Tyrannis opprimit multos & multi mali: Deus autem inſontes eripit a manibus illorum: ſic Eliam è manibus Achab, Eliſæum ex inſidiis Regis Syriæ, alios autem vi tormentorum velut martyrum plurimos. Operæ pretium igitur eſt vt colligamus quæ dicta ſunt ſub vna ſententia. Deus punit omnes qui grauiter peccant ſubitò aut poſt aliquod tempus. Tarentini enim captâ Carbinâ Iapygum ciuitate pueros & virgines qui in templa confugerant, conſtuprandos toto die expoſuerunt, at verò ipſi fulminibus ad vnum occiſi ſunt. Phlegiarum quoque populi rapinis & cædibus intenti nouiſſimè cum templum Delphicum ſpoliaſſent, fulminibus primùm inde morbis conſumpti ſunt, vnde Virgilius.

Phlegyáſque miſerrimus omnes
Admonet, & magnâ teſtatur voce per umbras,
Diſcite iuſtitiam moniti & non temnere Diuos.

Succeſſu autem temporis veluti Ariſtocrates poſt X X. annos Meſſeniis proditis captus pœnas dedit, & Lyciſcus Orchomeniis poſt aliquot annos adeò grandi incendio æſtuabat, vt ob crimen hæc ſibi contingere fateretur. Cæſaris quoque interfectores omnes poſt aliquot annos malè periere, & multi eorum etiam eodem gladio quo illum interfecerant: & noſtris temporibus, quod & aliàs recitauimus, vltio diuina omnes eos Hiſpanos inſecuta eſt, qui nimis crudeliter Indos tractauere.

Verùm non ſolùm hoc ſcire decet, ſed cur in his differat, in aliis promptè occurrat: videtur enim melius fuiſſe, ſi vltio diuina præſens adeſſet, nam ſic coercere improbos facilè poſſet, nunc cum differat nocentes

nocentes quidem punit, ſed quod optimum fuerat alios non abſterret. Atque hæc dicta videntur quaſi Deus velit cogere quenquam eſſe bonum, at hoc potius iniuſtum eſſet quàm iuſtum, maximè ſi publicè fiat: at bene iuſtum eſt puniſſe nocentes. Ob hoc non expedit, vt flagitium ſtatim pœna ſequatur, tum maximè cum Deus nos in hunc mundum experiendi causâ miſerit. Multi præterea ex malis in bonum conuerſi ſunt. Gelo ex tyrannide Carthaginenſes fœdere coegit, ne immolarent humanas hoſtias Saturno: Lydiades quoque tyrannus depoſitâ tyrannide & optimis legibus conſtitutis pro patria occubuit. Miltiades in Cherroneſo tyrannidem exercuit: Cimon cum ſorore ſtuprum habuit: Themiſtocles multa laſciuè & petulanter egit, iidem patriam victoriis celeberrimis illuſtrarunt & Græciam totam a Barbaris liberarunt. Octauius Triumuiratu peſſimus pacem toti orbi & optimas leges tribuit. Fernandus Cortes ſi adulterij pœnas dediſſet, non tot millia Anthropophagorum Deum mutatis moribus colerent. Ego ipſe ſi in iuuenta mulctatus eſſem pro inſaniis meis, nunc non legerentur, quæ leguntur. Sed quid euidentius quàm de Paulo, qui ex acerrimo perſecutore, maximus legis defenſor factus eſt. Nec ſolùm propter ſe differtur vindicta ſed propter filios Laban, ſuſtinuit Deus Idola colentem, vt ex eo orirètur Lea & Rachel multarum gentium matres, & Chriſtinæ patrem ſceleſtum, vt filia religioſiſſima naſceretur. Nullum verò maius miraculum vltionis diuinæ quamuis dilatæ afferre ſcirem quàm ex tot nobiliſſimis Romanis familiis, ex tot ampliſſimis Regibus, ex tot Imperatoribus Aſſyriis Perſis Medis Græcis ne vel vnicum ſobolem eſſe ſuperſtitem.

Eſſe verò curæ principes & priuatos Deo oſtendunt caſus Cyri Romuli cum fortuna Alexandri, Platonis omina; omitto Oedipi oraculum, ne quis dubia veris mixta obiiciat. Et tot ſacræ paginæ teſtimonia velut omnibus nota. Ego de meipſo teſtari poſſum, multa prouidentiâ humanâ, aliquot fortuna pericula lethalia euaſiſſe, ſed longè plura aut ſomnio monitus aut per vigiliam aliquo neſcio quo. Nondum quicquam quod regeretur dignum conſcripſeram, cum iens ad Orientis portam mecum diai, cur à læua vadis, non potius a dextra tranſeo, & ſtatim a læua excidit ingens moles cementi ſeruatúſque ſum. Succedit alia ratio dilationis ordo: neque enim Deus quicquam per ſe agit, ſed ſua illa infinita ſapientia ab æterno certis legibus ita omnia contexuit, vt neque malum ſine pœna, neque bonum ſine præmio eſſet. Nobis autem non ſecus videtur atque his qui præcantatione annulum agunt, cum aliâ cauſa moueatur: ita nos ad errores trahimus quod perpetuâ lege ſancitum eſt & in quo errare neceſſe fuit. Qui ita credunt pereunt velut Franciſcus Sfortia, primus qui inſcribere ſolitus erat in viris Petro & Paulo, quòd hoſtem haberent ſuis propoſitis Pontificem, Gálenum Xerxem aliósque medio quodam modo impulit abyſſus illa alterum in perniciem alterum in ſalutem, non miraculo ſed ſomnio, nec ſine miraculo. Hiſtoriam alibi retulimus. Ideo ſi quæras cur differat? non ſecus quæris quàm ſi a Medico quæras admirans cur crudum morbum ab initio ſtatim non ſoluat, imò etiam arguas: ſed huius magis eſt recondita ratio quàm medici. Vides igitur quod punit hoc ſatis eſſe debet, ſi vlteriorem requiris cauſam triplicem iam attuli quam poſſis aſſequi: meliores ſunt abſtruſæ, quæ ex animorum immortali conditione pendent. Illud tibi propone quod vides, ſi hæc fidem non faciunt, non eſſe Dei conditionem deteriorem his quæ ab illo oriuntur cœli natura homines animalia plantæ elementa: hæc enim ſapientiæ partem in ſeipſis inuiolatam oſtendunt, quam totam à ſummo opifice hauriunt.

Sed obiicies video multos optimos viros peſſimè affici, cur ergo pœnam in illis non his eſſe dicas, quæ ſi ſit abſque ſcelere eſt. Multa quoque euadunt cum poſteris vt in Italia eſt manifeſtum, vbi tyrannorum quædam ſtirpes vltra decimam ſobolē feliciter progreſſæ ſunt. Cum etiam ſint cauſæ rerum euidentes, quid attinet hæc ad Dei vltionem referre, cum pœnæ potius impudentes quàm improbos ſequãtur: demum quod attinet auo nepotis infelicitas & præſertim ignoranti cauſa quæ etiam iniuſta eſt, cum bonus nepos affic itur peſſimus auus fœlix fuerit. Sed hæc duo ſunt aut tria rerum capita in his conſideranda, primùm vt dixi, Deum hæc cognoſcere: impij verò ſunt cogitationes illæ: Et quid dilatio hæc cum nocens à Dei manu effugere non poſſit, licet interim conuiuetur, negocietur, donis ac voluptatibus animum oblectet, cum tamen cœco hoc carcere ac impenetrabili contineatur pœnitentia turpitudine ac ſuſpicionibus perpetuò agitatus, nil aliud referr quàm ad turpem & crudelem mortem damnatum, cuius mors caſu quodam differtur abſque tamen veniæ vel fugæ ſpe. Quinimo inter cætera tormenta eſſe ducebat C. Caligula, vt in luctu afflictos cogeret conuiuiis ac ludis intereſſe. Et quamuis in violenta & effrœni ac temeraria audacia agilis expedita & vehemens ſit animi vis, vbi paululum deferbuerit imbecillis & debilis effecta timoribus ac ſuperſtitionibus diſcruciatur. Tertiū id eſt, vt cum pauca quædā imò pauciſſima multa videantur, hæc vel ob ſucceſſus aut animi pœnam expectanda eueniunt. Cum enim talia in omnino perditis contingere ſoleant, nulla pœna ipſorum aut deſcendentium tanto ſceleri poteſt ſatisfacere, vnde ad animæ acerbiorem relegantur.

HIERO

HIERONYMI CARDANI, POLITICES SEV MORALIVM

Liber vnus.

PROOEMIVM.

CVM homo animal ſit quod tum [illegible] ſine aliis nullo modo viuere poſſit, [illegible] diſciplinâ & arte vt commodè inter alios viuere poſſet, [illegible]guit: vt verò cum aliis bene eſſe [illegible] vt iam ſibi conueniret oportuit, iuxta [illegible]cum. Conueniet nulli qui ſecum diſſidet [illegible] accedit huic commodo aliud, quòd qui virtute non eſt inſtructus, adeò vita hæc plena eſt [illegible] periculis atque terroribus, neceſſe eſt vt perpetuò vitam infelicem [illegible]. Quo circa faciliùs eſt hominem ſe ad ſeipſum componere quàm ad alios: & inter alios ad externos ac ciues ſeu inquilinos difficilius quàm ad domeſticos. Sunt enim domeſtici pars noſtri ſeu filij ſeu Parentes, ſeu vxor ſeu his coniuncti ſeu ſerui: qui autem huiuſmodi non ſunt vt famuli duriores ſunt, ſed licet hos amandare. Ergo primi erit ſui ipſius, deinde ſuorum, demum externorum. Tam callida autem vt in vnum iungerentur animalia opus fuit aut vno homine, in quem omnia conferrentur, aut lege: ſed lex ſcripta mortua eſt, hanc qui tuentur magiſtratus vocamus. Atque vſque ad aliquid conſenſus & communis & ciuitatis vtilitas per ſe manifeſta, vlterius autem non poſſumus perſuadere, ſed vi cogimur retinere nolentes in officio. Quoſdam enim impellit iniqua ſors paupertatis, alios inertia, alios confidentia ex verſutia orta aut ex robore, alios luxus, alios improbitas ex mala educatione ſeu alia cauſa. Porro in vnius hominis arbitrio cuncta collocare arduum eſt, vt adeò ſapiat & pondus ſuſtinere poſſit: & ſi non in deſcendentes regnum perueniat, quorſum tanta cura atque labor & rurſus ambitio ſuffragiorum? Si verò in filios regnum perueniat, multa neceſſe eſt euenire difficilia, nec queritur quid optimum aut quid bonum neque enim fas eſt habere, ſed quid minus malum id eſt vnius dominatio, ſeu ſimplex ſeu mixta, ſeu coërcita legibus, ſeu libera, per ſucceſſionem vt dixi vel per electionem aut etiam alternata. Omnia certè plena difficultatis & anguſtiarum: velut ſi plures ſint potentes, egeni minus opprimentur, tum maximè in vxoribus atque filiis: ſi non erunt, neceſſe erit nimis timere eum qui neminem timet. Horum igitur cauſæ tria auxilia expetita ſunt ab induſtria legum, a philoſophia & a curâ Deûm: ſed euentus oſtendit non eſſe eam curam vt quidam [illegible] quæ

poſſet

poſſet perterreſacere tyrannos. Inter cæteros enim Dionyſius ſenior cum innoxios quoſque & crudeliter occideret, omnes ex æquo fortunis ſpoliaret, diu vixit felici fortuna, filias plures reliquit & filium dominationis hæredem. Quid ſæuius ne ad antiqua recurrere cogamur exempla Otthomannorum ſtirpe, at quid diuturnius maius ſecurius feliciúſque imperium? vbicunque finem acceperit, eò proceſſit iam, vt dici non poſſit aut infelicem ſortitum finem aut breui duraſſe. Ergo non in hoc metu firmare legiſlator poteſt continentiam Principum. Quæ verò de mortuis & leges diuinæ referunt, & nos aliàs docuimus, non tantùm poſſunt vt iniquum Principis animum cohibere poßint. Quanquam quod dixi aliàs, ſi tantùm ſaperent quantùm poſſunt, ab omnibus his malis abſtinerent: quandoquidem & omnia habitura ſunt finem, & quandocunque habitura ſint nihil interſit, cum æternum ſuperſit illud tempus, quo aut non erunt prorſus vt illi credunt, aut quod verius eſt, malè erunt habebúntque: ipſa verò improbitas vt aliàs diſputatum, ipſa ſibi pœna & vltio ſit. Sed duo ſunt quæ homines ad hæc mala impellunt nec ſinunt omninò reſipiſcere: vnum eſt cura præſentium nimia, quam luxus conſuetudo & animi graues perturbationes pariunt.: alterum exempla, cum plures videant ex his Philoſophis tetricis, non eadem præſtare ipſos quæ ſuadent aliis. Atque adeò hæc anxia cura proceſſit, vt cum luxu coniuncta ſit, nec id boni permittat illis, quod ſcelerasiſſimis etiam tyrannis relictum eſt ſcilicet ſobolis Cura. Nam & Dionyſius ſenior & Agathocles & Apollodorus Caſſadrenſis curam eorum ſuſceperunt, quanquam nullos neque apud Græcos neque barbaros his ſæuiores aut ſceleſtiores inuenias, ſi Polyeno credendum ſit tum aliis grauibus Hiſtoricis. Ergo quærendum eſt quonam pacto & quanam ratione huic improbitati reſiſtere debeamus, quæ multitudini hominum adeo pernitioſa eſt, ipſis autem authoribus minimè ex vſu, quandoquidem infelicius viuant, quanquam ſibi ipſis aliter videatur & pluribus periculis ſe exponant; demum res ipſa eodem recurrat. Tria enim mira me legiſſe atque obſeruaſſe memini, vt quæ nunc patimur homines, cum admirantur parum peritos & rerum & humanæ conditionis exiſtimem: quæ ſi non prodita fuiſſent literis, melius conſultum fuiſſet prodita non fuiſſe in exemplum improbæ dominationis. Quin etiam quantum aberrant homines etiam prudentes, cum adeò ignari ſint omnium horum, vnde miſeris filiis magnæ calamitates adueniunt: veluti cum Tyrannum temporibus Patris mei appellabant Principem, qui iratus hominem abſque iudicio occidiſſet: neſcientes quot populos cum mulieribus & infantibus perdiderint Mithridates Sylla Marius Brutus, ſed deſierunt nominari crudelitate C. Cæſaris M. Antonij & Augusti in quibus plures Phalarides. Defloratur vi virgo, clamant omnes, iniquum eſt apúdque Deum maius etiam longè quam exiſtimetur ſcelus & etiam apud leges, verùm ad improbitatem hominum comparatum vt muſca ad elephantem collata. Non putat eſſe Deos tyrannus, leges credit voluntatem ſuam. Legat non antiqua & neſcientium Deos & procul acta, ſed in regione Mediolanenſi & circumuicinis vrbibus temporibus Facinicanis atque ſuccedentibus inter mortem Io: Galeazij Vicecomitis quem Comitem virtutum vocare ſolebant vſque ad Philippi illius filij confirmatam dominationem. Atque hoc ſine

legibus

legibus aut aduerſus illas: ſecundum ex ancipitibus legibus, vt cauſa eade-ree, qui verbo lapſus eſſet in actione inſtituenda, quod etiam Iuſtinianus in ſuis Inſtitutionibus affirmat Ciceróque. Sed etiam noſtra ætate hæc ſu-perſtitio adeò viget apud Anglos, vt ſi vel vna literula in nomine aut cognomine aberretur, tabulis publicis nulla ſit authoritas, nullum ius. Tertium in ipſiſmet legibus conſtitutum eſt Salieeas vocant, quæ fuere olim in Italia audi ius æquum: Si quis hominem innocentem abſentem apud Regem accuſauerit ſol. L X I I. cum dimidio culpabilis iudicetur: & ſi ſeruus præter iacturam ſol: vnum, id eſt aureum. Miraris at Medio-lani ſi plebeium nobilis quamuis liberum dodrante ſatisfaciebat Inde tur-pius, ſi quis ingenuus Franco aut barbarum aut qui Salica lege viuit ho-minem occideret, ſol: C C culpabilis iudicetur: ſed ſi mortuum in puteum vel in aquam præcipitauerie ſol: D C culpabilis iudicetur. Si Romanus homo conuiua Regis occiſus fuerit ſol: C C C componatur: ſed ſi Romanus tribu-tarius ſit X L V. ſol: culpabilis ſit. Rurſus ſi quis hominem ingenuum quem-libet ſocium ſuum de quolibet crimine accuſauerit, & per eius commotionem ſiue mendacium ille qui accuſatus eſt fuerit occiſus, ſi ei approbatum fue-rit medietate leodis componat: ille verò qui eum occiderit ſecundum legem pleniter eum componat. Eſt autem leodes pretium damnationis, cuius di-midium ex hâc lege ſoluebat falſus teſtis qui eum damnauerat: ita etiam D C coronatis licebat hominem in domo propria collectis ſiccariis occidere: & ſi in conuiuio ſufficiebat precium per conuiuas diſpertiri. Turpiores etiam & abſurdiores ſunt Ripnaria leges, adeò vt ſi quis ſacerdotem interfeciſſet, licebat X I I. coronatis & iuramento quod ex cauſa feciſſet; aut non omnino feciſſet ſe redimere: quin etiam ſi combuſſiſſet cum tota domo, iura-mento quòd non feciſſet & L X X I I. aureis perſolutis licebat ſe abſoluere. Fœdiores his rurſus Alemanorum antiquæ leges vt ſi quis hominem liberum occidiſſet nouem aureis redimeret. Apud Saxones occidere nobilem M C C C C X L. aureorum pœna erat; non nobilem C X X. ideſt duode-cima duntaxat parte. Quis ergo noſtra ætate collatione habita iure meri-to quæratur, ſed eamen nos tantum a iuſto abſumus, quantum illi à nobis. Omni ergo induſtria leges bonas condere oportet; eáſque ſic vt minimè ſint obnoxiæ corruptioni, maximè vilium perſonarum & praua conſuetudinis; demum vt robore ſuo firmæ maneant, Fiunt autem iſta educatione bona; conſuetudine potentia propria & vinculis præcepeorum, cum commodis ci-uium. Primum igitur ad ſingulos dirigatur ſermo: videtur autem homo ad quatuor componendus, ad huius Vitæ felicitatem quæ eſt in ſeipſo: ad felici-tatem veram quæ eſt futuri æui & cum Diis communis, & ad commoda quæ-cunque quæ ſunt ornamenta, & ſocietatem aliorum hominum. Nam vt vita felix eſſe non poteſt ſine commodis vt omnibus placeat, nec commoda ſine do-meſticis atque domo: ita nec diu manere domus & eſſe tuta ſine conſenſu hominum, quem vocamus ciuitatem; quinimo neque vna ciuitas niſi cum regno toto. Omnium autem difficillimum eſt, quod non idem ſit per ſe atque ſimpliciter, velut communicatio vrbium & ciuium tranſmutatióque velut in Phratiis æternas & felices redderet ciuitates: ſed non ſimpliciter talis eſt, cum maxima addat incommoda.

CAPVT I.

De Hominis natura & cæterorum animalium, & neceſſitate huius doctrinæ & difficultate, & quod nemo ſufficienter eam tradidit.

ANIMALIVM omnium natura eſt, vt ſui generis ſimilibus gaudeant. Quæ verò non gaudent, ob id in vnum non coëunt, quoniam deeſt alimentum, aut ob naturæ ferociam quemadmodum ſerpentes atque leones: alia quoniam nimis timida ſunt vt lepores, neque enim oportet qui ſocio iungi debet, ad omnia expaueſcere, ſed conſtantis eſſe animi; quocirca audaciores cùm ſint caniculi gregatim magis eunt, nam multitudo etiam præter voluptatem ſecuritatem maiorem parit. Quocirca quæ carne non veſcuntur & magna ſunt, gregatim incedunt vt elephantes onagri & cerui etiam atque apri: & inter aues, anſeres anates grues ciconiæ multáque alia, vt & inter piſces aloſæ vocatæ: voluptas ergo & ſecuritas cauſæ ſunt congregationis animalium eiuſdem generis: alia autem vt inuadant velut tigres & lupi. Sed homo præter has omnes cauſas vnam aliam habet præcipuam, quòd pluribus indigere ſe cognoſcat, non ſolùm quia mollior & inermis & multa habeat negotia, ſed quòd intelligat ſolus quanta illi deſint. Ob hæc igitur homo congregatione opus habet, vita infirma, corpus inerme, negocia multa, plurimo etiam indigens cibo & apparatu, ac ſua commoda intelligens: verùm vt in congregatione felicior euadit, ita omnium animalium eſt infeliciſſimus, ſi res malè cedat. Solius enim hominis conditio ad felicitatem atque infelicitatem ampliſſimè patet, & maximè in vrbibus: nam Dij omnes infelicitatis prorſus expertes ſunt, animalia ratione carentia, neque felicitatem neque infelicitatem extendunt, vltra naturæ metam, nec cogitatione adaugent. Propterea extenſâ facultate homo tantò miſerior euadit in malè conſtitutâ congregatione, quantò felicior in bene. At congregatio non bene conſtitui poteſt aut conſtituta contineri niſi ſeruando bonas leges. Oportet ergo optimas leges conſtituere, eáſque perpetuò inuiolatas ſeruare: vt verò optimè conſtituantur leges, videndum eſt quid ſit ſumma felicitas hominis, & vt ea pertingat ad plures: videtur autem homo connexus tribus Diis per partem ſui optimam, naturæ per corpus, & hominibus aliis per conuerſationem. Porro de Diis habendâ ratio eſt; vt optimo fine potiatur, qui eſt contemplatio & pietas, per quam his quæ poſt mortem futura ſunt accommodetur: naturæ autem & per filiorum generationem perpetuitati copuletur, vt diutiſſimè viuat, nam vita eſt per quam ſumus, & vt ſanus ac robuſtus interim degat: ad alios autem homines vt opes amicos & authoritatem habeat. Hæc igitur ſpectanda ſunt, vt ſint in pluribus aut melioribus aut vtriſque: at verò ſeruanda ſunt hæc legibus, lex autem nihil eſt niſi habeat, a quibus defendatur. Qui ergo tueri leges debet oportet vt ſit armatos poteſtate per milites, & vt norit eas, atque ſit in veneratione ob religionem. Propterea celebratur Ægiptius ille Mercurius trifariam, magnus Rex, Iuriſconſultus & Sacerdos. At conſtituere ita leges vt per mortem facta mutatione defendantur adeò eſt arduum, vt qui rationes mathematicas & naturales ac diuinas tenuerint, ad admirationem vſque inuenias præſertim inter hos Ariſtotelem: in hoc argumento ridiculi omnes videantur, ac pene pueri, tantùm abeſt vt viam aſſequi rectam horum potuerint. Ridentur planè Plato & reliqui, ac meritò Ariſtoteles contemnitur, cum nil ſani dixerit. Quinimo experimento edocti ſumus & in Romana & in Veneta Repub: quæ duæ certè omnium memoriâ ſeculorum clariſſimæ extiterint, neque à Philoſopho vllo ortum habuiſſe, nec vllius hâc in parte ſapientiæ opinione inſignis præcepta ſecutos qui eas condiderunt: quod non ad inſantiam Ariſtotelis referri debet, ſed potius ad ipſius rei difficultates, quæ tum plures tum arduæ ſunt.

CAPVT II.

De principalibus difficultatibus bene conſtituendi Rempublicam.

CVm innumeræ circa hoc difficultates atque grauiſſimæ extent, præcipuè tamen omnium tres ſunt. Prima eſt in ipſa re velut æqualiter contra naturam eſt, inæqualitas inuidiam parit, ex inuidia odium, quod contrarium eſt congregationi. Matrimonia indiſſoluta intolerabiles reddunt vxores, diuortia euertunt filios, viri audaces neceſſarij ſunt in bello, ijdem ægerrimè legibus continentur: Religio continet populos, eadem fauet ignauis aduerſus eos, qui ſubeunt pericula & labores atque huiuſmodi innumera. Secunda oritur ex cauſa legum, nam qui legibus præſunt, illis non ſubiacent vnde inæquale eſt

iugum

iugum quod Romæ apparuit in decemuiris. Tertia quoniam vrbem neceſſe eſt non ſolùm aduerſus omnes inteſtinas ſeditiones munire, ſed etiam externam vim atque bella: vnde ad pacem inepta multitudo ferox vt ad bellum modeſta iuuentus & non exuberans. Simili ratione artifices inepti ad arma, & milites raptô viuere aſueti, ad artes parum accommodati. Quamobrem Romanis bellum perpetuum fuit, vt furentem iuuentutem tererent, alios ſubigerent, nec vllam artem ſedentariam exercebant, quales ſunt textoria ſutoria ſed veluti fabrilem & ædificatoriam, cæteras ſeruis & fœminis relinquebant. Diues etiam vrbs tantò ineptior ad concordiam quantò pauperior ad bellum; & fiſcus diues ambitionem in vrbe magnam efficit, priuatorum opes difficilius & tardius ad bellum exiguntur: vtrorumque opulentia intolerabilis euertit Romanos inopia vtrorumque ad bellum omninò imparata. Acerba præterea ſupplicia odium pariunt, remiſſa contemptum: occidere crudele eſt & adeò ſæuire in ſuos, & ſi minùs atrox ſit flagitium exules vniuerſas Græciæ vrbes euertere: & Româ Tarquinius pulſus atque poſt Coriolanus pene, ſed & Marius, demum Cæſari ſors obuenit atque Tiberio. Odia ciuium ſeditionem pariunt, vnde nihil ſalutare Reipub: decernitur: ſic Barchina factio Carthaginem euertit, cum crudeliter in duces ſuos ſæuiret. Æqualitatem inopes volunt, potentiores dominationem: ſi honores ſint apud tenues, non tam volunt, quàm ob neceſſitatem coguntur diuites ſpoliare: ſi apud potentes plebs loco multitudinis ſeruorum habetur, inepta omnibus, odio Dominos habens & non amans aliorum bonum, vt non ſit Reſpublica ſed dominatio. Coniunctiones matrimoniorum vt robuſtas efficiunt ciuitatis partes & concordes, ita factiones in illis excitant, & ſi diſcordia eueniat, ſeditiones: at ſi non coniunctæ fuerint negligentur matrimonia: & cum his etiam fœminæ ac ſoboles.

Si inquilinos admittimus & in ciues non aſciſcamus, totidem hoſtes in ciuitate habebimus: ſi admittamus, corrumpent mores veteres, ſi non admittamus, vt latones deficiet vrbs, & etiam multa odioſa ciues exercere cogentur. Si ritus plurimùm poterunt corrumpet vrbem gens auara ignaua & ambitioſa: ſi parùm, non ſufficiet ad multitudinem continendam, in qua cum tota ſit armorum vis ac furor, non niſi maieſtate Deorum coërceri poteſt: vnde inditas conſtat obſeruationes, vt licentia comprimerentur, Et ſenatus & reliqui magiſtratus inter illos aliquid poſſent ſaluâ eorum authoritate, quod difficillimum fuit. Accedit quòd ſi bene conſulendum ſit ciuitati, oportet ſapientes & optimos præeſſe ſemper, non igitur Reſpublica erit ſed paucorum dominatus. Sin autem omnes dominentur cum plerique in illis ſint imperiti, partim praui, neceſſe eſt vt malè Reip. conſulatur, quemadmodum cum Athenienſis populus octo ex ducibus clariſſimæ victoriæ earum quas vnquam adepti fuerunt, abſque cauſa damnauit: & ex his ſex neci dedit, vnde paulo pòſt euerſa Reſpub: & vrbs in ſeruitutem aſperrimam inimicorum deuenit. Præterea ſi ſeipſam tantùm tueri velit vt in Italia Lucenſes, facillimum eſt hoc quod ad inteſtinam concordiam attinet, ſed fieri non poteſt, vt in ſeruitutem externorum non cadat, quod durius eſt quàm ſeruire ſuis: ſi velit dominari & regnum poſſidere vt olim Athenienſes Lacedæmonij, & nunc Veneti; tunc neceſſe eſt in perpetuo bello verſari Rempub. & ob id minus valere pacis artibus; neque enim ſimul vtrumque ad ſummum euehi poteſt. Quin etiam accedit tertia cura alios gubernandi, cum & ſeipſos continere difficile ſit, & hoſtibus repugnare, tum verè etiam his imperare; atque hæc generalia ſunt omnibus Reip. generibus, tum etiam multa alia eiuſcemodi.

CAPVT III.

De difficultatibus conſtituendæ Reip. per ſingula genera.

SEd ſunt propria quædam in vnoquoque genere, & in extremis maximè euidentia, velut cum populus dominatur, neque poteſt plebs dominari, non enim eſſet plebs, ſed vbi populus dominatur plebs plurimum poteſt, quia plures ſunt, optimates autem ægrè ſe tuentur. In populo ergo primùm nil ſecretò tractari poteſt, quoniam ſi illi quibus demandata eſt cura, capitis & fortunarum periculo id agitur niſi comprobatum ſit a multitudine, vbi res malè cedat: vnde tot in Repub. Athenienſium & Carthaginenſium ſummo ſupplicio damnati ſunt; contra apud Lacedemonios & Romanos, vnde ille Punica ſolertia rectè præuenit conſilium factioſorum: ornatus enim cum ingreſſus eſſet antè nuncium acceptæ cladis interrogauit an pugnandum eſſet deliberarent, cúmque deliberaſſent, omnibus quæ in-

rem faciebant intellectis reſpondit, at pugnatum eſt & victi ſumus, ita ſopplicium vitauit non rutò pugnauit. At ſi parcſiant conſilia, hoſtibus maxima anſa eripitur, & omnes vincendi pene occaſiooes. Quin etiam in occaſionibus optimum eſt illud Aldi Manuij viri Romani Σπεῦδε βραδέως, imo Chæremonis ſi Suidæ credendum eſt, imò Hori Apollinis, vt tardè & penſitatè deliberemus, exequamur promptè & expeditè ſtatímque: cuius contrarium accidit in populi dominatione, ita & imperu res decernuntur ac equo ſtimulato exequuntur teſtudineo greſſu, languentibus ſtudiis, tum maximè quod propria vt maximè diligimus, ita communia negligimus. Tertium incommodum eſt, quod multitudo imperita neceſſariò plures habet ignatos quàm prudentes, & malos quàm bonos, vnde neceſſe eſt, vt plura male quàm bene, & ſtultè quàm ſapienter & improbiter quàm iuſtè decernantur.

Difficile eſt etiam homines contra ſua commoda perſuadere: ſed ſi populus decernat ad vnumqoemque pertinet pecuniam in publicum munus dare & fratres ac filios mittere in expeditionem, vnde publica munia negliguntur, & magna cum difficultate ad finem perducuntur: Et vt bellum decernatur vix impetrari poteſt, niſi res cedat in vtilitatem non multitudinis ſolùm ſed etiam potentiorum. Demum multitudo ipſa ob paupertatem facilè corrumpitur, pecunia perſuadetur ab improbis oratoribus, impellitur a violentis ducibus, vt nihil commodi aut recti ab his ſperari poſſit. At verò in vnius dominatione cum ea hæreditario iure & electione contingat, maxima ſunt pericula & detrimenta. Si enim per ſtirpem ſucceſſor eligatur, ex ferocibus in truculentos degeneratur, ex manſuetis in ignavos, vt ſub his neceſſe ſit Remp. euerti, vt ſub Aſtyage per ſæuitiam & Sardanapalo per contumeliam. Adde quod bono malus, ſapienti ſtultus ignauos ſtrenuo ſuccedit: nec tantum eſt detrimenti, quod iners ſuccedat aut malus aut ſtultus regnet, quantum in contrariis moribus etiamſi boni ſint, vt ſeuerus miſericordi. Mutatio enim motum in Principe velut in hypomochlio magnam varietatem efficit in totâ dominatione, nam ſimiles moribus principibus amant ſubditi, ideóque alios eligunt. Mitto vitia aulæ, ſed vbi quis certus eſt finis conſtitutus, parum eſt quicquid intercurrit: mille enim annis præteritis præſtat ac longior eſt futura hora. Impar etiam eſt vnus homo dominationi præſertim vnius regni: ſplendor quoque & mollities aulæ nihil moderari admittunt, & cum diu in vna familia regnum perſeuerauerit, iam non eſt vnus populus ſed faſtus regius ſeparat principem à ciuitate, neque felix homo eſſe poteſt, qui alieno arbitrio viuit, nos autem non vnius, ſed omnium ciuium felicitatem quærimus. At ſi non ſucceſſione ſed electione fiant Reges primum eſt periculum de ſeditione atque omninò deterius eſt quod cum opibus ac potentia certandum ſit, vt nunquam optimus eligi princeps poſſit, manent etiam odia factionum, verſantúrque in periculo ciues, ne cupiditate transferendi dominium in ſuos filios aut coniunctos aggrediatur aliquod graue facinus; vtrumque igitur malum. Paucorum verò dominatio ſuſpecta eſt propter regni affectationem: videtur ergo optimus vt ex pluribus vnus atque pauci per breue tempus dominentur.

CAPVT IV.

De cauſis erroris antiquorum in hoc & principiis quæ aſſumere oportet.

HAllucinati ergo ſunt antiqui in hoc, quod ſperarunt poſſe conſtitui Rempub. rutam aduerſus vtrumque incommodum ſcilicet internum atque externum, cúmque quærerent quod in rerum natura non eſſet, ob id ridiculi euaſere: nec quiſquam dignatus eſt eorum vti præceptis, ſed ſors quæ plurimum poteſt oſtendit duos modos eſſe Reip: perfectæ quod ad genus attinet, qui ambo poſt Ariſtotelem floruerunt. Nam etſi Ariſtotelis tempore vt Liuius teſtatur, Romani potentes eſſent, non tamen tunc maiore in exiſtimatione erant quàm Lacedæmonij, multò verò minus quàm Carthaginenſes: Venetorum autem origo multò poſt Ariſtotelem fuit, quocirca de his Ariſtoteles quicquam decernere non potuit. Indicio eſt Ariſtotelem meminiſſe non ſemel Carthaginenſium Reipub: non ita Romanæ quanquam nec illos ignorauerit vt aliàs adnotauimus. Ergo populus nullus aut Rex pacis & belli artibus præcellere poteſt, & ad ſecuritatem vſque muniri, ſed duobus tantùm modis id contingere poteſt, aut vt a bello ſitu tuti ſint, aut bello ſuperiores continuis inuaſionibus inimicorum vrbem in pace relinquant; velut Romani qui tantùm anno vno Iani clauſerunt templum libertatis tempore, quæ tamen plus quadringentis ſexaginta annis

Digitized by Google

annis perdurauit. Ita furorem ciuium in capita hoſtium perpetuò vertebant, eligebántque inquietiores, ſic nunc Ottomanorum ſtirps; itaque vbi de fuit hoſtis Romanis, ſtatim Romanus eſſe cœpit, quæ ratio neceſſaria eſt in huiuſmodi conſtitutione. Venetis verò ſtudium primum pacis, in eóque plurimum præſtant bello ſe tutus ſitu reddunt: nam neque in montibus ob inopiam neque in paludibus ob elementorum corruptionem, nec in lacu cum neque claſſe nec terreſtri exercitu valere poſſint, ſed vnum eorum refugium in maritimo ſinu eſt; vbi triremes exire poſſunt ex anguſto in latum, ingredi eis nolentibus ob canalis anguſtiam non queunt. Quod ſi quis circumdare ſinum & annonam intercipere aggrediatur, cogetur ſpacium centum millium paſſuum munire, quod neque moram patitur & exercitum immenſum exigit.

CAPVT V.

De his quæ præſupponere oportet ante omnia.

EX his igitur manifeſtum eſt diuturnam Rempub: oportere eſſe in tuto loco qualem diximus non alio, aut curam habere rei bellicæ perpetuo, velut Spartha Athenæ Roma. Cum enim ad pacem non ſatis eſſent inſtructi, neceſſe erat vt perpetuis bellis deſtinerentur, aliter ſemetipſos excediſſent, vnde neque fortuna neque ſtultitia id euenit, vt bellum continuatum gererent: Et quæ pulcherrima exiſtimari poſſet Iſocratis oratio de pace, ridicula erit & inutilis Athenienſi populo; neque enim omnia bona omnibus bona ſunt, quin deteriora malis. Omnino tamen & interim miſera eſt conditio talium vrbium, in quibus malum malo propellere neceſſe eſt, etiamſi victores ſint: nec vllo modo communi vtilitati conſultum eſt, cum in perpetuo bello aut vinci neceſſe eſt, aut vtilitatem & laudem ad paucos redundare neceſſe eſt, calamitatem ad multos. Neque eſt einſmodi conditio bellica, vt ad multos tanta gloria poſſit peruenire, vt felices ſe exiſtimare poſſint: nam ego ſolùm vnum Camillum beatum fuiſſe iudico ex tota Romanorum gente, non Papyrium nec Fabritium multò minus Scipionem aut Cæſarem, quoniam ſæpius & ſemper victa toties, eum ſummo magiſtratu iuſto bello & tenuibus initiis victor obiit vltima ſenectute cum multis filiis; non ergo ars bellica tam probanda quàm neceſſaria, vt magis probem eos qui pacis ſtudiis incumbunt ſitu freti tum potentia ſe tueri diuinitus poſ-

ſunt. At non eadem eſt ratio in Principibus quæ in Repub. ſimillimus tamen huic eſt Ferrariæ regulus. Belli autem perpetui ſummi Reges maximè Othomanus orientis Princeps & Perſarum Rex.

Secunda ratio eſt vt optimè conſtituantur leges: Tertia vt ſint qui eas exequantur: Quarta vt leges ipſæ perpetuò maneant, quorum cauſa Romæ peculiaris Magiſtratus creatus eſt cenſorum. Quinta vt ſuis temporibus non violatæ tranſmutari poſſint & corrigi: fieri enim non poteſt vt opportunè eiſdem legibus vtamur ad incrementa Reip. paranda & poſt Rempub. auctam. Neque eædem leges congerunt in paucitate ciuium & multitudine, victis & victoribus, in bello & in pace; quòd ſi liberum ſit commutare, erit etiam liberum aliquando peruertere. Et vt breuiter dicam vt alia eſt ratio viuendi ſanorum ægrotum atque conualeſcentium: ita Reip. pro temporum conditione. Sexta eſt vt omnia rationibus occultis conſtent, nam ſic plebem latebunt, cuius impetu euerti ſolet Reſpub. per malos tribunos vt vel frequentius apud Romanos; vnde ſapientes Sacerdotes Perſarum in arcanis diuina habebant. Præſtat autem plurimum ad Reip: ſalutem vt ſumma poteſtas apud ſenes ſit: ipſi enim non ſolùm ſunt ſapientiſſimi ſed etiam carent temeritate & audacia, quibus Reſpub. euertuntur, ſeditiones excitantur, factiones creantur, Iuuentus etiam aſſueta ſenum conſiliis parere prudentior euadit & continentior, vnde etiam à iuuenibus vinum arcere debemus, atque eò magis à pueris, maximè autem à toto fœmineo ſexu. Decet autem imbellem turbam diligentiſſimè inſtituere, quâ in parte vt omnes mortales Lacedæmonij exceſsêre, ita etiam Remp. ſuam pluſquàm ſexcentis annis abſque ſeditione habuerunt. Vltimum omnium eſt ſcire quid poſſis: vt enim medicus qui morbum inſanabilem curare nititur ægrum celeriter occidit, præter id quod nihil iuuat, ita qui Reſp. ſperat perpetuas facere, nec quantum ſupereſſe poſſint, ſeruat, ſed difficultatibus pluribus eas inuoluit. Quapropter de hoc primum ſermo habendus eſt.

CAPVT VI.

Quantum Reſpub. aut regnum ſupereſſe poſſint.

ET ſpacia quidem temporum Reip. ridicula ſcripſit Plato, dum vult ſapientiſſimus videri, & Ariſtoteles tyrannidum tempora nimis contraxit, adeò vt longiſſimam dixerit fuiſſe Orthagoræ & filiorum in Sicyonios centum annorum. Sed non planum eſt hoc determinare etiam ob multiplicem varietatem ſignificati huius nominis ſuperſtites, namque contingit Remp. ſupereſſe cum populo & mœnibus, ſtatum tamen mutare non admiſſâ dominatione velut Romanis poſt exactos Reges cum ad conſules deuenerunt, ac rurſus cum ex his ad Imperatores. In quibuſdam amiſſa eſt dominatio & in ſeruitutem tranſiêre vt Lacedæmonij & Athenæ &. Hetruſci, non tamen paſſæ ſunt aliquid indignum. In quibuſdam facta eſt mutatio cum ſeruitute ſed non durauit, vt Athenæ ſub Lacedæmoniis tempore triginta tyrannorum: in quibuſdam exciſi ciues omnes, manſere mœnia vt Ægeſani ſub Agathocle: in aliis euerſa mœnia, ciues diuenditi vt Thebani ab Alexandro Magno, Platheenſes a Lacedæmoniis. In aliis mutata dominatio & extincta nobilitas vt Spartæ a Nabide, & Syracuſis ab Agathocle: in aliis manſere mœnia & pars imbellis vt Enreltani à Campanis per dolum, in Capuanis non niſi pauci ex plebe & Rhegium à Dionyſio. Sed quibuſdam vrbs euerſa eſt & populus manſit aliò tranſlatus: vt Carthaginenſes ſub Africano, Mediolanenſes ſub Frederico Barbaroſa cognomento, vnde etiam eum vtraque ſit reſtitura, verùm diuerſâ ratione, Mediolanum breui & a ciuibus, Carthago facta Romanorum colonia annis viginti tribus ferme, poſt dubitari poteſt an manſiſſe dicantur: Et de Carthagine dubium non eſt, quin ſolum nomen ſit reſtitutum, at Mediolanum cum dirutum ſit, licet rurſus reſtitutum manifeſtè dici non poteſt, quandoquidem fide ac miſericordia victoris ciues ſolùm ſuperfuerint Neque ergo Roma nec aliarum vrbium vlla dicitur manſiſſe, vt nec Luceutinm vrbs nec Genua nec Florentia etiam vſque ad amiſſam libertatem. An ergo præter naturæ leges inundationum terræmotuum ac ſimilium ſit aliquod ſingulis dominationibus præfinitum tempus dubitatione dignum eſt. Sed de his in libris de arcanis Æternitatis & de Fato cum actum ſit, reliquum eſt vt hanc rationem quaſi ex pluribus compoſitam etiam ad fortunam quoquomodo pertinere arbitremur, vel nondum firmatis legibus, vel potentia alicuius Regis felicis velut Alexandri Magni, qui Tyrios euertit etiam Romanos & Charthaginenſes eâdem fortunâ ſubuerſuras ſi vita ſuperfuiſſet: nam quæ præparauerat moriensque reliquit oſtendunt non ſuffecturum illi reliquum orbem etiamſi in vnum conſpiraſſet. Cum ergo naturæ calamitates incertæ ſint longum verò tempus quodcunque bene inſtitutæ ciuitatis nullam metam præfinite licet, cum tam fortuitum ſit illud quàm etiam hoc ipſum.

CAPVT VII.

De Origine Politica, legum, & undecim earum generibus.

DVm homines pauci erant ſub maiorum authoritate regebantur, nec vllis legibus opus erat, quia qui imperabant è ſuis erant, & qui parebant ab illis educati nos alibi refugium erat. Cum autem multitudo creuit neceſſe fuit plures eſſe pauperes quàm diuites, tum quia alij natura imbecilliores erant alij morbo, alij ob ſexum, alij ob ætatem ab initio derelicti, alij ob ignauiam alij ob imperitiam, quidam quod a nullis iuuarentur. Quamobrem ob diſcrimen conditionis & improbitatem; homo enim cum affectus habeat intemperiei omnium animalium, iræ, auaritiæ, libidinis, gulæ, inconſtantiæ ſuperbiæ, tum omnibus deterior eſt quod longius proſpicit & pericula & voluptates, & quod ratione & fallacia vltra vires vritur. Imminebat alteri ab altero periculum, & cum iam vna familia ad plures non ſufficeret, & plures iungi legibus ſine non poſſent, politica orta eſt. Cum verò iungi deberent pauperes diuitibus, tum quòd ex iiſdem familiis eſſent, tum quod vtrique alterius opera indigerent, commodum etiam ex legibus vtriſque parari oportuit: leges igitur & communes & commodæ omnibus fuerunt neceſſariæ, qui feliciter viuere concupierunt. Oportuit igitur leges & primum eorum qui præeſſe ipſis & hominibus deberent: ſecundum qui ſeipſas ſeruarent, alioquin oportuit eſſe, qui leges exequerentur, & qui eas in ſuo ſtatu ſeruarent, ne qui exequerentur eas in ſuum commodum verterent: Tertium laboris quoniam ſine eo nec terra coli nec artes exerceri poterat: Quartum fructus laboris, vt liceret inter ſe commutare, mutuari, emere, quas ciuiles, vocamus. Quintum criminum apertorum velut latrocinij cædis iniuriarum.

Sextum occultorum, proditionis doli veneni adulteriorum & huiuſmodi: ſeptimum bellicæ rei ad externam vim arcendam. Octauum inſtitutionis puerilis, tales enim fiunt viri: nonum muliebris ſexus, his enim dimidium quarumcunque vrbium

vrbium occupatur. Decimum pietatis, tum quòd plurimum faciat ad populos continendos, tum quod hoc ipſum Diis ipſis ex merito debemus. Vltimum ad ornamenta vrbis ac morum pertinent, ſine quibus nec ſpecioſè viuere nec commodè poſſumus. Ergo tot fuere neceſſaria hominibus, vt ciuitas conſtitueretur. Nihil autem refert an ſcriptæ an non ab initio fuerint, neque mihi de numeri neceſſitate vel de natura hominis verba facere neceſſarium exiſtimaui: quæ enim per ſe nota ſunt omnibus aut pluribus etſi ſpecioſa ſint à me repetenda non ſunt. Illud potius quænam fuerit prima lex omnium? deinde quando & vbi lata? nam non ſcripta fuiſſe conuenit, cum lege homines conueniunt: inuentio neceſſariorum à conuentione hominum originem habuit, ſcriptura poſt neceſſariorum inuentionem. Plerique etiam populi apud Indos ſcribendi artem non nouerant noſtris temporibus, nec Germani multò ante, cum tamen apud eoſdem perfectæ pene omnes artes eſſent. Primum igitur diuiuncti ſunt homines per familias tum diſſidiis inter agnatos, tum multitudine quam locus non capiebat; tum etiam ob commodum agrorum, & natura locorum id expoſcebat, ſeu flumen ſeu lacus ſeu mons interponeretur, neceſſe erat vt diuiderentur, cum etiam nunc diuiſi vt aucant ....

CAPVT VIII.

De Tyrannis & Tyrannicidis.

TYrannus autem vnus eſt aut plures, & ſi plures aut cum poteſtate publica aut ſine ea, quos priuatos homines dicere ſolemus. Sunt autem trium generum ſingulæ differentiæ, cruenti iniurioſi & fures: cruenti peſſimi ſunt, & ſtirpes enecant, & tormenta adhibent; iniurios non dico qui honores auferunt; tam turpe enim eſt quæri ob hoc ſolum, quàm tyrannicum occupate aliena: ſed de his non eſt ſermo iniurios dico, qui per vim vxores alienas ſorores filios palam corrumpunt, nam occultè id patrare libidinoſi eſt & flagitioſi viri non tyranni, præſertim ſi ab omni vi abſtineat; & etiam in hoc genere ſunt qui verberant & contumeliis afficiunt. Spoliatores autem furéſque qui ſaluis corporibus & honore opibus inhiant. Atque horum duplex genus; quidam enim ſolùm opulentos ſpoliant, quidam pauperes tantum vt plerique noſtrâ ætate principes, alij vtroſque. Rurſus Tyrannorum Principum hi quidem ſoli ſunt facinoroſi, plerique ſuos tyrannidem exercere permittunt, ipſi autem non exercent, vt ſint in vniuerſum differentiæ quatuordecim.

At qui ſine authoritate publica ſunt non poſſunt dici tyranni, nam ſi leges rite ſe habeant ſeruentúrque, exercere tyrannidem non poſſunt, quandoquidem nemo repente fit turpiſſimus. Leges autem non ſolùm prohibent ſed puniunt & efficiunt, vt omninò non poſſint exercere tyrannidem, nece vinculis mutilatione membrorum cæcitate, bonáque auferendo. Si verò Magiſtratus non puniant non iam priuati tyranni ſunt, odióque digni, quos amor proprij commodi ſtimulat: ſed ipſi iniuſti magiſtratus, omni ſupplicio digni tyranníque. Ob id non malè feciſſe videtur Pauſanias Philippum occidendo, cum iniuriam ab Attalo eius ſomnio accepiſſet: & ſi cauſa non fuiſſet pecuniaria Lampugnanus Sfortiam, cum iniuriam ab anniſtite Mirandulæ. Ita que qui vleiſcuntur iniurias in iniuſtis iudicibus meritò id facere videntur, niſi res pecuniaria ſit. Quod ſi factum iniuſtum ſit, ſed iudex vlciſci non poteſt quoniam teſtes deſunt, tunc vlciſci licet vel ad ſingulare certamen prouocando, vel quaque alia via: iuſtum enim eſt & bonum tyrannum occidere. Sed cum Tyrannus ſit qui legibus non vtitur & iniuſta admittit, iniuſtum eſt autem quod præter leges: quid ſi Tyrannus tyrannicas leges à ſe promulgatas vel aliis ante ipſum ſeruet, numquid Tyrannus dici debet? imò vel hanc quæſtionem ſui cognato Pericli adoleſcentulus Alcibiades. At quis dubitat leges à Tyranno conditas non eſſe leges? quales erant Longobardorum & Salicæ: tum quia tyrannus iniuſtè regnat non igitur condere leges poteſt, neque iniuſtum natura humana voluntate vel conſenſu vllo iuſtum fieri poteſt. Leges ergo ſunt, quales Dei pietas & Philoſophia optima veríque ſapientes ſuadent, ſiúntque conſenſu omnium vel optimorum ex his ad quos pertinent. Omnes enim homines ab vno Parente vnáque periimus: hoc enim demonſtratum eſt in ſupernaturalibus, omnéſque ciues ſomus mundi & terræ huius inquilini. Iam verò quales eſſe debeant docuimus atque nunc docturi ſumus: dictum verò ſatis eſt de priuatis hominibus, dicimus autem de vno Tyranno.

Ergo velut corpora ſana omnibus præferuntur, laudatur ſanitas, vbique tamen homines vagantur morboſi, & ſanitas cogitatione potius quàm re conſtat, ita & tyrannis res eſt quæ vbique viget, laudatur iuſtitia & negligitur, incolit illa cœlum, hæc graſſatur in terris, vt Satyricus dicebat: itaque de tyrannis ſermo habendus eſt. Quicunque ſæuiſſimus eſt ſolúſque tyrannidem exercet, tyrannus non eſt vt Septimius Seuerus ac Nero, quanquam de hoc ob inuidiam nonnulli dubitent, nam qui in omnes ſæuit non in bonos ſæuit, neque enim conſiſtere poſſet: cum ergo ſæuiat in malos ſolum tyrannus eſſe non poteſt; excindat ſtirpes, ſpoliet homines, in corpora libidinem exerceat, tyrannus non eſt ſed Rex aut quædam diuina vltio. Quamobrem de huiuſmodi Principibus

qui tamen rariſſimi ſunt ſermo habendus non eſt: at qui ditant ſuos alieois opibus & cum illis iniuſtè ſe gerunt aut ſinunt, tyranni ſunt. Duplex ergo geous, horum vnumquodque quadrifariam diuiditur: aut enim ſæuiunt in corpora aut iniuria afficiunt aut ſpoliant plebem, & vectigalia grauiſſima imponunt, aut poteotes.

Ex his octo modis ſoli Principes qui ab opulentis ſumunt, tyranni non ſunt, quoniam tyrannis ſummum malum eſt, hoc autem oon eſt ſummuro malum, quare neque tyrannis. Si autem magiſtratus id efficiat, tyrannus eſt, nam in infinitum hoc procedit, & maior ioiuria eſt. Si verò Prioceps ioiuriâ quemque afficiat cum ſupra leges ciuiles ſit & infra naturales, non tyrannus eſt ſed tyrannicus Rex. Sunt igitur tyrannorum genera octo: primum cum Rex iniuſtè ſtirpes excindit, ſecundum cum plebem vectigalibus exhaurit: æqualia enim ſunt quomodocunque ſtirpem exſcindas, forſan inhumanius fame, certè dirius & conſtantis magis ſæuitiæ. Reliqua ſex genera ſic ſe babent. Si Magiſtratus aor priuata perſona occidatur iniuſtè, iniuriâ afficiat, ſine cauſa ſpoliet plebem aut etiam opulentum reclamante illo qui afficitur, ſi magiſtratus non vlciſcitur ſcieote Principe, tam magiſtratus quàm Princeps ſit tyrannus. Ob hæc hi modi ad ſex deducuntur, oam ſeu plebem ſeu opulentum ſpoliet priuatus aut magiſtratus inultúmque ſit, vnus tantùm ſit modus, licet vt dixi deterior ſit ſpoliaſſe plebeium opulento. Eruot igitur in vniuerſum octo modi tyrannorum; quinque quidem Principis, tres Magiſtratuum de quibus nunc dicemus.

Quatuor igitur maximè ſcitu neceſſaria ſunt: Primùm an liceat occidiſſe tyrannum & cuique? Secundum an liceat omnem tyranni ſtirpem omnémque deſcendentem à tyranno exſcindere? Tertium an liceat debeátve familiaris & coniuoctus tyranno facere? Demum an licear debeátque quiſque quauis via veneno tyrannum omnémque prolem illius extinguere? Ergo tyrannos non licet occidere eos, qui leges in melius commutarunt ſeruántque eas; nam etſi bonæ non ſint bonum tamen animum oſtenderunt. Maximum autem illorum crimen eſt permittere, imò magis quàm Imperare: qui enim præcipit, vt malè agant ſibi indulget & ob id minus iniuſtus eſt, qui autem aliis permittit iniuſtitiam amare videtur. Qui ergo leges violar deterioréſque facit, is planè iniuſtus eſt. Sed neque ſtatim tyrannum occidere fas eſt: forſan enim deceptus hæc admittit; ergo debent ciues boni illum admonere ac cogere vt bene agat, miniſtróſque tyrannidis auferat. Quòd ſi tutum non ſit clam ſcriptis ſine nomioe certiorem reddere ac mious publicè quàm fieri poteſt: nam apertè id agere eſt tyrannicum, & tyrannide tyrannidem coarguere velle. Sed ſi iraſcatur authorémque quærat edictis propoſitis iam tunc pro tyranno habetur. Non ergo tyrannus dici poteſt niſi tyrannidem alios exercere permittat, admonitúſque non illos puniat ſed potius, eos qui monuerunt puuire quærat: aut ſi leges deteriores faciat, eáſque contra pauperes & impotentes, aut ad ſtirpes hominum perdendas, vel ſi leges bonas non ſeruet in his duobus caſibus, nam non leui de cauſa priuatus in principem inſurgere debet, ſed neque quauis cauſa leui, etiam ſine ſpe auxilij legis in magiſtratum.

At licere priuatis tyrannos occidere pluribus rationibus exempliſque comprobare licet: nam Harmodio & Ariſtogitoni Athenienſes quòd Hyppiam Piſiſtrati filium tyrannum interfeciſſent ſtatuas in foro poſueruot, inde tyrannicidis præmia in poſterum propoſita. Adrianus quidam Vticæ præfectus, cum ciues Romanos ſordidè vexaſſet, viuus ab illis exuſtus eſt, nec Romæ de his qui illum exuſſerunt quæſtio habita. Canon à Belliſario exercitui quem in vrbe reliquerat præfectus exercitum penuria anonæ ob auaritiam vexauit, illi ſeditione mota cum eum intermiſſent, Belliſario reuerſo ac cauſam recognoſcente liberati ſuot. Sic Alexandrinus populus cum Georgium Epiſcopum ſuum combuſſiſſent viuum ac pedibus tractum, quòd grauiorum onerum imponeodorum auctor fuiſſet Coostantio Principi; vnde cauſa cognita à Iuliano liberatus eſt. Populus quoq; Rauennas Ioannem Lenugium cum coniuge ac magiſtratibus libidioe & auaritia graſſantem interemit impunè ſub Phoca Imperatore. Veneti iuſtiſſima gens etſi non iuſta Horleum eorum Ducem occiderunt, Gallam quoque & Dominicum Monegareum illius in dignitate ſucceſſores cœcos factos in exilium miſerunt, nec authoribus hoc crimini fuit: ſic etiam Petrum Candianum illorum Ducem cum vxore & filiis palatio æde D. Marci trecentiſque domibus ob tyrannidem dum nimis properant incenderunt, quod etiam his qui id egerant impune fuit. Quod etiam ratione ipſa demonſtratur, nam ſi qui priuatus eſt exercendo tyrannidem morte dignus eſt, quãtò magis qui in magiſtratu aut principali poteſtate poſitus eſt: & rurſus ſi qui morte dignus eſt, à ſuperiore ac potentiore puniri non poteſt, cur non à quouis? ad liberandum enim Rempub. omnes accurrere debent. Appium Claudium alióſque complices tyrannidis Romanus populus occidit, alios in exilium egerunt.

At periculoſum eſt, hoc tertium eſt caput: quodnam periculum eſt maius quàm inultum perire & inſontem; hic ſi peribis vltionem iam vides, at mors propoſita eſt crudelis, nemo qui mori velit, cogitur mortem acerbam ſobire. Memento immortales eſſe animos, oullam eſſe deteriorem conditionem quàm viuentium, cur velis viuere parùm vt perpetuò moriaris? vnam effugere mortem vt mille experiaris? quod ſi pereas fama perpetua vigebit, ſi

ſuperſis

ſuperſis quanta bona adeptus es ? ſecuritatē tibi & patriæ libertatem gloriam perrennem. Quæ iucundior mors, quæ minus gratis quam pugnantem pro dignitate virtute ſalute patrię libertate contra crudeliſſimum Tyrannum occumbere? Tyrannum certè neceſſe eſt occidere aut fugere. Qui tyrānum occidere conatur, etiamſi euadat ex dimidio occidit & plus quam ex dimidio, nam etſi euadat, in perpetuo metu viuet. Porſenna Rex liberauit Romam, cum vidiſſet alium pro ſe ex purpuratis occiſum, quid faciet tyrannus cum non ab hoſte alienum ſed à duu ſe peti viderit. Quæ vita Alexandri Pheræi qui ab vxore & omnibus timebat: quæ Dionyſij maioris qui nec tonſori imò nec filiabus iugulum vt tonderetur credere audebat, ſed putaminibus nucum exuſtis pilos vrebat: verùm quid Commodo turpius, qui ſibi detondebat barbam, ex Imperatore orbis tonſor factus: & Ariſtippus Arginorum tyrannus, qui ſcalis mobilibus in cubiculum aſcendebat. Quæ mors poteſt eſſe grauior hâc vitâ? ſed fortem eſſe oportet, qui hoc munus aggrediatur: multi imò fere omnes complices ſibi aſciſcunt vt non occidere tyrannum, ſed occupare tyrannidem velle videantur; ſic detectæ infinitæ coniurationes multique pro vno periere. Quid profuit etiam poſt cædem ſexaginta viros Senatorij ordinis omnes pleriſque Conſulares aut prætorios in illum coniuraſſe cum omnes interięrint? Quid interfectoribus C. Calligulæ, quid Neronis Domitiani Commodi, omnes nihilominus occiſi ſunt: & tam multi ſub Piſoniana Neronis coniuratione infecto negocio fruſtra perierunt, quorum ſinguli ſi tentaſſent forſan vno aut altero illum ſuſtuliſſent, certè ante dimidium illorum concidiſſet Nero, ſed Nero tyrannus non fuit, verùm vltor plebis ac tyrannicida. Sic noſtra ætate Alexandrum Florentiæ Principem vnus Laurentius occidit, quamuis in ipſo facto ſibi famulum aſciuerit. Et euaſit Bonifacius quoque Vicecomes, Franciſcum Sfortiam vulnerauit, & occidiſſet niſi equa præcurriſſet paululùm, & ipſe euaſit. Sed tamen neque Alexander Tyrannus ſed Oligarchię tyrānicę vindex egregius: Sfortia tyrānicus Princeps non tyrannus, vterque ea nece indignus. Vt etiā Pharneſius hic à multis occiſus & hi euaſerunt: ſed parum melior vita quàm mors in perpetuo pauore viuentibus. Itaque ſolum eſſe decet & conſtanti animo qui talia aggreditur, cum enim multos huiuſmodi viros eſſe intelliget tyrannus, qui ſibi filiis ſpreta viuendi cupiditate aut tyrannide deponet aut breui interibit.

Igitur Tyrannis quæ ſit & quibus euertatur modis iam intelligitur, vnde patet Ariſtotelem in vtroque peccaſſe (8. Polit. c. 11.) Dum enim ſcire videri ſtudet & arguere docet fouere tyrannidem, quo nihil deterius. Sæpius enim docui deterius eſſe aliquid ſuadere aut munire quàm exercere. Nam qui exercet non ſponte malus eſt, ſed cupiditatibus paret, qui ſuadet aut adimat plurimos pro vno inſtruit & conſilio peccat: quod verò quid ſit tyrannis non intellexerit clarum eſt. Eos enim non eſſe tyrannos putat, qui conſenſu ciuium imperant, at id falſum eſt: illi enim tyranni maximè ſunt, qui portioni potentiorum imperant aut deteriorum, vt Sylla apud Romanos, & Marius quorum neſcias vter fuit crudelior aut peior. Sed & in hoc errat, quod tyrannum cuncta ſui cauſa facere putat, cum is nuſquam tyrannus ſit, ſed qui multorum ac præcipuè potentiorum. Porro qui plebi fauet multis modis rectè facit: primum quod legem naturæ Deique ſequitur miſeris ſuccurrendo, deinde quod tenuiores vtiles reddit & à potentium vi ac periculo ſe vindicat, eóſque longè tractabiliores reddit: Præterea populum magis æquat, vt nec ſeditionibus aut iniuriis ſit obnoxius, videtur & Deo rem gratam facere. Verùm vt dixi hæc vel ab initio conſtituenda vel ſenſim ad id deducenda ſæpius tentando, ſæpius omittendo, vt diſcant nouis legibus aſueſcere.

Sed redeo ad quæſita, id ſcilicet an liceat exſcindere omnem tyranni ſtirpem id verò ſi tyrannus ſit exactè non ſolùm licere ſed debere fieri haud dubium eſt, nam ex huiuſmodi viris nihil boni ſperari poteſt, id etiam multis ſacræ paginæ exemplis docetur. Præterea non eſt ſinendum vt qui ſtirpes innocentum è mundo hoc ſuſtulit, vt ſua relinquatur: at ſi in hoc non deliquerit ſolus tyrannus puniendus eſt. Qui verò ex ſtirpe illius ſunt, opibus ſunt ſpoliandi triplici emolumento Reip. tum ne inſurgant in vindices libertatis, tum vt exemplo ſint aliis vt velint occupare tyrannidem poſteris non profuturam: tum vt priuati opibus alios induant mores, & purgata labe per plures ſtirpes ac deſcendentium ordines alios induant mores. Verùm in his qui ſtirpes exſcinderunt Plutarchus exempla addidit filiarum virginum, quas laqueo ſtrangularunt Tyrannocti. Ego verò humanius agendum cenſerem etiam in re peſſima mares ſiquidem caſtrando, fœminas in Virginem Deo ſacratum numero collocando. Quòd verò quiſquam etiam frater vel pater vel beneficio affectus maximo id agere debeat nemini dubium eſt: ob Reipublicæ commodum ſic enim agendo neceſſe erit, vt omnes à tyrannide caueant, cum nouerint nullo modo eam retineri poſſe. Quin imò & ea de cauſa omnes non ſolùm tyrannidis fautores, ſed etiam ſi nihil nocuerint aliis modò his confiſus ſit tyrannus perdere oportet, vt quauis ratione nihil illis tutum relinquatur. Similiter etiam veneno tentanda eſt vltio, quoniam videmus naturam animalia quæ neque morſu nec velocitate pedum nec elemento vt piſces nec alis vt aues muniuit velut ſerpentes veneno armâſſe. Præterea quorſum tot herbas genuiſſe venenatas? & leporem marinum

rinum & metallica multa non niſi vt imles à potentioribus tuerentur; namque non niſi iuſtiſſimis ex cauſis talibus vti licet; hæ ſunt cum ſtirpem exſcindunt, ſtirps enim immortalis res eſt, immortali bonum auferre iniuriam inferre infinitam eſt, infinita iniuria omni vltione ac ſæuitia digna eſt. Propterea tyrannus qui hoc bono immortali aliquem iniuſtè priuat, non ſolùm ab eo quem tanto dono priuat meretur quouis modo è vita cum ſuis auferri; ſed & ob improbitatem, & metum ne in alios talia committat appeti à quocunque dignè meretur.

Quòd ſi obiicias vel beneficia recepta vel fidem datam, dicimus fidem nullam huic poſſe præſtari, quoniam impius eſt & ad perniciem omnium natus, & etiam quia fides illa vi extorta eſt: quandoquidem in iuſto & adeò potenti viro, quis audeat negare ſe fidem & daturum & præſtiturum. Porrò quod ad beneficia attinet liberat eum ſalus primùm Reipub. quæſita & omnium bonorum quàuis re alia potior (neque alterius rei vt diuitiarum aut potentiæ commodi cauſa id facere licet: velut Pherei Alexandri vxor Thebe Lycophrónque frater eius & Thiſiphon, qui cum tyrannidem poſteà occupatint, duplici ſcelere & patricidij & tyrannidis ſe obſtrinxere) tum periculum vitæ ingens ac cruciatus & ipſa rei magnitudo hominem ab ingrati labe vindicant. At verò malè fecerunt qui declamationibus rem in dubium verterunt, an occiſo filio tyranni, cuius interitu ob dolorem tyrannus perierit tyranni interfector dici debeat & præmia conſequi: namque duplicata haud dubio modo Reipublicæ conditio patiatur. Qui tamen è ſuis intimis fuerit ſi præmia acceperit ob præmium feciſſe videbitur, quare qui cum hoc fecerit proditor ſit & non tyrannicida palam eſt ſi ſapiat præmia non accepturum. Debet tamen ſtatui, ne homines exiſtiment nefarium eſſe a domeſtico interfici tyrannum, quandoquidem cæteris interfectoribus propoſita præmia viderint non autem domeſticis; porro an filio occidere parentem hâc cauſa liceat indiſcuſſum relinquo, cum vtrumque in malum exemplum verti poſſit: cæterùm fratrem occidiſſe hâc cauſa quantum Diis placuerit Timoleontis caſus oſtendit, qui cum fratrem Corinthij tyrannidi aſpirantem occidiſſet, modicis copiis tot bella peregit inuictus, & ad vltimam vſque ſenectutem ſumma non ſolùm cum laude ſed felicitate Syracuſis maximo in honore quanquam cæcus prius factus obiit.

Si verò vi illum ob nimiam cuſtodiam & animorum mollitiem aggredi non licet, eſt ſecũdus modus quo Romani quòd vicinis adeò potentibus carerent, vt ea via liberare ſe ſperare nõ poſsẽt per ſparſos libellos illum aggrediendi & apud populum infamandi animóſque aduerſus illum erigendi. Quin etiam præ dolore aliqui ſibi mortem conſciuere. Archilocum referunt occidiſſe ſic Lycambem ſocerum, quòd filiam pactam ei denegaſſet: vnde illud.

Archilocum proprio rabies armauit Iambo.

Nota eſt hiſtoria huius ſed alia fertur de Dante Aligero Poëta Italonam cum Branchadoriam in inferno qui adhuc inter viuos erat, inueniſſe ſcripſiſſet, illiúſque crimina detexiſſet; ferunt enim tres vxoris fratres veneno occidiſſe, vt Montorij arce poriretur, tum verò id ſubieciſſent non viuere iam Brancadoricam, ſed cacodæmonem illius corpus hic ducere: ipſe vero Dantes aliquando Genuæ in maris littore cum eſſet aduenit Brãncadoria ei ignotus rogatque an qui eſſet agnoſceret? Dante dicente ſe ignorare, tum ille inquit Brancadoria ſum, quem inueniſſe in inferno mentitus es, cóque dicto ſtatim ex alto littore præcipitauit Dantem in mare, ſed cum ibi portus eſſet, & in eo multæ naues ſeruatus eſt quamuis ægrè: abiit Dantes & carmina in illum ſcripſit vt ferunt adeò acerba vt eum ad laqueum ad egerint. Tametſi hæc tata ſint; nihilominus illud ſatis perſpicuum eſt. & in frequenti obſeruatione his libellis adeò infamati tyrannos, vt non facilè quò pedem retrahant norint, cáque cauſa à populis pellantur. Sic multi damnatione à populis priuati ſunt, nam difficillimum eſt imò prorſus impoſſibile tyrannum plures habere ſatellites quàm ciues; cum ergo plebem habuerit inimicum regnare non poteſt.

At dices ſi Deus regnare illos permittit, ſi leges malas promulgari, cur licere debet populo aut priuato eas euertere, contra tyrannum inſurgere? Dicimus tyrannos & malas leges eſſe velut morbos ciuium propter flagitia illis euenientes. Dupliciter igitur licebit depellere, vel quoniam ille de ſceleribus eos caſtigauit, vel quia vindex dum animam ſuam pro populo exponit luit pœnas pro populo ipſo: ideò prodigi ſuæ vitæ populum liberant à pœna cui ob flagitia & iniuſtitiam debentur. Sic Sceuola Cocles duo Decij Manius pro Romanis ſponte occumbere voluerunt, quamuis aliqui euaſerint: Themiſtocles pro Græciæ ſalute, multi è noſtris Diuis pro Religione. Duo illi pro Lacedæmonis totidem pro Carthaginenſibus: nihil perpetuum apud mortales prætetquam ſucceſſio tam in morte quàm etiam generatione. Ergo Deo licet permittere quod nobis perdere licet. Ille permittit tot venena muſcas culices tótque alia fœda, nos non vetat conſulere commodis noſtris, euellere noxias plantas, purgare agros ab herbis quæ triticum ſuffocant.

CAPVT

CAPVT IX.

De Republica difficultatibus.

VEtùm maximæ in Republica difficulates ſunt quas omnes cum præſentes ſint,& grauiſſimæ, velut Ariſtoteles & Cicero prætermiſere: de leuibus & vulgaris plurima verba facientes. Illud nempe durum videtur atque arduum quòd ſi Rex eſt aut magiſtratus neceſſe eſt optimates & proceres illis familiares eſſe quomodo ergo eum tanta familiaritate præponimus pauperem opulento, rudem gratioſo, incognitum amico, improbum probo, ſtultum ſapienti, inutilem Reipublicæ vtili, inopem omnium potenti & agnatis cognatiſq; formidabili? Similiter dicet miles eum contenderit,qua ratione ſegni huic homini quicquam adiudicabis, cum toties ego fortiter pro te pro Rebub. vitam obtulero aut igitur concede mihi quod rogo, aut ille in pericula eat. Hic ſegnis & per mille captiones & forſan quia opulentior gratioſus iudicibus negocium mihi faceſſit. Quæ ſpes poteſt eſſe ad incitandú ciues ad bellum ſi nihil prodeſt quotidie ſanguinem effundere morti ſe obijcere? inertiſſimus quiſquam cum benemerito non ſolum confertur ſed etiam anteponitur? Ergo in eiuſmodi dicet, qui miles non eſt habuit tamen patrem aut filium aut fratrem qui in bello obierit, quid tu clamas curata cute cum filius meus fratérve morti ſe pro republica obiecerit: ſin autem viuit & in expeditione eſt obiicies quod ille deſes reſidet domi ad litigandum cum ſuus neceſſarius in caſtris pernoctet. At ſi domi ſit illum adducito. Si æger eſt habes quo magis obiicias, inde vxorem filios ſeu defuncti ſeu ægri adduces ad iudicem: at ſi non ex claſſe aliqua ſit, ſed ob paupertatem immunis: hoc habes quòd non doles: non poſſe pro Repub. eſſe id hac lite quærere maximè, vt per illum liceat. At ſi potes, nec exhibet militem iam hoc eſt è munere Reipub. vt ſi quid iuris omnino miles obtineat, ſi nullum prorſus ad fiſcum deuoluatur id de quo certatur. At verò contra gratioſos iudicium ad ignotum iudicem vt dixi deferatur interim turpe ſit cum impotenti vel non gratioſo litigare.....

CAPVT X.

De Reipub. Conſeruatione.

LEx ſit vt nullum oppidum aut vrbs, munitaue arx reddatur, ſub pœna capitis proponenti atque infamiæ omnibus deſcendentibus patri etiam ac fratribus ſi comprobarint aut ob id damnatum tueri voluerint. Et quoniam fraus huic legi fieri ſolet, aut prius proponendo de legis ſolutione aut toto conſilio quaſi vno proponente: id etiam magis nefarium & vltimo ſupplicio tormentoque dignum: tanquam circumuenta lege, non ſolum violata: atque ea lex ſi fuiſſet Bononia adhuc eſſet in Anglorum manibus & viueret Edoardus rex, & regnum non fuiſſet euerſum. Veneti etiam quanquam ſapientiſſimi in hoc genere quòd legem non haberent exactam ſæpius peccarunt. Liceat tamen commutare ſic vt nec de numero locorum nec gentium ſubditarum quicquam depereat tametſi nec reditus nec ager tantus ſit. Romani nunquam quicquam reddiderunt niſi poſt adeptum imperium: ſed & tunc neglecta hac ratione dum Tyridati Armenia, dum Adrianus multas conceſſit prouincias euerſum eſt magis hac ratione imperium, quàm luxu, quàm inteſtinis ſeditionibus, quam prælijs aduerſis, quotquot fuerunt. Hoc eſt exitiale venenũ omni dominationi, quo Gallia toties è florentiſſima facta eſt ſerua, & decore omni regnum ſpoliatum. Pudet dicere ſi quis obiiciat vel de dote danda vel diuiſione fratrum. At quis non cogitet ſtatim eum qui talia ſuadet accepiſſe ab hoſte grandem pecuniam. At ſi lex ſit huiuſmodi inuiolabilis, quid aget hoſtis ne tentabit quidem corrumpere animos ſatrapum & conſiliariorum verùm dices quod neceſſitas ingruat? debemus ne totum regnum amittere, aut etiam ſecum libertatem vt aliena mordici per vim retineamus? Norint omnes qui hæc proponunt corruptos pecunia aliena eſſe. Primum quidem non ſunt occupanda quæ retinere non poſſit Reſpub. conſulat ſecum.

Quid valeant humeri, quidve perferre recuſent.

Multo melius non capere cum tanta hominum cæde, cum tanta moleſtia eorum qui ſubiguntur: quibus cum non retineas, nullo modo prodeſſe potes, cum tanto ſumptu, quam capere & reddere. Sed fac vt iam modo quouis capta ſit ſeu conſultè ſeu imprudenter, ſeu iniuſtè: cum reſtituis iam fateris vel iniuſtè occupaſſe, vel non poſſe retinere, vel vtrumque, quorum vnum turpe, alterum periculoſum, tertium vtrumque habetur. Deinde cum redditus nonne eodem & longè maiore in periculo eſt Reſpub. quam ante. Et quod inſumpturus eſſet hoſtis militum, virium, machinarum, pecuniarum, annonæ in capiendo, id totum cum pacto acceperit in Rempub. conuertere poterit, qua ſecuritate tibi cauere potes. Et ſi ſumma fides etiam in hoſte eſſet quænam filio vel hæredi, ſi cras ille moriatur cum quo pegiſti. Pepigit vt audio reſtituturũ Henricus Galliarum Rex Philippo Hiſpaniarum Regi, vt ſi filius naſceretur Principi Taurini reſtituturum quæcunque loca munita quæ Galli in Italia ditionis Principis retinent.

Vxor

Vxor præter ſpem omnem concepit ac peperit: ſed interim mortuus eſt Henricus, ſucceſſit pupillus tutores negant, niſi illo adulto reſtituere poſſe. Sed dices interim oppugnabimus, non poſſumus ſomptum ſuſtinere? hic Henricus Rex Gallorum dictus, multa reſtituit Philippo Regi, imò potius commutauit: ſed iniqua conditione & Glauci cum Diomede exemplo. Lex ſit ignota & occulta, omnibus ſpes datur: interim homines moriuntur: noui inſurgunt hoſtes mutantur conſilia, eueniunt impedimenta, an in mortalium fragili & breui æuo nihil ſpei reponendum putas? Sed illi omnia ex voto ſuccedant, pugnam aggrediatur, annon tam vinci quam vincere poteſt? Quid incerius bello? in quo quandoque centum millia virorum inſtructorum à decem millibus non inſtructis ſuperetur: vt olim Lucullo aduerſus orientis reges, & poſt barbaris contigit. Et noſtra ætate Gallorum exercitui Nouariæ ab Eluetiis: vt bellica res parum à ſorte & nauigantium fortuna abeſſe videatur. Deinde in bello rurſum quid fallacius oppugnatione munitorum locorum? Solimanus Turcarum Rex qui mundum terrebat in Guinzij oppugnatione cum eam decies ac ter aggreſſus eſſet fruſtratus eſt cum tamen locus eſſet haud magnus nec munitus quem Pannonius vir inclytus Nicolizza memoria dignus tuebatur. Santitacum non oppugnauit cæſaris exercitus, cum tot machinis bellicis, nec Gallicus Cunium, locum nec munitum, nec militum numero defenſum, ſed ab oppidanis ac mulieribus. Quæ in huiuſmodi contingere ſolent, proximiora ſunt miraculis, quam quòd expectati iure meritò poſſint. Ac fac tandem quod vltimum eſt expugnetur: nonne multò plures ex his qui oppugnant quam defenſionibus interibunt, atque hi præſtantiſſimi quot abſumment incommoda, quanta impenſa, quot ferreæ pilæ abiectæ? quantum pulueris pyrij peribit. Fac vt intelligât hoſtes defuiſſe fortunam aut etiam vires, non animum ac fortitudinem. Denique quicquid euenerit glorioſum eſt magis ſuccumbere quàm cedere. Sed vt dixi diligenter prius expende an occupanda ſint, cum omnino retinenda quauis fortuna atque caſu cenſeas, atque hoc primum.

CAPVT XI.

De Reipublica adminiſtratione.

REipublicæ autem adminiſtrationem ſcribere omnium difficillimum eſt, idque oſtendit varietas circa illam opinionum, adeo magna, vt etiam ſapientiſſimi viri conſilium ſæpe mutauerint. Quin etiam prolixitas ſcriptorum circa eam hiſtoriam: nam præter reliquos Ariſtoteles alioqui breuiſſimus cum innumeros libros de hoc conſcripſiſſet centum viginti inſuper in eodem argumento adiecit. Porrò cauſæ ſunt hæ. Prima tradere conuenientia. Secunda facere vt ſeruentur. Tertia vt mutata fortuna & mortuis his quibus leges illæ placuere, quod inter omnia difficillimum eſt, efficere vt ſucceſſores illas tueantur. Porrò prima multas patitur difficultates, quæ etiam in ſequentes cauſas diffunduntur, principaliores tamen enarrabimus: harum vna eſt quod lex quidem incorporea eſt, miniſtri verò mortales cupiditatibus per ſe pleni, inde etiam erroribus: tùm cum ex ſe moueri non poſſint amicorum & amicarum precibus aut commodo, tum etiam commiſeratione mouentur. Alia cauſa eſt quòd homines cum varia ſint fortuna & natura, bonum vt optimum appetant: idcirco omnes tantum cupiunt quantum ſperant: ſpes autem fortunæ conditionem ſequuntur, fortunæ conditio inæqualis & ſpes ideo neceſſario inæquales, quare & voluntas. Potentes quandem cupiunt dominari mediocribus, & infimis ſatisfacit libertas; augent hoc malum modi quibus homines ſe aliis præſtare putant: conſanguineis robore, aſturia, violentia, temeritate, ſtultitia denique adeò vt nemo ſit qui non ſe aliis aliqua in re audeat anteponere. Alia cauſa eſt quòd cum leges ſint numero præfinitæ, caſus autem qui accidere poſſunt infiniti deſcribi leges non poſſunt quæ omnibus euentibus ſatisfaciant hic inſurgit æquum & iuſtum altera parte: altera arbitrium iudicis quod cum (etiam ſi probus ſit, nam probum vocamus iudicem qui leges incorruptè ſeruat) eo vſque extendatur quouſque & æquum & iuſtum neceſſe eſt in legibus etiam ſeueris multa iniuſta, tutò poſſe admitti: tantum verò admittitur ſi gratia vrgeat vel emptor vel etiam flagitator quantum tutò admitti poteſt. Sunt etiam plurima in Republica quæ repugnantiam quandam continent: velut Matrimonium lex: lex de impunitate iuuentutis: Militaris potentia ac licentia: Religio: Iudicum ſeueritas aut libertas: Delectus perſonarum ob merita in Rempubl. aut ob virtutem, aut communis lex, legis perpetuitas aut moderatio pro conditione temporum: Exacta morum cenſura aut remiſſa: & quæ in dies emergunt: tum ratio regni, Reipub. aut Ariſtocratiæ. Omnium autem eſt, vna vt dixi cauſa malorum vitia hominum, quòd ſi iudices eſſent quales eſſe deberent pro arbitrio iudicantibus omnia rectè cederent, modo cum periculoſum ſit arbitrium maximum eſſe, omne arbitrium periculoſum eſſe neceſſe eſt, quamobrem tollere arbitria omnia melius eſt quam relinquere. Et iudicium Areopagitarum celebratur tot ſeculis tanquam ſolum & maximè incorruptum,

in

in quo nullum erat arbitrium: vnde apparet Senatus omnes inutiles eſſe vbi collegia adſunt iuriſconſultorum. Et vbi deſunt eiſdem legibus teneri debent, quoniam quando vtrinque periculum adſit, tutiſſimum eſt omni carere licentia. Eſt etiam alia difficultas a qua vix œdipus ſe ſciat explicare circa ſontium & inſontium examen: vbi inſontes ob iniuriam damnantur, aut ob ſtultitiam aut doloris impatientiam, ſontes ob conſtantiam & vafriciem corruptis etiam tortoribus euadunt. Et rurſus id maximum eſt quòd ſi locupletibus nihil concedatur, ſicut homines inertes: ſi multum rapaces vt ipſi vel ſucceſſores iis commodis gaudeant. Propterea optimum fuerit hanc rationem temperare vt ſuo loco dicetur.

Ergo cum lex quæ non ſeruatur lex non ſit, principaliſſimum omnium eſt legem ſeruari. Vt ergo ſeruentur leges primum oportet neminem eſſe qui legibus non ſit ſubiectus: neque enim magis leges corrumpuntur, quàm ab his quibus impunè eſt eas corrupiſſe. Hi ſunt omnes exteri, omnes qui plurimum poſſunt, & ſi magiſtratus ſint perpetui aut ſine ſyndice, ſeu cenſore potius, atque hæc quo ad Magiſtratus & iudices. Quod ad priuatos attinet legem adeſſe oportet, vt qui immunitatem petit ipſa petitione mulctetur, & impetrata licentia duplo grauius puniatur ob delictum & legem ſcilicet violatam. Præterea vt quæuis pœna legum corruptarum quod ad infamiam attinet etiamſi ſolum tentauerit corrumpere nec corruperit, ad filios & hæredes omnes qui hæreditate gaudere voluerint, tranſeat. Idem ſi quis lege abuſus fuerit vel eam fraudauerit. Neque præterea admittatur quiſquam ad honores quauis virtute laudatus, qui vxorem non habuerit ſaltem per quinquennium. Demum vt Cenſores legum ſingulos magiſtratus biennio exacto iudicent; eos qui errore facti peccauerint cogant ad reſtitutionem: qui autem iuris ad duplum: dimidium verò pœnæ cenſoribus & miniſtris adiudicetur, qui gratia vel donis ſummo cruciatu. Quicunque verò tentauerint iudices ad hæc inducere niſi ætas aut ſexus aut amentia aut patris orbitas excuſet, eadem pœna puniantur: alij autem habita cauſæ ratione mitiore, ſed tamen non ſine catenis atque diurno labore ad lapidicinas. Hac ſeueritate leges illibatæ retineri poterunt. Poſt hæc ſubit cura ſeruandarum legum intaminatarum perpetuò, neque ea parua non ſolum ob hominum mutationem, ſed quoniam omnibus lex quæ in vſu eſt deterior videtur illa quæ non eſt in vſu, quòd detrimenta illius & incommoda ſentiantur, alterius autem non. Ob id ſæpe contigit vt quas damnauimus ad eas confeſtim mutatas redire cogeremur, quòd ſi damna hæc non adeo celeriter ſe prodant præfertur deterior meliori. Ex longo enim vſu diſcunt homines legem in contrarium vertere: quamobrem duplo maior pœna conſtitui debet fallenti legem & vim illius non verba tranſgredienti eius, quæ ex lege palam eam tranſgredienti debetur. Sæpe etiam contingit vt verè lex melior poſſit excogitari: vel quoniam ab initio non optimè expoſita fuerit: vel mutato ſtatu atque moribus ac conſuetudine ciuitatis. Ergo hanc moderationem adhibere conuenit, vt nullam legem mutare liceat; ſed ſingulis vigintiquinque annis tres quæ magis neceſſariæ videbuntur corrigi poſſint, ita vt antiqua nec abrogetur nec obliteretur, ſed poſterior in vſu ſit per decem annos: inde ſi probabitur, perſeuerent aliis decem annis, atque iterum ſi melior videatur, rurſus per decem alios annos in vſu ſit: quòd ſi optima videatur abrogetur prior, ſi non ad priorem redeant. Per quos autem hoc fieri debeat poſterius dicemus. Cæterum nulla præter id facultas ſit mutandi leges, ſed primum populus & magiſtratus rexque ſiue perpetuus ſiue temporalis ſacerdotéſque iurent de non obliterandis legibus, nec permiſſuros etiamſi contra ſe ſint aut filios violari. Et ſi id agant pœna ſit omiſſio: omnium bonorum & opum ac capitalis etiam ſummo magiſtratui & regi omniaque ſic acta nullius ſint efficaciæ etiamſi per centum annos permanerent. Infames quoque ſint qui non vitam & fortunas pro illis defendendis expoſuerint.

Quatuor præterea viri ſumma ſanctitate ac nobilitate non minores quinquaginta annis, quorum authoritas maxima ſit, perfunctis aliis ſummis honoribus ſingulo Luſtro creentur, quorum cura ſit non alia quam vt leges non permutentur; non violentur, non illis illudatur aut irritæ fiant vel non exequantur. Præterea in creatione cuiuſlibet regis iuret ille recogniturum acta omnia circa leges, & ſi quæ præter dictum ordinem fuerint antiquatæ reſtituturum eas: illos qui antiquauerint aut eorum deſcendentes opibus omnibus & honoribus ſpoliaturum, authores vltimo cruciatu necaturum ſi ſuperſint. Acta omnia præter leges niſi ad remiſſionem ſupplicij irrita habiturum. Quòd ſi hæc non iurauerit aut exequi neglexerit magiſtratu priuatus ſit ipſo facto: Et infamis fiat: cuique etiam illum occidenti tanquam tyranno præmia tribuantur. Duas quoque familias eligat rex quilibet, quarum munus & authoritas non alia

ſi quam pro ſequenti rege hanc legem non pati obſoleſcere. Sitque illis immunitas interim poſt autem etiam præmia accipiant. Sint autem familiæ ſaltem ex ſeptem partibus familias ſingulæ conſtitutæ.

His peractis conſiderandum aduerſus quænam incommoda præcipuè tueri oporteat ciuitates. Ea autem tria eſſe videntur externa ſcilicet bellorum, naturæ vt aëris aquæ agrorum & ciuilia, inter quæ non ſolum eſt id vt concorditer maximè vioant ciues & bonis moribus inſtituaotur, ſed etiam vt floreat vrbs potentia, tum quòd ſine illa tuta eſſe non poſſit, tum quòd non eſt viuere, ſic viuere vt ſemper victuri ſimus, nonquam autem viuamus. Quæramus ergo quid difficillimum in his & rurſus quid potentiſſimum. Difficillimum quidem videtur Deo atque hominibus ſatisfacere, vnde videntur tyranni potentiores multò regibus & Repub. quoniam violenter opprimendo ſubditos ad cuncta ſint paratiores: nec videntur ob tyrannidem perire ſed ob luxum conſequentem tyrannidem. Ob id qui tyrannidem occupant tametſi crudeliores ſint at improbiores vix vnquam ea ſpoliantur: ſucceſſores tametſi mitiores ſpoliari ſæpe ſolent. Viſum eſt id in Dionyſio ſeniore ac iuniore ex antiquis, in regibus Aragonum atque Sfortiadum principibus innumeriſque aliis noſtra ætate. Quòd verò potentiſſimum ex his quæ multitudini imperare poſſunt, atque omnia facere vicemque gerit violentiſſimi ac maximi tyranni in corpora animas, mores opes, atque omnia humana non eſt neque metus nec ſpes: nam ſpes non in omnibus eſſe poteſt faciléque debilitatur: metus odium parit & in præſentibus periculis homines non fortes ſed ancipites conſilij & præcipites reddit: ſic vbi conuerſa fortuna eſt, aut irritus ſemel ceſſit, conſtituitur: ſola conſuetudo mortalibus imperat nihil tam potens nil tam firmum. Vides homines in triremibus laboribus ſummis vigilia æſtu frigoribus inedia aduerſus omnia perſtare, milites aduerſus vulnera & præſentem mortem non ſolum intrepidos ſed etiam non triſtes. Quòd verò difficillimum eſt ac potentiſſimum ſunt pecuniæ. Erant Romanorum tempore quinque genera exigendi ſcriptura, & erat decima pars animalium ſcilicet quod ex fructu illorum aut venditione colligebatur. Portus quo exigebantur pecuniæ pro mercibus quibuſcunque ſeu terra ſeu aqua aduectis. Decimæ ex prædiis ſeu fruges ſeu fructus colligerentur. Cenſus quas ſinguli conferebant belli tempore ex opibus. Tributa inſuper quæ diuitibus imperabantur. Noſtro tempore etiam ſalinæ ſunt ex quibus vectigal colligitur, neque minora erant Romanorum vectigalia noſtris, licet nos ſex generalia habeamus ille quinque tantum ſed grauiora: in quibus prouinciarum erant indictiones & quæcunque à publicanis exigebantur, ſed iuſtiora: ſoluebant enim qui habebant. Ergo Romulus ea quæ per cenſum poſt modum habita ſunt per curias diuiſit: Seruius Tullius poſt aucta ciuitate per centuria, ita duo genera prima poſtmodum tertium comitiorum vt eſſent tria curiata centuriata Tributa. Ita exactio diuitibus grauior non ſolùm quòd ex omnibus certam partem darent, ſed etiam præter id iuxta rationem cenſus. Extra ordinem eadem ratione grauabantur. Atque in his tum etiam aliis quod dixi difficillimum eſt & iuſtè & bene conſulere publicæ vtilitati, & Deo placere. At dices nonne iuſtè agendo Deo placent? Hic maximus eſt nodus: iuſtum vocant Cicero ac Iuriſconſulti quod ſecundum legem eſt, at non eſt ita: ſed primum iuſtam omnem legem oportet: inde iuſtum erit cum illa ſeruatur: at leges plerumque ad commoda paucorum conſtituuntur: aut ſaltem ſimpliciter iuſtæ. Verùm ſecundum Deum eſt vt ſexui, ætati, fortunæ atque miſeris in legibus ſuccurratur cum de ſexu & ætate ſatis rectè conſultum ſit, quod iſta omnibus neceſſariò poſſint euenire: de fortuna ac miſeria totum inuerſum eſt: fauent enim potentioribus leges, & miſeris miſerias addunt ſed legibus longè magis iudices. Itaque de hoc primum erit conſiderandum ſcilicet an verum ſit quòd leges tyrannicæ, & quæ miſeros premunt quæque Deo palam aduerſantur adeò vtiliores in Repub. ſint, vt etiam ſint neceſſariæ? Atque id viſum eſt ita ſe habere, nam & Parthi quorum longa fuit dominatio & Perſæ & Romani dicunt, tum nunc etiam Turcæ & Gallorum reges opprimunt impotentes, ad remigium enim & foſſas implendas & aggeres ſtruendos ſumma iniuria compellunt. Quid enim ſine his in bello proficere poſſumus aiunt, & vident hos felices ac cum diuturna potentia. Ariſtoteles quoque ac Plato ſummi Philoſophi ab hac iniuſtitia cauere non docuerunt. Itaque haud de Repub. ſcribere nos docet, ne in alterum duorum incommodorum incidamus, ſcilicet vel vt doceamus iniuſtè agere vt Rempub. tueamur: vel vt Sancti quidam viri ineptè eos perdamus, qui nobis credunt docentes Deum ex alto ſegnes ſeruare viros, cum viribus conſilio & audacia occurrendum eſt. At nos certè id cum illis ſentimus potius vinci præſtare, & quamcunque conditionem ſubire quàm iniuſtè agere. Ergo & iuſte agere & cum lucro licebit

ſi loco plebeculæ damnati ſubſtituantur vt in Fetim tradidimus, at hæc ratio triſariam diuiſa eſt. Turcæ putant Chriſtianos eſſe velut damnatos quòd Mahumeto non credant. Romani ſeruis vtebantur. Iuſtum enim videbatur vt quos ſeruaſſent pro neceſſitate Reibub. periculo & laboribus poſſent exponere. Sed neutrum conuenit, melius eſt tamen quam ciues aut ruſticos cogere, qui non pauperes ſunt ſcelere ſed probitate nimia vel vt accuſare grauiſſuoè velit ſimplicitate. Verùm vt dixi neque illud de ſeruis iuſtum erat maximè cum illi vel tuendæ patriæ cauſa noo pretio aut defectione bellum gererent aut non ipſi peccaſſent ſed eorum maiores, quare etiam deterius Lacedæmonij cum Elotibus quos non ſolum pro Repub. periculis exponere licebat, ſed ſine cauſa occidiſſe ciuibus impune erat. Horum lex erat iniuſtiſſima & ab omni humanitate aliena. Fatemur neceſſe eſſe, vt leges aliquid iniuſti ſecum afferant velot & natura quæ victa materiæ contumacia bicipitem aliquando vitulum creat, ſed leges ioiuſti nihil continere debent Romanorum ergo diuturnum imperium non ob alias virtutes vt B. Auguſtinus velut fortitudinem patientiam ſed ob iuſtitiam fuit, cuius pars erat ciues quantò magis eſſent inopes tantò ab omnibus muneribus eſſe immunes, non ſolum cenſus ſed perſonarum quanquam vt dixi nec ſua lex vitio careret. Eadem temperantia fuit in Athenienſibus ſed oon tam exquiſita. Turcarum verò inſtitutum durius eſt ac minus iuſtum quod alienæ legis homines ſontes atque pro damnatis exiſtiment. Ergo optima lex eſt quæ nullum ferme hominem occidit, oiſi paucis in caſibus, ſed omnes ad compedes & catenas damnat: in qoa triplex emolumentum in pace fodieodi montes & ſaxa excidendi, filiorum generatio, & tempore belli turba vtilis & ad labores & ad pugnam. Tum verò illud egregium humanitatis exemplum. Quod inſtitutum Luſitani gens prudentiſſima optimáque magnò ſuo commodo ſeruant. Sed iam qui damnandi veniaot videamus.

Eorum qui vtroque parente carent vel ſi is parens ſuperſit, qui vel ſceleris particeps cum filio ſit, vel negligentia illum non erudierit aliqua io arte, vel in flagitiis auxilium præbuerit etiam ſi non in eo de quo agitur vel ſi ipſe flagitioſus extiterit capitale ſupplicium ſit occidiſſe homioem occupandæ pecuniæ cauſa. In Rempub. verò deliquiſſe aut regem aut iudicem corrupiſſe, aut tentaſſe corrumpere, vel fucum legi facere vel iudicem ipſum corruptum gratia pecunia amore iniuſtè iudicaſſe cum cruciatu ſummo occidatur. Summus cruciatus eſt palo transfigi, inſeri rotæ, ferra diuidi, excoriati totum, viuum ſepeliri in crate ferrea ſenſim exuri. Quòd ſi cauſam prodiderit capitis defenſor cum ſit aut veneno ob pecuniam aliquem prodiderit, occidatur, ſecuri percuſſus, iuguletúrque. In reliquis facinoribus pœna ſit damnatio ad ligna ſecanda, inde lapides, inde metalla fodienda, grauiſſimum eſt triremium, pro delictorum genere perpetuò & & ad tempus, quod vltra detinere non liceat. Ex pœna etiam fugientes morte puniantur niſi per incuriam cuſtodum acciderit. At quibus adhuc parens ſuperſtes eſt iuuenis ab his conditionibus omnibus quas diximus non par eſt parentem inſontem puniri: meliúſque eſt ſontem dimitti qoam inſontem plecti. Si igitur oullus alius ſit illi filius, non vltra lapidicinas damnari ooſſit perpetuo ſeu ad tempus, vel etiam ſi alius ſit filius ſed paruulus, aut ſterilis, aut oblæſus, ſic vt noo videatur proli generandæ aptus. Ex quouis crimioe ſeptem annis mors differatur generandæque proli ſeu per vxorem, ſeu per concubinam operam dare poſſit. Quòd etſi damnato filij ſiot vltra parentem mors illius per annos decem differatur, & quouſque vixerit ioſons parens. Quòd ſi patris facta aliqua in Rempub. egregia reluceant: ſi non proderit Rempub. aut benefactorem pecunia concupierit, aut leges corruperit, ſeu iudex falſus extiterit, fideiuſſione præſtita quòd neminem ea cauſa læſurus ſit dimittatur. Sed ſi grauior pœna ei deberetur ſupplicio capitali oon tamen ſummos cruciatus abſciſſa ſioiſtra manu pro patris meritis, etiam ſi pater iam obierit dimittatur. Porrò ex nulla cauſa quæ ab iniuria profecta ſit, cuiqoam capitale ſuppliciom irrogetur niſi ſtatim ab iniuria pacem fecerit. Iniuriam dico filiæ aut vxoris concubitum, vel ſi nobilis cum ſit publicè ab ignobili cedatur: hacque ſoluio in cauſa volumus nobilis diſcrimen haberi. Sed nobilem non à diuitiis nec inobilem à paupertate diſtingui nolumus.

Nobiles primum ſunt qui vel ipſi vel maiores recta ex linea tam fœminina quam maſculina aliquod beneficiom in Rempub. contulerint. Et quorum pater aut auus non vltra inter iodices electi optimè ſe geſſerint: Et qualeſcunque viri ſexageſimum annum exceſſerint & milites vltra quinquageſimum, & qoi tribuni militum fuerint: Et qui in artibus liberalibus vitam conſumuot laureati. Et qui ex familiis nobilibus per maſcolinam lineam deſcendentes vt ſine vitio aut labe vixerint omnes maiores ſui: Et qui ex matre nepos nobilis viri eſt: & ſacerdos quiuis habitum ſacerdotis deferens nulloque iudicio damnatus. Et filius eius qui magiſtratum gerit & ipſe qui gerit donec geſſerit.

Meſita verò in Rempob. dicuntur cum priuata ratione vitam pro ſalute Reipub. aut ſuam aut filiorum aut maioris partis (eſt autem maior pars dimidium) manifeſto in diſcrimine expoſuerit : vbi veriſimiliter euadere non queant ; vel ſi omnibus fortunis ſolo tenui victu ſibi ſeruato ſine reſtitutione vlla eandem iuuerit ; aut ſi patum ei ſit nihil prorſus ſibi retinuerit, aut ſi proditionem detexerit : vt etiam fortunæ atque ſimili conditioni aliquid relinquamus.

Vt verò omnes ad militiam paratiores ſint viri, nullas exerceant artes præterquam Agriculturam lapidúmque tractandorum metallorum ac lignorum; reliquas omnes mulieres ipſæ, ſic fiet vt nec illæ ocio, nec hi lucro intenti viuant deſerantque militiam : lanificium ergo & textura & veſtiaria & reliquæ omnes huiuſmodi ad mulieres pertineant : quæ tamen non publicè exercere doceantur ac circa maſculos niſi à quadrageſimo anno ſupra. Militiam inchoet iuxta ritum Romanorum quem experimentum comprobauit decimus octauus annus, finiat quinquageſimus. Ad maiores magiſtratus non ante quadrageſimum tertium, ad minores non ante trigeſimum ſecundum. Iuriſconſulti ac medici ſtipendio publico alantur, & nihil ne potum quidem ab vllis ſumant & in collegiis alantur ad hoc nutriti nec quicquam priuatim ſit niſi quæ ad vſum ſtudiorum pertinent & veſtium quas tamen ex communibus redditibus collegij accipiant. Leges ſimplices ſcribantur faciles, vt ab omnibus intelligi poſſint, & capita illarum in tabulis æneis publicè exponantur. Quæ vero in libris ſcriptæ erunt apertè & diffusè quantum claritati ſufficit explicentur nec interpretatio vlla admittatur. Poſſit tamen lex ſublatis prioribus verbis eo modo quo dictum eſt ſuperius & ab iiſdem per alia verba quæ mentem legis non immutent dilucidius explicari, Artes quæ ad luxum faciunt omnes tollantur, capitale ſit ſi quis tentauit vel talia in vrbem inuehere. Sed neque limbola aut minutim texta ad ornatum nec quicquam huiuſmodi neque mutare habitum. Sed omnes eadem ratione veſtiantur, omniaque conueniant corpori ad vnguem præter ſolam togam. Odores tamen ſimplices vt moſchum aliaque ſimilia habere liceat pharmacopolis, & quibuſcunque emere, ſed miſcere non audeant, crimen ſit : crimen autem omne vinculis perpetuis vt dictum eſt puniatur. Qui verò artes non exercent omnes diſco, ſagitta, armis, mutatione, equis agendis, arti ſingulis diebus præterquam dominicis & veneris exerceantur intra quinquageſimum annum. Nulli aduenæ in vrbe ſint nec ciues aut ruſtici alibi, niſi per triduum quod etiam publicis rationibus cuſtodiatur. Quòd ſi quis aberrauerit triennio vinctus fodiat lapides aut ſecet. Legatis plus temporis ſed extra vrbem ſepto ad hoc loco ad tertium lapidem cuſtodiaque adhibita vndique clauſoque foſſa altiſſima loco atque latiſſima ſpinetis ferreis circum paſſim ſepultis & ſuperinducta palude.

Qui ex exteris ad ritus tranſire nolint ad villas certas transferantur & per viginti annos colant agrum aut artem virilem exerceant inſtitutaque imbuant legis & vrbis inde illis aut filiis vel nepotibus ex his locus ſit in vrbe, alio enim nulli concedatur. Sed neque ciues apud alias nationes eſſe poſſint niſi ſocias aut ſubditas & iam viuentes legibus eiſdem per quinquennium nec ex his tamen ad vrbes admittantur niſi poſt vigeſimum annum. Porrò leges has difficillimum eſt dare adultis iam vrbibus : ſtatuere autem impoſſibile : quoniam cum iam conſiſtant neceſſe eſt, vt ſeditionem pariant. Ob id Sparta à Lycurgo vix inſtructa nec ſine vi : Moſes autem & Romulus optimè & facillimè non factis vrbibus ſed coaleſcentibus tantùm. Inſtituuntur autem melius à Rege, ſeruantur à Repub.

Quod verò ad criminum diſquiſitionem, fatenti crimen ſponte quarta pars remittatur aut enim ſimplicitate aut cauſa magna vt faceret inductus eſt. Tatenti aut leuibus tormentis aut metu octaua pars. Quarta pars criminis eſt à morte cum ſummo cruciatu ad ſimplicem à ſimplici, ad lapides ſi nobilis, ad metalla ſi ignobilis, octaua ad triremes. Ex ſummo cruciatu ad ſecurim, ex ſecuri ad ſimplex mortis genus. Eculeo nemo torqueatur quem aliqui ita contemnunt, vt rideant, alij penè pereunt. Caimus quidam pectore diſcerptus eſt, aliis trochlea impedita exitio fuit vt Hebræo cuidam his proximis annis, tribuno Zocolino rupto vinculo ex quo trochlea pendebat mortem penè attulit ; nihil inæqualius : vt non cruciatui ſed fortunæ pendens committatur. Quot etiam modis fraus admittitur à quæſitoribus atque miniſtris, & demittendo leniter, aut repente. Quidam etiam accinguntur faſcia, quo crimine iudex Gropelius damnatus eſt. Quare tormenta diſtentis poſt brachiis in tabula diſtento adhibeantur, tribus iudicibus præſentibus, ad crepitum oſſium ſi fateri nolis, inde per momenta fiat diſquiſitio hora diuiſa in mille momenta, horologiis ad hoc paratis : nec ex hoc maximè veritatis inquiſitio quæratur ſed ex teſtibus, ex coniecturis qualitate vitæ hominis, & reſponſionum repugnantia & conſenſu, in quibus attendere oportet an ſtatim reſpondeat an cogitet, hoc enim ad ſuſpicionem facit, & ſi nolit reſpondere

ſpondere ſed ſolùm neget. Itaque ad omnia quæſita reſpondere, teneatur. Et etiam poſt octo dies de ciſdem interrogetur ad ſingulaque reſpondere cogatut. Iudices quoque & miniſtri ſingulis interrogationibus permutentur, ſortéque ſtatim ducantur. Et vbi cauſa criminis aperta ſit, ad lenitatem vbi inuidia vel pecunia factum flagitium ſuſpicemur, acrius inſiſtatur, nec miniſtri pluſquam per menſem eidem muneri, nec iudices vltra duos menſes: nec vlli eorum pluſquam per annum officio criminum præſint. Quòd ſi quis non fateatur, de teſtibus per omnes modos inquiſitio habeatur, ſi falſi ſint, ſummo cruciatu damnentur: ſi ſine fraude errauerint, ab eiſdem opera illorum quantum licet ei ſatisfiat. Sin autem concordes & ſine ſuſpitione & tres fuerint, non inimici nec inimicorum neceſſarij ad lapidicinas ille euſque damnetur donec facta veritas emergat. Quod ſi inſons inueniatur, teſtes ſummo cruciatu occidantur, bona eorum medietate ad damnatum vel eius hæredes perueniat, reliquæ medietatis dimidium fiſco, dimidium accuſatoribus decernatur. Porrò & iudices & miniſtri qui de quæſtione agunt in collegio omnibus collatis viuant atque ibi vt reliqui de quibus diximus vxores ducant & filios.

Modus autem collegiorum hic ſit: quicunque volent modo locus ſit admittantut ſi non ſint ex infamium genere: atque ibi ſub vnius cuſtodia ſint cui etiam pareant. Redditus relinqoant agnatis, ipſi ex collegij redditibus viuant collegiorum redditus ex opera etiam illorum conſtet. In ipſis autem inſtruantur. Vxores ducant & filios etiam ibi alant: cum diſceſſerint apportent quæ ad vſum quotidianum illis ſeruiant, nihil ſelectum præter inſtrumenta vel libros ob raritatem ſolum precioſa: namque ob ornamentum collegia pro ſumptibus vendant. Sint autem collegia quatuor Iuriſconſultorum iudicum procuratorum Medicorum vtriuſque generis & pharmacopolarum & curantium lapides, hernias & nebulas taliaque huiuſmodi. Tum miniſtrorum ſontium, non autem ſatellitum aut apparitorum vel lictorum: Demum iuuenum & adoleſcentium nepotum. In ſingulis autem iuuenes & adoleſcentes inſtruantur, nemo ante vigeſimum annum vlla ex cauſa niſi pænæ admittatur.

CAPVT XII.

De Religione.

QVatuor ſunt difficillima in Repub. ſeu regno præter ea quæ iam explicata ſunt Religio, opes, Mulieres, & milites. Religio propter tria neceſſaria eſt atque vtilis, primum ob veritatem: etenim Deum eſſe conſtat & ſubſtantias illas diuinas nunc verò & animi & quæcunque huiuſmodi quæ neſcire malum cum ſit, ſcire bonum erit. Gratia quoque cum reddenda ſit autoribus bonorum noſtrorum ſeruandúſque ordo vniuerſi ſine Religione non poſſumus eſſe, ne, Deus tandem nos ſupplicio vt ingratos afficiat. Tertium eſt vtilitas tam in pace quam bello: in bello quidem quoniam ſperantes, ſupereſſe non formidant mortem: & meritorum etiam expectatione ſecundum virtutem viuunt, non ſolum in bello ſed etiam in pace. In bello autem magis eminet virtus. Refert Cæſar barbaros quoſdam populos pugnaces eſſe ſpe immortalitatis animorum. Et noſtris temporibus Luſitani opera admiranda in re bellica & ſupra fidem edidere, ob egregiam quàm habent ſpem de diuinis Religionis præmiis. Quocirca Ariſtoteles cum ſua illa virtute non videtur populis ſatisfeciſſe, nam populi nec habent magiſtros, qui doceant huiuſmodi, nec vacat diſcere, nec etiam ſi diſcant, ſufficit hoc ad terrores bellicos & mortem ſponte oppetendam. Habet præterea Religio etiam quippiam incomparabile vt totam noſtram vitam edulcoret: ſeu enim in aduerſis mortem facit vltimum malorum ſuauem, & in ſecundis temperat immodicos furores, & ſocietatem conciliat vt longè melius voluptatem ſentiamus, diutiúſque illa perfruamur. Quamobrem ſummum bonum eſt Religio bene conſtituta: & ſumma ſapientia illam rectè inſtituere: verùm duæ maximæ obſtant difficultates: prima ne ſolum quæ lumine naturæ conſpicua ſunt tradendo populos conónere non poſſimus: aut excedendo vt hæretici atqoe athei homines falſa pro veris doceamus: nam in populis atque omnibus his qui non ſecundum virtutem viuunt, tria magna commoda exhibet Religio. Primum vt ſecuri ac ſpe pleni viuant quod & in bello maximè neceſſarium eſt & in pace valde vtile atque iucundum: ſecundum vt vnitet viuant non ſolum metu contenti, ſed etiam eiſdem ſacris eidemque templo deſtinati. Tertium eſt vt quæ admittuntur flagitia tutò, velut venena vel ob potentiam miniſtrorum, aut eludendo leges; aut minima quædam quæ à legibus contineri no potuerunt caueant homines. Altera verò

eſt quòd ſi eam ſubiiciamus iudicibu, euileſcet apud populos, nec poterit illos continere, ſi ſupra iudices & militatem ordinem extulerimus, fient duo capita io Repub. perpetuò pugnantia, velut apud Iudæos quod ſemper perniciem attulit; ſed ſi qui rex eſt idem in Repub. ſummus ſit ſacerdos, nec diſiungi poſſint hæc duo vt apud Moſconitas, id periculum euademus. Alij fora diuiſerunt, ſed hoc vt apud nos maximas habet contentiones: & arbitria iudicum & principum auget, quoniam vnum lex præcipit, ſcilicet vt ſacerdotium præfetatur, aliud vult agitque qui plurimum poteſt. Quamobrem melius eſt ad vnum redigi boc diſcrimen illumque ſolum ſubiici Pontifici, aliis autem imperare rectè, quàm litem perpetuam in Repub. alere: quod vt contigit optime ceſſit velut vbi Epiſcoporum eſt ſumma poteſtas, vt in Germaniæ pluribus vrbibus Colonia Mogontiáque. Sed de his alias ob ſueceſſiones: nos id potius videamus qualiſnam lex vtilis maximè ſit Reipub. Etenim ſi legem eandem principibus & militibus tradiderimus fient vtrique ſuperſtitioſi. Cum eoim populus legis Dominus ſit quod multiplex ſit, & abſque eruditione in ſuperſtitionem incidit: qui præſunt etiam ſi nubibus eiſdem teneantur, quibus populi, aut ſuperſtitioſi nimis euadunt aut contemptores, contemptus autem religionem ſoluit, ſuperſtitio tanto deterior quantò Religio melior. Oportet igitur religionem optimè inſtitutam eſſe & optimè ab omnibus obſeruari: quòd ſi omnes eruditi eſſent ex æquo ferme ab omnibus obſeruaretur, neque Hippocratem vel Archimedem vel Anaxoram aut Ariſtotelem vel Socratem aut Ptolomeum vel Archimedem vel ſapientum quempiam deprehendimus fuiſſe venificum aut ſiccarium aut graui aliquo flagitio coinquinatum. Quare illa duo maximè obſeruare oportebit, ſimul etiam vt vera ſit quod tertium eſt. Quæ enim falſa ſunt in Religionem totum vt cootemnatur efficiunt. Diximus autem melius eſſe, vt oulla eſſet Religio quam vt contemnatur. Porrò Religionis bona & commoda debent eſſe non ſolum erga totam Rempub. ſed etiam ſingulos ciues. Et vt callidis maximè viris aduerſetur, nam hi illa abutuntur.

Itaque eirca tria maximè Religio vnaquæque verſatur credita leges atqoe mores: leges autem duplices, aliæ quidem de actionibus, cogitationibus, aliæ autem circa ſacra. Fidem igitur totam in tribus conſtituere oportet, io Deo quod ſit maximus, optimus, æternus atque vnus, nec in Cœlo nec vllibi. Populo autem licet cœlum adhibere, pro ſede, ibi enim eſt magis vbi magis opus illius apparet. Quòd animi noſtri immortales ſint. Quodque bona ac præmia ſecundum virtutem viuentibus ſint, pœnæ antem omnibus iniuſtis, aliis autem flagitiis temporariæ. Nihil populo permittatur ſcire: nam ex his tumultus exoriuntur. Populus autem omnia ſcire ſacerdotes norit ſed illis ſub ignis pœna nibil prædicare arcanorum liceat. At nunc iam ſingula demonſtremus, namque quod vnus ſit Deus & optimus & incorporeus reliquaque quæ de illo diximus facit vt cum vera narremus fides deſit. At verò cum neceſſarium ſit, vt ſenſus quidam rebus adiiciatur ob populos, illis tribus quæ diximus tanquam arcanum adiiciendum, quod tam religioſè occultandum eſt, quàm conſtanter affirmandum de omnium reſurrectione. Seu enim vt in Gulielmo, ſeu vt in Theognoſto quòd verius eſt ſeu vt Religio noſtra docet homines reſurrecturi ſint ſatis conſtat omnes mortales reſurrecturos: non eſt autem boc apertè omnibus ſine diſcrimine aperiendum, ſed amicis ac potentioribus & qui ſecretorom cuſtodes ſunt. Hominum enim natura hiuſmodi eſt, vt quæ habet ſcitque nullius precij exiſtimet, ſempérque ad vlteriora procedat, donec ex diuinis rebus in fabulas & ludibria conuertitur. Itaque Moſes hac in parte cùm defécerit eò admirabilior fuit in continendis populis ſuis, etiam immortalitatis animorum ſpe non interpoſita: id factum eſt ſpe præſentium quòd magis tangi vulgus ſentiebat, & libertate vitæ: præſertim fœnoris quò ſine labore viuerent, attamen conuenis & aduertis atque vicinis execrabiles non ſolum odioſi facti ſunt. Neque enim à carnibus vnquam arcentur, neque vino, neque conſanguinearum matrimonio, neque ieiuniis fatigantur. Summum verò illud nomen Dei etiam habere ſe iactant. Etenim optimus Maximúſque Dei cultus per ſe tam Religioſus eſt, vt conſuetudine adiuuante in ſapientibus vita potior ſit, in plebe verò omnibus præponatur. Nobilitas enim rerum ad dilectionem ac venerationem mortales ad ſe trahit. Nihilominus vt dixi ceſſit ea parte quæ ad animæ immortalitatem pertinet, ſic vt etiam Maumetanis cedant, nec videns qui ſe ad Moſis legem transferant, ex ea in alias multi ob ſpem præmiorum. Porrò & hominis autoritatem interponi poſtulant, quoniam populus id requirit: quomodo enim credat niſi aliquo narrante, & vt illi narraretur à Deo, Atqoe ſic in eo omnes leges conueniunt: quamobrem vt hoc veriſimile videatur & conſtanter omnes credant, miracula adiiciuntur. Nam neque ob Deum Philoſophorum aut Sophala gens vitam intrepidè exponat velut Hebræi ob ſimilem fidem, ſed Moſe interpoſito.

Quid

Quid non agunt Maumetani pro ſuo Maumete : ſed licet ſi ſine mendacio interponi poteſt : aliter Dei Maieſtas & mortuorum reſurrectio & conſuetudo quæ communis eſt ambobus id per ſe efficere poſſunt. Nam fortiſſimi fuere Romani ſine cultu Dei opti : Maximique, Hebræi, ſine ſpe reſurrectionis, quantò magis ſufficiet ſi neutrum horum deſit. At feliciſſimi Chriſtiani ſunt hac in parte, qui Deum opt : Maxim : cum homine coniunxere, in quo nihil eſt difficile aut arduum niſi ipſa fides. Propterea de his nequaquàm publicè diſputandum, ſed ſolum de ceremoniis, & leuia quædam circa mores. Ceremoniæ igitur ſint caſtæ pudicæ ornatæ ſplendidæ arcanæ omnes vt niſi vmbra ceremoniarum deprehendi poſſint. Lampades in adytis ſemper ſplendeant ; in quæ capitale ſit ingredi præter ſacerdotes : habeant autem triplex inſtrumentum iuxta perſonarum diuinarum numerum, quorum primum quod ad patrem refertur, nulli præterquam Pontifici cum collegio & paucis diebus pateat, alterum ipſis ſacerdotibus ſolis expiatis,ſed quotidie & filius eſt quem oſtendant populo : tertium eſt quod adire licet cuius teſtimonium in amore eſt. Fiant verò ſacra thure pane aqua vino igne vt in aëre præſens Deus ſit nobis. At verò Dei inſtar admonentes imago quædam ſubijciatur, nam conſuetudine vileſcit veneratio. Tres autem ſint adytus & ad tertium ſolus Pontifex accedat ſed nec ad ſecundum niſi certis diebus ex Sacerdotibus quidam in quæ exterius rimula exigua, ex ſuperiori parte obliqua etiam lumen accedat. Annua verò Lampas ardeat perpetuò in tertio menſtrua in ſecundo, diurna in primo, in quod non niſi purgati omni labe Sacerdotes accedant. In horto templi ciues ſepeliantur, aut extra vrbem Sacro loco. Ipſum templum auguſtiſſimum ſed obſcurum in quo perpetuò Lampades certo numero ardeant, tanta ſit magnitudo vt non ſolum totius vrbis homines ſed prouinciæ maximæ capere poſſit. Nullum ſit aliud templum ſed Sacella, atque horum feſta vicini cuſtodiant ſoli ; vrbs ipſa negociis toto anno vacet præterquam dominicis diebus, & B. Virginis, & Apoſtolorum, & prothomartyris, & B. Ioan. in alijs nefas ſit totam vrbem ociari. Bellum agentibus nullum ſit impedimentum, neque pani faciendo, neque purgandæ aquæ, nec curando ægro, nec igni accendendo, nec facinoroſo detinendo : neceſſitas religioni præponatur. Non luxus, ideò feſtis diebus ab omni luxu arceantur, concionentur ſacra, videant etiam ſi libet ſingulis diebus, ſed a fœminis diuiſi ex toto mares. Si cædes in templo patrata vel de ea coniuratio habita vel tractatio vlla ſceleſta, vltimo cruciatu eorum expietur. Si fœnus mercatura aut aliquid, quod non ad religionem aut Reipub: defectionem aut ad virtutem pertineat, tractetur, capitale ſit crimen. Eos qui aliquem ſponte occiderint, vt vel aduerſarios vel lictores fugiant in templum ſe retrahentes, capitale ſit, etiamſi non aliter digni ſupplicio eſſent. Propterea etiam templum non niſi ter in die aperiatur, in quibus horis ſolemnia celebrentur Sacra. Si quis in eo ſons ſit, moneatur a duce Satellitum vt exeat : ſi perſeueret in crimen cruciatu maximo dignum incidat. Si in templo ſparſus ſit ſanguis præter ſomnum, pœnam totam ciuitas triduo lugeat & per ſacerdotes purificatio fiat.

Quòd ad mores attinet ludi omnes in quibus de pecunia decernitur capitales ſint ſine pecunia pila & curſu & ſaltu & diſco & latrunculis certare de cæna aut prandio liceat, non diebus feſtis. Adulteria ſummo cruciatu puniantur, Impietates, doli ac omnia clam facta non niſi reſtituta pecunia aut filiis educatis, ſi nex ſit, concepto ex adulterio bona relinquere cogatur, alereque filios omnes eius cum qua commiſit adulterium. Sacramenta quæ vocant, ſeruentur, nec exomologeſin pandat. In Reipub : periculo liceat, ſed peccante ſuppreſſo : aut ignoſcatur. De apertis criminibus non vltra legem addat, mitior enim eſt Dei lex quam hominum. Si reuelet flagitia ſacerdos aliter ſummo pereat cruciatu. Nil habeant Sacerdotes præter collegij locum, reditus autem ſint aut ex centeſimis, aut voluntarij : ſed hi non illis dentur ſed in arcam mittantur nec fas ſit accipere pecunias niſi ex propriis redditibus. Hæreticos omnes qui palam ſe profitentur damnent iudices ad necem & flammas ; niſi ſi quid cogat permutari pœnam, priuatim autem contemptores non doctores ad lapidicinas nulla pœnitentiæ cauſa admiſſa niſi ætatis. Qui tamen ſimplicitate deceptus eſt, prorſus ab omni pæna & infamia ſit immunis, doctor autem ſummo cruciatu pereat. Nec miracula, nec ſuperſtitiones, nec malefica aut magica inania fabricato : miraculis vltimum ſupplicium cæteris flamma pœna eſto. Nunquam de religione verba ſunto, niſi tribus in caſibus, pro Sacris ſuo tempore ex inſtituto peragendis cum bellum aut prælium inchoandum eſt : tunc enim ſupplicandum, & cum ſæuimus & innocentes opprimimus tunc locus ſit religioni. In reliquis ſileat ne non pro regina vitæ, & decore mortalitatis & ornamento principioque Reipub : meretrix & Lena auaritię & ambitionis habeatur. Sileat Cicero ille Romanis pernicioſior quam facundia clarus: Quid enim hæc verba volunt ? Auſpicia vt multos inutiles conatus probabiles impedirent moræ : ſæpe enim populi impetum iniuſtum auſpiciis dij immortales repreſſerunt. Quid hoc eſt ô Cicero, an putas fuiſſe auſpicia Deorum monita, quos tu futura docere negas : an hominum ſibi religionis titulo arrogantiam fortuitam conſultationem

aduerſus leges in qua nemo non videt quot mala quot doli atque inſidiæ lateant? imo non lateant ſed aperta ſint.

Propterea ne religio ſtrictim arceat quod Reipub : adminiſtratores cogantur reſcindere, eludere, vitiare, eripere, extorquere. Quanto generoſius eſt atque ad dignitatem ſeruandam præſtantius, permittere imò velle, quam cum iniuria amittere & fieri ſinere. Itaque ſi Rex idem princeps ſit religionis, nihil ſine religione fiet, & ipſe caſtior & melior erit. Supra regem nihil ſed ſummus Pontifex authoritatem Sacrorum retineat vt in illis omnes ſeruiant. Porrò in adminiſtratione candidis lineis veſtibus amiciantur ſupra quas & aureæ & purpureæ & ſiriceæ ac gemmis ac margaritis ornatæ fulgeant: nec vllo modo ad ſacerdotium admittatur niſi poſt quadrageſimum annum, ante iam peracta innocentiſſima vita. In itinere omnes magiſtratus præcedat; Sacerdos qui habitum ferat, quotidianum nedum ſolemnem. Habitus ſit toga ad talos vſque demiſſa, & epomis nihil variegatum aut diuiſum pileúſque in capite honeſtatis ac decoris argumentum, cuiuſmodi nullus alius audeat ſub pœna capitali ferre: nam decet his viris ſummam eſſe auctoritatem atque venerationem. Qui diuorum aliquem fuerit execratus, ſi ſine iuſta cauſa ad triremes abſciſſa lingua perpetuò damnetur, quòd ſi ætate excuſetur aut alia cauſa lingua tamen præcidatur, ſic vt in perpetuum ſileat. At ſi irritatus iniuria iniuſtè illata proruperit, vinciatur, & publicè pane & aqua lignis diuidendis addictus alatur: qui verò cauſam dedit tanti mali, in lingua quinque vulneribus afficiatur & quadraginta diebus eodem modo puniatur. Quòd ſi quis leuiter in hunc errorem deliquerit, ſcindatur lingua in quinque locis publicè & vinctus eodem modo maneat per octo dies, ſi redierit aggrauetur pœna, tertiò ad triremes damnetur niſi ætate excuſetur aut ob patrem. Quod autem factu bonum, mihi videtur eſt, vt ſi quis confeſtim ab execratione pronus in terram corruat, terramque ore apprehendat liberetur ab omni pœna, præterquam vinculorum per octo dies ac ieiunij panis & aquæ: non autem ſic in hæreſi vel contemptu vel diſputatione de religione: omnes autem qui præſentes ſunt teneantur accuſare eos qui circa religionem aut dolum quemvis aut iniuriam peccant, ſub pœna eadem exceptis aſcendentibus deſcendentibus alumnis, fratribus, ac filiis fratrum ſororúmve aut deſcendentibus illorum. Quòd ſi nullus alius accuſet, ſed ex his vnus vinctus, dedatur pœnæ accuſatoris maioris ſui, ſi autem minor accuſatio irrita ſit, & accuſator cenſoribus vt impius aut ſtultus ſubijciatur. Cæterum illud dubitatione dignum eſt, an è repub: ſit victorias referre in Deorum auxilium, an militum fortitudinem & imperatorum prudentiam: nam ſi hoc fiat facile in impietatem decident exemplo Piſanorum: populus enim cogebat milites nauium iurare pugnaturas ſingulas triremes cum duabus hoſtium Deo etiam fauente hoſtibus ipſis. Et Luſitani maiore vt audio ſcelere audent dicere; ſi Deus non eſſet, Regem eorum Deum futurum, quæ voces non impiæ ſolum & execrandæ aut ſtultæ ſunt, ſed immanes. Quæ enim religioni aduerſantur tribus ordinibus continentur impiæ, execrandæ, & immanes. At ſi in Deos victoria referatur, hoc continget, vt temere confiſi pugnent imparibus viribus & negligentiores fiant in re militari quaſi diuino auxilio freti. Quamobrem rite D. Auguſtinus docet cum vrbs obſidetur, paranda omnia auxilia virtutis bellicæ, tum demum etiam diuinum implorare auxilium: nihil autem eorum quæ ad militiam pertinent omittere atque hæc rectè ſe habent: an verò vt ab initio dixi præſtet referre victorias in deos an in milites ac duces, diligentius conſiderandum.

Nam præter reliqua quæ diximus, ſi in Deos referatur, obſequentiores erunt ducibus, in quorum poteſtate religio eſt, milites & minus aſperi in his quæ ad victoriam ſubſequuntur erga victos & imbellem multitudinem. At contra minus fident prudentiæ ducum, & etiam quoniam falſum eſt Deum cuiquam ſic fauere, vnde multi exercitus ac populi tum Chriſtiani & magis Iudæi dum auxilium è cælo præſtolantur in terris victi ſunt. Quod etiam inſinuauit Moſes cum dixit quoſdam populos Idololatrarum vinci non potuiſſe ob currus falcatos, nam quid hoc ad Deum, ſi pugnæ Deus ſe immiſcet. Sed & quòd ad impietatem attinet, par eſt credere imò magis impium Deum ſe immiſcere cædibus ac rapinis & alteri parti magis fauere, cum humanis auxiliis ad vlciſcendum etiamſi odiſſet non indigeat. Quid ergo in hac tanta confuſione ſtatuendum? Quod verum eſt reliqua ſunt ita temperanda, vt vtilitati Reipub: non ſolum tum cum victrix eſt, ſed quod magis refert in poſterum conſulamus, omni vanitatis ſuſpitione ablegata. Ergo Deum victoriarum auctorem eſſe, qui omniam ſit auctor, haud eſt in dubium reuocandum: ſed non ſic vt ipſe è cælo deſcendat aut miracula prodat nobis? verùm vt dicebat Dauid, Deus inſanum reddet apud Abſalonem conſilium Achitophel: ita conſilio prudentiáque ducem iuuat aut deſerit & animos militum confirmat aut deſtituit; occaſionibus fortuitis obijcit opportune aut importunè, quæ res militibus non eſt conueniens vt notæ ſint: Quare in Deos referenda victoria eſt, quòd voluerint & illos eſſe pugnaces, & duces prudentes. Sic religioſi erunt, & neque duces ſpernent, velut prudentes Deique miniſtros, nec aliàs tanquam curæ Deo ſint,

ſe

ſe temere objicient periculis ac prælijs viribus alioquin impares. Nulla autem gens aot Reipub: pars religione tantum indiget, quantum milites primum ob fortitudinem in pugnando bifariam,& vt mortem diſcant contemnere, & vt victoriæ ſpe quam à Deo conſequi confidant acriter pugnent. Deinde poſtquam non poſſunt contineri legibus ciuitatis, diuinis pareant, ac retineantur, ducibuſque obſequantur: tum etiam vt iouicem ſe magis diligant, & a ſeditionibus abſtineant, demom vt dixi vt in imbellem multitudinem minos ſæuiant, cum intellexeriot victoriam hanc non ſuam eſſe ſed Deorum, quorum gratia per inſontium iniuriam violata, in reliquis expeditionibus illos habituri ſint aduerſos. Cæterum io quibuſdam vrbibus cum obſiderentur, nec ſatisfacerent humana præſidia, cum omnia diligentiſſime adhibuiſſeot, vt etiam in morbis deploratis, non pro contentione regnorum ant alia quauis cauſa ſed duntaxat pro ſalute dimicantibus affuit perſæpe diuinum auxilium, vt Duarto Pacieco Luſitano claſſis præfecto & Laurentio Brito arcis Canonor. Præſtat aotem maximè in hoc noſtra religio cæteris, quod odia omnia & inimicitias remitti imperet, quo nihil ſalutarius in milicia oppugnationibus defenſionibus ac certaminibus excogitari poteſt. At ergo milites implendi ſunt religionem ſuperſtitione? minimè. Quocirca etiam Sacra quædam habeat exercitus dux quibos cum Sacerdote vel incitari vel probiberi affirmet, quæ ſi Brutus habuiſſet aut Pompeius alter a Cæſare alter ab Antonio victus non fuiſſet, ſiquidem temeritate exercitos victores ſine prælio victi ſunt. Sed vt ad rem redeam cum nulla eſt ſpes veniæ Diis adiouantibus præſidium aduenire ſolet: at ſi dux impius non ſit, Dux ipſe prohibetur ab excidio, velot Attila Getarum Rex & Lucullus. Verùm auxiliorum plura ſunt exempla nou tam facti quam opinionis falsò iactata: illa ſolidiora. Ergo Duci Sacrum eſſe debet, quò de victoria præſagire liceat: aut naturalibus rationibus vt poſſit religionis auxilio aut ſaltem prætextu ſeruare exercitus, atque Rempub:

Tria enim ſunt quibus fidere debet Dux exercitus prudentia, naturalis ratiò, atque diuina. Prudentia ab experientia proficiſcitur vt F. Caquillus, qui ſemper vicit, Alexander. C. Cæſar. de his enim dici illud poëticum poteſt.

Hector adeſt, ſecumque Deos in prælia portat.

Felici enim aſtro viderentur etiam ſibi nominum fauorem vendicare, quandoquidem exitus horum pro natura prudentiáque, quæ a Diis habetur fuiſſe videantur. At a Diis monitos, qui pie vixerunt, ſpéque conſtanti freti ſunt haud dubium eſt. Cum hæc noo ſufficiunt a naturalibus ſignis hæc mutuari oportet, vt ciconiarum diſceſſu, equorum fletu, vulturum & coruorum aduentu, vexillorum immobilitate, caſive vt Albæ principi cum contra Gallos exiret contigit: examinibus apum circumdantibus ducis tentorium atque aliis huiuſmodi, quæ vt differunt ſpecie adeò vt ſuperſtitioſa quibuſdam videantur: ita eiuſdem ſunt generis, & a naturalibus cauſis quanquam his manifeſtioribus, illis abditis magis pendent, vt etiam exta & fibræ victimarum; ac volatus auium atque omnia magis ad vanitatem pertinent qoàm vt a graui duce obſeruari debeant. Ioſiſtendum eſt autem maximè io tribus præceptis ſcilicet dilectione Dei, inde omnium qui Deum eodem modo colunt, vt neque vrbium neque prouinciarum diſcrimen vllom faciant, quo errore Chriſtiani fluctuant, & nou ſolum, ſed etiam conflictantur: Et vt fortuitarum inimicitiarom remiſſio fiat. Circa reliqua verò ocultorum ſolùm ratio habeatur. Quæ enim ſubijciuntur legi ad religionem transferri ſuperuacuom eſt, excepto impietatis crimine, non ſolum erga Deum contemptus, hæreſis & execrationis, ſed contra patriam, parentes, filios & coniuges: adeò vt adulterij crimen ſub his comprebendatur. Præterea tertio loco fiot quæ contemnuntur a lege, velut ludus immodicus, qualiſcunque inertia, ambitio, luxus, & quæcunque ſub ſeptem peccatis maioribus contioentur. Ideóque potu vioi interdicere oportet toti ſexui fæmineo: hoc enim maximè ad ſalutem Reipub: pertinet; incolumiores enim ac prudentiores robuſtioreſque naſcentur filij. Sed neqoe maſculis intra quinquageſimum annum bibere vinum liceat: nec io expeditione militari vnquam, maximè principibus. Ad facilitatem autem quicunque volent addant aquæ mel Saccharúmve aut quod promptum cuique erit, coquaot aquam cum Ziozibere aut pipere aut Caſſia lignea, quam cioamomum vocamus aut Caryophyllis, vel quod optimum eſt & vliſſimi precij cum aniſi ſemine nam & dulcem reddit aquam & odoratam & omnibus viſceribus ſalubrem. Coriandium eius locò ſuccedit. Propterea & ſublatis ferme vitibus omnibus frumenti maior copia erit, nec vbi frumentum naſci poteſt vinea vel pratum admittatur.

In vniuerſum religio omnia detrimenta reliquarum partium emendare poteſt. Sunt enim partes Reipublicæ tres Milicia Religio & Sapientes. Conſtat Reſpublica tribus robore animæ & eſt in ſapientibus, & corporis & enim io militibus, & authoritate atque conſenſu & eſt in ſacerdoobus. Quòd ſi Reſpub: potens eſſe debeat, militum potentiam neceſſe eſt eſſe amplam, quæ ſi noo maiore religionis auctoritate cohibeatur ac regatur, impoſſibile eſt prorſus vt non corruat ex ſeipſa. Ideo tantum oportet creſcere religionis auctoritatem, quantum militum potentia creſcit. Indicio eſt, quòd imperia & regna,

quæ

quæ potentiſſima fuere maximam in religionis cultu curam poſuere, vt Romani Athenienſes Perſæ Loſitani hodie ac Cantabri. Vbi omiſſus fuit cultus aut elanguit, aut violatus, ſtatim quò maiora fuere eò celerius corruere, quocirca neque Antiochi illi aut Phtolomei aut Mithridates potentiam ſuam augere potuerunt partim neglecta partim omiſſa ob temporis breuitatem hac ſolicitudine. Omne enim regnum vel imperium aut timidis aut audacibus conſtat viris, timidi a vicinis facilè quanquam plures ſint ſuperantur: audaces omnia ſinguli volunt, quare 10 ſeditiones ſtatim prorumpunt apertas, ſi Rex ſit inualidus aut leges inſulſæ, occultas, vbi magna illius ſit auctoritas & leges validæ: quibus ſi concedas, in tyrannidem tranſeunt euertúntque regnum, nec finis ſit vno occupante, altero vlciſcente, nec exemplum addere oportet cum tam generalis ſit hic caſus vt nemo ſua ætate plura talia non videat. Quòd ſi non concedat quæcunque ad rebellionem aut ſaltem contumaciam ſpectant. Quam enim vis eſſe huiuſmodi hominibus metam cupiditatum aut rationem vel pietatem deducta religione, cum videant omnia ſuis viribus & audaciæ eſſe ſubiecta, domos, prædia, ornatus, gemmas, pecunias, corporaque ipſa ciuium. Quis ergo vltro aut vnus inter mille ſponte omnibus ceſſurus eſt, quæ ſine labore poſſidere poteſt, cum nulla vi contineri poſſint. Quis enim vim afferet vi? Et quis cuſtodiet ipſos cuſtodes. At lex obuiabit: quis legi ſuppetias feret? Tum maximè quòd militum genus omne ſtultum eſt, nihilque aliud eſt militia quàm inſania ſapiens aut ſapientia inſana. Quis enim vltro eò conditionem ſuam deducet, vt per tot mala & incommoda eò perueniat, vt neceſſe ſit occidere aut occidi: cumque animos exiſtimauerit mortales, cur velit vitam decurtare, & quicquid relinquitur, infeliciter agere, vt nullus ſit. At lucrabitur filiis: quid mihi vbi nullus fuero, etiamſi illi occupent Croeſi diuitias: tamen magis quod nemo de filiis certus eſſe poteſt. Quantò tutius ac iucundius viuere dulciter donec licet? quod ſi immortalis eſt animus, longè deterius malè hic eſſe, & poſt mortem peſſime. Inſanum igitur vt ferum eſt omne militare genus, quod niſi religione cohibeatur, ſæuiet mirum in modum, & omnia vincula humanæ ſocietatis abrumpet. Quamobrem neceſſe eſt illud & auctoritate & virtutis vſu ſed potiſſimè religione contineri. At ſi ſit nimis poterit religio: quamobrem circulus conſtituendus eſt naturæ exemplo, ſiquidem ſol vincit aquas, & in aërem eas vertit, aquæ terras ſuperant atque inundant, terra autem ſolis vim hebetat. Ita & anima vincit elementa: Elementa autem miſta, miſta animam, quod etiam aliàs in polypo mutæna & locuſta exemplo declarauimus. Religioni militia ſub inreat: Sacerdotes autem ſapientibus: ſapientum vim hebetet auctoritas militaris: hoc autem quomodo, inferius docebo: nam nunc ſatis ſit milites qui rationi parere non poſſint neque enim milites eſſent, pareant religioni; religio autem commodis militum omnino ſeruiat, vt non quemadmodum in Hebræis dum Sabbatum obſeruant, exercitus trucidetur, qua ſuperſtitione dum nimis religioſæ videri volunt quædam vrbes Græciæ periere. Verùm id laudo Luſitanorum, quod celeberrimis diebus tanquam diis propitiis prælia ineunt, quod his longè melius ceſſit quam his qui aſtra obſeruarunt, nihil enim melius eſt in tantis periculis alacritate. Ergo quantum religio neceſſaria ſit ad militiam dictum eſt, & qui contempta illa feroces in prælio fuerunt; vocari ſunt tyranni: quamobrem & cur tyrannorum potentia breuis fuerit, & qui fuerint habiti tyranni, & qua de cauſa dictum eſt. Neceſſe eſt igitur religionis cultum ſeruare: nam id ſi non egeris etiam ſine vlla deorum ira neceſſe eſt & ob communem hominum opinionem & ob ſeditiones aliaque innumera incommoda huiuſmodi potentiam euerti. Differunt ergo tyranni a regibus in duobus, at plerique medij ſunt, religionem ſimulantes, quorum potentia cum diuturna ſæpè ſit, apparet Ariſtotelem non cauſam intellexiſſe euerſionis tyrannidis, ſiquidem exiſtimauit eſſe violentiam non violatam religionem. Tria igitur ſunt genera dominationis. Regnum quod diuturnum eſt & fælix: tyrannis breuis & infælix: Hypocriſis infæliciſſima & diuturna nam eò infælicior non ſolum eſt aperta tyrannide, quòd ſit diuturnior, ſed quòd lenta habeat mala & virtuti magis aduerſetur. Eſt enim plena dolis inuidis calumniatoribus, vt nulla tartara metuere oporteat ſæuiora. Quo genere tanquam tutiſſimo & ad voluptates explendas paratiſſimo Chriſtiani plerique reges vſi ſunt: omnes enim fœliciter viuere cupiunt & diu potentiam retinere. Quòd ſi vellent ad virtutem deflectere, ſeruata non ſimulata ſolùm religione fierent reges & ipſi feliciſſimi cum ſubditis. Verùm tametſi hoc regnandi genus ſimulatum breue ſit, & in quo ſtirpes omnes principum funditus extirpantur: quia tamen diuturnum videtur hominum vitæ habita comparatione & propter difficultates maximas alibi explicatas, nemo commutare audet. Eſt autem hæc differentia triplex non ſolùm in vnius dominatione, ſed etiam omnium aut paucorum. Quocirca cum nouem eſſent membra, Ariſtoteles tribus quæ magis ſunt in vſu omiſſis de ſex tantum mentionem fecit.

CAPVT XIII.

De Arte militari.

CVm ergo vt dixi Religio ſit neceſſaria ad animos militum confirmandos, tyranni verò religionem contemnant, alij ſimuleot ſolum, adeò vt non ſufficiat ad ducum animos atque aulicorum, qui eodem vitio laboraot confirmandos, alia quæſiuere auxilia Metum ſpem præmia conſuetudinem adhortationes modò ad itam modò ad glotiam concitantes. Nec deſunt quandoque etiam vina, vis ob ordines hæc autem eſt in qua magis confiduvit, tum inſtrumenta muſica Dorici modi, quo homines efferantur. Sed omnia hæc ſi ad religionem & vſum atque conſuetudinem conferantur, leuiſſima dici poſſunt, tum præſertim quòd in religione vera aliquid malus ineſſe videtur. Cæterum militaris ars non ſolo gregario milite conſtat, ſed Duce, armis etiam, commeatu, loco, tempore, & Hoſtibus, vt ſint ſeptem. Quamobrem de horum ſingulis dicere oportet. Itaque qoi aliàs de huiuſmodi diſciplina loqui voluerunt, in abſurdiſſimas tractationes inciderunt.

Nam ſi omnia quis per capita amplecti voluerit, nec ſi librum pyramide Ægiptia maiorem conſcripſerit, cuncta proſequetur, artem præcepta caſus euentus illáque innumerabilia fortunæ atque incomprehenſibilia commenta atque fabricationes: vt neque ſcribendo tota ſtirps Apollinea ad Eraſiſtratum vſque ſufficiat: neque legendo tota Neſtoris vita etiam ſi nec dormiendo nec edendo aut bibendo totum tempus huic labori conſecret. Adde quòd cum legerit obliuiſcetur omnium & confuſus multitudine præceptorum coniecturarum ſuſpitionum exemplorum caſuum quieſcet iners & nihil vtilis. At ſi non omnia tradere voluerim, ſed ſolum præcipua, quod quidam ſe poſſe facere confidunt: primum omittent etiam ex illis præcipuis maiorem partem noo ſolùm ob multitudinem, ſed etiam quoniam artem non callent omnia comprehendendi, etiamſi pauca ſint: ſed quædam ſuſtinent inutilia maiore vt dixi parte omiſſa illorum ſuorum præcipuorum. Prætetea præcipua illa commutantur, nec eadem manent cum ſolùm comparatione talia ſint atque dicantur. Et ſi eadem manerent non adhuc illorum vſu magis opus eſt, quam aliis quæ illi negligunt ac ſpernunt: velut etiam in medicina quædam leuiſſimis auxiliis ſeruantur, qui à maximis & adeò laudatis quamuis etiam ſecundum rationem accommodata viderentur læſi ſunt. Et in Geometria ipſa diſciplinarum puriſſima, quædam ex manifeſtis ac ſub ſenſu poſitis demonſtrantur perfectè ac facillimè; quæ aliàs fruſtra periti artis per longas ambages & abſtruſa dogmata fruſtra aſſequi conantur. Quantò magis in militari arte, quæ minimis quibuſcunque variatur, & exillis vt flamma concipit alimenta & in immenſum creſcit. Paulò prudentius agunt, qui Cæſaris commentaria legunt, vt duces periti fiant: cum adeò aliena ſit militia noſtrorum temporum & arma præcipuè ab antiqua illa Romanorum & legionum, eſtque ac ſi quis ſenex diſcat calceos infantis ſibi coaptare: Adde quòd Cæſaris victoriæ plus ex fortuna quam ſua virtute pendebant; vbi etiam miles veteraneus, arma iam diu excogitata ad vſum, & diſcordiæ ciuiles totaque illa tractatio nobis incognita. Fac ergo vt omnia redeant, vt Cæſarem poſſis efficere, qui tamen toties iacendio ſemper in Venerem, in canem nunquam incidit. Quòd ſi liceret lectione commentariorum etiam fortuna vti ſua, quæmadmodum etiam diſciplinam ex his illius intelligis, laudarem maxime hanc induſtriam atque ſedulitatem. Relinquitur igitur modus ille vnicus de quo tam ſæpe diximus præcipuè in Dialectica: ſcilicet vt omnia ex vno præcepta principio deducantur. Vt nuoc primum in illa ſeptem deducendo: deiode ſingula diuidendo docendo demonſtrando exornando per capita: reliqoa verò vſque ad vltimas differentias eadem arte vſu ſolertiáque tum meditando, non illa obiter in vniuerſum ſed provt occaſio dabit ſingula quibus opus habent perquirā. De Milite igitur ipſo cuius maior eſt neceſſitas agamus non de Duce. Illud ergo etiam poſtquam ſe ſponte offert dubium in quo omnes aberrant diſſoluamus ſcilicet, an dux præſtans cum exercitu inerti melior ſit exercitu bellicoſo & ignauo duce?

Cætera deſunt.

HIERONYMI

HIERONYMI CARDANI ELEMENTA GRÆCA.

GRÆCÆ linguæ cognitio ex oratione ac partibus eius intellectis conſtat, actu quidem, aut potentiâ vel ſignificato. Significati partes duæ ſunt, conſtructionis poteſtas: de his Budæus & Grammatici diſſeruére. Potentia partium orationis diuiditur in declinationem, quæ nominibus conuenit, & Coniugationem, quæ verbis, & πάθην à Græcis dictam: & hæc duplex, alia quidem ſyllabis, quam quidam προσῳδίαν vocant, alia dictionibus accidit. Quæ verò actu inſunt, ex ſeipſis dignoſcuntur.

CAPVT I.

De Literis.

Literæ viginti quatuor, quarum & notæ & ſoni tales, hoc ordine poſitæ ſunt.

Α α	Ἄλφα	Alpha a
Β ϐ β	Βῆτα	Beeta b
Γ γ ſ	Γάμμα	Gamma g
Δ δ ∂	Δέλτα	Delta d
Ε ε	Ἐψιλὸν	Epſilon e
Ζ ζ ζ	Ζῆτα	Zeeta z
Η η	Ἦτα	Eeta e
Θ θ ϑ	Θῆτα	Theeta th
Ι ι	Ἰῶτα	Iota i
Κ κ	Κάππα	Cappa c
Λ λ	Λάμϐδα	Lambda l
Μ μ	Μῦ	My m
Ν ν	Νῦ	Gní n
Ξ ξ	Ξῖ	Csí x
Ο ο	Ὀμικρὸν	Omicron o
Π π ϖ	Πῖ	Pí p
Ρ ρ ϱ	Ῥῶ	Rho r
Σ σ ς ζ	Σῖγμα	Sigma ſ
Τ τ ˀ	Ταῦ	Taf t
Υ υ	Ὑψιλὸν	Ypſilon y
Φ φ	Φῖ	Phí ph
Χ χ	Χῖ	Chí ch
Ψ ψ	Ψῖ	Pſí pſ
Ω ω	Ὠμέγα	Omega o

Differentia earum à Latinis.

Proferuntur omnes leniùs quàm Latinæ. ϐ, quaſi inter b & v, proximior ad b. Item η, & ω, vt e e & o o, ſed vno ſpiritu: θ, quaſi t ſ b, linguâ intra dentes colliſâ, ac ſimul aſpirato gutture. χ, aſpirato gutture valde, vnde à κ differt, cùm χ vocalibus non cohæreat, κ autem iungitur, vt in cedo, quamuis non ſemper. υ, inter i & v, proximiùs ad u.

Sed ξ v eſt. at ι ſemper vocalis eſt, nec vnquam conſonans, vt apud Latinos in Iuno.

Variationes.

Verùm π poſt ν ſonat etiam in diuerſis dictionibus β, idémque facit π poſt μ. Item τ poſt ν ſonat δ: Item γ ante aliud γ, vel χ, vel ξ, in ν conuertitur. Sed γ ante κ, conuertitur in ν, & κ in γ. Item ante μ, ψ. φ. π. β. in eadem dictione conuertitur in μ. prolatione & figura. In diuerſis autem, licèt ſcribatur vt ν, profertur tamen vt μ. Item ante μ non admittitur β. Item λ & ν ante ι, quaſi geminantur, vt pro ν proferas γν, & pro λ, λλ.

Diuiſio Literarum.

Literæ diuiduntur in quinque: in ſeptem vocales α, ε, ι, ο, η, υ, ω, & quatuor immutabiles, quæ nec caſibus, nec verborum temporibus permutantur, ſed manent, λ, μ, ν, ρ: & tres duplices, quæ ſunt ζ, ξ, ψ: nam ψ componitur ex π σ, & ξ ex κ σ, & ζ ex σ δ: & nouem mutas, quæ ſunt β γ δ κ π τ ϑ φ χ: & vnam (vt ſic dicam) ſolitariam, quæ eſt σ.

Cognatio Literarum.

Inter ο & ω, eſt cognatio: inter ε & η eſt cognatio: α habet cognationem magnam cum η & cum ω, non tantam tamen quantam ο & ε. Voco cognationem, per quam vna alterius loco ſuccedit, ſcribitur ac profertur in declinationibus & verborum variationibus, ſic & aliis cauſis. Ex mutis ſunt tres tenues, tres mediæ, tres aſpiratæ, mutantur autem viciſſim, quæ ex vno ordine ſunt maximè extremæ, id eſt, tenues in aſpiratas, & aſpiratæ in tenues, vt κ in χ, & θ

Tenues, κ π τ.
Mediæ, γ β δ.
Aſpiratæ, χ φ θ.

& θ in τ. Vnde regulæ: Quotiens eliditur vltima vocalis, & remanſerit tenuis muta, ſuccecedente vocali aſpiratâ, ipſa ſemper mutabitur in ſuam aſpiratam, vt ἀφ' ὗ, pro ἀπὸ ὗ.

De Literarum proprietate.

Omnis Græca dictio finitur in vocalem, vel ν ξ ρ σ ψ: nec patitur per caſuum aut temporum variationem exceptionem vllam. Vocales quæ eliduntur vocali ſuccedente, ſunt α ε ο & ι. reliquæ nunquam. Multum autem refert vim litterarum dignoſcere in Græca lingua: non eadem Latinis eſt auctoritas.

De Literis quæ non ſibi ſuccedunt, & quæ non in principio, & hæ quæ permutantur.

Non ſuccedunt vnquam μ ζ. μ σ. ν ζ. ν σ. nec δ λ. Sed nec à principio dictionum, niſi Β. cum δ. λ. ρ. & Γ. cum λ. ε. ρ. & Δ. cum μ. ν ρ & Θ. cum λ. ν. ρ. & Κ. cum λ. ν. ρ. τ. & Μ. cum ν. & Π. cum λ. ν. ρ. τ. & Σ. cum ζ. θ. κ. μ. π. τ. φ. χ. Et Τ. cum λ. μ. ρ & Φ. cum θ. λ. ρ. & Χ. cum θ. λ. ν. ρ. Vertuntur autem vt duplicentur Ν in γ. in λ. in ρ. in σ. & σ in τ. Duplicatur etiam ν. & μ. ζ. in aduerbiis δ & π. nulla duplex conſonans nec aſpirata tamen duplicatur.

CAPVT II.

De Syllabis.

SYllaba eſt indiuidua & perfecta vocis comprehenſio: ſicut litera eſt minima pars compoſitæ vocis. Eſt autem vt pro eâ abbreuiatio ſubiungatur, quod apud Græcos frequens eſt.

De Abbreuiationibus.

ἦν ην, ἐστὶ ἐστι, οὐκ οὐκ οὐχ, δὲ δὲ, τε τε, τι τι, το το, ιλ ιλ, ἐπι επι, ους ους, ται ται, στ στ, σπ σπ, σσ σσ, σχ σχ, σκ σκ, αρ αρ, ερα ερα, ει ει, πτω πτω, γγ γγ, υρ υρ, πτ πτ, αυ αυ, ου ου, ιν ιν, ει ει, τρ τρ, υυ vel υν υν, σθ σθ, το το, ττ ττ, τῆς τῆς, τῦ τῦ, τὴν τὴν, τῶν τῶν, ταῖς ταῖς, τῷ τῷ, παρα παρα, περι περι, ἐπι ἐπι, καὶ vel καὶ vel καὶ, γὰρ γὰρ, εἶναι εἶναι, ἀπὸ ἀπὸ, διὰ vel διὰ διὰ, ὑπὲρ ὑπὲρ, ὑπὸ ὑπὸ, γεν γεν, τοὺς τοὺς, τῦτο τῦτο, ιν vel ειν ιν, σθαι σθαι, μεθ μεθ, μετὰ μετὰ, μενος μενος, μὲν vel μὲν μὲν, μῶν μῶν, προ προ, συν συν, σαν σαν, κατὰ κατὰ, τὴν τὴν, ος ος.

De Syllabarum paſſionibus.

Accidunt eis tempos, tonus, ſpiritus,

Tom. X.

& paſſio. Quamquam ſpiritus etiam literis magis conueniat.

De Syllabarum natura.

Quædam componuntur ex duabus vocalibus & vocantur diphtongi, quædam ex vocali & conſonante, quædam ſola vocali conſtant, & dicuntur ſyllabæ impropriæ, quæ autem conſtant vocali & conſonante vel conſonantibus non poſſunt eam habere poſt ſe, vbi vocalis ſuccedat illi conſonanti etiam in Ecthlipſi nam pertinet conſonans media inter duas vocales ſemper ad posteriorem vt κατ' ἐκεῖνον. τ. ad ε pertinet ſequens non ad α idem in apoſtrophe. Si vero duæ conſonantes in medio ſimiles vt ἀλλὰ prima ad præcedentem vocalem ſecunda ad ſuccedentem pertinet. Sed ſi diſſimiles fuerint vide an in initio dictionis alicuius eodem ordine iungi poſſint & tunc ambo pertinent ad ſequentem vocalem vt in ἱκρίον quia κρίος, non iunguntur autem in Βομβαίζω quia nulla dictio originem habet ab μ ζ igitur β ad ι & μ ad ε pertinebunt.

CAPVT III.

De Diphtongis.

PRoprij ſunt ſex αυ. ευ. ου. αι. ει. οι. litteræ antecedentes ſunt α. ε. ο. ſequentes ι & υ tres igitur ab vna & tres ab alia: proferuntur autem αι αί, ει εί οι οί ſed vnico ſono, aliter non eſſent diphtongi vnde factum eſt vt cum αι iunctum reſonet quaſi quoddam e vt proferant magno linguæ vitio nunc paſſim è pro αι ſic ει non ι ſed ει proferendum ſic & οι velut gallicum ſua materna lingua oi pro ſic eſt dicunt, at αυ inter au & af ευ inter eo & ef ου inter ou & of proferendum. Improprij vero diphtongi communes quatuor ſunt & cum antiquis ſex & ſunt hi quos è latere vides cum ſuis ſonis ac notis, nam quatuor non plene ſcribuntur & ſunt ᾳ. ῃ. ῳ. & υι. Duo perfecte ſcribuntur ηυ & ωυ. ſed ex his etiam υι quaſi ſolet Perfectè ſcribi, de aliis igitur dicendum tribos erit.

αι.	ᾳ.	a
ηι.	ῃ.	ee
ωι.	ῳ	oo
υι.	ῳ	ui quaſi
ηυ		eef
ωυ		oof

De ᾳ. ῃ. ῳ. diphtongis impropriis.

1 In omni datiuo ſingulari pariſyllabę quatuor declinationum eſt diphtongus improprius, vt τῇ αἰτίᾳ τῇ μέσῃ τῷ ξύλῳ τῷ εὐγεῷ nam & articulo datiui ſingularis in omni genere diphtongus adeſt vt τῷ τῇ τῷ.

2 Item in quarta declinatione Datiuus dualis & pluralis. Item nominatiuus & vocatiuus pluralis diphtongum habent improprium, vt ταῖν ἅλφοιν. Αἱ ἅλῳ ὦ ἅλῳ ταῖς ἅλφοις ſunt tamen qui nominatiuum & vocatiuum pluralem in controuerſiam

vocent quia atticè ſolum ſubſcribuntur.

3 Item in quinta declinatione contractorum in datiuo ſingulari & duali: quia in primo dicimus κρέαι pro κρέᾳ & in ſecundo κρεατῷν pro κρεάτων vbicunque enim eliditur ι ſeu verborum variatione ſeu declinatione ſeu immutatione dialecti vel alia cauſa ſuccedente loco eius α vel η vel ω ſubſcribitur diphtongus quia antiqui proferebant vt etiam Latini ι in fine dictionum vt aquai pro aquæ & κρέαι pro κρέᾳ inde ad vitandam cacophoniam eliſo ι in prolatione retinuère eius ſignum ad differentiam & longitudinem ſignificandam, ſeruantur & in eliſionibus ſi fuerit diphtongus, vt Βοάῃς βοᾷς & quandoque fit eliſo ω vt ἰδίῳ pro ἰδίως.

4 In indicatiuo & & ſubiunctiuo actinorum ſecundæ coniugationis circenflexorum ſecunda & tertia perſona ſingularis numeri eſt cum diphtongo βοᾷς βοᾷ, & ἐὰν βοᾷς, ἐὰν βοᾷ & hic etiam η diphtongum recipit ſine contractione vt ἐὰν βοάῃς. ἐὰν βοάῃ. Item infinitiua vt βοᾷν item optatiua βοῷμι βοῷς βοῷ βοῷτον βοῴτην βοῷμεν βοῷτε βοῷεν & ita in toto præſenti tempore eius modi.

5 Quædam igitur ſeruant in formatione vt ᾄδω. ᾆσμα. ῥᾳδίως. ῥᾷον πρᾷος. ᾠδός. θρᾷξ. ᾠόν. ῥᾴων. δημοσίᾳ. βίᾳ. ἰδίᾳ. χρῄζω. λῃστής. χλῄζω θρῃσκεύω.

6 Manifeſtum eſt igitur quod vbi αι in η tranſmutatur, vt in Præteritis paſſiuorum ac deponentium vel generaliter & vbi hæc permutatio fiat, etiam in medio η loco α ſcripta & ι eliſa ſubſcribitur. Generaliter autem ſecunda & tertia ſingularis perſonæ ſubiunctiuorum in ω terminantium ἐὰν τύπτῃς τύπτῃ ἐὰν τυπτήσῃς τετύφῃ ἐὰν τετύφῃ ἐὰν τύπῃ ἐὰν τύψῃ ſic ᾠδὸς à ἀείδω ᾖδον vel ᾖδε ab εἴδω, & ᾖειν ab εἴω, κῇμαι ionicum à κεῖμαι, σῴδιον a σπίδιον.

7 Aduerbia hæc etiam ſubſcribuntur ἄλλῃ. πάντῃ. πῇ. κρυφῇ. σπουδῇ. εἰκῇ. ἡσυχῇ. κομιδῇ. πολλαχῇ. πανταχῇ. & numeralia reliqua in η item ταύτῃ ᾗ pro aliqua ᾗ pro vbi item δηλαδή. οὐδαμῇ. ἰδίᾳ. μηδαμῇ. δῆ. à pluribus ſubſcribuntur.

8 Item omnia præterita perfecta optatiuorum paſſim in ῃ terminantia vel etiam η ω.

9 Item attice omnis datiuus dualis ſecundæ declinationis contractorum, vt ὀστοῖν.

10 Item talia λῷστος. σῴζω. σῷς. ἡρῷος. πατρῷος. μητρῷος. παππῷος. Μινῷος. κῷος. ἑῷος. ἀχελῷος. ἄῳος fluuius μινῳίδης. ἡρῳίδης κῳδεύς ab ἀοιδή vnde tot κῶας. κῴδιον. στῴδιον. λαγῴδιον. καλῴδιον non deriuatiua ἀλητῇ. τρῳαί. δμῳαί. ἀλῳῇ ἡρῷται. Ἑρῴδιος à rhodio ζῴδιον. ζῷον. ὑπερῷον. ᾠτίλος. χῷξυμπόται. χῷ συγγενεῖ. χῷ τυμπανισμοί. ἐγῷμαι. ἐγῷδα. ᾠχόκα. ᾤκτειρα. ᾤχθην. ᾤμην ᾠχοίμην ab οἴχομαι atque omnia quæ à verbis initium habentibus ab οι præter excepta ab Herodiano.

11 Item ſecunda & tertia ſingularis perſonæ coniugationis tertia in μι actiui paſſiuique.

12 Item attice omnia ab ἀνοίγω & à περαίνω ſubſcribuntur ᾤγμαι & θρῷ ἠβῷμι, βιῷμι, tanquam optatiua & νικῴη, μελετῴη, θρῴσκω κολῳῷ πρῴζω χρῴζω πρῴην vnde πρῴ & πρῴῃ τρῴζειν κύκλῳ aduerbium à datiuo deriuatum.

CAPVT IV.

De Syllabis imperfectis.

HÆ ſunt quæ vocalibus tantum ſingularibus conſtant ſunt autem harum quædam quæ cum in fine dictionis ſunt vocantur puræ vt in βοάω manifeſtum eſt quod ω putum dicitur & ſyllabam perficit puraque vocalis ω dicitur quoniam nec conſonantem habet ante ſe nec diphtongum perficit aliter autem vt paruit quia antecedens conſonans ſequenti vocali iungitur, & in diphtongo vnus duarum vocalium ſonus ſit pura eſſe non poſſet, at non facit diphtongum vel quia vocalis apta non eſt vt ω in βοάω vel quia non conueniunt vt ἰοβόλος nam οι non facit diphtongum Peruerſo ordine vocalium, vel quia diſtinguuntur vocales proprio ſigno duorum punctorum vt & apud Latinos vt in γελοῖον improprie & ἀΐτης proprie nam nec αι nec αι diphtongum facit: ſunt autem ſyllabarum imperfectarum duæ natura longę η & ω duę natura breues ε & ο tres vero communes α. ι. υ.

De longis breuibus & communibus.

Syllaba habet longitudinem qua dicitur longa breuis vel communis. Latitudinem qua dicitur aſpirata lenis aut media, & profunditatem qua dicitur acuta grauis vel circunflexa, quæ dimenſiones cuilibet corpori ſunt cōmunes, notę vero harum ſūt vt à latere.

Longa — Breuis ᵕ
Aſpirata ⊢ vel ʽ lenis ⊣ vel ʼ
Acuta ʹ grauis ˋ circunflexa ˜ vel ˜

Prima in aſpiratione & leni ſunt ſigna maiorum literarum ſequentia paruarum cum amiſiſſent rationem tonorum, conati ſunt vſu reuocare, vnde nimia diligentia non eleuationem tantum & depreſſionem quæ tonis debentur ſed celeritatem & tarditatem illis dedere, vnde continuo vſu longas breuiter & breues longa extenſione propter accentum proferunt, inde ſublata eſt omnis grauis carminibus qui olim vt & Latina reſonabant nec enim aliter tam auide collecta fuiſſent: longa fit quattuor modis natura vocalis, vt σῶμα dummodo vocalis alia non ſequatur, diphtongo vt αὐτίας poſitione quando duæ conſonantes vocalem ſequuntur, vt ἀγαθόν

Primam,

Primam habent longam non propter πρ antecedentes ſed propter ϑ ſequentes, quarto propter inclinationē cum cōmunis vocalis ſequēti conſonante elongatur vt μάτηρ habet μα longū ſed & ϑψ longa eſt quamuis ε natura ſit breue quia ψ duplex eſt cōſonans.

Breuis ſit cum breuem vocalem non ſequitur duplex conſonans vt ἴσον vel cum ambigua ſit breuis conſonante vt μάχαι vel cum vocalem vocalis ſeqnitur vt Διόφαντος ſunt etiam diphtongi apud Græcos breues αι & οι ſemper. Prætcrquam in contractis & optatiois & aduerbiis ex quibus excipitur πάλαι cuius vltima αι breuis eſt prætcrquam in cōtractis & optatiuis. Communis ſyllaba ſit cum longam vocalem vocalis ſeqoitur vt φυτίζω nam ω commune eſt & cum breuem duæ conſonantes quarum ſecunda eſt immutabilis vt πάτροκλε & cum longæ vel breui vocali ſuccedit in alia dictione vocalis alia vt ἄντιν ἐπὶ, & πίτυος δ' ὄυκ ἔλαθον ἰαχὴ.

CAPVT V.

De Spiritibus.

1 SYllabæ vbi non eſt χ ϑ φ nec τ κ π nec ſignum vllum lenitatis aut aſpirationis notatum mediæ efferuntur. Aſpiratæ vero cum hiatu & fremitu quodam lenes leniter.

2 Supra vocales tantum dictionis inchoatiuas ſignum ſpiritus ſcribitur & ſuper ρ ex conſonantibus vbicunq; ſit, dummodo non in fine dictionis vt μάτηρ in initio ſemper aſpirata vt ῥέω in medio tenuis vt πύρ ſed hoc oon in vſu eſt. Si duæ ſint noo diſiunctæ prima ſemper tenui nota ſecunda aſpirata deſcribitur vt μύῤῥις hoe in vſu eſt, vnde apparet quæ ſit illa aſpiratio, nam primum ρ vix ſentitur ſecundum colliditur vnde facile eſt intelligere ex ambabus natura docente, quænam ſit lenitatis & aſpirationis pronuneiatio. Latini h habent ad aſpirandum inter litteras ſcriptum, nota lenitatis carent, aſpirantes etiam in medio dictionum, vt vehemens quamuis non ex natura. Dixi autem ſi duo ρ contigui fuerint nam in πύῤῥος & σύμπεριχω nullus ſignatur ſpiritus, neque ſuper vocalem vllam ſi conſonans præcedat vt τύπτω verum ſi à vocali incipiat ſemper ſignatur.

3 Nulla dictio æolica aſpiratut aſpiratione enim carent quo factum vt & Latini paucioribus aſpirent quòd ab æolica lingua Latina origioem traxerit.

4 Homioum caſus & modi verborum ac tempora originem ſuam ſeruant præter ἔχω euius futurum eſt ἕξω & ἵημι cuius indefinita ambo leuigantur indicatioi & primus medij verbi indicatiui aoriſtus.

5 Numeralia omnia præter ὀκτὼ & ἐννέα aſpirantur & deriuatiua ſequontur vt ὀγδοήκοντα.

6 A. E. O ante aſpiratas teoues ſuot vt ὄρφνα Præter ὅρθος.

7 Relatiua quæ per abiectam conſonantem tenuem fiunt Aſpirantur vt τόσος. ὅσος.

8 Deriuatiua quæ principium ſeruant primitiuorem ſeruant ſpititum præter ἱδρώς ἅμοδις ἱερμὸς & ἱερατὴ. Compoſita tum ſeruant tenuitatis ſpiritum aſpirationis nequaquam.

9 Artieuli omoes tam præpoſitiui quam poſtpoſitiui aſpirantur ſi à vocali incipiant vt ὁ vel ὅς vnde ὦ vocandi artitulus non eſt ſed aduerbium.

10 Pronomina aſpirantur præter αὐτὸς & cōpoſita, nam αὑτὸν aſpiratur, excipiuntur quæ ab ε incipiunt vt ἐγὼ ἐμοῦ & in his etiam ἓ aſpiratur cū ſuis cōpoſitis vt ἑαυτὸν.

11 Propoſitiones & coniunctiones leuigantur præter cauſales coniunctiones & ὑπὸ & ὑπὲρ propoſitiooes.

12 Diphtongi Αι tenuatur niſi ante μ excipitur αἱμὸν & αἱρῶ. Αυ leuigatur excipitur αὕτη & αὐτοῦ ει leuigatur præter εἵλως, εἵρον, & εἵνεκα εἷος εἱρμὸς εἱρατὴ. ευ leuigatur excipitur εὕδω εὕρω εὖω, οι leuigatur excipitur οἶμος οἷμαι οἷος & οἷμοι dubium cum ᾠδὴ ου leuigatur præter οὗτος οὕνεκα & οὗ non pro aure & generaliter omnes diphtongi leuigaotur in Poliſſyllabis præter paucas dictiones dictas dixi poliſſyllabas propter articulor.

13 Vocalis υ ſemper aſpiratur. Α. η. ι. ο. ante vocales leuigantur præter ἱερὸν ἱερὰς ἵημι ω ſemper leuigatur præter in ὥρα & ᾠδὴ pro ἥκυτος ι ante ευ leuigatur præter ἱκλὸς ante Α, ο & ω aſpiratur præter ἰαρ ἰάω & ἰῶ ι in augmentis verborum teouatur: aſpiratur ab aſpiratis ἵεμαι.

14 Ex quinque igitur teliquis vocalibos Α ante conſonantes tennatur niſi vbi ϐ cum ρ vel ρ cum π vel μ cum λ & hæc ἁγνὸς, ἅγιος, ἅδης, ἁδρὸς, ἅζομαι, ἅλς, ἁλῶ, ἅλις, ἅλως, ἅρυς, ἁλλακρατὸς, ἅλομαι, ἅμα, ἁμαρτάνω, ἅμιλλα, ἅμμα ἅμιν, ἁμαξίων, ἁνδάνω ἅπας, ἅπους, ἅναξ, ἅπτομαι, ἅπλα, ἅτερος, ἁψὶς, ἅψεα. Ε ante ψ & τ & κ Aſpiratur exceptis compoſitis ab ἐκ compoſitis & his quæ per aphaireſin poſſunt ε abijcere vt ἐκεῖνος κεῖνος Aſpiratur & λ ante κ ante alias ε conſonantes leuigatur præter ἑβραῖος ἕδος, ἑδῦται, ἕδρα, ἕδνον, & quæ ab ἕλλην & ἕλενος, ἕλω, ἕλος, Η ante γ σ φ κ φ aſpirantur in γ excipe quæ mutata ſunt ex α vt ὁ ἄγαν, ϑεῖος ἠγάϑεος in σ excipe quæ ab augumento & in φ in κ excipe ἧκα Aſpitatur & in ϐ niſi in pleonaſmo ante reliquas tenuantur excipe ἧλος ἥλιος ἡμέρα ἥμερος ἥμισυ ἥμιν ἧπαρ ἠρώδης ἥρα ἡρόφιλος ἥττωμαι ἥφαιστος ἡρακλῆς ἡφαιστίων. Ι ante ξ & ante δ cum ρ & ante μ & ante duplex; π vel ππ vel σ cum τ excipe ἴδιος & ἱερὸς Ante reliquas conſonantes leuigatur exceptis ἱκανὸς ἱκάνω ἵλεως ἱκνέω. Ο Ante σ Aſpitatur exeipe ὅσιος & ſi σ conſonans ſequatur leuigatur ante ρ ſequentæ α vel μ Aſpitatur vt ὅρμος ſed ὅρμενος ab ὄρω fit. Ante reliquas leuigatur, excipe ὁδὸν ὁποῖος ὁπόσος ὅποϑεν ὅλος ὅλμος ὁλκὸς ὁμοῦ ὅμοιος ὅμιλον ὅμηρος ὁμηλικος ὅμιλος ὁμαλὸς & ὅπλον ὁρῶ ὅρος ὅτε ὅτι ὅτῳ ὅταν & ſimilia quæ ab his.

CAPVT VI.

De Accentibus & Primo Latinis ac Gracis in genere.

COnueniunt Latini cum Græcis in tribos accentibus acuto per quem ſyllaba eleuatur atque intenditur. Graui per quem deprimitur ſuauiteque profertur & circumflexo qui ex acuto incipit deſinitque in grauem, ſignaque eadem apud Latinos, quæ in Græcis expoſuimus retinent. Habet autem apud Latioos oionis dictio ſuum accentum acutum actu, vel porentia, ideſt circunflexum vnaque in ſyllaba tantum, ſuntque ſyllabæ graues omnes quæ accentu acuto vel circunflexo vacant, nec vna dictio duos parit accentus acutos vel circunflexos aut circunflexum cum acuto. Verùm vt ais Quintilianus qui quatuor verbis rem abſoluit ſemper in Latinis circunſpicienda eſt penoltima ſyllaba, quæ ſi longa eſt, acutus vel flexus accentus in eam cadit: ſi breuis, acutus accentus erit in antepenultima: nam latiui nunquam in vltima acutum accentum habent, nec circũflexum acutum verò, non niſi iu Penultima & ante penultima, flexum autem nunquam niſi in penultima: quoniam com ex acuta priore & graui flexus conſtet, ſi antepenultima flecti poſſet & quæ ante illam eſſet ſyllaba poſſet acui. Cum igitur in omni voce neceſſario ſit acutus vel circunflexus accentus erit omnis monoſyllaba acura vel circunflexa; acuta ſi natura breuis vocalis fuerit, circunflexa ſi longa. Breues a.j.v. longæ e & o vnde pix quamuis poſitione longa acuitur ſpes inflectitur, Diſſillabarũ autem non recipiente vt dictum eſt vltima acutum nec circunflexum, Prior ſemper acuetur vel circunflectetur, circunflectitur ſi Prior longa natora ſequens breuis fuerit, aliis omnibus modis acuitur, exempla vt crêta, léges, árma, bónus.

Solet & aduerbiis multis grauis in fine addi accentus diſtinctionis cauſa vt ponè pro pone quod eſt modi Imperatiui: nam eum in fine ponatur accentus vt dictum eſt nec flexus poteſt eſſe nec acutus, hicque proferri minimè debet: nam vt dictum eſt etiam perſe vltima ſyllaba ſemper eſt grauis. Solæ præpoſitiones in fine accentum ſeruant & quę componunt accentum vnum elidunt, vt deinde ex de & inde vnum habent accentum ſed apud modernos ſunt quædam encliticæ que ne ve quæ cum iunguntur dictionibus ſuum acutum reiiciunt in vltimam præcedentis dictionis, vt putáſne & dominúſque. Græci autem quanquam nunc aliter antiquitus vt Latini nullos ſcribebant accentus regulis & vſu ipſo conſiſi vt vetuſtimis codicibus probatur, quod & Melanthon vidit: nunc verò Latini morem antiquum magna ex parte retinent, nam ferè non niſi diſtinctionis cauſa ſcribunt accentus Gręco more ex toto mutato. Habent igitur in omni dictiooe accentum vnum nunquam plures niſi in compoſitis raróque nec acutus ante antepenultimam nec circunflexus ante penultimam ratione In Latinis accentibus explicata ſcribi poteſt. Differunt autem à Latinis quod vltima ſyllaba & acuto & circunflexo accentui patet vnde acutus tria loca duo habebit circunflexus cum apud Latinos acutus duo flexus vnum locum habeat. Scribitur & apud Græcos grauis accentus qui apud Latinos minimè ſcribitur, ſed tamen apud illos nec vnquã alibi niſi vltima ſyllaba ne forſan quis merito exiſtimet acuium aut flexum obliuione fuiſſe præteritos. Nam quod ad pronuntiationem attinet grauis accentus inſcriptus nihil enarrat cũ omnes ſyllabæ ſuauiter, & tono graoi efferantur, vbi nec acutus nec flexus ſuperiacet. Omnis enim ſyllaba apud Græcos enim omni dictione grauis eſt cui non inſcribitur acutus vel circunflexus, at cum in monoſyllabis vna neceſſario inſcribantr accentu plerunque monoſyllabæ graui accentu carent.

Particularis accentuum ratio apud Graecos.

1 Quæ dictio habet flexum in vltima ſyllaba vocatur περισπώμενα quæ in penoltima dicitur προπερισπώμενα quæ acutum in vltima ὀξύτονα quæ in penultima παροξύτονα eademq; eſt βαρύτονα quoniam vltima quæ Primo à Græcis conſpicitur grauis eſt quæ in antepenultima acutum habet προπαροξύτονα, eademque βαρύτονα vt in exemplis.

ὀξύτονα θεὸς παροξύτονα vel βαρύτονα φίλος, προπαροξύτονα quæ & βαρύτονα πάμφιλος περισπώμενα μουσῶν προπερισπώμενα μοῦσα

2 Omnes dictiones Græcę ſunt ex aliquo horũ quinque generum nulla enim vt nec apud Latinos accẽtu vel flexo vel acuto vacat, verùm quę graoem acentũ in fine babent ex orationis coutextu ipsũ acquirunt, nam oxytona dictio & præpoſitio accentus capax niſi per ſe ponatur aut io fine orationis grauem accentum in vltima ſuſcipit amiſſo acuto accentu, nam circuoflexus non admittitur velut in exemplo τοὺς δὲ τὸν ἄρχοντα cum legenti ſeorſum ſcriberemus τοὺς. πέρι. τὸν. ἄρχοντα. ſeorſum autem vt dixi legentem cum vel in fine orationia collocantur vel pro exemplo vt in λεξικά. Grauantur & in Latinarum contexiu dixi autem dictiones ὀξύτονας nam non omnes partes orationis tranſeunt in βαρύτονα nec προπαροξύτονα nec flexa ſeu in vltima ſeu penultima nec etiam pene acuta quamuia propoſitiones grauitonas aliqui afferant, ſi autem non per conſequentiam legatur ſed carptim propeium retinent accentum quæ vltimo proferuntor dictiones, vt apparet in bis duobus carminibus Ναυηγοῦ τάφος εἰμί, ὁ δ᾽ ἀντίον ἐστὶ γεωργοῦ & ναυηγοῦ τάφος εἰμὶ ακελλίος, ἐστ᾽ ἀνάγοντα, nam in primo

primo legis εἰμί prompta diſtinctione in ſecundo εἶμι per conſequentiam διοκλέος.

3 Circunflexus tonus nunquam cadit ſuper breuem natura etiam ſi longa ſit poſitione nec ſuper longam ante longam, vnde ſequitur vt cum longa fuerit vltima nunquam poſſit eſſe dictio προπερισπώμενα nam ſecus caderet flexus ſuper breuem aut longam ante longam, vnde cum dicamus ἡ μοῦσα, dicimus τὰς μούσας quia ſecunda ſyllaba longa eſt Porro diximus αι, & οι, ſequente vocali in alia dictione cum vltimæ ſyllabæ fuerint pro breuibus haberi.

4 Vbi ſit ſyneréſis ex acuto & graui in vltima vel penultima circunflectitur vt μονογενῆ pro μονογενέα nam ε acuitur ſuccedente α graui vt dictum eſt, ex comuni regula igitur η in quem contrahitur εα, erit circunflexum ſic βοῶ à βοάω.

5 Omnis penultima louga natura ante breuem ſi in eam cadat tonus circunflectitur vt βραχεῖα.

6 Diphtongus in vltima cum υ ſi habet tonum circunflectitur præter ἰδού & ἰού.

7 Genitiui & datiui oxitonorum primarum trium declinationum in ſingulari & plurali circunflectuntur.

8 Verba trium Coniugationum circunflexorum & paſſiuorum plerumque circum flectuntur vbi contrahuntur item futurum verborum quintæ coniugationis.

9 Aduerbia quæ deſcendunt à genitiuis oxytonorum nominatiuorum inflectuntur ſi genitiui inflectantur vt ἀγχοῦ ab ἀγχοῦ.

10 Acutus ponitur aliquando ſuper vltimam breuem vt ἀγαθός, vel ſuper penultimam breuem breui ſequente vt λόγος, vel ſuper penultimam breuem longa ſequente vt ἔρως, vel ſuper penultimam longam ſequente longa vt ἥρως, vel ſuper antepenultimam vltima exeunte breui vt ἥρωος, nam cum vltima longa eſt nec antepenultima poteſt habere tonum nec penultima circunflecti, quoniam ex vtroque accidit vt nimis vox ipſa acuta à fine dictionis diſtet fiatque δύσφθογγον.

11 Nomina in μον, σων, την, το barbaraque plerumque ſunt oxytona item maſculina in ευς, communiter non æolice & feminina in ας declinationis quintæ præter Τάρας & ἀκράγας quæ ciuitatum ſunt nomina oxytona ſunt.

12 Super quam ſyllabam eſt tonus in nominatiuo ſuper eandem cadit, in reliquis caſibus præterquam in monoſyllabis excreſcentibus in quibus in genitiuo & datiuo tam ſingulari quam plurali ſuper excreſcentem ponitor ſyllabam vt πάς παντός παντὶ πάντα πάντες & πασῖ πασὶ. Omnis rectus caſus ſi tonum habeat ſemper acutum haber nunquam circunflexum.

13 Nomina fœminina in της παροξύτονα, ſunt ſi ſint ſuperdiſtyllaba preter hæc quatuor ἁδροτής βραδυτής δηϊοτής ταχυτής.

14 Comparatiua neutra in plurali numero ſunt προπαροξύτονα ad differentiam nominatiui ſingularis ſuorum fœmininorum vt τά σοφώτερα & ἡ σοφωτέρα.

15 Omnis propoſitio eſt oxytona præter ἐν, εἰς, ἐξ quæ tono catent verum in contextu orationis vt dictum eſt ſemper grauantur, verùm apud oratores περὶ in fine peneacuitur vt τίνι οἶδε & τούτου πέρι & apud poëtas μετὰ & κατὰ vt ἐμοῦ μέτα & παρατὸν κάτα pene acuuntur.

16 Quamuis communiter non ante peneacuatur dictio cuius vltima ſyllaba eſt longa attice tamen nihil probibet vt μαλάλεως.

17 Cum vltimæ duæ longæ ſyllabæ, plerumque peneacuitur dictio vt ἥρως niſi ſit vltima circunflexa conſideramus autem ſyllabas longas natura non ponente quia quæ natura longa eſt diuidi poteſt vt ἥρως ἥρωος, antiquitus ſcribebatur diuiſo ω in οο & πολιάωσιν in πολιόωσι & ideo cum inueneris diuiſionis ſignum nota acuti accentus eſt ſuper litteram ſeparatam vt ἀΐδω.

CAPVT VII.

De Encliticis.

1 ENclitica dictio eſt quæ grauem præcedentem dictionem ex contextu orationis ſeu quia ante peneacuta fuerit, oxytonam reddit, ipſa proprium amittente tonum, & ſi plures ſimul encliticę fuerint ſynencliticam faciunt ſunt autem encliticę omnes monoſyllabæ diſſyllabæue.

2 Igitur in habentibus penultimam circunflexam vel antepenultimam acutam ſuccedens enclitica acuit vltimam vt ἀρχαίαλός τε σκαμβόντε. Idem in παροξυτόνοις trochæis vt φύλλά τε.

3 In habentibus verò vltimam acutam aut circunflexam cum nihil addere poſſit ipſa ſolum amittit proprium tonum vt φῶς τι καλόν τε.

4 Si vero penultima acuta non in trochæo fuerit amittet tonum ſuum enclitica nec immutabit vt ἄναξ τε. Excipiuntur dictiones à σφ inchoantes vbi tonus remittitur, σφίλκός.

5 Ex omnibus partibus orationis ſont encliticę præterquã ex præpoſitionibus articulis & aduerbiis. Nam τις & obliqui eius vt τινος τινι & equiualentes vt τοῦ & τῷ encliticæ ſunt τίς interrogatiua ſemper acuitur etiam in orationis contextu quia ſuſpendit ſpiritum ſuo ſignificato. Ex verbis φημὶ φησὶ εἰμὶ & quæ ab eis declinantur vt ἐστί & pro aduerbiis που, ποτε, ποθι, ποθεν, πη, πω, πως, cum indefinitè proferuntur & pro coniunctionibus γε, γὰρ, νυ, νυν, περ, πέρ, θην, & ρα impletiue item copulatiue με μέν τε. Item ex Pronominibus μου, μοῦ, μοι, τοι, με, μιν, σφιν, σφι, σφωι, & alia quæ non ſemper ſunt enclitica ſed aliquando, & ſunt σου, σεο, σευ, σοί σε ἑν, οἱ, ἕθεν, σφί, σφῶ, σφίσι, σφέας. Encliticæ ſunt cum non referuntur ad aliam perſonam, aut ex ſuperfluo adiiciuntur. Similiter &

ptonomina tertiæ perſonæ cum vim ſuam tantum referunt cuiuſuis ſint numeri enclitica ſunt vnde σφω tertiæ perſonæ eſt, eſt encliticum: ſecuodæ autem non, cum igitur locum ſignificauerint vel alteri perſonę fuetiot adiecta non ſunt enclitica. Sed nec nouem. Prima ſunt ſemper enclitica cum enim iunguotur propoſitioni aut diſiunctiue coniunctioni vel cum ἕνεκα tonum ſeruant χρμὶ nec eſt idem inclinatum cum enclitico nam inclinatum mutat ſouin tonum ex acuto in grauem vt ἀδελφὸς ἀδελφὸν φιλῶ encliticum autem ſubditur ei coi inclioat tonum & aliquando ſuum amittit.

6 Ἔστι cum otationem incipit vel ſubiicitur negationi vel καὶ, vel ὡς vel εἰ vel ἀλλὰ vel τοῦτ accentum in prima habet acutum ſi ſubiicitur oxytooæ vel circunflexæ in vltima amittit tonum ſi antepeneacutæ vel circunflexæ, in penultima reiicit tonum in vltimam præcedentis niſi in circunflexa penultima vltima longa fuerit tunc enim in vltimam ἐστι reiiciet vt κηρῦξεστί, idem accidit cum paroxytone ſubiuogitur vt φύλλα ἐστίν idem in condeclineis.

7 Forſan πάρεργα fuerit adiicere quonam pacto dictiones Græcæ quæ ad Latinos tranſeunt & Latinæ vt Ariſtoteles, & Græcæ poterunt pronuotiari vt Ariſtoteles ex regulis datis.

8 Mutant vero ſignificata ex accentu vt ἄγνος planta ἀγνὸς inſcium, ex ſpiritu vt ἁγνὸς purus vel agnus ſic ex longitudine.

De Apoſtrophe.

Apoſtrophus eſt cum vocalis anterior finalis dictionis ſequeote vocali alia alteram inchoante dictione eliditur ſunt: autem quæ elidi poſſunt ε & ο ſemper & ι & α cum breues ſunt eliduntur autem ſcriptura quod apud Latinos in vſu non eſt & voce quòd etiam apud Latinos non fit niſi in carminibus exemplo τοῦτ' ἐμὸν pro τοῦτο ἐμὸν & ἐπὶ ἡμῖν vertitnr in ἐφ' ἡμῖν abiicitur & diphtongus ſi breuis ſit vt βούλομαι ἐγὼ fit βούλομ' ἐγὼ ſeruatur autem tonus in vtraque dictione niſi ſit in eliſa ſyllaba ſic enim eliditur.

De ὑφέν.

Eſt hæc coniunctio duarum dictionum per virgulam natura ſeiunctarum vt ὅπως οὖν quod eſt quomodo ergo, & auget emphaſim ſignificati & eliditur accentus primæ vtimur & ea in compoſitis nominibus vt φιλόσοφος, & eliditur accentus ſecuudæ vocis.

De Subdiſtinctione.

Fit cum diuidimus accuata virgula quæ cohærent vt ὅ,τι, nam aliud ſignificat à ὅτι quod eſt tunc cadem virgula: diuidimus ſententias quæ tunc ſibi coherent. Sed plenæ ſententiæ puncto vt apud Latinos, interrogatio autem ſic diſterminatur; contra cum apud Latinos?

CAPVT VIII.

De Dictionibus & Primo de dialectis.

Dialecti Principales ſeu linguarum diuerſitates quinque ſunt κοινὴ ſeu communis in qua ex poëtis Pindarus & ex oratoribus Xenophon ſcripſeruot.

Ἀτθὶς ſeu attica in qua Ariſtophanes ex poëtis & Demoſthenes ex oratoribus ſcripſit.

Ἰὰς quæ & Ionica omnium antiquiſſima in qua Homerus ex poëtis & Hippocrates ſoluta oratione ſcripſere.

Αἰολὶς quæ & æolica in qua Alcæ & Sapho ex poëtis ex oratoribus neminem ſcripſiſſe ſcio ab hac Latina magnam originis partem traxit ad modos eius ea quæ in Latio mixta erat traducta.

Δωρὶς quæ & dorica in qua Theocritus inter poëtas & leges Lacedæmoniorum in Demoſthene conſcriptæ & liber qui Timeus dicitur cuius initium eſt τίμαιος ὁ λοκρὸς, τάδε ἔφα.

Præter has aliæ Aſiatica Bœotica in qua Plutarchus ſcripſit Sicula in qua Diodorus Hiſtoricus Tarentina, Rhegina Cretenſis, Macedonica, Chalcidica, Teſſala, Argiua. Sed hæ minus illis quinque celebratæ illuſtriſſima omnium attica inde communis & Iooica ob antiquitatem.

De Dictionibus.

Dictio eſt pars minima orationis ſignificatiua, eius autem octo ſunt genera tam apud Græcos quam apud Latinos ſcilicet ὄνομα, ἀντωνυμία, ἄρθρον, ῥῆμα, μετοχή, ἐπίῤῥημα, πρόθεσις, σύνδεσμος, quæ apud Latinos eodem ordine. Nomeo Prooomen Articulus verbum participium aduerbium

ὄνομα οἷον τιμή	Nomen vt Honor
Ἀντωνυμία οἷον ἐγώ	Pronomeo vt Ego
Ἄρθρον οἷον ὁ	Articulus vt Hic
Ῥῆμα οἷον ἐράω	verbum vt Amo
Μετοχὴ οἷον ἐρῶν	Participium vt amãs
Ἐπίῤῥημα οἷον ὀρθῶς	aduerbium vt recte
Πρόθεσις οἷον ἐξ	Propoſitio vt Ex
Σύνδεσμος οἷον καί	coniuoctio vt Et

Præpoſitio coniunctio. Exempla à latere patent igitur manifeſtum eſt quod cum totidem ſiot apud Græcos quot apud Latinos oratioois partes, ipſi articulum habent qui apud oos ſub pronomine comprenditur, at nos habemus interiectionem quæ apud illos ſub aduerbio continetur nam παπαί, quod apud nos Papæ: interiectio eſt, apud illos aduerbium eſt: vt autem intelligas vere ſolum ſex Partes orationis

tionis apud omnes ſunt. Nam aut ſignificatur res & tunc eam nomine ſignificamus vt homo. Vel operatio & tunc verbo ſignificauimus vt amo : vel vtrumque ſimul & tunc ſignificamus eam participio vt amans : ideſt homo qui amat, vel ſignificamus modum rei vt in monte, ad lacum, & tunc eſt propoſitio, vel modum operationis & tunc eſt aduerbium vt ardenter amo, vel partes orationis & ſenſus iungimus & tunc coniunctione opus eſt vt ego & to & ego vel tu. Ideo bene dixit Spontinus bene feciſſe Græcos qui ſub aduerbio interiectionem comprenderunt; eſt enim & hei quaſi dicas quam vehementer doleo, verum antiqui pronomen à nomine ſeiunxerunt Primo cauſa occultandi vel ignorantiæ vt cum dico ille occidit Cæſarem & nolo vt tertius intelligat : vel eius nomen ignoto, qui occiderit : ſecundo cauſa emphaſis vt tu deliquiſti : maius eſt quam ſi dicam Baptiſta deliquit : tertio ratione declarationis perſonarum vt ego ſcribo aliud eſt quam ſi dicant Hieronimus ſcribit : quarto ratione perſonarum verborum quæ cum ſint tres & omnia nomina ſint tertiæ perſonæ ſuperfluæ fuiſſent duæ primæ perſonæ in omni verbo. His principaliter cauſis pronomen à nomine veteres ſeiunxerunt : quæ ratio communis eſt etiam Græcæ linguæ & pluribus aliis, ſic ex ſignificato orationis partem deprehendere poteris, caue tamen ne verbalia nomina pro participiis ſumas. Articulos autem à cæteris partibus ſeiunxerunt quòd initio antequam ſermonem conderent illis pro nominibus vterentur vt cum vellent deſignare quenquam manu dicebant ὁ ἐστι hic eſt οὗ ἐστι huius eſt, inde fit vt articuli omnes aſpirarentur qui à vocali inciperent diſtinguebant autem omnia maſculino fœmino & neutro inde inuentis nominibus duo conſequuta ſunt vt & promptè vſum articulos nominibus adiungerent non enim prætermittere poterant deſignandi ſignum nec ſufficiebat dicere Ἄνθρωπος niſi dicerent ὁ ante, manetque ea conſuetudo ob id, vt nominibus articulos adiungant alterum vt articulum aliam orationis partem ſumant à nomine vnde Latini qui linguam non condiderunt ſed acceperunt, ſuperfluum vtrumque diudicauere articuloſque adiunxere pronominibus nec nominibus Præpoſuere, at articulos nomina facere quod communia eſſent (vt nec Latinis) Græcis non licuit, nec Inter pronomina eos referre poterant quod poſterius pronomina nominibus inuenta ſint iam quaſi perfecta lingua, vnde nec pronominibus articulos iungunt cum iam demonſtrandi per articulos eo tempore vſus refrixiſſet, poſt hæc etiam à Cadmo xvj. in Græciam allatis libris & diuidere dictiones & ſcribere didicerunt.

CAPVT IX.

De Differentia Græci ac Latini Sermonis.

HAbent autem quam plurima à noſtro vſu differentia Græci atque inter præcipua ac frequentiſſima hæc tres numeros tam in verbis quam nominibus ſingularem & pluralem communes Latinis & dualem cum de duobus loquuntur, ſeorſum quod ab initio propter hominum raritatem maximè in vſu eſſet dualis articulus Latini vt nunc ſuperfluum abiecere, carent ablatiuo caſu Græci, & in verbis habent duo tempora indefinita ac vnum futurum & Paulo poſt futurum vltra ea quæ nos habemus tempora vt in vno modo octo tempora habere poſſint, nam vbi adeſt Μετ' ὀλίγον μέλλων vt in paſſiuis aliqua alia tempora deſiderantur vt numerum octonarium numquam excedere poſſint, vtuntur etiam infinitiuo Pro Imperatiuo, carentque in imperatiuis & ſubiunctiuis futuro, vt per præteritum perfectum & indefinita violenter exprimant futurum. Carent etiam ſupinis & gerundiis, & diuerſa conſtructione ſignificatum variant vt μετὰ τὰς ἡμέρας cum dic μετὰ τὴν ἡμέραν poſt diem. Quòd apud Græcos eſt frequentiſſimum ſic apud Latinos rarum, vt conſulo te conſulo tibi. Habent & fœlicitatem maximam in iungendis vocibus vt nihil frequentius aut melius poſſit excogitari, euenit autem hoc illis quod elidant conſonantes vocaleſque tanta facilitate vt nihil non audeant Latini vix in carmine nec ſemper vocales & m aliquando elidunt, illi paſſim conſtruunt & pluralia neutra cum verbo numeri ſingularis attici vt παίζει τὰ παιδία.

De Dictionum paſſionibus.

Congruum igitur fuerit quas Græci πάθη vocant dictionum aſcribere vt poſt differentiam literarum ac ſyllabarum tum etiam Partium orationis videamus etiam quantum in his differant, ſunt autem in genere quinque μετάθεσις, μετάληψις, τμῆσις, πλεονασμός, ἔνδεια, ſed harum duarum, vltimarum ſpecies nouem ſunt ſingulę ſingulis contrariæ de quibus dicendum erit.

De Tranſpoſitione.

Fit mutato ordine literarum vt κραδία pro καρδία.

De Tranſumptione.

Fit immutata littera vt ἠνδανός pro ἁνδανός.

De Sectione.

Fit diuiſa dictione vna in duas διαφόροις ἄνερ τόνις.

De

De Additione & defectu.

Fit additio addita ab initio litera vt ἀστάχυς pro στάχυς diminutio contra αἶα pro γαῖα ſed hæc eſt eſt ionum.

De Geminatione & arſi.

Geminantur dictionibns ſyllabæ in initio vel in ſecunda conſimili addita vt λελάχωσιν pro λάχωσιν & ἐτήτυμον pro ἔτυμον arſis contra abiicit vt βλῆσθαι pro βεβλῆσθαι.

De productione & Syſtole.

Productio fit cum correpta communis vocalis producitur vel breuis tranſit in longam vt κᾱλός, pro κᾰλός, vel κούρη, pro κόρη Syſtole contra cum producta bitemporea producitur vel longa vocalis tranſit in breuē vt φυσίζοος pro φυσιζῷος, ξυρὸν pro ξηρόν.

De Epectaſi & ſincope.

Addita ſyllaba in medio oce varians accentum facit epectaſim ἐντύχεον pro ἐντύχον πολεμήϊα pro πολέμια vbi nota quod accentu cadente non ſuper dıereſim indicat vocalem eam additam eſſe vt in ſecundo exemplo patet, ſincope autem fit abiecta ſyllaba vt σκάνιον pro δανίσκιον.

De Diæreſi & ſynalephe.

Diæreſis eſt cum ſyllaba in duo diuiditur vel reſoluitur & eſt paſſio ionum & Teſſalorum, vt πάϊς pro παῖς & βέλεος pro βέλους ſed ſynalęphe fit ſeptem modis infra poſitis in quibus omnibus duæ ſyllabæ in vnum coeunt abiecto tono exempla habens in

τοὐμὸ pro τοῦ ἐμέ ταμὰ pro τὰ ἐμά τηρῆδες pro τηρηΐδες κἀγὼ pro καὶ ἐγώ Ἐμοιὐποδύνει pro Ἐμοὶ ὑποδύνει ὡ'πόλος pro ὁ αἰπόλος ἐν τῆδιωνία pro ἐν τῇ αἰδωνία.

Primus per eliſionem ſecundus per craſim, Tertius per ſyneteſim, Quartus per eliſionem & craſim, Quintus per eliſionem & ſynereſim, Sextus per craſim & ſynereſim, Septimus per eliſionem craſim & ſynereſim.

directo modorum poſita in prima eliditur vocalis prioris vocis, in ſecunda ſequentis in tertia vocalis media in vna dictione, in cæteris compoſitio eſt manifeſta vt de parentheſi & ellipſi, in parentheſi additur vocalis in medio non faciens ſyllabam & eſt paſſio ionum vt κεινὴ pro κενή in ellipſi abiicitur γεραὸν pro γεραιόν.

De Diplaſiaſmo & parellipſi.

Diplaſiaſmus vero fit addita conſimili conſonante vt ὅττι pro ὅτι abiecta vero ex duabus conſimilibus conſonantibus quæ duplicari deberent vna fit παρέλλειψις vt κάλιον pro κάλλιον.

De Parempteſi & ecthlipſi.

Cum vero conſonans in eadem ſyllaba cum priore in medio additur fit παρέμπτωσις vt πτόλεμος pro πόλεμος cum vero abiicitur conſonans in medio fit ecthlipſis, vt σκῆπτον pro σκῆπτρον.

De Proſchematiſmo & apocope.

Proſchematiſmus eſt cum ſyllaba in fine additur & eſt in vſu omnibus linguis communi dumtaxat excepta vt πρώτιστα pro πρῶτα, & ἐγὼν pro ἐγώ. In apocope contra δῶ pro δῶμα.

De literarum tranſitu ac dictionum ad Latinos.

A mutatur in a. e. i. o. u. exempla pro κάλαθος calathus pro τάλαντον talentum pro κάναστρον caniſtrum pro μάρμαρον marmor pro Ἡρακλῆς Hercules mutato loco α.

Sic B in b frequentiſſime aliquando in P vel ph.

At Γ in g niſi vbi pronunciatur per ν vt ante γ. κ. ξ. χ. tunc enim conuertitur in n.

Δ in d communiter aliquando in b vel l.

E in e breue. Z in z noſtrum, interdum in ſſ.

H in e longum interdum in a longum & in æ. Θ in th interdum in t vel in d. I in i longum vel breue.

K in c interdum in p vel g. Λ in l. M in m. N in n. Ξ in x. O in o breue, & in fine dictionis in v maximè, tum etiam alibi aliquando, vertitur & in e aliquando non frequenter tamen.

Π in p interdum in ph rariſſimè in b, πύξος buxus. P in r cum aſpiratione ſi habuerit vt in initio.

Σ in ſ interdum in x vel z cum dores eas litteras pro σ pronuntient. T in t interdum in ſ cum t præceſſerit ος, vt oſſa pro ὀστᾶ. Υ in y & interdum etiam in u. Φ in ph interdum etiam in f vel in p vel in b. X in ch. Ψ in pſ interdum in bſ. Ω in o longum.

Aſpiratio quæ vocalibus præponitur in aſpirationem apud nos tranſit. Interdum verò maximè ſi ſuper ε fuerit, commutatur in s vel in n conſonantem, exempla ἕξ, ſex ἑσπέρα veſpera.

Diphtongi αι. ου. ῳ. ad nos ſolutis literis tranſeunt, commutatis tamen aliquando vt dictum eſt. Sed αι in æ & οι in æ item ει in i longum αυ in au & ευ in eu. At ου in v longum tranſeunt fere ſemper. Sed ᾳ ῃ & ῳ in ſuas literas a e vel i & o longas tamen, pro quo animaduertendum, quod vt Aldus teſtatur, antiqui punctum non ſubſcribebant impropris diphtongis, ſi vocalis eſſent, in fine dictionis, ſed appo-

nebant

nebant ι, minus tamen quam ſolet, & virgulæ inſtar, vt pro τῷ φωνίᾳ ſcriberet τῶ ϖντίαι, quod & nos etiam nunc in grandioribus literis obſeruamus, non enim τῷ ſed τοι ſcribimus.

CAPVT X.

De diuiſione partium orationis.

PArtium orationis quinque ſunt quæ variantur, ἄρθρον, ὄνομα, ἀντωνυμία, ῥῆμα, μετοχή, & tres quæ non variantur πρόθεσις, ἐπίῤῥημα, σύνδεσμος. Eædem apud Latinos cum articulus ſub nomine contineatur, quatuor tantum variabuntur, eumque aduerbium in interiectionem diſtrahatur, quatuor erunt etiam inuariabiles. Porro orationis caput verbum eſt, quod regit nomina cum pronominibus, reguntur propoſitiones aliquando, & aduerbia caſus requirunt vt etiam apud Latinos, vt ſum Romæ, ſum in Roma, procul vrbem vel ab vrbe, & magis candidus: monſtruoſum tamen apud Latinos aduerbium iunctum nomini, non tam apud Græcos, vt φεῦ τοῦ μεγέθους, καὶ πόῤῥω ἡμῶν ἐκεῖ, καὶ πάνυ τίμιος ἔξω τῆς χώρας. Hoc autem maximè eſt, quia & Interiectio & Propoſitionum plures quæ caſus regunt apud Græcos, aduerbia ſunt, vt hei mihi & extra regionem, nam ἐκτὸς τῆς χώρας & οἴμοι ἐμοῦ per aduerbia exprimunt, vel non poſſunt exprimere, ſed habent quaſi ἆ ἆ terrendi ac miſerendi. Omnia autem verba; vt nobis Latinis, nominatiuum ante ſe regunt caſum agendi vel patiendi, præter Imperſonalia, quæ diuerſis iungontur caſibus, poſt ſe autem diuerſos & actiuorum paſſiuorum, deponentium, neutrorum ac mediorum, ſeu communium ſpecies babent ſex, datiuo plerumque pro noſtro ablatiuo vtentes.

Modus diſcendi.

Nec quiſquam arbitretur hæc ſufficere, quæ nos tradimus, ſed nec omnino exceptione carere. Generales enim hic modos ac regulas tradimus; diſtinctius poſtmodum apud Theodotum, Conſtantinum, Vrbanúmque videbis, nam nos Oecolampadium imitati, antequam videremus paucula, etiam ex ipſo adiecimus. Inde Theodoro denuo diligenter inſiſtas, traductionéſque ſenſim fabularum Æſopicarum, Noui Teſtamenti etiam perlege. Luciani dein, poſt Platonis, inde Iſocratis, ad epiſtolas etiam ac vitas Diogenis ſine cortice peruenire poteris. Inde Homerum, Euripidem, poſt Demoſthenis & Æſchinis orationes Pindarumque: multum verò legere, ac Latinas dimittere litteras, optimè ac facillimè pronuntiare, diuerſis incumbere auctoribus, Socium laboris & græci ſermonis habere, cunctis mentem adhibere, aliqua vertere, citò diſcendi optima ſunt auxilia.

CAPVT XI.

De Articulis.

ARticuli Præpoſitiui, id eſt quæ nominibus non ſolum in declinatione, ſed in conſtructione præponuntur, tres ſunt; ὁ, ἡ, τό: declinantur autem vt infra.

Articuli maſculini ὁ τοῦ τῷ τόν, τώ τοῖν, οἱ τῶν τοῖς τούς.

Articuli fœminini ἡ τῆς τῇ τήν, τά ταῖν, αἱ τῶν ταῖς τάς.

Articuli Neutri τό τοῦ τῷ τό, τώ τοῖν, τά τῶν τοῖς τά.

Omnes Genitiui & Datiui circumflectuntur. Genitiuus pluralibus omnibus eſt vnus. Datiuus etiam ſingularis & Nominatiuus Dualis & Genitiuus Pluralis habent ω longum in neutro & maſculino, ſed ſingularis habet circumflexum: Dualis acutum, Pluralis addito ν conſonante.

Poſtpoſitiua eadem & numero & declinatione præpoſitiuis ſunt & genere, ſolum ablata conſonante Priore articuli, ſi quam habent, excepto Nominatiuo ſingulari maſculini, in quo ὅς vel ὁ vt vides.

Articuli maſculini ὃ vel ὅς οὗ ᾧ ὅν, ὣ οἷν, οἳ ὧν οἷς οὕς.

Articuli fœminini ἣ ἧς ᾗ ἥν, ἃ αἷν, αἳ ὧν αἷς ἅς.

Articuli neutri ὃ οὗ ᾧ ὃ, ὣ οἷν, ἃ ὧν οἷς ἃ.

Porro poſtpoſitiui grauantur qui non circumflectuntur, Præpoſitiui igitur hic hæc hoc, Poſtpoſitiui qui quæ quod.

CAPVT XII.

De Pronominibus.

HÆc ſunt XVII. Tria Primitiua, octo Poſſeſſiua, duo Demonſtratiua, Vnum relatiuum. Compoſita tria: accidunt eis genus, numerus, perſona, & caſus, eadem quæ & Articulo, præter perſonam qua caret articulus. Primitiua perſonæ primæ elidunt primam vocalem ſi fiant enclitica, præterquam in recto ἥκουσάς με, ἔδωκάς μοι, εὐφρανάς με. Primitiuorum variatio.

Ἐγώ ἐμοῦ ἐμοί ἐμέ, Νῶ Νῷν, ἡμεῖς ἡμῶν ἡμῖν ἡμάς, Ego, mei.

Σύ σοῦ σοί σέ, σφῶ σφῷν, ὑμεῖς ὑμῶν ὑμῖν ὑμᾶς, Tu, tui.

Οὗ οἷ ἕ, σφὲ σφῖν, σφεῖς σφῶν σφίσι σφᾶς, Sui, ſibi.

Poſſeſſiuorum numerus & Declinatio.

Ἐμός, σός, ἑός νωΐτερος, σφωΐτερος, ἡμέτερος, ὑμέτερος, σφέτερος.

Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſter, veſter, ſuus.

Trigenerica omnia ſunt vt ἐμός ἐμὴ ἐμόν, σὸς σὴ σόν, & maſculina cum neutris per tertiam declinationem, fœminina per ſecundam declinantur, hoc autem quam primum videbitur.

De Demonſtratiuis.

Hæc ſunt οὗτος & ἐκεῖνος ideſt hic & ille, declinantur autem trigenericè ſic.

Οὗτος, τούτου, τούτῳ, τοῦτον, ὦ οὗτος. τούτω, τούτοιν, ὦ τούτω. οὗτοι, τούτων, τούτοις, τούτους, ὦ οὗτοι.

Αὕτη, ταύτης, ταύτῃ, ταύτην, ὦ αὕτη. ταύτα, ταύταιν, ὦ ταύτα. αὗται, τούτων, ταύταις, ταύτας, ὦ αὗται.

Τοῦτο τούτου τούτῳ τοῦτο ὦ τοῦτο. τούτω, τούτοιν, ὦ τούτω. ταῦτα τούτων τούτοις ταῦτα ὦ ταῦτα.

Idem de ἐκεῖνος, ſed non aſſumit conſonantes, ἐκεῖνος ἐκείνου, ἐκείνη ἐκείνης, ἐκεῖνο ἐκείνου.

De relatiuo.

Αὐτὸς qui & ipſe trigenerice neutro & maſculino tertia declinatione, fæminino genere ſecunda variatur.

De compoſitis.

Ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ, Ideſt mei ipſius, tui ipſius, ſui ipſius. Hæ trium ſunt generum, Primitiuis ſimiles, tres habentes perſonas, carent ſingulari nominatiuo, & duobus reliquis numeris in omni genere in prima ac ſecunda perſona, variantur verò vt reliqua maſculinum cum neutro tertia declinatione, fæmininum ſecunda, verùm tertia perſona ſic in plurali coniunctim vel diuiſim. Ἑαυτῶν, καὶ σφῶν αὐτῶν. ἑαυτοῖς, καὶ σφίσιν αὐτοῖς. ἑαυτοὺς καὶ σφᾶς αὐτούς.

CAPVT XIII.

De Nomine.

NOmini accidunt ſex: κλίσις, γένος, εἶδος, σχῆμα, ἀριθμός, πτῶσις, hæc etiam latinis ſatis patent, verùm illorum declinationes ſunt XI. quatuor eorum quæ in genitiuo non excreſcunt, vocanturque ἰσοσυλλάβα, vna excreſcentium, vocatúrque περιττοσυλλάβα: contractorum Quinque. & vna ἀκλιτώτων.

De Pariſyllabis.

1 Prima eſt maſculinorum & communium in ας & ης, quorum terminationes hæ ſunt per caſus. ας, ου, ᾳ, αν, α vel ας atticè. α, αιν, α. αι, ων, αις, ας, αι. ης, ου, ῃ, ην, η vel ης atticè. α, αιν, α. αι, ων, αις, ας, αι.

2 Secunda fæmininorum in α & η quorum terminationes per caſus ſunt hoc modo. Si nominatiuus eſt per α η, ης, ῃ, ην, η. α, αιν, α. αι, ων. αις, ας, αι. Si per α purum, vel in ρα vel θα vel ρα. α, ας, ᾳ, αν, α. α, αιν, α. αι, ων, αις, ας, αι. Si per aliud α, à dictis α, ης, ῃ, αν, α. α, αιν, α. αι, ων, αις, ας, αι.

3 Tertia eſt maſculinorum fæmininorum communium & permiſcuorum in ος. & neutrorum in ον hoc modo. ος, ου, ῳ, ον, ε vel ος atticè. ω, οιν, ω. οι, ων, οις, ους, οι. ον, ου, ῳ, ον. ω, οιν, ω. α, ων, οις, α, α. Manifeſtum eſt quod in hac declinatione ex toto neutra neutrum ſequuntur articulum, cætera omnia maſculinum.

4 Quarta eſt maſculinorum fæmininorum & communium ac permiſcuorum in ως, atticè, & neutrorum in ων. ως, ω, ῳ, ων, ως. ω, ῳν, ω. ῳ, ων, ως, ως, ῳ. ων, ω, ῳ, ων, ων. ω, ῳν, ω. ω, ων, ως, ω, ω.

Manifeſtum eſt quod ω vbique ſeruat in omni caſu, & à tertia differt in terminationibus tantum ο breuis & ω longi: nam vtraque habet ν in neutro & ς in aliis generibus, omniaque complectitur genera. Commune eſt autem omnibus declinationibus pariſyllaborum, & Impariſyllaborum, & contractorum, vt genitiuus pluralis ſit in ων, & in neutris Nominatiuus, Accuſatiuus & Vocatiuus ſint ſemper inter ſe ſimiles. Animaduertendum etiam quod dualis ſemper habet acuſatiuum cum nominatiuo, & datiuum cum genitiuo; ideo habet tantum tres caſus cum reliqui numeri habeant quinque. In omni etiam declinatione varietas, quæ accidit ex prima terminatione Nominatiui, non procedit ad reliquos numeros, ſcilicet dualem & pluralem, niſi comparetur neutrum ad aliud genus, velut τὸ ξύλον & ὁ λόγος, quamuis ambo ſint tertiæ declinationis: aliter tamen in plurali variantur propter generis diuerſitatem: in duali tamen nunquam: in ſingulari verò variantur, etſi nullum illorum neutrum fuerit, cum habuerint diuerſas terminationes, vt τιμή & μοῦσα in ſecunda declinatione, & in quinta periptoſyllaborum ac contractis paſſim.

De periptoſyllabis.

Quinta declinatio eſt excreſcentium vna ſyllaba in omni numero, & terminationes nominatiuorum ſunt XLV, & ideo ponam terminationes reliquorum dimittendo vocatiuum ſingulatem. ος ι α vel ν. ε ειν ε. ες ων, σι, ας, ες. Omnia genera in hac inueniuntur declinatione, terminationes verò in ν. ξ. ρ. σ. ψ ſuper α. η. ι. υ. ω. & per apocopen etiam ο. Eſt autem differentia in accuſatiuo ſingulari, cum terminetur quandoque in ν retenta ſua vocali vt βότρυς βότρυν, & in datiuo plurali ξ & ψ retinentur ante ι, non mutata in σ vt κύκλωψ κύκλωψι, κῆρυξ κήρυξι. Item ſi ο ante conſonantem fuerit, in nominatiuo fiet datiuus pluralis per ουσι diphtongum, vt λέγων λέγουσι. & quæ habent ως vel ος cum ι vel υ in genitiuo ſingulari, quamuis vertant in diphtongum: de reliquo ſeruant regulam vt βοῦς βοὶ βουσί. Item quæ in ηρ deſinunt, à nominatiuo ſingulari datiuum formant pluralem in ρασι vel δρασι, vt μήτηρ μητράσι, ἀνὴρ ἀνδράσι.

CAPVT XIV.

De varietatibus genitiuorum ſingularium, & primò maſculinorum.

AN. ιν. ιν per additionem ος: ην adiectiua duorum generum & poliſyllaba

quæ

quæ in μην mutant ην in ενος, præter δαμὼν, reliqua adduot ος præter ἄδην ἄζην αυχην quæ in ενος: ην βαρύτονα Deriuatiua ενος, verbalia vel generis communis in ενος. Quę habent fœminina in αινα, vertunt in οντος circumflexa per οντος, præter πασιδῶν πασιδῶνος & ταῶν ταῶνος. Oxytona ſi in δων vertunt in ονος, præter σιδὼν σιδῶνος, cætera addunt ος.

2 Αξ ηξ mutant ξ in κος, ſed ἄναξ aſſumit τ vt fiat ανακτος, vel mutant in χος: ſed quæ à verbis in ζω vertunt in γος. ιξ βαρύτονα per χ, oxytona per γ, mutato ξ; υξ in κος vel γος, ωξ in κος vt ϖλὼξ ϖλωκὸς præter ῥὼξ ῥωγὸς. ηρ. υρ. ειρ per additionem ος, τηρ ſeruant τηρος præter ἀνὴρ ἀνέρος vel ἀνδρὸς, πατρὸς vel πατερος, cætera in ηρ faciunt per ερος præter ϖοδήρος & ἴβηρος, ωρ mutat in ορος. Excipe nomina Romanarum dignitatum & grauitona habentia λ ante ω, & quæ ſunt oxytona; ſeruant enim ωρος.

3 Quæ in ψ per ϖ variantur exceptis quæ à τρίβω deſcendunt & φλὲψ, φλὸψ, κολψ, λίψ Item ἄραψ, κάλυψ, κέρνιψ, θαρυψ, quæ per β & κὰνυψ σκίραψ κατῆλιψ quæ per φ vt κίνυφος:

4 Σ ſupra α mutatur in ντος, præterquam in Ionicis, vt μέλανος à μέλας & τάλανος à τάλας. Quæ in ας monoſyllaba oxitona & poliſyllaba oxitona à verbis deriuata ſeruantia voam præteriti ſyllabam, vt δάμας à δίδμαται, & quæ ante αλις habent vocalem immutabilem, vt ἱππάλας & grauitona Iambica à verbis deriuata ας mutant in ντος. Circumflexa in ας ab εις & à Latinis deriuata faciunt αντος pro ος.

Quæ in κλῆς terminantur, & quæ in ωρας ηνς ωδης, oxytona in ηνς, diſſyllaba in ρης, compoſita à nominibus in ος. Item propria à verbis vel neutris compoſita, & adiectiua habentia neutrum in ες vertunt, ης in εος vel in ους per craſim, ἄρης habet ἄρεος, ἄρητος, ἄρους, ις habet ιδος, ſi duplex conſonaos præierit vt ὄρνις ὄρνιθος, habet ιδος vel ιος ionicè, ſi penultima longa fuerit, & compoſita à ϖόλις & à μάντις & propria quæ duplicem habent ante ις conſonantem, Cætera habent ιος cómune præter τις quod habet τινὸς, ις monoſyllaba præter participia in εις, reliqua in ντος: υς quod per tria genera variatur habet εος, quæ vnius ſunt generis habent υος, & quædam εως, ϖελέκυς πρέσβυς ϖῆχυς, at quæ ὑποκοριστικὰ poliſyllaba circumflexa faciunt υ, vt ὁ καμῦς τοῦ καμῦ, cætera quæ deriuantur, in δος. ος vnum habet in οντος, quod eſt ὀδοὺς, & in ντος, quæ ab εις componuntur, & in ποδος, quæ à ϖοὺς, vt ϖοῦς δίποδος. Attici habent ωος in genitiuo & οἰδίποδος οἰδίποδου, cætera habent ος putum vt νοῦς, νοὸς, ους habet ωτος, ως in poliſyllabis oxitonis, vel quotum penultima breuis eſt, & monoſyllabis non habentibus τ. θ. δ. facit ωτος, item ἴλεως. Sed oxytona monoſyllaba & grauitona poliſyllaba penultimam producentia in ωος. Sed monoſyllaba circumflexa in ω, vt ὁ ϖῶς τοῦ ϖῶ. Quę in duas conſonantes ſeruata immutabili per duas declinantur vt ὄλμινς ἕλμινθος, excipe ἅλς quod facit ἁλὸς.

Feminina.

Ην. ιν. υν. ων addunt ος, excipe γλὴν indeclinabile, & φρὴν quod habet φρενὸς, & oxytona in ων, & numina vrbium quæ in penultima babent η cum hoe vertunt ω in ο. Veruntamen etiam λακεδαίμων habet λακεδαίμονος: αξ αιξ αυξ ηξ ιξ υξ γξ ρξ in his vbi γ præcedit, ξ vertitur iu γος, σφὶγξ σφιγγὸς, vbi alia conſonans præcedit ξ conuertitur ξ in κος. Poliſyllaba etiam in υξ & monoſyllaba, in quibus ξ præcedit vocalis, vertunt ξ in γος, cætera in quibus vocalis ξ præcedit, vertunt in κος. Sunt extra regulam νὺξ νυκτὸς vol νυκὸς, σὶξ στιχὸς, βὴξ βηκὸς, μάστιξ μάστιγος, θρὶξ θριχὸς, θραὶξ θρακὸς, θρὰξ θρακὸς, λαὶξ λακός: αρ & ηρ addito ος, ηρ & ωρ addito ος, ſed mutato α in ε & ω in ο, ας tat σ in δος: excipe κρὰς κρατὸς, τέρας τέρατος, ἀγρέγας ἀγρέγαττος, αυς αυτος, αυς αος, υος υος. Cætera in υς grauitona per υος, oxytona per υδος. Excipe κῶμυς κώμυθος, κόρυς κόρυθος, ἄγλυς ἄγλυθος, item νηδὺς ὀΐζυς ὄρτυγος ... ἰταδὺς per υος, mutata σ. In ας mutat σ in τος vel in δος, quãdoque in ιος ratiſſima, ὀπίας ὀπίαντος, κλαὶς κλαιδὸς, in ους mutata σ in ντος. Quæ in ως duo ſunt αἰδὼς αἰδοῦς ἠὼς ἠοῦς, ſed per craſſim vt videbitur mutantur. Quæ in ις mutant σ in δος, præter ἄγλις ἄγλιθος & quæ in νις, ſi breuem penultimam habeant, & fœmioina à ϖόλις compoſita. & propria hæc χάρυβδις σάρδις, τράλλις, σκῆψις, ἱππίσκηψις, ξόϊς σ δις ἀμῆις, ταμιάδις ἄσπιδις, hæc enim in ιος præter ὄρνις μόρμις δίλλις, quæ in ιθος. Quæ habent ψ ſupra vocalem, regulam ſequuntur maſculinorum.

Neutra.

Hæc in vocales plerumque terminantur, & ſuor terminationes α. ι. υ, & per apocopen ε. α. ω in conſonaotes ν. ρ. σ. Literarum numina non declinantur. Quæ in α vel ι addunt τος, excipe γάλα γάλακτος, μέγα μέγαλου, ἔρι ἀρὶ ἄλφι τρέφι non declioantur. Neutra communium nominum ſeruant illorum variationem, τὸ τινὸς, τὶ τινὸς. Quæ in υ ſi penultima eſt breuis addunt ος, ſi longa eſt penultima, vel nomen trium generum vertit υ in εος.

Quæ in ν terminaotur, ſunt adiectiua vel participia, ideo decllnantur vt ſua maſculina. Quæ in ηρ. ερ. υρ, ωρ ſequuntur regulam addendo ος nominatiuo. Quæ in αρ ſi habent in penultima ω, ſunt indeclinabilia, reliqua ſi vel longa Penultima fuerit vel poliſyllaba, vertunt ρ in τος, item νέαρ & φρέαρ, reliqua in αρ addunt ος.

Quæ in ους inderlinabilia ſunt vel mutantur in οτος. Quæ in ας vel ως mutant σ in τος, Quæ in ος mutant ος in εος. Quæ in ες habent maſculina in ης, & illorum more declinantur, mutando ες in εος. Quæ in ας putum deſinunt vel habent λ vel σ ante ας, vertunt σ in τος: cætera ſunt in-

declinabilia niſi apud Iones quæ vertunt ευ in ει.

De reliquis caſibus.

Cæteri caſus formantur vt dictum eſt à genitiuo mutato ος, vt in datiuo in ι, ideo ſupradictæ regulæ ſeruiunt omnibus caſibus, cum non à nominatiuo formentur: accidunt tamen varietates in datiuo plurali quas diximus; & in accuſatiuo & vocatiuo ſingulari.

De accuſatiuo ſingulari.

Quando nominatiuus habet penultimam ancipitem, & genitiuus deſinit in ος purum, accuſatiuus fit per ν, ſeruata vocali nominatiui, & quæ deſinunt in ους in nominatiuo, habent vtrumque accuſatiuum vel per α, vel per ν, & quæ in ις habent nominatiuum, plerumque habent mutata vocali nominatiui accuſatiuum in ν, reliqua vero habent per α.

De vocatiuo Quintæ declinationis, ex Chryſolora.

Barytona quæ in immutabilem deſinunt in nominatiuo, vocatiuum formant à genitiuo abiecto ος. Quæ habent genitiuum per ντος non antecedente diphtongo abiiciunt τος. Barytona quæ in ης habent nominatiuum, & ſūt compoſita, & genitiuum per εος & per craſim in ους reiecto tono, mutant ης genitiui in ες in vocatiuo, & ſimiliter ἀνὴρ πατὴρ δαὴρ σωτὴρ mutant ηρ in ερ longam vocalem in ſuam breuem. Quæ deſinunt in σ antecedente ι vel υ vel diphtongo vocatiuum faciunt abiecto σ exceptis πλοῦς & ὀδούς, nam hæc ſimilem habent vocatiuum nominatiuo. Quæ in ω vel ως quorum genitiui per οος & per ſyneresim in ους contrahitur, vocatiuum habent in οι, reliqua quæ in his regulis non continentur, vocatiuum nominatiuo ſimilem habent.

CAPVT XV.

De linguarum varietate in declinationibus.

Variantur linguæ tantum in genitiuis ſingularis & dualis, & datiuo & accuſatiuo plurali, vt in exemplo tertiæ coniugationis. Genit. Singul. λόγου communiter λόγοιο attic. Ion. λόγω Doric. Genit. Dualis λόγοιν commun. λόγοιιν Ion. Datiu. Plural. λόγοις commun. λόγοισιν Ion. Accuſ. Plural. λόγους commun. λόγως & λόγος Doricè.

De contractis.

Regula generalis eſt, contractionem nunquam fieri niſi in quinta declinatione quæ eſt creſcentium genitiuorum, quando ος genitiui ſingularis præceſſerit vocalis alia quæ breuis ſit vel anceps, aliter nunquam. In prima igitur contractorum eſt ε in genitiuo ante ος. In ſecunda eſt ι ante ος in genitiuo. In Tertia ſunt nomina tantum maſculina, habentia ευς in nominatiuo. In quarta ſunt tantum fæminina, quorum nominatiuus terminatur in ω vel ως. In quinta ſunt neutra ſolum terminata in ας purum vel in ρας. Prima in ης maſc. & fæm. & in ος vel ος neutrorum vertit hoc modo caſus alios à recto ſingulari, qui in nulla declinatione contrahitur. εο, εϊ, εϊ, εα, εε, εοι, εω ου, ει, ει, η ει, η ας, ες, α, intellige igitur & in hac & in aliis, quod vbi vltimæ ſyllabæ ante conſonantem, vel ſine ea recta declinatione reciperent ſuperiores ſyllabas, loco earum recipiunt inferiorem tantum quæ in ſuperioris directo poſita eſt, vnde patet datiuum pluralem in nulla declinatione contrahi poſſe, quanquam vocalis permutari ſoleat.

Secunda quæ eſt in ις maſc. & fæm. & in ι neutrorum ſic contrahitur ει, ει, ια ι, ι, ι, Tertia habet contractionem à Prima, contractio autem quartæ talis eſt οο οϊ οα ου ου ω Quintæ verò αα, αϊ, αι, ααι, αα, αω. ω, α, α, ᾳ, α, α. Prima contrahitur in omni caſu niſi in vocatiuo ſingulari & datiuo plurali.

Secunda ſolum in datiuo ſingulari & nominatiuo duali & vocatiuo, & in nominatiuo accuſatiuo & vocatiuo plurali & in iiſdem caſibus, tertia.

Quarta in ſingulari numero ſolum contrahitur in genitiuo datiuo & accuſatiuo, & in reliquis numeris contrahitur vbique, præterquam in datiuo plurali & eſt contractio primæ ad vnguem. Quinta contrahitur vbique præterquam in nominatiuo & vocatiuo ſingulari & datiuo plurali: genitiuus tamen ſingularis & qui ex eo pendent, more ſolum attico contrahuntur, non aliter. Pendent autem à genitiuo ſingulari dualis & pluralis genitiuus, ita quod ſingulari contracto reliqui etiam contrahuntur, non contracto non contrahuntur, vt in ſecunda & tertia declinatione.

Nota quod in οος vel εος nomina terminata in omnibus caſibus etiam in nominatiuo ſingulari contrahuntur & datiuo plurali, vt νόος πλόος & χρύσεος & contractio nominatiui in οῦς. Et talia nomina ſunt de tertia declinatione pariſyllaborum.

De

De ὀλιγοπαθῶν

Sunt quæ in paucis caſibus contrahuntur, talia ſunt comparatiua in ων vt μείζων, nam accuſatiuos ſingulares in ω Attici finiunt, & in plurali contrahunt nominatiuum accuſatiuum & vocatiuum, & in eiſdem caſibus ac etiam in datiuo ſingulari contrahuntur, quæ in υς oxytona; & in eiſdem etiam quæ in υς barytona contrahuntur, quamuis non in datiuo ſingulari.

Nota quod in 2. declinatione contractorum appellatiua quæ in ις vel υς vel αυς faciunt accuſatiuum in υ ſeruata vocali nominatiui.

Sunt & quædam quæ ſic declinantur: nomina in αυς fœminina ἡ ναῦς, τῆς ναὸς καὶ νηὸς καὶ νεώς, τῇ ναὶ καὶ νηί, τὴν νᾶα καὶ νῆα καὶ ναῦν, ὦ ναῦς καὶ ναῦ, τὼ νάε καὶ νῆε, ταῖν ναοῖν καὶ νηοῖν, ὦ νάε καὶ νῆε, αἱ νάες καὶ νῆες, τῶν ναῶν καὶ νηῶν καὶ νεῶν, ταῖς ναυσὶ καὶ νηυσὶ, τὰς νάας καὶ νῆας καὶ ναῦς, ὦ νάες καὶ νῆες: ſic & γραῦς, verum hæc magis etiam ex dialectis pendent. Nota etiam quod vbi ſunt contractiones, Græci vtuntur eis.

Experimenta declinationum ſine dialectis.

Primæ quatuor declinantur eodem modo exceptis terminationibus, ideo omnibus illis vnum exemplum ſatisfaciet, ἡ ὀνομαστικὴ ὁ χρύσης, ἡ γενικὴ τοῦ χρύσου, ἡ δοτικὴ τῷ χρύσῃ, ἡ αἰτιατικὴ τὸν χρύσην, ἁ κλητικὴ ὦ χρύση ποιμῆς, καὶ ὦ χρύσης ἀτίμως. Δυϊκὸς ἁ ὀνομαστικὴ καὶ αἰτιατικὴ τὼ χρύσα, ἁ γενικὴ καὶ δοτικὴ τοῖν χρύσαιν, ἁ κλητικὴ ὦ χρύσα: πληθυντικὸς, ἁ ὀνομαστικὴ οἱ χρύσαι, ἡ γενικὴ τῶν χρυσῶν, ἡ δοτικὴ ταῖς χρύσαις, ἡ αἰτιατικὴ τοὺς χρύσας, ἡ κλητικὴ ὦ χρύσαι, verùm gratia breuitatis tum maximè, qui cum iudicio diſcunt, caſus prætermittunt, quod in pueris non laudo tamen.

Exemplum quintæ, quæ eſt Periproſyllaborum ἡ τρυγών, τῆς τρυγόνος, τῇ τρυγόνι, τὴν τρυγόνα, ὦ τρυγών, τὼ τρυγόνε, ταῖν τρυγόνοιν, ὦ τρυγόνε, Αἱ τρυγόνες, τῶν τρυγόνων, ταῖς τρυγόσι, τὰς τρυγόνας, ὦ τρυγόνες.

Exemplum propriæ & quartæ contractorum, quæ vt diximus ſimiles ſunt. ὁ Δημοσθένης, τοῦ Δημοσθένους, τῷ Δημοσθένει, τὸν Δημοσθένην, ὦ Δημόσθενες, καὶ ὦ Δημοσθένη. τὼ Δημοσθένη, τοῖν Δημοσθενοῖν, ὦ Δημοσθένη. οἱ Δημοσθένεις, τῶν Δημοσθενῶν, τοῖς Δημοσθένεσι, τοὺς Δημοσθένεις, ὦ Δημοσθένεις.

Exemplum ſecundæ & tertiæ contractorum ὁ ὄφις τοῦ ὄφιος τῷ ὄφι καὶ ὄφει τὸν ὄφιν ὦ ὄφι, καὶ ὦ ὄφιν: τὼ ὄφη τοῖν ὀφίοιν ὦ ὄφη: οἱ ὄφις καὶ ὄφιες τῶν ὀφίων τοῖς ὄφισι τοὺς ὄφις καὶ ὄφιας ὦ ὄφιν καὶ ὄφιες.

Exemplum quintæ contractorum τὸ κρέας τοῦ κρέατος τῷ κρέα, τὸ κρέας ὦ κρέας: τὼ κρέατε τοῖν κρεῶν ὦ κρέατε, τὰ κρέα τῶν κρεῶν τοῖς κρέασι τὰ κρέα ὦ κρέα.

Manifeſtum eſt autem quod & alias habent variationes, quæ ad dialectus pertinent, & quod vnumquodque contractorum per quintam periproſyllaborum integrè abſque contractione poteſt variari, verùm parum hoc eſt in vſu. Ex hoc etiam eſt manifeſtum, qualiter in omni contractorum declinatione genitiui dualis & pluralis ſemper circunflectuntur, & ſoli ſi nominatiuus non circunflectitur.

CAPVT XVI.

De nominibus quæ proprias ſibi vendicant declinationes.

Adiectiuorum ſpecies ſunt Diminutiua, comparatiua, ſuperlatiua, poſſeſſiua, denominatiua, patronymica & verbalia: tum verò quaſi à latere numeralia atque item Heteroclita, docendæ autem & cum declinationibus formationes erunt.

De Heteroclitis.

Quædam ſunt quæ in ſingulari maſculina vel fæminina ſunt, in plurali neutra: vt hæc. ὁ δίφρος, ὁ δεσμός, ὁ ζυγός, ὁ λύχνος, ὁ μοχλός, ὁ νῶτος, ὁ σαθμός, ὁ τράχηλος, & in plurali τὰ δίφρα, τὰ δεσμά, τὰ ζύγα, τὰ λύχνα, τὰ μοχλά, τὰ νῶτα, τὰ σαθμά, τὰ τράχηλα, & ex fæmininis ἁ κέλευθος ἁ τάρταρος, habent enim τὰ κέλευθα τὰ τάρταρα: & quæ variant caſus, vt ὁ ζεύς, τοῦ διός, τῷ διί, τὸν δία. ὦ ζεῦς vel ζεῦ εἷς facit ἑνός vel εἷδος Quædam ambiguum rectum habent, & ideo etiam diuerſis variantur modis, vt ὁ ζέως & ὁ ζέω & ſic facit ζωνός. φθοΐς, φθοῖς. ὄϊς, ὁ ἶς. πλακόεις, πλακοῦς. σημόεις, σημοῦς. υἱὸς υἱοῦ vel υἱέος υἱέος, vel υἷος & ita μοσὸς vel μοσοῦ vel μοστὸς vel μουσέως, θαλῆς vel θάλης Primum eſt tertiæ; ſecundum quintæ declinationis: ſic εἴδεως quintæ οἰδίποδας tertiæ.

De adiectiuis.

Omnia adiectiua vera apud græcos ſunt trium generum, quæ verò ſumuntur quandoque pro ſubſtantiuis, etiam ſunt duorum generum, ſcilicet maſculini ac fœminini.

De Numeralibus.

Vnum trigeneticum eſt & in ſingulari

tantum declinatur: duo & reliqua etiam trigenerica omnia, verùm duo in duali tantum, ſed habet tamen datiuum pluralem δυσί, tria & quatuor & quæ ſupra centum per integra centena procedunt in plurali, tum ea quatuor ad centum omnes numeri ſunt indeclinabiles; ἄμφω & δύο ſic per tertiam variantur declinationem. ἄμφω ἀμφοῖν. δύο καὶ δύω ἀττικῶς, δυοῖν καὶ δυεῖν. Verum vnum habet tres voces in tribus generibus diuerſas & ſupra centum, vt οἱ διακόσιοι αἱ διακόσιαι, Sed δύο habet tria genera in vna voce; at verò trium & quatuor maſculini & fœminini vna eſt vox, neutri alia, ſupra centum & infra, quæ variantur præter ἄμφω & δύο ſecundum Quintam declinationem.

De verbalibus.

Fiunt à præterito perfecto modi indicatrici paſſiui à Prima perſona plurima in α & ος, à ſecunda fæminina in ις, à tertia trium generum in τος, & appellatiua in ηριον.

De diminutiuis.

Maſculina habent ας, κος, λος, αξ, ιον, & ον diſſyllabum; fœminina ον, ις, ιον neutra ον.

De diminutiuis.

Maſculina habent ον, fæminina της, neutra in fine habent, ιον, alia in ον, vt plurimum trigenerica neutra ſunt, vt φιλικὸν quod eſt amitiale.

De poſſeſſiuis.

Trigenerica in κος & ειος à finitis in ος & in ειον vel ιον ab ευς ſed non ſemper.

De patronymicis.

Maſculina quæ à Prima coniugatione in αδης αινειάδης, & quæ à genitinis in ου purum: ſimiliter quæ ab aliis in ου non purum, in ιδης verùm & quæ per ſynæreſim quanquam pura in ιδης, & jonico more in ων formant, fæminina verò à maſculinis abiectione ης: ſunt & Impropria Patronymica maſculina quidem in δος, fæminina in ω, vt ſint tam maſculinorum quam fæmininorum tres terminationes, maſculina primæ, fæminina quintæ declinationis.

De Comparatiuis & ſuperlatiuis.

Maſculina quæ à poſitiuis in ος, faciunt plerumque comparatiuum mutato ο in τερος, & tunc faciunt ſuperlatiuum in τατος mutato ο: eadem formatio vt plurimum eſt terminatorum in υς. Quæ verò in ης poſitiuum habent, plerumque in comparatiuo addunt τερος, & in ſuperlatiuo τατος, mutata η in ε. Alia formatio eſt comparatiuorum in ων, & horum ſuperlatiuum eſt in ςος, & quædam habent primarum alteram tantum formationem, & hoc eſt frequentius, quædam habent vnam ex primis cum hac ſecunda etiam vt ταχὺν, ταχύτερος, ταχύτατος, & θάσσων, τάχιστος, & quædam habent ſecundam formationem ſolum, & ſunt ἀγαθὸς, αἰσχρὸς, ἐχθρος, καλὸς, κακὸς, μέγας, μικρὸς, πολὺς, & Quædam habent extra normam vt φίλος, cuius eſt φίλτερος φίλτατος, & ῥᾴδιος quod habet ῥᾴων ῥᾷστος Quæ igitur maſculina formant in τερος, comparatiuum, & ſuperlatiuum in τατος, fœmini comparatiuum eſt in τερα, & ſuperlatiuum in τατα; neutri vero comparatiuum in τερον, ſuperlatiuum in τατον. At quæ formant maſculina comparatiuum in τερος, & ſuperlatiuum in τατος, fœminini comparatiuum eſt in τερα, ſuperlatiuum in τατα, neutri vero comparatiuum in τερον, ſuperlatiuum in τατον: at quorum maſculina habent comparatiuum in ιων vel ειων, & ſuperlatiuum in ιστος, fœminini comparatiuum eſt idem cum maſculino, ſuperlatiuum verò eſt in ιστη, neutri verò comparatiuum eſt in ιον per ε breue, & ſuperlatiuum in ιστον. Sunt autẽ pleraque trigenerica, maximè quæ habent alteram duarum Primarum formationum. Sunt etiam quædam, quæ vltra debitum comparatiuum ac ſuperlatiuum alia extra formam omnino habent, vt καλὸς quod habet ἀρείων & λωΐων pro comparatiuis, & ἄριστος ac λῷστος pro ſuperlatiuis. Cæterum fiunt etiam comparatiua à Participiis, Propoſitionibus & aduerbiis ἐῤῥωμενέστερος, πρότερος, ἐγγύτερος.

Cognitio nominis cuius ſit declinationis.

Quæ in ας purum ſuperdiſſyllaba ſimplicia Maſculina barytona deſinunt, ad Primam pertinent declinationem: eorum verò quæ in ης quæcunque ſimplicia vnius generis barytona longam habuerint penultimam, ſimiliter & non ſimplicia niſi à neutris in ος componantur, & quæ in δης, niſi à neutris in δος componantur, & quæ in της penultima breui præter κρέτης. Quæ in α vel η fœminina ſecundæ ſunt declinationis.

Quæ in ος maſculina & fœminina, & in ον neutra, tertiæ ſunt declinationis.

Quæ verò in ως maſculina & fæminina Atticè, & in ων neutra, eodem modo ad quartam pertinent: item quæ Doricè in ας & ης deſinentia, ς in genitino abijciunt, λάας, λάα, πολλῆς πολλῆ: cætera omnia per quintam inflectuntur, cuius etiam contractorum differentiam ſuperius oſtendimus.

De motione adiectiuorum de genere in genus.

Adiectiua habent in maſculino ς vel ν, quæ habent ſic formant.

De Comparatiuis & ſuperlatiuis per genera.

Habent Græci ſuperlatiuũ,ſuper ſuperlatiuũ vt ἐσχατώτατος quod eſt ſummũ extremi,vt etiam in materna lingua habemus. In comparatiuis autem, quæ habent poſitiuũ cum εις, in fine in formatione comparatiui abijciunt ι. Quædã etiam addunt comparatiuum formando ιστερος & ιστατος pro ſuperlatiuo ſupra poſitiuum, tum maximè cum ipſum in ν deſierit. Eſt etiam in his aduertendum: quæ comparatiuum in ωτερος, & ſuperlatiuum in οτατος faciunt; quoniam ſi penultima poſitiui longa fuerit natura vel poſitione, formatio erit per οτερος & οτατος: ſi breuis per ωτερος & ωτατος. Idem dico de formatione per εστερος & εστατος, nam ab ος fiunt, vt longa vocalis vltima poſitiui in breuem vertatur, & è contra.

CAPVT XVII.

De verbis.

VErborum contemplatio longe plus refert apud Græcos quam apud Latinos, non ſolum quod multò ſit difficilior, ſed quod verba cũ his quę ab eis formantur, Participiis, Nominibuſque Verbalibus, tum Aduerbiis, quorum omnium immenſa eſt multitudo, latè plus dimidio ſermonis Græci occupant, habent plura tempora, plures Numeros, plura Participia, plures formandi modos, tum etiam ipſa verba frequentiora, & quæ vim nominum ipſorum cum tota expreſſione verbali contineant, vt σεληνιάζομαι quod eſt fio lunaticus, & ποδαγρῶ quod eſt podagra laboro, & μελαγχολῶ quod eſt melancholicus ſum: habent inſuper & media verba plus nobis, ideo verborum cognitio magnifacienda eſt.

De his quæ verbis accidunt.

Accidunt verbis octo: γένος, εἶδος, σχῆμα, ἀριθμὸς, ἔγκλισις, χρόνος, πρόσωπον, καὶ συζυγία. Genera quinque ſunt. Actiuum τύπτω, Paſſiuum τύπτομαι, Neutrum ὑγιαίνω, Medium quod eſt commune βιάζομαι, Deponens μάχομαι. Neutrorum quædam ſubſtantiua ſunt, & quæ in maximo vſu, vt εἰμί, τυγχάνω, ὑπάρχω, quæ omnia eſſe ſeu exiſtere ſignificant; Actiua verò in per ſe actiua, vt μάχομαι, & Paſſiua in per ſe paſſiua velut πάσχω, diuiduntur. Species vt apud Latinos Primitiua, Deriuatiua. σχῆμα ſimplex, compoſita, decompoſita; figura φέρω, εἰσφέρω, προσεισφέρω. Numerus; Singularis, Dualis, Pluralis: omnes autem habent tres perſonas niſi quod dualis actiuorum Prima caret. Modi quinque, ijdemque qui apud Latinos. Tempora Præſens, Præteritum, Imperfectum, Perfectum, Pluſquam perfectum, Indefinitum primum, Indefinitum ſecundum; Futurum Primum, Futurum ſecundum, & Paulopoſt futurum, quod tamẽ in actiuis nunquam: ex his duo poſterius inuenta fuere, atque ob id non principalia ſunt, imo etiam plerumque aliis iunguntur, vt apud Latinos Præteritum Imperfectum Præſenti, Pluſquam perfectum Perfecto. Coniugationes vero XIII. ſex Grauitonorum in ω deſinentium. Tres circumflexorum in ῶ, quæ omnes à ſexta grauitonorum, in qua eſt ω purum fiunt contracta, ſeu eliſa vocali, quæ ante ω eſt vt βοάω βοῶ. Quatuor verò in μι deſinentium, quarum tres primæ à tribus circumflexis per ordinem fiunt, mutato ω in μι, & ante poſita ι loco præcedentis vocalis, vt τιθέω τιθῶ τίθημι, ἱστάω ἱστῶ ἵστημι, διδόω διδῶ δίδωμι; anteponitur autem in tertia coniugatione ι loco η. & hæc formatio verius habetur à verbis ſextæ coniugationis barytonorum, ſicut & quarta ab eadem ſexta fit coniugatione. Sũt & præter hæc impersonalia vt χρή & Anomala quæcunque quæ quidem duas habent conſonantes, deriuatiua diuerſas, ſi non ex quarta fuerint coniugatione; Barytonorum ſunt Heteroclita, & per τ vel σ inflectuntur. Quæ Imperſonalia non ſunt ſi actiua vel neutra, in ω vel μι deſinunt: omnia reliqua Paſſiua, communia, Deponentia in αι. Quæ igitur actiuam habent ſignificationem, in ω vel μι deſinentia, actiua ſunt: quod ſi paſſiuam neutro paſſiua. Quæ in αι paſſiuam habent ſignificationem paſſiua, quæ actiuam deponentia, quæ vtramque communia, quæ nec agere nec pati propriè neutra. Habent autem Græci quod Latinis non eſt: actiuum, paſſiuum & commune in eodem verbo, vt τύπτω, τύπτομαι, καὶ τύπτομαι pro communi etiam.

De Participiis.

Cæterum cum Participiorum cauſa breuis ſit, & nominibus affinis, hic pertractanda eſt, vt poſt ſimplicem cognitionem verborum ipſa abſoluantur. Fiunt autem tantum à modo Indicatiuo, & à temporibus perfectis: diximus enim Præteritum, Pluſquam perfectum & Imperfectum non eſſe verè præterita. Ideo ab illis nunquam formantur Participia, verùm à reliquis temporibus omnibus, vt dicam.

De Participiorum accidentibus.

Accidunt ei nouem: Genus, Caſus, Declinatio, ſignificatio, Tempus, Coniugatio, Numerus, Species, Figura; & Prima quidem tria à Nomine, ſequentia tria à Verbo, reliqua tria ab vtroque.

De genere caſu & declinatione.

Genera & caſus eadem quæ in nominibus. Declinatio; omnia Fæminina ſunt ſecundæ declinationis: Maſculina & neutra omnia Quintæ quæ actiua ſunt. Paſſiua & media tertiæ, niſi quòd Indefinita paſſiui, & Præterita perfecta medij, & ipſa ſunt Quintæ.

De

Digitized by Google

De numero ſpecie & figura.

Speciem & numerum habent, vt nomina & verba; ſic & figuram: ſed tamen illa ſemper à ſuo verbo pendet, nam à compoſitis compoſita, à ſimplicibus ſimplicia deriuantur. Sunt autem omnia ſpeciei deriuatiuæ.

De ſignificationibus, coniugationibus, & terminationibus.

Actiua habent terminationes ων, ας, ων. Paſſiua & media μενος & εις: quæ verò in μι verba deſinunt, habent εις, ας, υς. ους & ων.

De illorum Temporibus.

Non niſi ab Indicatiuo modo formantur, & ab omnibus ſemper temporibus Principalibus: nunquam enim vt dictum eſt, Præteritis, Imperfectis, nec Pluſquam perfectis formantur, quo fit vt ab actiuis ſex, à paſſiuis ſeptem, à mediis ſex, & hoc Grauitonis & circumflexis: ſed ab his quæ in μι ab actiuo Quinque, à Paſſiuo Quinque, à medio Quatuor, vel tantum tria, vt in Prima coniugatione: ſed In quarta coniugatione vnum tantum ab actiuo, vnum à paſſiuo, à medio nullum exemplum.

Grauitonorum & circumflexorum.

Actiua.

Præſens τύπτων, Præteritum perfectum τετυφώς, Indefin. 1. τύψας, Indefin. 2. τυπών, Futurum 1. τύψων, Futurum 2. τυπῶν, Paulo poſt futurum τετυψόμενος.

Paſſiua.

τυπτόμενος, τετυμμένος, τυφθείς, τυπείς, τυφθησόμενος, τυπησόμενος,

Media.

τυπτόμενος, τετυπώς, τυψάμενος, τυπόμενος, τυψόμενος, τυπούμενος.

Quæ in μι.

Actiua

τιθείς, τεθεικώς, θήκας, θείς, θήσων.

Paſſiua

τιθέμενος, τεθειμένος, τεθείς, τεθησόμενος τεθησόμενος.

Media

τιθέμενος θέμενος θησόμενος.

De ιcaoſis autem horum manifeſtè iu ſequentibus patebit, vbi de verborum temporibus agetur. Nota quod omnia Participia actiua ſeu à verbis in ω, ſeu in μι vltimam ſyllabam productam habent.

De formationibus eorum.

ων grauitonum ſeruit præſenti & futuro 1. Actioi; oxytonum aoriſto 2. circumflexum futuro 2. & In quinta coniugatione futuro 1. & præſentibus circumflexorum.

ως Quod ſemper eſt oxytonum, præteritis actiui & medij. Ας aoriſto 1. actiuorum, μενος Paroxytonon præterito paſſiui: Proparoxytonon præſenti paſſiui, & præſenti ac vtrique aoriſto medij, & futuris vtriſque, tam medij quàm Paſſiui, & Paulo poſt futuro. Εις ſeruit vtriſque aoriſtis paſſiui.

In præſenti Prima coniugatio In μι habet εις, ſecunda ας; Tertia ους, quarta υς; verbum ſubſtantiuum ων.

Regula formationum.

Semper vltima ſyllaba verbi cuiuſque temporis permutatur in vltimam ſyllabam ſui participij, vt τύπτω τύπτων, τέτυφα τετυφώς, ἔτυψα τύψας, ἔτυπον τυπών, τύψω τύψων, τυπῶ τυπών, τίθημι τιθείς, τίθεμαι τιθέμενος.

De motione Participiorum per genera.

Mouentur autem non vno modo terminationes, ſed vt Oecolampadius dicit: Grauitona ων oxytona ων circumflexa ων. Reliqua ſic ως, ας, εις, μενος. Fœmininum ουσα ουσα ουσα, υια, ασα, εισα, μενη. Neutrum ον ον ῶν ος, αν εν, μενον. Eſt autem commune in mutationibus adiectiuorum Græcis, in quibus & Participia continentur, hac ratione, vt vbi maſculinum habet longam, neutrum habeat ſuam breuem vocalem in vltima.

De Participiorum tonis.

Oxytona quæ in ως maſculina, vel ος neutra, vel in ων à 2. aoriſto, & quæ in εις vel εν paſſiuorum, & Præſentia eorum cum aoriſtis verborum in μι.

Paroxytona in ων actiua Præſentia, & futura prima, tum verò in ας Indefinita, & paſſiuorum Præterita In μενος.

Proparoxytona, quæ In μενος, exceptis Præteritis & fœminina Paroxytonorum.

Periſpomena præſentia & futura ſecunda circumflexorum &; quæ in ων à futuro, Coniugationis. Properiſpomena fœminina à periſpomenis vel oxytonis deſcendentia: reliqua carent generali regula.

De verborum Temporibus.

In grauitonis ſunt tres modi perfecti; Indicatiuus, Optatiuus & Infinitiuus. Horum primus habet præſens Præteritum Imperfectum, & perfectum, & pluſquam perfectum & duo Indefinita, & duo futura, omnia explicita: reliqui duo carent Præteritis Imperfectis & pluſquam perfectis explicitè, ſed habent eà annexa præſenti & præterito perfecto, vt apud Latinos. Sed Imperatiuus & ſubiunctiuus Imperfecti modi ſunt, carentque non ſolum Præteritis, imperfectis, & Pluſquam perfectis, ſed etiam Futuris, futurorum tamē loco vtuntur Indefinitis; & Præterito perfecto, maximè in ſubiunctiuis. Circumflexa deficiunt vbique vno Indefinito à grauitonis, & vno futuro in modis futura Tempora recipientibus, & eſt regula generalis. Quæ in μι à grauitonis deficit vno futuro tantum, in modis quibus futura adeſſe ſolent: reliqua illis ſimilia ſunt; & hæc de Primis; tribus coniugationibus: nam quarta caret optatiuo & ſubiunctiuo; In indicatiuo habet præſens & præteritum Imperfectum tantum: in Imperatiuo & Infinitiuo præſens tantum.

Paſſiua

Paſſiua cum actiuis in grauitonis & circunflexis eadem babent tempora niſi quod in modis Perfectis indicatiuo optatiuo & infinitiuo abundant à ſuis actiuis. Paulo poſt futuro verum tres coniugationes in μι. Primæ deficiunt à ſuo actiuo in omnibus modis vno indefinito & in tribus modis Perfectis abundat Paulopoſt futuro, ſed quarta coniugatio in μι paſſiuorum totidem habet tempora quot tres reliquæ paſſiuorum in μι, verum formata à grauitonis.

Media grauitonorum tot habent quot ſua actiua tempora, verum in omnibus quinque modis Imperfectum præteritum in præſenti & pluſquam perfectum in perfecto implicitum habent, ſed circunflexorum deficiunt omnibus præteritis à ſuis actiuis, niſi quod præteritum imperfectum explicitè manet in indicatiuo & continet in tempore præſenti aliorum modorum implicitè, eadem ratio in mediis eorum quę in μι in tribus primis coniugationibus ſed quarta habet totidem tempora in mediis verbis quot reliquæ coniugationes in μι à ſexta tamen grauitonorum formata.

CAPVT XVIII.

De Coniugationibus.

1 Grauitonorum ante ω habet β, π, φ, πτ, Præter. Perfect. per φ futurum per ψ.
2 Grauitonorum ante ω habet γ, κ, χ, κτ, Præter. Perfect. per χ futurum per ξ.
3 Grauitonorum ante ω habet δ, τ, θ. Præter. Perfect. per κ futurum per σ.
4 Grauitonorum ante ω habet ζ σσ, Præter. Perfect. χ vel κ futurum ξ vel σ.
5 Grauitonorum ante ω habet λ, μ, ν, ρ, Præter. Perfectum per κ futurum vt præſens circunflexum.
6 Grauitonorum ante ω habet vocalem Præter. Perfect. per κ futurum per σ.
1 Circunflexorum ab εω facit ῶ, Præter Perfectum per κ futurum per σ poſt η vel ε.
2 Circunflexorum ab αω facit ῶ Præter. Perfect. per κ futurum per σ poſt α vel α.
3 Circunflexorum ab οω facit ῶ, Præter. Perfect. per κ futurum per σ poſt ω vel ο.
1 In μι à prima circunflexorum mutato ω in ημι Præter. Perfect. per κ futurum vt θέω τίθημι.
2 In μι à ſecunda circunflexorum mutata ω in ημι, Præter. Perfect. per κ futurum vt ςάω ἵςημι.
3 In μι à tertia circunflexorum retinet ω addit μι, Præter. Perfect. per κ futurum vt Δόω Δίδωμι.
4 In μι à ſexta grauitonorum in υω mutato ω in μι habentque ſolum præteritum imperfectum vt dictum eſt.

Ex hoc patet quonam pacto à Theodoro Gaza ad quinque tantum reducantur ſic.
1 Eſt grauitonorum ante ω habentium β, π, φ, πτ, Præter. Perf. per φ futurum per ψ comprehendit ſolum primam grauitonorum ab aliis formatarum.
2 Eſt grauitonorum ante ω habentium γ, κ, χ, κτ, ζ, σσ, Præter. Perfect. per χ futurum per ξ comprebendit ſecundam & tertiam grauitonorum ab aliis formatarum κ in Præter. Perfect. & σ in futuro non habent quia quæ ſic terminantur ad tertiam referuntur.
3 Eſt grauitonorum ante ω habentium Δ, τ, θ, ζ, vel vocalem aliam Præter. Perfect. per κ futurum per σ comprehendit tertiam & ſextam grauitonorum & Partem quartam aliorum ex quo Patet quod quarta diuiditur ſecundum duas terminationes in Præter. Perfect. & futuro.
4 Eſt grauitonorum ante ω habentium μ, ν, λ, ρ, & eſt vt quinta aliorum ad vnguem, circunflexa vero omnia ad tertiam referuntur coniugationem quia ſequuntur variationem ω Puri.
5 Eſt eorum verborum quæ in μι terminantur ſeu ab αω vt ἱςάω, ἵςημι. ſeu ab εω τιθέω, τίθημι, vel οω, δίδωμι, vel Ζεύγνυμι, Præter. Perfect. per κ & Præter. imperfect. fit à præſenti adempto ι vt mutato μι in ν vt τίθημι ἐτίθην, ἵςημι ἵςην, δίδωμι ἐδίδων, ζεύγνυμι ἐζεύγνυν, futurorum vero non vna ratio. Eſt autem huic coniugationi propriũ in duali ac plurali & in mediis ac paſſiuis verbis Penultimam corripere ab originalis ſua penultima producta vt ἵςημι, ἵςαμαι, η in α τίθημι, τίθεμαι, η in ε δίδωμι, δίδομαι, ω in ο ζεύγνυμι, ζεύγνυμαι υ longum in υ breue, fit autem omne augmentum & diminutio in hac ab originali vocali vt ἵςην, ἱςὰς, ἱςάντ@, ἱςάναι nam prima ſemper manet neque enim apud Gazam hæc coniugatio futurum vel præteritum perfectum babet ſed indefinitum, & imperfectum Præteritum tantum.

De Paſſiuis ac mediis.

Omnia paſſiua & media omnium coniugationum in μαι terminantur τύπτομαι, ποιοῦμαι, βοῶμαι, χρυσοῦμαι, τίθεμαι, ἵςαμαι, δίδομαι, ζεύγνυμαι & ita præſens medij & paſſiui tempus in quolibet verbo coincidunt omnibus numeris & perſonis quia originalis prima eadem eſt.

De augmentis anterioribus.

Quotiens verbum ab α, ε, vel ο, incipit ſeu per ſe ſolis ſeu in diphrongo poſitis vertunt in augmento anteriore ſic α in η αυ in ηυ, ε in η vel ει, ευ in ηυ, ο in ω, οι in ῳ augentur verba vt nunc dicemus aut in præterito imperfecto indicatiui ſi à vocali incipiat permutata vt dixi, vel ſi à conſonante addita ε. In præterito vero perfecto ſi à conſonante verbum incipiat ſuper imperfectum ſimilis alia additur, ſi vero à vocali permanet eadem quæ ab initio & hæc de grauitonis circunflexiſque. Porro verba in μι ſi à conſonante incipiant addunt ε in imperfecto ſi à vocali permanet, at in præteritis perfectis ſi à conſonãte incipiãt permutãt primã vocalẽ in ε reliquis ſeruatis

Idem in paſſiuis & & mediis verbis exempla ſunt. Præſens τύπτω, τύπτομαι. τύπτομαι, βοάω, βοάομαι, βοάσμαι, ἁμαρτάνω, ἀναγινώσκω, τίθεμαι, δίδωμι, δίδομαι. Præt. Imp. ἔτυπτον, ἐτυπτόμην, ἐτυπτόμην. ἐβόαον, ἐβοαόμην, ἐβοαόμην, ἡμάρτανον, ἀνεγίνωσκον, ἐτιθέμην, ἐδίδων, ἐδιδόμην, Præt. Perfect. τέτυφα, τέτυμμαι, τέτυπα, βεβόηκα, βεβόημαι, ἡμάρτηκα, ἀνέγνωκα, τέθειμαι, δέδωκα, δέδομαι. Præſens ποιέω, ποιέομαι, ποιέομαι, χρυσόω, χρυσόομαι, χρυσόομαι, ὁράω, τίθημι, ἵστημι, ἵσταμαι, ζεύγνυμι. Præt. Imperf. ἐποίεον, ἐποιεόμην, ἐποιεόμην, ἐχρύσοον, ἐχρυσοόμην, ἐχρυσοόμην. ἑώραον, ἐτίθην, ἵστην, ἱστάμην, ἐζεύγνυν. Præt. Perfect. πεποίηκα, πεποίημαι, κεχρύσωκα, κεχρύσωμαι, ἑώρακα τέθεικα, ἕστηκα, ἕσταμαι.

Pluſquam Perfectum Indicatiui Præteritum fit addito ε Perfecto vt Imperfectum à Præſenti vt βεβόηκα ἐβεβοήκειν, ſi vero à vocali incipiat Perfectum nulla fit additio ἑστήκειν, ἱστάκειν, ἱστάμην. futurum omne à præſenti & indefinitum ab imperfecto præterito abſque mutatione formantur τύπτω, τυπῶ, τύψω, ἔτυπτον ἔτυπον, ἔτυψα idem in reliquis: omnes alij modi in omnibus temporibus ſequuntur præſens indicatiui niſi quod Præteritum perfectum ſequitur præteritum perfectum indicatiui & quod in verbis quintæ coniugationis quæ in μι futuri & aoriſti deficiunt à præſenti Indicatiui ſui vna ſyllaba vt τίθημι in aoriſtis imperatiui θῆκον, θέτε vel θές, & in optatiui indefinitis θήκοιμι, θείην, & ſubiunctiui θήκω & θῶ & in infinitiui θῆκαι & θεῖναι & ἵστημι, habet στῆσον, στῆθι, στήσαιμι, σταίην, στήσω, στῶ, στῆσαι & στάς. In paſſiuis vero & mediis eorum quæ in μι terminantur verborum eadem ratio eſt niſi quod mediorũ futura omnia à præſenti indicatiui ſui vna ſyllaba deficiunt.

Paulo poſt futurum in Paſſiuis ſemper vbique à præterito perfecto indicatiui formatur in omnibus verbis.

De Perſonis & Numeris.

Dualis & pluralis à ſuo ſingulari eiuſdem modi & temporis formatur & ſecunda ac tertia perſona à Prima eiuſdem numeri, nec in hoc fit variatio ab anteriori parte vnquam: ſecunda & tertia perſona in nullo numero deficiunt, prima autem in dualibus actiuorum omnibus, & in toto imperatiuo modo actiuorum Paſſiuorum & mediorum item in Paſſiuorum Præteritis perfectis, & pluſquam perfectis omnibus præterquam Indicatiui. Item in omnibus aoriſtis etiam indicatiui. Sed in mediis in pluſquamperfecto indicatiui, & in præteritis ſolum aliorum modorum, non in indefinitis. Infinitiuus modus caret vt apud nos numeris & perſonis temporibus, non deficit vt dictum eſt.

Cætera deſiderantur.

TRACTATVS

DE INVENTIONE.

CAPVT I.

De Inuentione in genere & eius præſtantia.

INuentio ipſa ſapientia præſtantior eſt: quoniam ſapiẽtia humana res eſt per exigua, tum ob vitæ breuitatem, tum ob tot impedimẽta, quæ hominibus occurrunt etiam in temporibus feliciſſimis: at inuentio infinitis ſimul ſatisfacit velut qui de triangulo demonſtrauit, quoniam tres angulos habet duobus rectis æquales, de infinitis & licet numero tantum differentibus: etiam iuxta ſpecies idem continget: velut ſi demonſtrauero quod cuiuſcunque multiplicis proportionis aggregatum comparatur ad proximam eodem modo.

Itaque inuentio poteſtate quidem infinita actu verò finita: Igitur hæc pene ſola infinitum cum finito coniungit: noſque cum Diis ipſis continuat: veriſimile ergo vt cum mortalia omnia finem ſibi impoſitum habeant, mens autem noſtra pari ratione finitum cum infinito miſceat, quatenus corpoream finitam fore, quatenus incorpoream infinitam incorporea igitur pura infinitam habebit; in ipſo vero Deo etiam vnam tantum & omnia infinita complectentem: ſed hoc aliò pertinet. Itaque de inuentionis præſtantia, neceſſitate & ad humanam perfectionem vtilitate euſq; dictum ſit. Cæterum quoniam inuentio finis propriè boni eſt: bonum ergo finis: quem appetere videmur: merito igitur inuentio finis eſt: & fines diſtinguere oportet. Rurſus ergo de finium natura ſermo habendus erit. Conſtabit autem hoc neceſſario ex finium diuiſione cum enim forma compoſiti ſit finis, illius autem operatio: operatio & finis idem erit: aut forma perfectior.

Finium ergo alius eſt pura contemplatio: atque hic eſt de incorporeis, alius contemplatio quæ etiam ad actionem trahi poteſt. Hi ambo ſola inuentione medij indigent. Qui verò dirigi ad actionem poſſunt, velut Aſtrologia, vel ad actionem

opuſve

Digitized by Google

opuſve,vt Geometria,& quotum actio ſeu opus principalior eſt finis;contemplari oñe tamen admittunt vt muſica & medicina,horum triplex inuentio:medij ad demonſtrandum:& exercitationis & inſtrumentorum, neque enim ſufficit ad hoc vt muſicus aliquis appellari mereatur, quod intelligat vnde concordia, ſed vt ſe exerceat & inſtrumenta dignoſcat, & illis vti ſciat; ſimiliter ſanitatem contemplamur præſentem, at abſentem querimus vt artificies vt reducamus. Quidam autem contemplatione carent, vt veſtiarius, cui ſolum ſufficit diſcere modum faciendi veſtem & actionem etiam ipſam exercere. Eſt præterea illud genus finis,quod ciuile appellatur, verſatúrque circa negocia, in quo primum quærendum eſt, an bonus ſimpliciter? & huic? inde? an ſit alius melior? poſt an liceat ipſum adipiſci?Deinde an tuto poſſidere? ideſt diu ſine iactura, atque periculo? Dein quibus mediis aſſequi liceat? atque in hoc per quatuor capita dicta. Et etiam per quos homines? idque per eadem capita ſpeciatim quoque vt ſint fidi,gnari, gnaui, & auctoritatis:Demum vt illos inſtruamus & impellamus ad ſuſcipiendum negocium exercendumque, prudenter, fortiter, & libenter: Atque hæc ſi benè conſideres ſunt viginti duo, in primo ſcopo ſolum.

Speciatim verò cum finium alij vnam tantum exigant inuentionem, alij tres, & alij viginti duas in ſecundo ſcopo, omnes tamẽ conueniunt,vt compoſita diſſecemus; velut in primo, vt inueniamus genus, & differentiam in tribus finis ſecundi generis, vt præter id quæramus, è quot partibus negocium conficiatur: & ſimiliter exercitatio. Et etiam per tempora, & ordinem: ſed & in tertio diuidemus vnamquamque partem conſtituto fine & ſunt xviij. nam primæ inuentiones ſunt tantum quatuor, & diuiſæ per partes & tempora, & diſpoſitionem, vt fiant inuentiones. Tertius demum ſcopus qui difficillimus eſt, vt in vno ipſóque iungamus ſimilia ſimilibus, ad facilitatem quæ repugnant, omittamus. Et demum quantitatem opportunam nouerimus.Ergo erunt partes lviij. in hoc tertio. Ad hoc autem facit ſcientia animi ex Proxeneta & exercitato in Dialecticanoſtra.

Exemplum ergo ſit vt velint Veneti cum Rege Perſarum contra Turcarum Imperatorem,qui medius eſt,fœdus inire. Primum mittent per fidum nuncium & ſagacem, exemplum litterarum ſymbolicarum, quas Tifaras vocãt aut plura & per plures diuerſa,nec vnus de alio ſciat, & antequam recipiant reſponſum, nullum mittere legatum. Accepto reſponſo cognitóq; quiſnam ſaluus euaſerit, & cum quo ſigno ſymbolicarum; mittent nuncium cum litteris,quæ fidem illius ac authoritatem atteſtentur, litteraſque ſymbolicas dabunt, quæ de quibus & quantum polliceri poſſit nuncius, teſtabuntur aut etiam legatum per tutam viam; is ergo cum eò peruenerit, litterarum ſymbolicarum à rege acceptarum auxilio, intelliget de quibus agere poſſit, & quantum polliceri, inde tractabit negocium iuxta eas.

Aliud,captiuum à Turcis redimere propoſitum eſt. Spondent ſub conditione aut ſub ea dant Veneto aut Gallo pecunias,ille perſoluit Conſtantinopoli aut ſpondet liberato captiuo daturum. Captiuus præſente liberatione tutus. Vades à propinquis captiui iam accepta pecunia aut chirographo: ſimiliter & captiui dominus eadẽ ratione.

Sed ſi à Iudice præter legem trapelita exhibet pecunias coram domeſticis iudicis ſi ille non fidit: has acceperat à domeſticis captiui, hi confidunt in illo aut coram teſtibus ex trapelitæ familia. Aliter caſus ad præcedens exemplum deducitur. Deponitur aut damnatur extra iuriſdictionem apud Iudiciis neceſſarium. Ille emittit accepta pecunia quam reſtituit Iudici,ſed plerumq; ſufficit fides Iudicis, vt pecuniæ illi per trapelitam, coram domeſtico iudicis numerentur, facta reſtitutione, ſi attentauerit domeſtici,ſi non fiat,iudex periclitatur.

Pari ratione,ſed difficilius tuto deſeritur cõditio,quam tenes vt opulentiorem recipias, ſi enim ante tuam dimittis in arbitrio illorum deſtitutus relinqueris, qui vel non dabunt, aut tenuiorem. Si retines & illi offerunt, poſt modum recipere non potes. Maximè cum res fuerit cum Principibus aut legatis aut ſenatu. Vnica ferme via eſt in ea quam tenes amicum habere qui cum tuis fautoribus dicat ſperare te non diſceſſurum, certè non querere, quæri forſan atque rogari; ita ſi non conueniat, locum non ſolum tutò retinebit, ſed etiam abſque ſuſpicione, ſi conueniant deſeres, Iuuat multum antediu concludere, tum enim tutò & abſque odio & infamia quod ſi hi te cupiunt & amant facere debent. Omitto nunc quæ per ſe nota ſunt cum quis poſtulat vt nulla cauſa neceſſaria illi fidas,ita nobili negabis tamen torquem & iudici ſoli petenti tabulas crediti vbi periculum tibi fructus illi nullus, ſi fidem ſeruare velit.

CAPVT II.

De ordine atq; difficultatibus inuentionis.

TRifariam dicitur, vt de ortu rerum & origine velut quomodo literæ. & ex his ſyllabæ ac dictiones ſermo atque huiuſmodi de quibus poſt dicemus: quoniam dictum eſt iam alio modo, cum quærimus artium originem,de qua alij tractauẽre. Et modum Galenus abundè deſcripſit:ſufficiat addidiſſe, quòd à finis notitia propter reſolutionem finis:Atque in eo argumento conſcriptus eſt à nobis liber de conſcribendis libris,nobis autem ad meliora tendentibus, propriè ad ſcientiarum inuentionem dicendum eſt vtilitatẽ quę quanta ſit patet,in qua neceſſitas continetur. Dicendum eſt ergo de ordine atque difficultatibus & periculis,ne non omnia confundantur,dabimuſq;

exemplum ſatis propoſitæ materiæ congruens. Ergo ſcientiæ nomen, vt Herophilus etiam in libro qui introductorius medicorum intelligere oportet, pro omni certa notitia quæ nunquam fallit: nam vt rectè author ille aiebat veram ſcientiam nemo habet, nec ea apud homines habetur. At certa notitia & quæ nunquam fallit, octuplex eſt. Prima eſt principiorum, velut quod de quolibet licet dicere, quod eſt, vel non eſt, quod omne totum eſt magis ſuâ parte. Vocat autem Ariſtoteles hanc ſcientiam intellectum. Secunda eſt tranſcendentium & communium omnibus: Et ſunt plura vt ens verum vnum. Res bonum aliquid & talia quæ tamen intelligendi, & vt ita dicam concipiendi modo differunt. Et de his ac de incorporeis, de quibus eſt alterum ſciendi genus, eſt ſapientia quaſi magis nota Diis quàm hominibus. Differt primum genus huius ab intellectu, quòd ille ſit complexorum & euidens, hic autem ſimplicium cogitatorum & nobis obſcurus: quamuis vt Ariſtoteles inquit, ſit naturæ clariſſimos. At ſecundum genus ab vtroque multum differt, ſcilicet de incorporeis: eſt enim ſimplicium & obſcurus. Quartum eſt incorruptibilium corporum velut de cœlo. Quintum de mortalibus, ſed quatenus ſucceſſione & multitudine fiunt perpetua, vt corpora ſimplicia, animalia, & plantæ. Sextum de his quæ ratione ex rebus ſeparantur non tamen ſunt ſeparata, de quibus eſt mathematica velut areæ & corpora & anguli lineæque & numeri & ſoni & colores & illuminatio & paulò remotior ſcientia, quæ eſt de ponderibus. Septimum eſt de his quæ intellectus fabricat, modoque ratiocinandi, inde xix. ſpecies ſyllogiſmorum tria genera demonſtrationum & rurſus quæ ad abſurdum deducit diuiſio. Definitio reſolutio, comparatio. Quatuor dicendi genera per ſe. Dici ab alio materia neceſſarium ſimpliciter ex ſuppoſitione fortuitum: Decem voces orationum modi quæ affirmat quæ negat: Generalis ex parte & vnios quam vocant ſingularem, concluſiones præmiſſæ, contradictoriæ, oppoſitæ ſuppoſitæ, ſcientiarum genera proprie acceptarum, collectio à ſingulis quam vocant inductionem: Naturale, Mathematicum, ſupernaturale: contemplatiua practica. Poſt dialectica vnicuique generi propria quæ eſt modus ipſe inueniendi, & eſt hæc ipſa de qua agimus ampliſſima ſanè pars & penè toto viſa maior. Demum octauum quod eſt artium, & conſtat acceptúmque eſt ſenſu atque intelligentia velut Architectura, Medicina, Geographia; Nautica; Agricultura, Pyrotechnica, Hydrantica, Pictura plaſtica, Sculptoria, Chymica, Gymnaſtica, ἱππευτικὴ, ita fingere liceat atque aliæ eiuſmodi: Neque enim minus certum eſt in his imò nobis magis quod murus ad perpendiculum erectus, obliquo ſit perennior, quàm quod triangulus habet tres angulos duobus rectis æquales: multò autem magis quàm quę de aſtris dicuntur & phęnomenis ſeu metheorologicis hæc enim & ars quædam eſt ex his & nobilis & condendorum muſicorum inſtrumentorum, Itemque alia quæ de duris & ὀχημαχικὰ. Quid enim certius quàm vt in ſonis licet diſpari ratione quàm quod ad ſymetriam attinent delectant, vt interſtitia columnarum arbores ad quincuncem poſitæ, hoc enim ad agriculturam minime pertinet. Ergo de his omnibus ſcientiam eſſe oportet, atque in hoc etiam forſam genere collocabitur quæ de moribus & Reipub. forſitan adminiſtratione & ordine atque œconomia traduntur. Pericula autem ſunt in omnibus his quoniam vno errore admiſſo ſeu falſo principio ſuppoſito, (licet non in communibus) vt diximus in his omnia quæ ſequuntur falſa ſint velut ſit in ABCD & ſit B falſum, reliqua vera, & ſit contrarium BE vt fiat ex AECDF quod ex demõſtratis eſt, neceſſariò verum dico G ortum ex A B C D falſum eſſe? fiat enim H ex A C D igitur F fiet ex H & E: at G fiet ex H & B aliud ergo per communem animi ſententiam erit F A G qui ergo dixerit fieri F ex A B C D falſum dicet: contigit autem hoc in octauo ſcientiæ genere, in quo Grammatica & Rhetorica & librum conſtruendorum atque ordinandorum ratio continetur, vt dum adderemus & detraheremus aliqua oppoſitis numeris librorum, capitum, paginarum linearumque addiderimus etiam verba poſt quæ delere aut addere illa oporteret. Accidit autem in hoc, quod anagnoſta verba quæ antecedebant ad delenda ſic vt poſt ad delenda illorum loco referentur, quoniam ſequebantur, ante retulit ad pręcedentia. Velut in exemplo dicam quod ad tria præcedentia quæ delenda ſint comparata, poſt dici debent, illa quoniam occultorum comparatione non legendo antecedere videbantur. Ante ſcripſit vt ſic ante verba illa in exemplo dicam, Dele, quod ad tria præcedentia: quo factum eſt vt omnia confunderentur. Ergo cum iam animo deiectus eſſem, ſuccurrit Dei lumine conſilium pulcherrimum, vt totum illud delerem, ſcilicet ante in exemplo dicam & relinquerentur ſolum D. Quod ad tria præcedentia, atque ita remanſit tota ratio explicata ſola litura nulla adiectione indigens, animaduerti enim ſufficere ad locum inueniendum, vt dixi libri numerum, caput ipſum paginam, atque lineam: Ob id modum illum breuiter auferendi addendi commutandique paucis ſubieci hoc modo, quod vtile fore in ſimilibus non parum eſſe exiſtimaui, vt eſſent ſimul exemplum & auxilium.




In delendis appoſuimus lib. cap. pag. lin. & D. Ideſt dele cum initio delendorum & V. quod ſignificat vſque cum vltimis

mis verbis delendis.Quæ ſi in eadem Pag. ſint, nihil appoſuimus, ſi in alia vel proximè ſequente vel etiam longius petita numerum pag. ſic ſciamus quota ſit ſituta & facilè finem inueniemus. In addendis autem ſufficiet poſt illa quatuor adieciſſe verba proximè antecedentia cum nota A: nam verborum ſeries tota aſcripta eſt, ſin autem commutare paucula velis, ſufficit præcedentibus verbis adnotatis ponere L ideſt lege verba quæ vis legi, & poſt P ideſt pro adde quæ verba commutari vis. Demum ſed vis addere loco deletorum appoſitis prius delendis ex prima regula L. ideſt interponere (ſcilicet poſt verba quæ ſcripſiſti ante D. verba illa deſcripta vt in ſecunda regula:palam enim eſt quod Quarta regula compoſita eſt ex Prima & ſecunda quod ſi in delendis pauca ſint verba quæ omnia hic poſita ſint ſtuſtra erit addere notam V.

Pulcherrima intentio eſt, quæ duo complectitur, vnum immortalibus commune ſcientiam rerum, alterum mortalibus, mutationem, in qua voluptas omnis noſtra conſtituta eſt. Triplex vero cum ſit dicendi, & pertinet ad grammaticos & Poëtas, perſuadendi ad Dialecticos & Rhetores, de quibus locupletiſſimè ſcripsêre Cicero libros duos. Quintilianus breuiter, & Ariſtoteles in Analetycis, & rerum vel quæ fieri poſſunt vt artes ſingulæ, aut ſciti vt contemplatiuorum. At de duabus primis non laboro, quòd nil æternum nedum diuinum continent: quanquam nil æternum huiuſmodi ſit aut eſſe poſſit, quòd in materia contineantur, velut libri, ipſa tamen ſcientia æterna eſt: Quapropter vſus tantum erit: & dicendi aut perſuadendi quis tam amens, vt quicquam horum immortalia indigere credat. Æterna tamen eſt inuentio rerum & à Deo profluens. Vnde Deum ſapientium i. ſapientiæ fontem & Æternitatem ac immenſitatem tum bonitatẽ appellamus ideſt horum omnium fontem. Verùm cum inuentio medij etiam ad contemplatiuas diſciplinas referatur, erit & eius aliqua vtilitas ſcire enim vtile aliquid dicimus: cum ſit perfectio ipſa animi: At medij inuentio ad perſuaſionem pertinet. Appello autem perſuaſionem ſcientiam veram etiam demonſtratiuam, non ſolùm quod demonſtratio non excludat perſuaſionem, ſed fortuna, ſed etiam quia noſtra hæc ſcientia perſuaſio ſit & non omnino certa: At verò vt dici alias Dialectica non tantum complectitur regulas eas generales quæ ab Ariſtotele propoſita ſunt, ſed etiam proprias, quibus inuentio hæc inſeruit, ſed & à fine reſolutionem requirit, vt non multum inuentio contemplatiui & factiui generis inter ſe differant. Quarta verò impedimenta in ſingulis non eſt vt dicam. Primum eſt à multitudine. Secundum à ſuperfluis. Tertium eſt ab vſu inuentorum, ſub quo ordine contineantur. Quartum à conſuetudine eorum, qui inuentis vti debent. Quintum à demonſtratione quod eiuſmodi talia ſint nec vlla alia. Sextum à petitia artis, ingenio & amore veritatis diſcentis, ac patientia laboris, & vt non ſit ſophiſta. Ergo cum habuerimus hominem & ſublata fuerint impedimenta, coniecturam de medio quærere oportet? ea in contemplatiuis facilior eſt quàm in opificiis aut naturalibus. Tria enim ſunt genera factiui: eius quod à natura fit: & contemplatiui, hoc ſimplex eſt & ſecundum quantitatem requirit. Primum etiam propriam, velut vt triangulus tres habeat angulos duobus rectis æqualis ſufficit ſcire, quod extrinſecus ſit æqualis oppoſitis: quod autem ex equa & aſino mulus, quod temperatura proxima ſit, & amor ineundi ex eo, & tempora geſtationis vteri proxima. Quod autem ex ferro & chalcantho æs aut ex Auripygmento & hydrargyrio Aurum, quod ignis poſſit aliquid generare, quod illa poſſint perfectè miſceri, quod conueniant ad illius generationem electio, quæ addenda vltra quantitates, modus, tempus, hæc autem multa plura ſunt illis. Et hæc ad experimentum primum, nam ſi ſupponatur licebit aliquanto breuis rem cognoſcere. Iuuat ergo paritatione in hoc genere vti coniecturâ, atque huic ſaltem vtilis erit tradita à Rhetoribus.

At non videtur coniecturale genus ad huiuſmodi vtile, cum ſit de probabilibus: verum vt ad neceſſaria redeam, optimum eſt in his quærere, vt ſeparemus quæ non ſunt propria, & ſine quibus tam eſſe poteſt quàm non eſſe, & illa abducere. Coniectura autem alia eſt rei, alia cauſæ. Etenim propinquitas eſt indicium & coniectura rei. Sed ad demonſtrationem reuertor, ſit ſimul incognitum, quòd propoſito quouis quadrilatero rectilineo pura



A B C D & diuiſo ab angulo ad angulum per lineam C B vt ſit B C D in proportione data E ad F dico quod ſi dicatur A D erit proportio D G ad G A vt E ad F ſi non ſit H G ad G A vt E ad F igitur B H G ad A B G & C H G ad C A G vt H G. ad G A quare totius B C H ad. A B C vt E ad F, at fuit B C D ad A B C vt E ad F, ex aſſumpto igitur B C D & B C H ſunt æquales partes toti. Hic inuenimus ſimul quod eſt & demonſtrationem. At ſi ſciamus per menſuras & pondera, quod ita ſit vt Archimedes facilis erit intentio. Ergo medium in hoc eſt diuiſio ex eodem, B O enim diuidit A B C. bifariam & ideo omnes trigoni qui ſunt ſuper eandem partem, eruntve baſes vt etiam ſuper alteram, & ideo erunt proportiones ſimiles atque totum ad totum vt partes lineæ ex hoc reuertere ad aſſumptum.

Dico poſtmodum quod proportio BCD ad A B D non eſt vt B C ad A D quia talis eſſet vbi altitudines eſſent æquales, ſed cum

boc non præſupponatur, non erit niſi in eo caſu. Duo præterea proportionem CDG ad ABG eſſe veluti quadrilateri D G in E G ad quadrilaterum B G in G A nam C D G ad C G A vt D G ad G A. C G A verò ad A B G vt C G ad G B ſed proportio C D G ad A B G componitur ex proportionibus C D G ad A C G. & A C G ad A B G, igitur proportio C D G. ad A B G. eſt compoſita ex proportionibus D G ad G A & C G ad G B. quod erat probandum. Quare non eſt vt totius B C ad A D neque partis ad partem niſi in caſu & fortuito quod erat probandum.

Nulla autem clariora in huiuſmodi exempla quàm in Geometria, quod per formam demonſtret & viſui ſubiiciatur, & in hoc præſtat Arithmeticis, quanquam ad iudicium firmandum, & ingenium exacuendum, non parum faciat exercitatio in tabulis de ſumenda parte vocata proportionali, & poteſt eſſe ſimpla & duplex, quæ difficilior eſt, rarò autem ſimul multiplicior exemplum 23. Par. 5. P. piſcium ad 24. Par. 37. Par. Tauri ſub altitudine Polari Par. 40. P. 46. ergo ſub 40. Par. electionis 23. 5. Piſcium Par. 50. Tauri 24. 37. Par. 45. Par. 29. differentia. Par. 99. Par. 31. At ſub 41. altitudinis piſcium punctum 56. 4. Tauri 35. 1. Differentia differentiarum eſt Par. 0. Par. 34. igitur duc 14. in 34. & diuide per 60. exit 8. Adde ad 30. 50. fient dies dictionis 39. horæ duæ. Ideſt die 2. Nouembris hora 3. poſt meridiem 1573. Ergo vt ad rem redeam, has ſequuntur naturales inuentiones, quarum initia & ſpecies antea ſunt notæ, quantitas non cognita, ideo obſcuriores. Vtrumque autem horum in ſupernaturalibus deſideratur; in omnibus autem à manifeſtoribus eſt inchoandum.

Similiter in caſtigando quæ perperam ſcripta ſunt, eandem rationem inibimus: ſunt enim ſcopi auferre male poſita, errata breuia caſtigare, addere neceſſaria, aut valde vtilia, & permutare delendo praua, & bona reponendo. His omnibus ſeruiunt ſex numeri libri & hic ponitur in frontiſpicio, nec repetitur cum ſeruiat omnibus capitibus eius capitis ab initio lineæ & hic etiam non repetitur. Sed perſæpe ſeruit multis mutationibus. Tertius numerus eſt à ſiniſtra ante lineam deſcendente, & eſt mutationum quæ ſunt in eodem capite, neque enim errores ab initio vſque in finem numero definire volui; ne ſi cogeret aliquem auferre aut interponere cogeret omnem ſeriem permutare, quod peperiſſet magnam confuſionem. Quartus eſt numerus paginarum. Quintus linearum, atque hi omnes præponuntur his quæ mutari debent. Sextus eſt poſtponendus, quem oppoſui, quoniam non ſeruit niſi primo modo iam delendis vt cum liturâ extenditur vltra paginam vnam per illum numerum liceat facilè cognitâ paginâ inuenire verba finis lituræ; Et vocantur hi numeri indices ſcilicet omnes ſex.

Et ad compendium vſus ſunt quinque literæ loco quinque dictionum D. dele id eſt quod ab illis verbis delere incipias V. vſque ideſt ad illa verba vſque quæ ſunt in fine lituræ L. lege veris hac nota in ſecundo modo P. Pro ideſt lege gratia exempli vinum pro viuum, ita D. ſeruit. Primo modo A autem adde ſignificat qua vtimur in tertio modo ſed D. & A. vtemur in Quinto qui eſt vt D. id eſt deleas & A. ideſt loco eorum Addas.

In primo ergo modo apparet initium lituræ per verba quæ poſt D. ſubiiciuntur at finis determinatur per verba quæ ſunt poſt V. In tertio ponuntur verba poſt quæ addenda ſunt verba propoſita poſt A, nec requiritur nota V. ſeu vſque cum verba finis ſint ibi aſcripta. In quarto autem, qui eſt compoſitus ex primo & tertio opponere tres litteras ſcilicet D. cum verbis initij lituræ & V. ad declarandum verba finis lituræ & ſi litura (vt dixi) tranſierit in aliquam ſequentium paginarum velut ſecundam tertiam, & aliquando ad decimam vel vndecimam, oportet opponere numerum paginæ in quam vltima verba lituræ finiuntur poſt ponere A quod oſtendit addenda verba illa omnia loco deletorum ſcilicet, ſtatim poſt verba quæ ſunt ante prima illa delenda & finis ac tota ſeries eſt ibi deſcripta, vſque eo vt intelligamus legenda poſt illam ſeriem verba quæ ſunt poſt verba poſita poſt notam V. Et nota quod vt dixi, quando dico gratia exempli in præſenti A. libello quatuor eſt ac ſi dicerem poſt illa verba in præſenti. Adde libello quatuor, & ita poterat addi poſt vbique ſed non feci duabus ex cauſis. Prima quoniã ſine illa nota breuior redditur & clarior additio & contextus. Secunda quoniam oportuiſſet apponere P. loco poſt quia meliores ſunt literæ dictionibus nã dictiones faciunt contextum, cum enim dico dele aut adde aut poſt aut lege aut pro tam poteſt intelligi, quòd ſit in textu quàm vt ſit nota indicatiua, ergo ſi appoſuiſſem P. Pro poſt cum etiam P. ſignificet (vt dixi) poſt orta fuiſſet confuſio, aut ſaltem ambiguitas, vel ſaltem mora & retardatio in caſtigando, apparet igitur cur tantum literis vſus ſim non ſubiiciam, nunc exempla ſufficiunt quæ adduxi in libro caſtigationum ſeu diſpunctionum mutationum atque additionum.

CAPVT III.

De Inuentione humana ſeu ciuilium negotiorum.

CVm regnum humanum minimum ſit cum comparatione naturalis, quod omnia corpora elementaria & cœleſtia ambit, quodque latiſſimè patet, tum diuini quod etiam maius eſt, & incorporea cuncta complectitur, humanum autem ex ſolis conſtat hominibus qui terram inhabitant,

tant, quæ inſtar puncti eſt nec illa in totam ſed duntaxat ſuperficiem illius: nec totam ſuperficiem cum prope dimidium ambiat mare & tegat: in reliqua medietate tot ſint flumina, lacus, ſtagna, paludes: hinc etiam reliqua pars ſubiecta perpetuis niuibus pars ſolis ardoribus & deſertis arenarum, ipſius ſoli tot montes inacceſſi, ſyluæ inhabitabiles: ob id nil mirum ſi anguſtiſſimi regni præcepta tam multa ob varietatem inconſtantiam naturamque hominum fallacem volens tradere, cogar multiplicibus monitis, difficillimis, atque inuolutis vti, & doctrinam arduam non multis tamen præceptis explicare cuius vtilitas nobis atque omnibus non ſolum ob quotidianum vſum atque frequentem, ſed ob præcepta ſalutaria & res ampliſſimas, quæ hominum deliberatione ſubijciuntur, nulli aliorum inferior dici poteſt. His enim regna, potentia, opes, honores, ſecuritas, voluptates, filiorum educatio, cultus Deorum, ſapientia, incolumitas, lætitia, benefacta, bonis atque amicis iuſtæ ſceleratorum animaduerſiones, cognitio arcanorum ac diſtributio bonorum auerſioque malorum conſtant, ſint modo reliqua ampla clara, lucida late patentia, tuta; procul ſunt à nobis dum viuimus: hoc autem vnum reliqua duo amplectitur ſiquidem mentibus diuinis ſimillimum eſt. In eo deliberatio, præcepta, Imperium, ordo; maieſtas, Pompæ gloria, Senatus, ac multitudo rectè diſpoſita, inſtar Deorum gratulatio. Iubilatio ſapientia, conſtantia, uirtutes, dignitas. Ex naturali autem robur, ſenſus, curſitationes, inſidiæ, pugnæ, prælia, artium exercitatio, morbi, dolores, labores, conſuetudo cum cæteris animalibus. Miſta quoque cultus plantarum, domus ædificationes, imò tam propria hominibus vt nulli alteri regno communia. Velut & fallaciæ & doli ac mendacia: diuina enim ſponte improbitate carent, & quia non iodigent: naturalia non ſunt capacia niſi leuiſſimarum quarundam imaginum velut vulpes. Ergo de his proprium eſt humanæ ſolertiæ atque experientiæ pertractare cui titulus eſt, de ciuili negociatione.

Ergo finis huius triplex, cognoſcere quæ non nota ſunt, perſuadere & diſponere, nam quæ diſponi debent partim nota ſunt, vt quod iuſtum iniuſto, partim dubia velut an magnum bonum cum periculo, an paruom tutum: partim ignota, vt an ille ſeruabit fidem? At purum notom in agendis vix inuenire licet. Horum vtrorumque ſunt duo modi diuiſio atque compoſitio ſeu additio. Vtriuſque etiam duplex iterum ratio ſimplex erit non erit: bonum ne an malum hodie cras: comparatiuum melius hoc an illud vel quando erit, quod & velut quantitas ſcire difficillimum eſt. Verum quoniam ponitur, eſſe aut futurum eſſe dimidium facti habes: vt non adeò differant: Cumque in omnibus ſupponantur ignota nobis & tot ſint quæ neſciuntur quot quæ ſciuntur: Et quæ neſciuntur ex duobus conſtant aut tribus aut pluribus, vt erit ne hoc aut eſt; vel erit hoc vtile, vel erit ne hoc vtile mihi? totidem erunt quæ ſciri poſſunt, ſcilicet duo aut tria, nam quatuor ad tria reducuntur. Cum enim dico erit ne, hoc vtile intelligendum eſt mihi vel tibi: Rurſus diuiduntur quæſita trifariam, an erit, an fuerit, an ſit. Et iterum in ſubiecta. De re, operatione, opinione, ſimiliter quantitas, locus. Res facilius dignoſcuntur: inde operationes. Obſcuriſſimæ cogitationes operationes à rebus, res ab operationibus, ab vtriſque opinio. Et iuxta mores, bonus malus, prudens, ſtultus, humanus, ſuperbus, iracundus, mitis, auarus, liberalis, amicus, inimicus, conſtans, peruicax, inſtabilis, perfidus, varius, fidelis. Inſueta, conſueta, geſtus, ſermones, ſocietas, natura, educatio, habitus cauſæ, ſed plurimùm poſſunt domini & caſus. Motus parua dum magna efficit, multa detegit. Inde conuerſus indiciorum experimenta. Eſt autem media hæc cognitio inter humanas diſciplinas velut medendi nauigandi architectandi colendi agros militaris ὀργανογλίæ, picturæ, ſculpturæ, plaſticæ Magiæ lymiæ chymiæ ſymiæ. Tria præcipuè in his præponi debent indicia, vt perſona Domini intimi, conditio exempla, finis, quid ad te quanti te faciat. Spes illius potentia ſolertia aſſiduitas & improbitas æmulorum ac inimicorum, actiones eius.

Tortores autem ſunt vinum, ſcorta, ira, conuerſatio, adulator, pecunia, lætitia, ſpes timor appoſitè iniectus. Ex artificioſis autem nugæ multæ à ſolerti cum prouocatione, ſuſpitionum mentio, frequentare audacter, ex vultu, geſtu, verbis, occaſionibus: res magna ſed non deſperanda. Exploratores amicos vtrique habeas cauſa ſuperior donis atque promiſſis, ſi non habes, tertius interponatur in ſingulis triplex periculum fidei ſolertiæ & ne ab illo decipiantur.

In agendis quæ præponenda ſint, neceſſaria, Maiora, faciliora, cauſa aliorum irreparabile, perſona, ſtatus eius immortalitas, horum ordinem alias explicatum, quatuor verbis declarabo. Si res moram non dat neceſſarium inde filij ac irreparabile ſi paria ſint: ſi moram patitur filiorum & irreparabilia inde neceſſarium vel faciliora. Si patiatur maiorem moram: poſt magnitudo vtilitatis & cauſa. Reſpicere oportet, ad perſonam & ſtatum præſentem tuum: comparare autem diuerſa genera quantitate conuerſo modo ſe habentia, ad coniecturam ſagacem & ſolertem atque prudentem virum pertinet, ſcribi non poteſt.

A perſona igitur in cognoſcendo (nam tertium genus de quo eſt ab initio dictum ex duobus ſimplicibus componitur, hæc ex tribus proximis dictis) vt ſi Germanus ſit:

Exper

Digitized by Google

Expertus conſuetudine longa probatus nobilis, diues, verecundus, timidus, non nugax, nec aleæ nec ſcortis deditus. Verax à conſequentibus nil à ſolito mutatus, non verbis, geſtu, veſtitu, ientaculis, alea: Experimenta ſermo cum lictoribus, aditus ad prætorem relinques alia incuſtodita, ſi mutat deinde vt inuenta gaudet fas eſt, at callidus: etiam ſi ſine querela tua. Ab arte nauta, caupo, auriga leno muſicus mercator vilis, pharmacopola vnguentarij lanij molitores aleatores mercenarij ad tempus. Omnes arti nobili addicti parum lucrantes: qui ſectantur caſtra. Inde repentina interrogatio vultus permutatur in conſciis ac facies, ſi tubar vox, genua tremunt. Subornabis neceſſarios, ſocios, ſcorta. Duo etiam ſuperſunt, cauſa in deliberando: mentò Craſſus primum ab Anmano inde Andromacho nullis deuinctis beneficiis deceptus eſt. Tum maximè mos gentis animaduertendus eſt. Si enim orientis regem deſerit & vindicat rex in tuto es, ſi non, te non illum decipit. Quinimo leuis tum animaduerſio magis ſuſpecta eſt. Alterum eſt medium tui amans vir promptus, audax, ſolers, efficax, expertus, multorum amicorum ſagax.

Ne fruſtra periculum ſubeas qui requirit non amicus niſi maius committere velit. An tum expedit, ſi modo non pudet illum, neque te chirographum non de fide illius dubitans ſed de caſu. In ſuſpicionibus non ad potentiores niſi cum fidis aut ſaltem ſolus, & inopinate: Diuide negocij rem in minima, & per fideiuſſores tracta, perſonaſque publicas ſi licet atque ita tuto permutabis.

Perſonarum cognitio maximum eſt in dijudicando & ſi neceſſitas non interponeretur foret hoc vno totum negocium abſolutum. Sed ex tot componitur vt difficilis euadat, quapropter cum ad duo redigatur capita & alterum ſit planum ſatis ſcilicet ipſa neceſſitas, de reliquo tanquam à principio reſumendo diſputationem tractandum eſt. Perſona ergo quæ nemini ſubiecta eſt, quinque modis deprehenditur natura, conſuetudine, exemplo ratione & caſu. Exemplum ſub ratione non magis continetur quam hydrargyrium deſtillatum tranſeat in aliam materiam. Eſt enim hydrargyrium ita exempli ratio, ratio non eſt, ſed exemplum. Caſus verò plus complectitur ſolus quam reliqua omnia. Etenim quicquid effugit illa quatuor ſub caſu comprehenditur. Rurſus neceſſitas duplex à re & à Domino vt ſint ſeptem quæ comparanda ſunt. Qualitas rei de qua eſt quæſtio; his ergo miſtis tota ratio habetur cognoſcendorum ſeu agendorum; ſed quoniam miſta trifariam conſiderari poſſunt, aut vt miſta atque ſic confuſa & incerta ſunt: aut vt ſimplicia atque ſic imperfecta eſt illorum cognitio, aut vt diuiſa & comparata & ſic de eis perfecta habetur cognitio. Ergo à perſona velut Afer ſubdolus mendax, fur, ſolers, fœdus, ſæuus. Gallus iracundus ſuperbus liberalis fortis hilaris magnificus ingenio valet. Italus ambitioſus & ob id ſeditioſus. Differt ambitioſos à ſuperbo: his enim ſtultus eſt non ſolum quia ſibi honores arripit, ſed quia doceri non vult, at ambitioſus affectat. Ambitio ergo pars eſt virtutis, ſuperbia amentiæ.

His ergo ſuppoſitis ab exemplo diuiſionis eſt inchoandum, ciuitas rebellis vult paciſci cum principe. Diuide & poterit, ſontes & ſuſpecti prius cum fortunis abeant. Princeps verò gratiam apud populum reparabit Iuſtitia Æquitate comitate, liberalitate, annonæ abundantia, ſportulis, cænis, ludis. Potentes conciliant magiſtratus honores commendatio actorum hiſtoriæ annales, ſacerdotia connubia ſtatuæ priuilegia in ſtirpem, omnibus autem hæc duo plurimum gratiæ apud multitudinem pariunt, expeditio foris bellica generoſa Domi & clementia, exempla quæ ambo Cæſar occupauit & cum his nil mirum Rempub. vbi paciſcaris coram homine legibus non ſubiecto, aut de cauſa, ſi labores inuidia: melius eſt fugam arripere quoniam multipliciter periclitaris: Dolore corporis, Animi, Dolo, contumacia, quid iam tibi victori etiam reliquū eſt?

Non eſt viuere ſed valere vita.

——— *At tu victis prouincia ploras.* —

Compara reſiduū periculo & iucūdè viues.

In vltimo caſu (ſunt enim quatuor) age vt è re videbitur. Quod ſi iure agitur, tu tamen nulles te committere: conſidera perſonam potentiam quid commodi afferat interitus tuus. Et ſi liberum habet imperium. Quo enim liberior eſt cum ſeruus ſolum malefacere poſſit & potentior, eo periculoſius eſt non ire: ire minus malum. Si differre potes plerumque melius, ſi in pecuniam permutare ferme ſemper. Si iuſtus quoniam timendum ſit, ſi iniuſtus quoniam ſub alio meliora ſperare potes ſi innocens vbi tutum te ſcias, melius non eſſe contumacem aut enim ſuperbiam in te vel culpam fateris aut illum arguit iniuſtitiæ, ſi filios popoſcit minus malum quam te ipſum, ſi alij tibi ſuperſunt. Tamen ſi bonus malum te exiſtimat, aut ſi es cur dabis, ſi malus ipſe, aut ego bonos cur requirit. In huiuſmodi conſideres curam illius laborem ſolicitudinem, quam impendent, ſi exitialis inimici procuratores fidem coniunctorum ac communium amicorum vt te dedas polliceantur, ſi ſpes reſtat ne dedas, ſi non nec credas vbi re extincto vindex non ſupereſt, ſi ſuperſit conſidera, an in illius ſint poteſtate vades, aut eum timeant, nam tunc & polliceri & permittere Iniuriam fieri credas. Sed & ſi languidi animi aut illius Intimi argent te, cæteri lentius agunt ſuſpecta res eſt.

In commutationibus tres ſunt differentiæ legalis ex conſuetudine, non in vſu, & contra leges. Prima facilis numeratur pecunia trapelitæ, ille ſuſcipit onus eo redimendi ex pacto aliter pecuniam reſtituet vbi redimit tamquam emerit. Media cum commutantor captiui vel ſub tertio Principe,ad quem illos fide accepta deduxerunt, vel ſi vnus redimat pecunia:idemque trapelitæ pollicetur redditurum ſub pecunia pacta quem habet captiuum aut perſoluturum pœnam. Primus modus huius medij ſeruit Principibus communicandis in Republ: vtrique ex æquo amicę com exiguo & pari comitatu ad eam deduxerint captiuos reges. Alius vt in fluuio communi cõfinium propriorum aut amicorum aut vnius populi vel regis vtrique ex æquo amici commutatio facta fuerit, æqualibus nauiculis, æqualiter inſtructis, paribus armis, numero ſociorum, nullis miſſilibus, nullis haſtis, nullis thoracibus aut galeis, momento eodem, pari pondere impedimentorum & natura. Nauiculæ non è regione ſtatuantur ſed tamen in communi conſpectu; tripliciter autem fit vel ſociis captiuorum ex hoſtibus viciſſim aut ante tranſmiſſis & ſenibus aut mulieribus aut partim pueris propriis. Qui modus tutior eſſe videtur: aut miſtis ex vtriſque pariter. Non legalis, fit in communi loco cum Pyratis & latronibus & cum illis in lucis, illic diſpoſitis cuſtodibus qui procul ex arboribus obſeruent venientes. Qui pecunias defert cum ſocio aduenit poſt præſidium in equo celeri: ita paribus armis fit commutatio. Aliter in vrbe conueniunt noctu ad locum,ibi ſi non ſint plures,vnus deducit eos in domum, latrones ſuperiores numero armis ſcientia locorum: redemptores iure publico & ob viciniam: vbi facta eſt commutatio ſtatim dilabuntur propere per anguſtos colles, conducit plurimum latronibus quod ſint laruati veſtibus inſolitis, & vt ſocius ex his non damnatus, tanquam amicus ſit intermiſſus redemptoribus. Alius non legalis: captiuus vult ſe à iudice pecunia redimere, aut à præfecto emere magiſtratum, communes amici numerant eam duobus ex intimis illorum, ſed fallunt in commoda propria etiam ſine teſte: adeò vt nec Verres à Cicerone de hoc vnquam ſugillatus ſit. In munere autem publico profitendi præoccupare oportet tanto tempore, vt antequam renuncies cum aliis firmaueris. Et antequam annus exeat tempus illis quibus renuncias ſuperſit, alium querendi, ſic bifariam ſi non ſis ſolicitus errare cõtingit.

Vt homines ad iniuſta negocia & periculoſa impellas ſolum ſufficit exemplum memorabile in vita Andreæ Daurij de Filiſco. Quod ſi inimicus reconciliatus ſtudeat ſe tibi iterum familiarem reddere: ſi honeſtè potes reijcere, ne admittas: ſi non, obſerua illius naturam, cauſas inimicitiæ, & quo in ſtatu res ſuæ ſint, contra ſi quis qui vitam ſibi ſeruauerit veneni ſuſpectus fiat, honeſtè ablega, donec veritas emerſerit. Cogitationem de hominum vita ſtatoæ folium: Et in publicis rebus, aut cum ita efferbuit potentiorum, vmbra: Peracta ſomnia: magnarum rerum tam exiguas cauſas, & caſus originem eſſe. Dilatio inuat pleraque commiſcere ſe ſocietatibus fidis, plures vnus, vnus plures: Creſce, inde pugna. Tempora & regiones magnorum malorum medela dicit Hippocrates. Occaſionem in agendis ordinem ſerua & allacritatem quæ bonum ſignum eſt, & auxilium nihilominus vbi rationi non reluctatur animus præferenda eſt, ſi reluctetur potios quid vitandom quàm quod deſerendum ſit, oſtendit. Naturalia non vltra procedunt: ſuperſtitioſa fallacia: ioſolita tamen naturæ maximè impetu concedente ſi poſſit vtiliter non negligenda.

Literis ſymbolicis vti in priuata conditione quoniam ſuſpitionem pariunt non probo. Tres modi poſt primum quem alias exemplo docui, arca plumbea aut terrea ſub ſaxo: qui etiam libris ſatisfacit. Diſpoſitio ad partem libri velut epiſtolam Ciceronis, numero verborum tui memorialis reſpondentem, illa verò intermiſta à puero ſcripta, & carptim licet etiam accommodare numeros & caſus & reliqua ex impreſſo ad manuſcriptum, vt etiam ſit ſcombri vt dici ſolet tunica. Tertius clarior & elegantior, ſcribe quod cupis quam diligentiſſimè vt etiam ornatè, tum verò à ſimili vel à contrario immuta verba (vltima ad hoc litera ſolum ſufficit deiecta aut retorta cauda ne hæreas) vbi aptaueris reducem facias ſermonem toties vt ſingulæ partes eniteant: & ſit inſtar commenti prioris: Ita latebit ſenſus ſine admiratione & vnicuique placebit. (tria enim ſcribi debent ſed duo tantum ſupereſſe) lepus enim quia timidus, quærit latebras. Quin etiam ipſas latebras celare cupit ob inſitum iuſtè timorem. Sed ad rem licet Principibus ſimulare bellum coactis in vrbibus militibus. in agro verò diſſimulare: In inuidia cum nobilibus & ſine cauſa tutior eſt comitas: cum cauſa & plebe continere ſe eſt faſtus: com verbo lapſus fueris, diſpoſitis teſtibus clam (ſi putas non libenter auditurum) inſinua in eandem ſententiam ſermonem, & muta dictum: & longius profer explicando. Si dicat non ita primo dixiſti? reſponde imò & tu reſpondiſti (diſſimulato eo de quo eſt quæſtio principalis) ita vt fateatur: nam in eo conueneratis.

Publica iniuria vel dedecus eluitur diſceſſu perpetuo à patria: vel ſi potens euaſeris: quorum vtrumque Themiſtocli contigit: vindicta aut libellis famoſis promulgatis: quod togatis ſolum conuenit. Sed & aliqua ſponte obliterantur.

In potentium oppugnatione ſummis viribus, & blandis verbis repugna & ne à latere vrgeas, odioſum enim & periculoſum: gratia Principis, pecunia: ſilentium, aut de aliis rebus ſermonem habe, pugna diſparibus armis: ſi ille amicis ſtipatoribus potentia palam inſultibus & te ipſum petit tu coniunctis iudicio, plebis fauore, ſed tamen nec verbis nec iurgiis: clam & perſeuerando ſuos fautores. Amicos & neceſſarios Iudicis parum propitij, ad te venientes, quamuis impudentia ſumma & non obſcura ſit, humaniſſimè excipe, & læto vultu (ſi tormenta non acceſſerint) nilque aliud meditans non ſinas te excuti ex pyxide in qua iaces. Ad hoc iuuat non parum in arte obligatoria eſſe exercitatum, vt ſi fingas carnifices eſſe. Xeniola ad ipſum Iudicem mitte, tui prote polliceantur; nam ſi tuo nomine, videris poſſe ac nolle, & diffidere. In caprioſis interrogationibus vide exemplum Plinij Cæcilij ad Regulum, quæ ſcripſerit de Modeſto interroganti, ſed ex motacilla anſerem fecit, ſi captiuo tibi reſpondendi tempus ad deliberationem detur: ſi amicus iudex breue, poterit enim producere: ſecus eris tibi impedimento. Sed ſi inimicus longius, ne ſit tibi fraudi, illi excuſationi. Excuſſus Iudicum ſententiis, reſtitutus, amicorum ope, iudicibus tantum tribue quantum è re tua eſt: nam eum magiſtratibus & ſi de honore non agatur rem ab vtilitate metiaris. Vbi interrogaris in teſtimonio periculoſo præbe te contumacem: ſi ille remittat ſuo malo plectitur, ſi vrger liber es à culpa. Si non acquieſcit dicas cur non hæc ad iudicem aut litigatorem? Quod ſi minetur? verbis per vim extortis opprime illum vt metetur.

Summum prætere a malum eſt in humanis filius ſtultus deſes tutor peſſimus, qui etiam ſe inimicis patri adiungit, ac ſceleratis, qui ſe aſtringit ſoluendis D. coronatis cum pater obierit. Quod ſi vitio ineptus ſit ad continuandam ſtirpem, nil potes amittere, cui nullum eſt precium: quod ſi quid ſupereſt lege quantum licet caueto: in cæteris caſui ſunt dimittenda: qui quædam offert omni expectatione aut ſtudio noſtro maiora, memineriſque hoc obturbare non poſſe felicitatem. Et quòd in exequendo filius, in impediendo homo. Propterea ergo dixi quòd filiorum generatio eſt res anceps ſi rectè ſe gerant & multiplicentur optima eſt: ſi deficiant peſſima: ſi praui ſint & obleſi ad ſuccedentia referendum eſt: Generaliter orbitatis conditio tutior eſt, ſed mutila: præſertim ſi etiam ſit abſque nepotibus: Patris felicitas maior, ſed minus tuta. Longum eſſet ſi vellemus profundius hæc tractare, ſapientis eſt inuenire metam potius quam extendi, pluſquam argumento rei conueniat.

Si times capi nec rimorem prodere vis, cauſam metiatis: ſi mediocris extende te in foro, diſpoſitis præſidiis: facilè intelliges quid moliantur: inde diſcedendum à prima vel ſecunda vice, ſed non ſint continuæ: nam forſan locum præbebis excuſationi iudicis, ſi publica abi, literis ſimulatis: vt leonina fuga videatur. Similiter ſi à potentiore claſſis in loco tuto obſideatur, bis aut ter obſcura nocte tota claſſis ſe diſceſſuram fingat duabus velocibus præmiſſis, quarum vni fax in malo præluceat. Si ſequuntur in magnum periculum fruſtra incident: ſi non, vbi bis aut ter diuerſis noctibus eduxeris, obſcura nocte enauiga: vbi longius abfueris adijcere lumen aliud tanquam ducem, alioque tendentem præmitte quod tamen ſuccedat primo cum tota claſſe.

Tum committendus ſuffragiis eligendus qui timet dedecus cum autem rogatus non rogaſti: vel etiam principis gloria te obumbret: qui virtutes tuas afferat: nam ſic cecidiſſe multò plus profuit quàm obtinuiſſe; vel ſi ex iudicibus præpotens ſibi ſit & electio mutabilis. At nunquam præſens eris. Sed ſi te ablegent noli permittere vt de te periculum faciant, quamobrem quaſi conſule an expediat vt maneas: In domeſticis inter familiares ſuſpicionibus noli plus premere quam premaris: Nec ante: ſed obſerua vt maiora certius abijcere poſſis. Item tutius eſt ſi diluere queas. Quòd ſi diluas, nec accuſator emittitur mens eſt Domini. Abi. Experiri quoque fidem ſuorũ in magnis non abſurdum puta: nam ſi te amarint tanquam cariores facti non te deſtruent. Si iraſcantur, non amicos ſed dominos amiſiſſe puta. Domini quos natura ſeruos fecit, amant, nutriunt, veſtiunt, libertate peculioque donant, & nihil accipiunt: Tu verò dediſti & indignantur.

In caſu autem odij ſuperiorum (vt ad generalia reuertar) periculum conſidera tam in noxio quam in innocente. Quod ad cauſam attinet maiorem in hoc, faciliorem tamen vlciſcendi anſam in noxio. Ideò rem tribus diſtingue: à natura viri, à libertate quam nactus eſt, & à modo quo odit. Forſan enim vt nocentem ſolum te odit. Si ergo probus time ſcelus tuum: ſi priuatum eſt odium, periculoſus in innocenti, vbi libera ſit illi facultas: decreuit enim te perdere. Vnde ſi etiam publica adminiſtratio adiuncta ſit peſſimum eſt. Quod ſi non adſit, nec ille per ſe vlturus iniuriam, minus metuendum de præſenti vltione quam potentia: pauperi æquali propoſita ira ſe fortitudine. Poſt tempus autem; & quanto ſerius, contra, nam pauperi multa interim impedimenta: potenti occaſiones bonæ tuendi melius ſe ſuperuenire ſolent. Quanquam quæ hominem exponunt iniuriæ magiſtratuum in diuite ſint non in paupere opes magnæ maximè nouæ, nec armis nec cõiunctis fultæ minus, tamẽ obnoxius eſt author filiis ac nepotibus ob nomẽ, calliditatem & veteres amicos. Inuidia ob gloriã, ideò talibus aut vagandum per orbem

vt

vt Galeno Paulóque vel cum coniunctis & amicis firmum in pattia ſua figere pedem opotret; vt Cuttius, qui & ipſe paulo minus quam ego Bononiæ ac Romæ conflictatus eſt. Et ob potentis inimicitias. Tum verò ſub ſocio, quàm illo mellus eſt manere. Nam facilius eſt è confinibus exire, inuenire amicos, equos pecunias, begemonicos: ſi æqualem adbibueris diligentiam, ille alter ignorantiam & impotentiam prętendere poteſt. Inter egregia autem exempla eius qui noſtra ætate inuiſus ob familiæ nomen Principi vixit ſatis feliciter, & cum exiſtimatione fuit Antiſtes Biragus: regnabat enim tum Carolus Quintus Cæſar, ſed is extra vrbem degebat venationi perpetuo operam dabat quicquid prædæ faceret (erat autem multa,) Cæſarianis purpuraris donabat. Vt ſic valitudini voluptati ac ſecuritati ſimul conſuleret. Viuebat ſplendidè & à negociis ſemotus, conuiuabatur nonnunquã, ſed frequentius excipiebat hoſpitio, non ſolum Cæſaris aulicos, ſed etiam alius quoſcumque præſtare dignitate animaduerteret. Si Princeps (nedum ipſe Cæſar) Cæſarianus aduentaret, occurrebat illi: ſed quaſi vnus è reliquis. Quod etiam documentum ad alios pertinet, qui nouum Principem expectant, cui ſe putant eſſe aut inuiſos aut ſuſpectos: ſed illis non motis, cum enim duo comparantur alterúmque immobile manet, reliquo valdè moto, neceſſe eſt magnam mutationem inter illos accidete ab illa quæ priùs fuerat antea comparatione.

Cum duo amici in graues inimicitias inciderint, aut deſere ambos, aut ſi diues es, ſuſtenta vtrúmque infortunij tempore, & apertè de contentione neutri faueas. Attici vitam conſidera noſtra ætate Camilli, Vrſini, Romani. Ergo fouebis omnia præter cauſam, vxorem filios amicos domeſticos, non ambitu non verbis non officij expectatione indigeant. De iniuria vlciſcenda quatenus periculum amoueas, ſuadeo: ob dolorem nequaquàm, nam magis dolebis ſi volueris vlciſcendo dolere, quam ſi volueris non vlciſcendo non dolere. At de exemplo fac alia maiora vltione cum magna neceſſitate, in magna calamitate ac periculo cogeris recurrere ad defenſorẽ; ſi potens ſit periculum eſt, ne negligat; ne clam oderit: vel cauſam tuam deſpiciat: ſi apud vnum qui gratia valeat, apud illum periclitaris ne lentus ſit, ne muneribus aduerſariorũ præpediatur, ſi res lucro non eſt, deſeret vel fatigatus contumacia inimicorum: ſi lucro aut omnes volent ſubodorari prædam vel repugnabunt. Et forſan gratioſior obtinebit: ſin pluribus pollicearis, tua diſperdes, & cuncti negligent cuius ſinguli vt rapiant, curã habent. Duo ſuperſunt modi vt potens vir tibi coniunctus, cauſam tuam & ſuam agat, tunc admodum ſibi ſuebit modo cauſa ſit æqua, nec princeps potentior te oderit; ſecus cogeris ad plures refugere, tunc ſi euaſeris & pollicitis premaris, diuide quod in vnum dare propoſuetas in illos omnes, hâc regulâ ſeruatâ, vt ſetius des celerius ac auidius petenti: ille enim forſan ne te pede moto iuuit plura autem pro authoritate quam in negocio habet. Quin etiamſi qui non te liberaliter iuuerunt, vbi iniuſtè permiſerint, etiam poſt oppreſſum alleuarunt gratuita officia petentibus impendere non teneris. Primum quod antea non tenebaris nec iniuria aliena eis emolumento eſſe debet: Et quod non par eſt vt gloriari poſſint de improbitate. Ne etiã aliis exemplo ſit. Sed duo obſtant, cum nil deterius contingere poſſit, his qui aduerſabantur. Et ſi aliud incumbat infortuniũ. Ergo vide qui pro te pugnauerit hũc foue: & per illum certior fies, cui debeat, illos quoque adiuua ſi rogauerint non ſuos: apud medios iactutum excuſabis, ſi non decet, inimiciſſimis tanquam amiciſſimis blandiaris, ſi boni erunt forſan reficient, ſi improbi gloriabuntur de errore nõ tuo ſed proprio.

Latro eripit pecuniarũ dimidium cũ poſſit occidere ſpondet fidem non accuſaturum an debeas ſeruare? an dignus odio, an amore: in cauſa priuata non debes accuſare, nec dignus eſt odio, quando à volente euaſiſti: ſi vrgearis à prætore, ſpatium dederis vt ſubtrahere ſe poſſit, vel vt monueris, ſed non ita moneas vt maleficiũ pro beneficio reperiat. Aliud conſiderare debes, an miſericordiâ motus pepercerit, an quod tutius eſſe credat, quia occultius quam cadauer ſanguinolentum in via publica exponere: ideo conſiderandum quo animo ex te agnoſceret, ſi totam pecuniam abſtulit, quibuſdam triſtius quam vitam eripere. Vbi de animi ſententia ſis dubius, certum eſt in mitiorem partem deberi inclinare, hoc enim in vlciſcendo præſtat, velut in his quæ ad vtilitatem contra in peiora inclinando diuinabis & vtilius ages.

Si ad duos amicos ſcribere velis vt te adiuuent in ea quæ ſibi parum decorum aut tutum quiſquis illorum exiſtimet, adeo vt ſoli velint opitulari ſed neſciri velint tuam cauſam illos agere, ſiue ambobus ſiue vni ſcribas, periculum incurris, ſcribe igitur magis vt, tu credis amico ſi non recipit nulla facta mentione, cum literas paratas habeas alteri.

Quæritur demum cuius habere debeas magis rationem amici an patriæ? Amici in adiuuando: nam ille non habet auxiliatores & plus debebis. At ne obſis, maiorem habeto patriæ rationem quoniam pluribus obeſſes, ita pane dato amico forſan illum ſeruabis in vita: diuiſo in plebem neminem. Si quis mittat epiſtolam domum tuam quaſi ad Principem directam contra te, aut foribus inſerat, reſtitues Principi ne in crimen læſæ maieſtatis incidas, præfatus à quo, & cuius cauſa mitti exiſtimes: rogans vt non ſinat impunitam tantam audaciam ſceleri coniunctam atque id prædicenſs, niſi vlciſcatur, futurum vt nullus admoneat coniurationis in eum cogitatæ: hoc mihi aliquando contigit, conſilium ſtultum inuentori; graue illi contra quẽ fit.

TRACTATVS

DE NATVRALIBVS VIRIBVS.

INTER ad miranda præclaráque naturæ miracula, quid inſignius Caſtrioli Principis priuilegiis, ſomnium modo matris omitto, enſis in dextro brachio depictus, & nunquã in tot præliis fuiſſe vulneratum, cum & eminus & cominus acerrimè certaret, & vbi acies ſtrictæ erant, ſe inſereret. Sed & in viſionibus talia quædam accidunt, videmur dæmones videre, qui nulli tamen ſunt, quandoque etiam videmus verè. Vt ergo diſcrimen dignoſcamus veratum viſionum à falſis, & quæ nobis vitio humorum aut aſſidua cogitarioue aut alia occulta cauſa obiiciuntur, illud obſeruare oportet, quòd viſionem veram primùm contemplatio ſtabilis & idoli fabricatio in mente præcedere conſueuit: at dæmonum aduentum preces ad Deum ſuſſituſque. Illi etiam repente adueniunt, & mentem præcellunt metu horroreque, hæ ſenſim ac ſine horrore, hæ neque quæſitis reſpondent, nec voces habent iunctas, ſed ſola ſpectra & inconnexa ſunt, velut in ſomnis: dæmonum verò præſentia voces adiungit, propoſitis reſpondet, atque ordinata eſt, mouetque affectus, non ſolum cum illis fit, velut lætitia deſperationem, amorem & odium, viſiones autẽ non: illum eruditis familiares, & arte magis conſtant, dæmones ad mores magis pertinent, nec arte indigent cogitandi, breue etiam plerumque eſt tempus viſionum, & vni ſoli conuenit, etſi plures ſint non eadem vident, at Dæmonum conuerſatio communis plerunque omnibus, qui præſentes ſunt atque diuturnior. Quorum prædictiones conſtantes ſunt ſaltem in rerum ſobſtantia, nec vſo fiunt faciliores aduentus, cum viſiones vſu incrementum accipiant, nec certam habeant de incognitis prædictionem. In vniuerſum viſio ſenſus leuiter tangit, vt cum videris aut etiamſi modo audieris quod rarius euenit, incertum te relinquat. Dæmooes autem ſenſus vt res ipſæ validis motibus mouent, cumque recedunt ſimile quippiam retinent non vt viſiones, quæ in incertum vagantur. Ipſi etiam quaſi dormitantientibus magis adueniunt, & melius ab eis deprehenduntur dæmones quàm à vigilantibus. Et cum ex his omnibus ſedecim diſcrimioibus, quorum quòd ad ordinem pertinet, exitum, conſenſum ſociorum, auditumque certiſſima ſunt, vnum effeceris, tutò diſtinguere licebit, ſcilicet vt ita videas atque audias, vt te videre audiréque cooſtanter intelligas, nullo ſenſu imminuto aut torpido, ſed omoibus integris, ordine certo & perfecto: ſucceſſu quoque rei atteſtante, & rigentibus præ horrore capillis. Sed ad ordinem reuertamur, ſunt quædam propria familiarum velut Cardanorum Palauicioorum vt audio & Torellorum atque aliarum inſignium, nec etiam totis familiis ſed ſtipitibus quibuſdam tantum, & in his vni non alteri, adeò vt quidam decies iu huiuſmodi portenta inciderint, quidam vix ſemel & obſcurè. Sed & io hominibus quædam admiratione digua videntur, velut in morte Calani. Sed nec noſtra ætate Calani deſunt; habes enim perpulchrum exemplum & nulli antiquorum inferius, quod refert Ioannes Bartius contigiſſe in Iacola vrbe aureæ cherſoneſi, ciuis nomine Nina chein prædiues ac cum filiis adultis iam, ſed non admodum nobilis, qui ob merita à Prorege Luſitanorum Alphonſo Albo in præfectum vrbis ſuæ electus erat. Verum cum ob humilitatem generis & nobiliores vrbem relinquerent, & etiam de quibuſdam veneficiis accuſaretur, non tamen morte dignis, vbi audiuit regem alterius vrbis mioorisſibi ſuffectum, dilationem octo dierum impetrauit, quo tempore apud ciues electio à Prorege noua oon publicaretur, interim munere ſuo fungens pyram ſeu rogum è lignis aloes & ſanthalorum ingentem extruxit, viam tapetis totam à domo ad rogum, qui in foro erat, ſericeiſque ac aureis pannis adornauit, ſparſit, vbique flores, thymiamata ſuccendit, demum lætus in rogum iam ardentem, paucula de ingratis Luſitanis maximéque Prorege ipſo quæſtus, tum de animorum immortalitate ac Dei iuſtitia atque gratia ſapienter diſſerens (is quidem religionem Brachmanarum, & iuxta Philoſophorum opinionem colunt, ac de diis rectè ſentiunt, ſe proiecit ac breui in cineres reductus eſt. Hic non inopia aut ſenio grauis vt Calanus, aut orbus vel motu iudicij tam generoſæ morti (ſed exigua motus indignatione) ſe obiecit. Vir ſane dignus ſi quis alius cuius memoria perpetuo celebretur. Ex naturalibus quoque viribus erat quod antiqui ad Dæmones referebãt litare non litare: litare vocabãt, quotieſcunque hoſtiis cæſis infauſtum quid appareret, quod ſi nil omnino aduerſum apparuiſſet, litaſſe exiſtimabant: ſin autem aliquid etiam generoſius inſpiceretur,

ceretur, læta exta vocabant, & voti compotes ſe futuros ſeparabant. Nitebantur itaque perperam, multis mactatis hoſtiis ab illis extorquere reſponſa: cum verò bona eſſent, recipiebant: cum mala abſtinebant à cæptis, ſed ſi nihil cæptum eſſet, licebat & ſecundam hoſtiam mactare atque conſulere non tamen vltra. Exta vocabant quod exſtarent, borum omnium primum caput fuit iecur, poſt cor, inde inteſtina poſt pulmo inde lien receptum eſt, & caput prodigio cæcis non alia ſignificatione: veſica etiã fellis ad aruſpicinio facit. Victimæ principales ſunt talpæ & tauri & iuuenci, præcipuè & boues & vituli, ſed hi minus, poſt ſunt gallinæ, inde ſues canes ouéſque & capræ. Sed omnia hæc preter iuuencorum genus talparum & gallinarum peculiaribus ſolum in ſacrificiis dæmonibus, ac notis tamne cauſis inſeruinnt Tria illa genera omnibus ſunt communia. Ex ſeptem membrorum generibus, etiam quinque quæ peculiarem tantum habent ſignificationem. Inteſtina ſi rapiantur ab aquila fauſtum, ſi à coruo fauſtum eſſet ſed minus, ſi ab hoſtibus fauſtum ſi infauſta, infauſtum ſi fauſta eſſent. Si autem exederentur à ſerpentibus vel muribus exitiale, at ſi in extis dracones apparere, vt felix & fauſtum. Fel de morbis & humidis rebus ſignificat vt piſcatione & nauigatione, ob id ab antiquo Neptuno dicatum: caput non niſi cum ſtento inter exta numeratur. Fel duplicatum victoriam aut concordiam ſignificat, quòd eſſet ren vnicum. Sed vnicum ren haud victoriam decernit, verum potius infauſtam nauigationem & impedimenta atque obſidionem: lien autem addextram vergens, omninò inauſpicatum & infælix augurium malumque finem oſtendit. Generaliter autem hoſtiarum corrupta viſcera, aut eorum quæ excrementis dicata ſunt magnitudine exoperantia malum aërem & malas aquas, & corporum inſalubrem habitum denuntiant. Iecur ea autem peſſimum lien; inde renes & veſica, inde fel poſt inteſtina. Magnitudo autem iecoris & ipſius rubens nitor, & adipis ac ſeui candor eximius ac ſplẽdidus & incorrupta ſubſtantia, ſine lapillis ſine liuore maculis tuberibus pituitate ſalubritatem loci egregiam portendit. Cor tamen magnum in extis hoſtiarum timidos homines regionis declarat, quòd animalia timida vt lepus & capreolus magnis cordibus prædita ſint. Sed quòd ad diuinationẽm ſpectat antiqui omnia quouis modo vitiata ſanioſa exeſa generaliter vt infauſta abominabantur. In cæteris incrementa omnia & decora auſpicata & felicia exiſtimabant, imminuta numero magnitudineve aut informia infauſta icoris, igitur caput magnum aut duplicatum incrementa portendebat, ita ſi coronatum quaſi eſſet: vel ſi in fibrarum extremis retractum rurſus coronæ effigiem repræſentaret: contra infauſtum ſi caput exiguum eſſet, vt ſi omnino nullum, pro diro habebatur. Cor defuiſſe in hoſtia cum miraculum eſſet certum exitium declarabat, ſed ſi ſilens nec palpitans omnino infauſtum & prope exitale. Cor magnum vt dixi felicitatem portendit, conſtans tamen aliquando aduerſis auſpiciis feliciter pugnaſſe, quòd vt dixi naturalis eſſet diuinatio & præſagium cum reſponſione non dæmonum.

PH: Audiuimus pulchram de Aruſpiciis diſputationem: ſed ſi liber, hoc dicito, ſi mortui iſti ad nos veniunt, cur nemo theſauros eorum monitu inuenit ſed caſu potius, nemo ſecreta naturæ niſi arte & ſtudiis literatum experimentiſq; diſcat, nemo progeniem ſuam ad centeſimum aut ducenteſimum maiorẽ ſuum, quod libenter multi factitieſſent, traducere ac recognoſcere poteſt: ſed quicquam habetur ex his id totum antiquorum diligentiæ maiorumq; noſtrorum ſcriptis debetur. Non quiſquid inuentus eſt, qui hoc admirabili inuento auſus ſit tradere antiquas & obſoletas hiſtorias, aut de futuris aliqua prædicere, ſeriemque ſucceſſorum enumerare. Et: Breui rem agam, non ſunt nobis mortui adeò familiares, vt hæc docere velint, verum aduentus illorum prodigioſus, & parum vtilis conuerſatio, nec vocat huiuſmodi petere ab eis, ſatis ſit illos eſſe atque beatos, non autem nobis familiares: quæcunque enim eiuſmodi referuntur, vana ſunt & inania, quidam tamen paucula huiuſmodi nouerunt. Sed tamen Magia naturalis non eo profecta mihi videtur, ſed ex naturalibus rerum viribus, quanquam occultis, velut illud, de quo Plinius agit vir minimè ſuperſtitioſus. Verba eius ſubnectere placuit: Haud procul vrbe Roma in Phaliſcorum agro, familiæ ſunt paucæ, quæ vocantur Hirpiæ quæ ſacrificio annuo quod fit ad montem Soractem Apollini, ſuper ambuſta ligni ſtruem ambulantes non aduruntur; & ob id perpetuo ſenatus conſulto militiæ omniumque aliorum munerum vocationem habent. Hæc vir minimè ſuperſtitioſus & magiæ infenſiſſimus, ex publica fide nobis ſcripta reliquit. Alij inquit Iamblicus ſuper flumina ſicci ambulant: huius cauſam refert ille de his, animam ſcilicet noſtram Deo quaſi iunctam vincire elementorum vim. Ego propriam quandam peculiarémque naturam in cauſa eſſe dixerim. Sic in Colophone Aſiæ minoris vrbe, porta maris inter Lariam & Lydiam hauſta aqua ex ſubterraneo fonte ſacerdos diuinabat, & in Branchidis in Ionia iuxta Poſideum oppidum ex vapore ſolum aquæ, & in Delphis in Græcia ex ſpectu hauſto halitu futura prædicebant, ſicut etiam in Trophonij antro vſque quòd cuperet videbat. Omnia hæc ad occultas rerum proprietates pertinent, quibus homines admiranda peragunt. Ignis etiam amicans vt Ser Tullio regi, Terentio Ciceronis ante illius conſulatum L. Martio Scipioni reliquias colligenti ex hoc genere eſt & fauſtum. Quæ etiam contingunt vni

ad hæc referuntur, vt in Alanſo Chignono Hiſpano, qui vt vidimus pilos in ſputo muco narium vrina fecibus ſanguine ex vena miſſo cuiuſcunque coloris emittebat, verú nobilior pars huius magiæ à fato pendere, Mori non decretum eſt: quid refert ſeu in mare deiiciar, ſeu laqueo ſuſpendar ſeu in latrones incidam? cum ea cauſam ſuam ſupernaturalem babeant, quanquam etiam ſæpe à natura proficiſci referri ſolet.

Sic lituus ille ſacer Palladiúmque & ſtatua Metelli aliaque multa huiuſmodi ex maximis incendiis non ſolum ſeruata ſunt, ſed illæſa atque inuiolata manſere, quorum exempla etiam noſtra ætate non deſunt. Magna & admirabilis eſt hæc vis concordiæ fati; quam ſi homines noſcerent atque præſcirent admiranda facerent, viderenturque omnia plena miraculis: ſic de caſu ab alto & aliis quæ contingunt fortuitis. Atque in eo genere forſan collocabuntur etiam acta Ioannæ puellæ Lotharingæ quæ ſuperauit Anglos obſidentes Aureliam. Ea enim in Barrenſium agro nata humili ſtirpe, Iacobo Darco patre & Iſabella matre, anguſtiores humana virtute ſpiritus gerebat, Tricaſſes expugnauit, & Anglorum munitiones non ſemel, bis icta ſemel ſagitta, altera vice lapide milites incitauit ad pugnam: & certam ſpem potiundæ victoriæ iniecit, nec falſa fuere promiſſa teſtata tum tunc, tum cum Regi regni reſtitutionem polliceretur.

Eſt & alia magiæ ſpecies, quæ fit, ex conſenſu cum coniunctis, vt cum ad lepram fit balneum ex aqua, in aqua primum lotus eſt infans: ad colicos dolores cum argenteo annulo vmbilici infantis pars præciſa includitur: ad comitiales cum cranei ſcobs humani deuoratur: ad odium cum ſtercus illius quem amat calceo imponitur eo neſciente: ad veneficium ſanguis leproſi in potu datur: ad podagram pueri nuper nati detenſi capilli impoſiti pedi: ad ſynanchen & tonſillas pueri ſtercus ſiccatum impoſitum: veſtis quoque infantis quam ſecundam vocamus opitulatur lepræ ſi ea fricetur, dens qui ſponte exciderit à puero, altero ſuccreſcente, à muliere geſtatus in brachio, prohibet ne concipiat, includitur autem prius auro vel argento. Menſes mulieris in cibo ſumpti lymphaticos & amentes reddunt: ac quaſi philtro detentos. Idem ſata corrumpunt, ſpeculorum nitorem vitiant, vrina quoque viri epota, ſecundam à partu retentam eiicit, ſtercus etiam hominis exuſtum vlceribus peſſimis & carcinomatibus plurimum prodeſt: ad pruritus & ſcabiem vrina humana cum nitro, lotura crurium & pedum oculorum vitia tollit. Felle humano ad pterigia oculorum & nebulas commodè vtuntur, ſanguine gladiatorum epoto curari comitiales affirmant: morſus hominis ſordibus aurium. Saliua ieiuni hominis ſerpentes & ſcorpiones necat, quotidie defricato loco impetigines ſanat, in palmam manus ſi antequam feriat quis inſpuat, atrociores ictus fieri conſtat; ſi poſt ipſum id fiat lenitur percuſſi dolor, adeò vt delumbata quadrupes reſtituatur claudicaréque deſinat. Saliua quoque faſcinationes arceri putabant antiqui, oſſe in forma ciceris ac magnitudine quòd in pollice pedis latet augeri bonam fortunam multi crediderunt. Multa alia ſunt quæ huc transferri poſſent; ſed illud non prætereundum cenſeo coniunctiſſimos ſanguine & amore alterum alterius etiam ſi longinquius abſit extremas ſæpius ſentire calamitates.

Sed eſt Magiæ ſpecies alia dæmonum vi peracta, cuius illuſtre exemplum apponam ex Ioanne Iouiano Pontano in Quinto libro de bello Neapolitano. Ferdinandus Aragonum Rex circumſederat oppidum Moliſium non procul Sueſa, ſitique premebantur ciues, adeò vt iam deditionem tractarent milites, & qui præſidio præerant, magicis rationibus aquam cœlo deducere adorti ſunt, emiſſiſq; clã impiis quibuſdã viris cum cruce cui Chriſti ſtatua lignea affixa erat, maledictis illã prius & diris recitatis carminibus in mare exectabundi immerſerunt, cœlo mari terriſque tempeſtatem imprecati: Inde etiam in ipſo oppido, aſino pro templi foribus conſtituto tanquam agenti animam cecinere funeſtum carmen, poſt diuina Euchariſtia in illius os palatúmque iniecta, conclamatum aſinum funeris cantibus, viuum tandem ibidem pro foribus templi humauere. Hic verò vixdum perfecto ſacro, abnubeſcere aer, agitari mare ventis cum cepiſſet, dieſque medius offundi tenebris, ac nunc cœlum micaret ignibus, nunc lux omninò eriperetur, tonitrúque cœlum ac terra perſonaret, euulſæ ventis arbores, diſciſſaque fulminibus ſaxa compleret auras fragoribus, prærupit tanta è nimbis pluuia, Imbréſque tam validi, vt ciſternæ modo colligendis aquis ſatis non eſſent, ſed arentia ſaxa, rupéſque exuſtæ ſolibus torrentes vndequaque prolapſos diffunderent. Itaque rex qui ſolam in ſiti potiundi ſpem collocauerat, fruſtra ab ea habitus, ad Sauonem verera in caſtra rediit. Erat, vt Alexander ab Alexandro refert, in genialibus Athenis Terræ ſimulacrum, exorantis à Ioue pluuiam, nec fruſtra: vbi enim ei ſacrificabatur pluuia confeſtim terram irrigabat. Incertum tamen eſt, an id aſtrorum vi, an dæmonum arte fieret, nam quis vetat fieri ſtatuam, lunâ cum Venere in Cancro poſitâ in occidente, maximè circa aſinos aut hyadas Tauri, qua mota imbres cieantur? maxima eſt vis aſtrorum, ſi quis ea aptè vti norit, nec velit, vt nuper Theatino Pontifici Gauricus, polliceri regnum Neapolitanum nullis aſtris id ſuadentibus, neque Pontificis geneſis id præſtaret, nec illius regni initia nota ei eſſent: quo facto vt erat ille Pontifex irritabilis, totam damnauit aſtrologiam: ſed debuit falſos aſtrologos & adulatores improbos exurere, veterum autem iuſtis laboribus parcere, verum crimen hoc Gaurici viri nequiſſimi

potius

potius fuit quam culpa vlla Pontificis. Ergo huic generi magiæ conſulit Iamblichus, vt operam demus his penè verbis. Detinent Magi hominem, qui diuinationi addictus eſt, aliquando in tenebris: quod ibi nihil ſit quòd venturum lumen impediat: aliquando in lumine eum præparant, vt maior ſit ad diuiotum lumen ſimilitudo, tuncque lumen illud à ſole accipitur, aut luna, aut in ſerena nocte ab aſtris, vel in aqua excepto vel pariete ſacris Caracteribus depicto: in illa ob perſpicuitatem, in hoc autem ob ſoliditatem tanquam magis accommodato. Admonent præterea quædam cognata diis inſinuandis: diuinaturóque potiones exhibent, & compoſitiones nec non carmina adhibent, ſed & alibi odores accendunt & ſtatuas fingunt, quæ poſtmodum, excantationis vim retinent. Itaque & per ſomnia admonentur qui petunt nonnunquam imaginando ſpecies ad rerum ſenſus vſque deducunt, ſic vt videant aut audiant reſponſa vel imagines rerum futurarum, quanquam etiam ipſæ ſtatuæ reſponſa ipſa exhibent, voce vel ſignis. Hæc verò profona ſunt & etiam falſa vt non demirer Plinium paſſim has vanitates damnaſſe: præcipuè hanc proſequitur & inſectatur cum inquit: Proiode ita perſuaſum ſit, inteſtabilem irritam inanem eſſe, habentem tamen quaſdam veritatis vmbras: ſed in his veneficas artes pollere non magicas. Virginem autem Lotharingiam non omnino certum eſt qua vi id egerit: bis decepta fuit primum in expugnatione Lutetiæ, vbi ſecundo ſagittæ ictu vulnerata eſt: inde in obſidione dum erumpere conaretur capta, & Rothomagi ad palum exuſta viua eſt, tanquam maga atque excantatrix. Ferunt etiam grauidam fuiſſe, Angloſque ob id distuliſſe ſupplicium. Ipſa quoque virgo vt teſtatur. Ioan. Ludonicus Micquellus ingenio fuit præſtanti: & in agendis rebus impigra, ac fidens admodum, atque indefeſſa, vt omnia vel ſine dæmonum auxilio illi tribui poſſint, & certè quoad ſucceſſum rei multa videntur dæmonis auxilium vel etiam diuinum teſtari. Primum quod oues patris paſcenti ſpecies humana angustior ante oculos eius obſeruata, cum illa vt parerat, conſternata & animo deſtituta iaceret, bono animo eam eſſe iuſſit: Et vt Carolum regem ab Aureliæ obſidione liberaret, eúmque vt regno potiretur efficeret. Deinde quod Pyrus ſub quantam degebat, nec cariem in hanc diem, nec vetuſtatem, nec fulmen aut grandinem vel pluuiam aut niuem ſentire viſa ſit, quod ſanè tot annis ſi perduraret, pro præſenti miraculo haberi poſſet. Et rurſus quod Bandricurtium ea die quâ Carolus ad Roboretum diui Dionyſij infauſtè dimicarat, cum itinere trium dierum etiam per equos diſpoſitos diſtaret ab eo loco de clade accepta monuiſſet. Enſem quoque inſignem cum Rex obtuliſſet non accepit, ſed templum D. Catetinæ peruetuſtum & rubigine obſitum petiit ſibi dari, cum tamen vix vlli ſcirent eum enſem in eo templo reconditum eſſe. Ipſa etiam circumſeſſâ diligenter vrbe & cuſtodibus vigilanlantibus tanquam ex condicto in eam ingreſſa eſt regemque vili habitu veſtitum inter multos proceres agnouit. Illud quoque mirum puellam, quę nihil niſi oues rurſ paſcere nouerat, tam ſcire equitaſſe, loricam, galeam clypeúmque geſtaſſe, vt nil aliud tota vita egiſſe videretur: nec paruum argumentum eſt in tantis difficultatibus, cum tot belli ducibus ſtrenuis tam illuſtrium virorum conſeſſu vni illi Carolum ſalutem ſuam regnique crediaiſſe. Demum quod Tricaſſes intra triduum dedendos ſomnio monita vt teſtabatur prædixiſſet idque euenerit, ergo miſta ſunt hæc: & qui huiuſmodi vident, plerumque propriis ſenſibus non confidunt, quódque diuinum eſt ſibi tribuentes, dum propriis viribus confidunt, in laqueos incidunt. Ergo aliquid aſtitiſſe illi, non vt illi faueret, ſed regi vſque ad regis coronationem credendum eſt. Illud ad dæmones pertinere crediderim cum ſacrificanti Galbæ in Hiſpania puer qui acerram tenebat, canuit, imperium illi in ſenio oſtendens.

Porro vtilitatis ac facultatis magicæ artis euidentiſſime argumentum eſt torpor ille ac deſperatio in obeundis negotiis, quibus omnia peſſum eunt: è diuerſo alacritas cum ſpe omnia facilia nobis exponit. Quot exercitus ſine cauſa cæſi ac fugati: multi à paucis, armati ab inermibus, duce cum ſtrenuo ab his qui ſine duce ſine pecunia ſine frumento? vnde hoc niſi à quodam afflatu erga victores futuros propitiorum dæmonum, & contra erga vincendos cacodæmonum. Vnde illud de Panico terrore apud Romanos. Latrones vidi qui cum decem viris pugnacibus depugnaſſent, imo ſæpius cum pluribus depugnauerant & feliciter; cum hora illa acceſſerat à ſenectutote ſolo velut oues, ducti ſunt, cum tamen certo ſcirent ad quam crudelem ſcenam ducerentur. Quid de admodum ſapientibus, cum ſine cauſa deſipiunt? Ergo quantum proſit animo collabentes confirmare atque reſtituere? quámque facile id ſit mago naturali quiſque intelligere poteſt, vel lapillo vel alio modo ex dictis, tum cohortatione atque ad Deum precibus ac moniris ſapientum. Itaque vniuerſa res in hoc conſiſtit, vt hypomochlion inueniamus ac circa illud vt decet verſemur, tunc illud verè dictum fuerit.

Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſi.

Omitto modo artificioſam magiam quæ magiæ nomine digna non eſt, cum ars ſit mechanica atque multiplex, vt quæ conſtat machinis ſpeculiſve tum iaculatorum funambulorum agilitate ratione vinculorum ac dolis. Quin etiam ſuffitibus certis & ſub ſyderum conſtitutione exquiſita

Porphy

Porphytins affirmat protinus apparere vigiiantibus etiam nobis ſimulachra quædam dæmonum. Simile eſt hoc ei quod referunt de nubibus quibuſdam circa ſortes forma animalium, figuiaque rerum etiam incognita, cum quæ tamen niuere videntur atque homines amplecti cum ſint contactu frigidiſſimi. Similiter & apud Thylen & in Arabia deſerta huiuſmodi ſimulachra contingunt. Multa etiam ſunt quæ proſſus à miraculo ſunt aliena, vt difficile ſit vera à falſis diiudicate, velut de ſpectro quod videbatur inter ſciſſæ rupis rimam iuxta Calecerum annis iam fermè quadragiota in ripa lacus Latij, dum ex Muſo Comum tenditur, duo oculi grandes inter lapides videbantur, vox vocantis nautas, & vt deſcendetent hotiantis: & dum loqoeretut oculi mouebantut, inde terrot ingeos, ſex prope annis durauit, die oihil cernebatur, mixta ex hiſtoria & mendacio vt reor opinio. Auis erat vlula maior cuius oculi magni vt ignes noctu lucent, vox rauca & echo ioter montes reſonans pauidis & ſuperſtirioſis dæmonis nomine imponebat: ita vulgatum erat dæmonem aut mortuum latitare inter rupis fruſtra, vox illius Italica lingua quaſi prætenauigantes aduocabat. Nuper ruſticus quidam ex villa ſancti Stephani probe Corbetam nomine Caſpar cum audiſſet ab vxore, quod Sycophaota eam violare conatus eſſet, indignabundus quod uon illum vlciſci potuiſſet, ad nemus ſe contulit, inuocatóque cacodæmone, animam & corpus obtulit, vtque aſportaret eum rogabar, ſubirò ille & niger ac grandis cornutus rerribiliſque qualis piogitur apparuir, aſportauitque per ſtadij dimidium extra nemus: cumque ille inclamaret Ieſum Deúmque dim ſit, ſed attonitum & mutum, exuſtis veſtibus, & manuum volis. Tandem medicis auxiliis ad vitam reuocatus, narrauir rotam hiſtoriam, adiiciens oportere illum ex pacto bis locum eum nemoris adire, quod & fecit, ſed coofeſſus & ſacerdotibus atque aliis ſociis armatis comitantibus: oihil autem apparuit, ſed locus ille nemoris mirum in modum olebat, ſulphut atque birumen exuſtum. Hic illud conſiderandum, quòd aoimo deſtiturus ac quaſi mortuus iacuerit, cum id, ſi ille non fioxit, efficere haud facile ſit citra vitæ periculum, rem magnam illi accidiſſe neceſſarium fuiſſe: odor eriam ille adeò fœtet, & exuſtæ veſtes declarant incendium ſeu arte ſau à dæmone affuiſſe. Itaque aut dolus maximus eſt, aut miraculum maius, adhuc & inanditum inter vera exempla. Forſan dici poſſet id potuiſſe dæmonem conſenſu hominis exhibito, certè huiuſmodi narrationes aut eleuant veriſſimarum fidem, aut biſtoriam valde incetam reddunt. Multa tum buiuſmodi exempla narrantur de cacodæmonem inuocantibus, qui deprehenſi ſunt ac peoè ſuffocati: hoc quidem concordat videre audire concepta firma fide, ſed transferri hominem, accendi ignem ſupra naturam dæmonum eſſe videtur, quatenus ſunt incorporei, forſam vt dixi, quòd inuocati à ſeſe dantibus aliquod amplius poſſint.

HIERONYMI CARDANI, DE MVSICA LIBER.

CAPVT I.

De Laude Muſicæ & eius præſtantia.

MVSICAM neque ab antiquitate nec ab inuentorum gloria, quæ duo ferme ſunt cunctis artium laudandarum procœmiis communia, ſed ab ipſa vtilitate excellentia ſubtilitatéque laudanda ac cæteris aliis tum artibus tum diſciplinis præferenda exiſtimo. Non quod vel vetuſtate, vel inuentorum dignitate cuiquam ſit inferior, nempe....

CAPVT II.

De Principiis & Elementis Muſicæ.

1 MVſica eſt diſciplina quæ vim ſonorum docet agnoſcere: vires ſonis adſunt iuxta illorum differentias. Differentiæ autem ſumuntur ex quinque quæ ipſi ſono exiſtunt propria, vnum autem ſilentio conuenit ac quieti. Quæ illis ſunt propria à magnitudine, à robore à quantitate & qualitate tum comparatione ſumuntur,

2 Magnitudo ſoni eſt quod ſit acutus aut grauis: nam hæ primùm differentiæ ſequuntur magnitudinem & paruitatem inſtrumenti. Conſequuntur etiam proportiones hæ differentiæ, at proportiones quantitatibus propriæ ſunt. Secundum has etiam differentias ſumuntur genera omnium vocum, vnde manifeſtum eſt, quod hæc eſt ſoni vera magnitudo:

3 Sed qualis eſt proportio fidium aut inſtrumentorum in magnitudine talis eſt ſonorum in grauitate, vbi æqualiter chordæ tendantur. At contraria ratione talis eſt proportio in acuitate, qualis chordarum in longitudine, ſed tamen commutata ratione, velut ſi ſint chordæ duæ, quarum vna alteri dupla ſit, breuioris ſonus duplus dicetur in acuitate longiori, longioris autem breuiori in grauitate duplus.

4 Sed dubitatur, ſi longior dimidio breuiore ſit longior, non videtur fieri poſſe, vt breuioris ſonus ſit dimidio acutior grauiore ac ſono longioris, nam nullo modo fieri poteſt vt duo ad tria ſexquialteram obtineant proportionem. Sed dicemus ita contingere, nec eſt huic rei aliud exemplum ſimile: verùm conſonantia fiat grauis ad acutum, acuta à graui diſſonare non poteſt, aliter ſimul diſſonarent ac conſonarent. At hoc eſſe neceſſe eſt, vbi proportio commutetur: igitur acuti ad grauem & grauis ad acutum proportio eadem ſemper eſt qualis in fidibus & fiſtulis longioris ſpatij ad breuius.

5 Dubitatur qui maior ſonus verè ſit acutior an grauis, atque in hoc quæſito multi numeros maiores acutis, multi grauioribus tribuerunt. Ariſtoteles XIX. problematum ſectione in XXXV. problemate dixit Neten ſemper ad Hypate duplam eſſe, & vbi Hypate vnitate deſcribitur, Neten debere ſcribi binario. Idem in XI. ſectione Problemate XLVII. dixit acutam vocem, quod experimentum docet longius exaudiri. At in XIX. ſectione Problemate VIII. quærit, cur grauis valeat, ſonum acutæ dicit, quia maior eſt grauis & angulo obtuſo comparari poteſt vt acuta acuto. Sed videtur acuta maior eſſe, quia vehementius ferit aërem quod breue eſt ab æquali robore. Ob hoc antiqui in acutioribus maiores numeros deſcripſerunt.

6 Robur eſt vocis Conſtantia, nam cum idem neruus eodem modo tenſus, ſeu feriatur vehementer ſeu languidè, eandem ſoni magnitudinem referat: cum tamen vehementer longiſſimè exauditur, cum languidè non ita, manifeſtum eſt aliam eſſe rationem roboris vocis, aliam magnitudinis. Conſonans vox non dicitur aut diſſonans penes robur, ſed iuxta ſolam magnitudinem.

7 Qualitas etiam ab vtraque differt, nam ſunt voces aſperæ acutæ & aſperè magnæ & aſperè paruæ, quanquam in paruâ voce non adeò offendat aſperitas. Eadem ratione molles ſeu lenes, quæ etiam ſuaues acutæ & graues magnæ & paruæ. Vt verò magnitudo vocis à magnitudine inſtrumenti procedit, ita ab æqualitate & lenitate inſtrumenti aſpera vox vel lenis procedit. Et à virtutis mouentis robore robur & imbecillitas vocis. Qui verò imbecilles naturâ ſunt non poſſunt validam omittere vocem, ſed quia validi ſunt imbecillem poſſunt adhibita modica vi effingere vocem.

8 A quantitate autem temporis fit longitudo

gitudo & breuitas vocis, ſicut à quantitate ſilentis Pauſarum (vt Græcè dicunt) breuitas aut longitudo: iuxta igitur hæc quatuor ſeu quinque principia variantur omnes muſicæ modulationes.

9 Porro cum ſint quatuor genera proportionum, quarum ſynceriſſima & perfectiſſima eſt æqualitatis, à quâ peruenit vniſonus. Secunda eſt dupla à qua diapaſon: Tertia ſexquialtera, à qua Diapente. Quarta ſexquipatta vel alia ſimilis, ex qua ditonus; patet etiam quatuor eſſe genera conſonantiarum perfectiſſimam vniſonum; poſt eam eſt Diapaſou, & compoſitæ vt bis diapaſon & ter diapaſon: Poſt ſunt diapente & compoſitæ ab ea vt diapaſon diapente. Vltimò ſunt ditonus & trihemitonium ſeu ſexquitonus. Primum genus vocarunt Homophonum, ſecundum cum tertio ſymphonum, quartum autem Emelem quaſi bene ſonantem, cui opponitur Eemeles incoucinna.

10 Cum enim ex his quæ in libris de ſubtilitate demonſtrata ſunt, dum de pulchritudine loqueremur, ſimpliciſſima proportio ſit auribus maximè congrua atque ideò iucundiſſima, ſimpliciſſima autem ſit voiſonus, quia æqualitate conſtat, erit hæc etiam iucundiſſima: inde Diapaſon & poſt biſdiapaſon quæ quadrupla conſtat proportione, vt terdiapaſon octupla & quaterdiapaſon ſexdecupla; ea autem conſtat vocibus XXIX. quas vix vnquam humanæ naturæ tranſgredi fas eſt, imò nec inſtrumentis. Manifeſtum eſt tandem voces ipſas, vt ſimpliciſſima connectuntur proportione, eò eſſe iucundiores.

11 Voces autem diſiunctæ ac multum diſtantes parum conſonant parúmque diſſonant, nam auris non percipit interuallum, incognitum autem nec diligi poteſt nec odio haberi, vude ter diapaſon & quater diapaſon, nec intelligitur nec bene ſonare multum videtur, niſi intermediis vocibus extremæ inuicem iungantur.

12 His verò quæ optimè conſonant quæcunque propinquiores fuerint magis conſonabunt. Sextupla igitur proportio quæ eſt bis diapaſon diapente duodecupla magis conſonabit propter XI. axioma ac ſuppoſitionem duodecupla oonupla 1. ter diapaſon addito tono ob præſentem ſuppoſitionem; licet enim duodecupla maior ſit nonupla & nouupla integra, attameo nonupla longè remotior eſt à duplæ natura, in qua perfectiſſima exiſtit conſonantia, qua duodecupla. Igitur decima nona magis conſonat vigeſima tertia, intelligo autem propinquitatem non quidem diſtantiam minorem ſed naturæ participationem, velut quadruplam duo propinquiorem duplæ quàm triplam, quia quadrupla continet duas duplas non tripla & ſi tripla ſit duplæ quoad diſtantiam proximior. Hâc ratione ditonus quod ſexquiquartæ proximus valde ſit, etiam quòd in ea non ſit conſtitutus, eſt magis diateſſaro conſonans, tametſi diateſſaron in exacta ſeſquitertia ſit conſtitutum.

13 Dictum eſt, de comparatione quæ eſt inter ſonos eodem tempore productos, vocatúrque hæc proportio. Alia eſt quæ ſucceſſione habetur, quæ non minus eſt priore digna conſideratione. Nam cum iucunditas concentus in hoc conſiſtat vt meliora deterioribus ſuccedant, plurima commoda ex hac regula naſcuntur.

14 Primum quod varietas ipſa ad delectandum præcipua ſit. Quæ enim meliora ſunt, ſi ſuccedant deterioribus duplici ex cauſa delectant, tum quia meliora, tum quia ob varietatem fiunt iucundiora. At quæ ſunt deteriora ſi melioribus ſuccedant vt Emmele ſymphono ſeu ſexta Diapaſo, licet non ſit melior per ſe, ob varietatem redditur melior. Atque ita non ſolùm Emmele tolleratur, ſed & Eemele in vſum veniunt, dicemus autem quomodo.

15 Non igitur duæ perfectæ conſonantes vt duæ diapaſoo aut duo diapente ſibi ſuccedere poſſunt, nam neque altera alterâ melior, quod XIII. regula poſtulat, nec varietas vlla quod præcedens edocet. Sed & videbitur in diapaſo ſuperflua vna vox, quoniam eſt ac ſi per vniſonum progrederentur. Eſt enim diapaſon ſymphonia adeò perfecta vt propinqua ſit valde homophono. Igitur manifeſtum eſt quod non ſolùm propter tres cauſas diapaſon mutatis vocibus poteſt ſuccedere, ſed quod nec diapente diapente.

16 Ex quo manifeſtum eſt eadem ratione nec bene ſonare, ſi vel duæ ſextæ maiores aut duæ minores aut duæ eadem ratione tertiæ maiores aut minores, quod obſeruauit optimè Adrianus, iunctæ erant; nam ex tribus cauſis quæ in diapaſo & diapente deſcriptæ adſunt, duæ militant etiam in Emmele, cum ſimilis ſimili ſucceſſerit, ſcilicet vt nec altera melior ſit, nec varietate iucundior: admittitur tamen à pleriſque hoc, quod tertia cauſa deſit, nam non idem dicere videretur. At ſextam maiorem aut tertiam maiorem minori, aut minores maiori ſuccedere optimum eſt, ac ſecundum præcepta ſemper XIV. regulæ plerumque etiam XIII.

17 Sed diſſonãs ſtare non poteſt. Vt enim in his qui nimis iam frigore obriguerunt calor etiam oſtendit, quod iam confirmata ſit frigiditas, ita conſonans vox ſuccedens diſſonanti, ſi diſſonans non moram traxerit vehementius ex XIII. regula autem delectat: vt verò moram traxerit, diſſonans vox totam euertit harmoniam.

18 Ob id igitur & toni & ſemitonia & dieſes plurimùm delectant cum moram non traxerint, aliter autem totam euertunt harmoniam. Igitur Enarmonicum genus quod in dieſibus conſtat ounquam quieſcit in his fidibus, quæ dieſi diſtinguuntur à reliquis.

19 Quamobrem Enarmonicum genus aptius inſtrumentis quam modulandis humanis vocibus, tum quia fides celerius ſonum

ſonum mutent & amittant quàm humanæ voces & inſtrumenta quæ ſpiritu ioſlantur, tum quia in tanta varietate & tam exigua non tam facilè eſt ſeruare metam vocum humanatum,tum quia fidium voces ſuo loco ſunt conſtantes.

20 At verò vox facilius mutatur ad propinquiſſimam quàm ad diſtantem Cum enim vt dictum eſt in ſecnnda tegula vocis ratio fit in magnitudine per quam vox voci concordat aut diſſonat, magnitudo antem ſenſim & in tempore acquiratut, neceſſe eſt quamlibet vocem celerius ad dieſim quàm ad ſemitonium,& ad ſemitonium quàm tonum,& ad tonum quàm ditonum, & ad ditonum quàm diateſſaron, ad hoc autem celerius quàm ad diapente,& rurſus ad hoc item celerius quàm ad diapaſon commutari.

21 Ex quo manifeſtum eſt,Enarmonicum genus quod dieſibus conſtat eſſe longè ſuauius chromatico,& chromaticum diatonico;nam cum permutatio dieſum ſit pet præcedentem celerrima,minus offendet aurem, ex XVII.tegula,tum verò etiam licebit locó vnius ſemitonij duas dieſes interponere, at ſic agendo varietas maior contingit. Ex XIII. igitur regula maior delectatio,fit etiã hoc facilius has ob tres cauſas chromaticum diatonico, vtriſque autem longè præſtantibus erit Enarmonicum atque ſuauius. Dico autem Enarmonicum quod dieſibus Chromaticum quod ſmetoniis ac triſemitoniis paſſim diſtinguitur.Diatonicum autem quod tonis oec niſi tertio loco ſemitonium recipit.

22 Eſt igitur toni quadruplex ſignificatũ: primò quidem decimus tonum interuallum duarum vocum,quarum altera reliqua acutior eſt octaua parte,vnde Epogdote tonum vocant in hoc ſenſu vt ſignificatum à ſignificato diſtinguant. Secundò dicimus tonũ quantitate mcomprehenſamSyſtemaris quã tranſgredi minimè licet, atque ita dicimus tonum Dorium & phrygium eum inter terminos quoſdam ratio tropi continetur· & hoc in priſca muſica. Eodem modo in noua primi toni dicimus eſſe cantilenam aut ſecundi plagalem aut autenticum. Tertio modo dicitut pro quacunque magnitudine, vnde quidam dicere ſolent, non bene intonat,id eſt non vocem qualem oportet, emittit. Quartò pro debita vocis conſtantia:multi enim cum rectè voces proferant, non tamen tubuſtam habent vocem. Sic laudamus chelim & clauicitheria.

23 Interuallum verò dicitur vel diſtantia ſimpliciter inter vocem, & vocem, & hoc modo dicimus interuallum dieſis eſſe ſexquitrigeſimam quartam & diapente interuallum 1. ſexqui alteram & & diapaſon interuallum eſſe duplum. Alio modo vt continens voces continet,interuallo totidẽ minus vno, velut dicimus in diateſſaro, quod ſint quatuot voces eſſe tria interualla, in diapente cum ſint quinque voces, quatuor interualla, in diapaſo quod ſint octo voces erunt ſeptem interualla v. g.

Diateſſaron.	Diapente.	Diapaſon.
vt 1. m.	vt 1. m.	vt 1. m.
re 2. m.	re 2. m.	re 2. m.
mi 3. m.	mi 3. m.	mi 3. m.
fa	fa 4. m.	fa 4. m.
	ſol	ſol 5. m.
		re 6. m.
		mi 7. m.
		fa

24 Quæ igitur dicuntur ſemitonia toni diapente & reliqua dicũtur interualla,quia continẽt ſimplex vnum interuallum etſi ſit diuiſum in plura,nam vox non poteſt facere conſentũ nec eſſe ſemitonium nec tonus, ſed omnia talia ſunt ex genere interualli. Errant ergo qui dicunt *mi* eſſe ſemitonium & *fa* tonum,& qui cõtrario modo. Sic errauit, *Frater Angelus Picitonus in ſuo primo libro c.28.floris muſica*, cum dixit *fa* eſſe tonũ perfectum & *mi* imperfectũ, imo verius *fa* deberet dici ſemitonium & *mi* tonus. Sed neutrum eſt verum, ſed ſemitonium eſt interuallũ inter *mi* & *fa* & non *mi* vel *fa* vnde dicendo *re mi* vel *fa ſol* fit tonus & non ſemitonium. Et dicendo *fa mi* vel *mi fa* fit ſemitonium, ideo eſt interuallum.

25 Interualla igitur quædam ſunt vtilia & quædã inutilia. Inutilia ſunt coma Tritonúſque & Apoſthome ſeu ſemitonũ maius & ſchiſma quod eſt comatis dimidium. Vtilia ſunt Tonus ſemitoniũ minus & dieſis item quę ex his proueniũt pleraq; vt ditonus, diateſſaron, diapente, Dixi pleraq;, nam ſi componatur tonus cũ duobus ſemitonis minoribos fit ditonus imperfectus. Et ſi duo minora ſemitonia cum duobus tonis fit diapente imperfectum quæ ſunt inutilia.

26 Vt igitur ſciamus quę ſint ſpecies interuallorum vtilium ſciendum, quod toni conſiſtit in ſexquioctaua vt demonſtrabo & dimidium qquod conſiſtit in proportione 18.ad 17. & vocator ſemitonium minus & dieſis quæ eſt quarta pars toni,& dimidium minoris ſemitonij, & conſiſtit in proportione 35 ad 34 & eſt minimum interuallum, quod cani poſſit vt demonſtrabo ſunt de genere vtilium, vnde præterea quod comma cum ſit minor dieſi non poteſt per ſe cani: ideo conſidetatio de comate & ſchiſmate facta à Iacobo Fabro Stephalenti eſt potius ambitioſa quàm vtilis. Cum ſint præſertim tot vtilia conſideranda in hac arte quæ vel exoleuerunt vetuſtate, vel nondum in lucem prodierunt. Sed ex vtilibus eſt etiam Diapaſon quod in dupla conſiſtit, diapente quod in interuallo ſexquialtero, & diateſſaron quod in ſexquitertio ſeu epitrito. Hæc autem in inſtrumentorum fidibus & interuallis ſpatiorum ex tertia tegula demonſtrari poſſunt. Sunt & vt dixi ditonus & trihemitonium

& ſexta maior & minor, poſt ſecunda & ſeptima, vt ſint in vniuerſum addito vniſono interualla duodecim vt in figuta vides.

1	Dieſis.
2	Semith. minus.
3	Tonus.
4	Trihemithonium.
5	Ditonus.
6	Diateſſaron.
7	Diapente.
8	Sexta maior.
9	Sexta minor.
10	Septima.
11	Diapaſon.
12	Vniſonus.

Inde compoſitæ ex jlis. Sed dicunt Pythagorá iuſſiſſe, ne diapasō tranſgrederemur & meritò non quod id interuallum tranſgredi nun liceat, abſurdum enim & falſum, ſed quod tranſgredientia in ſimilia recurrere ſit neceſſarium. Igitur tota ars in his duodecim conſiſtit interuallis. Sed quæ vitare opottet interualla ſunt, vt vno verbo dicam quæ non ſunt ex hoc genere, vel quia non ſint perfecta, vel quia ſint malè coaptata. Sunt tamen & quædam alia pauca occultioris muſicæ de; quibus dicemus, ſed tamen illa ratione potius quàm ſenſu comprehenduntur.

27 Sed quia oportet intelligete quonam pacto hæc interualla ſeu proportiones iungantur, quanquam de his in quinto operis petfecti libro abundè dictum ſit, non tamen pigebit pauca hic ad vſum maximè neceſſaria repetere, quorum ptimum eſt. Cum volueris iungere proportionem $\frac{3}{2}$ cum proportione $\frac{8}{6}$ multiplica ſuperiores numeros inuicem qui ſunt 8 in 3, fit 24 & inferiores inuicem qui ſunt 2 in 6, fit 12 & fiet vt in margine proportio $\frac{24}{12}$ id eſt dupla. Alter accipias numerum qui ſit in propottione ad 3, ſicut eſt 8 ad 6 & eſt 4 huic ſuppone 2, & fiet proportio 4 ad 2 id eſt dupla vt prius.

$\frac{3}{2}$	$\frac{8}{6}$	$\frac{24}{12}$
$\frac{3}{2}$	—	$\frac{4}{2}$

28 Ex quo habemus quod ſi volo iungere duas ſexquioctauas id eſt proportionem $\frac{9}{8}$ duco ſuperiorem numerum in ſe fit 81 & inferiorem in ſe fit 64 & proportio $\frac{81}{64}$ eſt duæ ſexquioctauæ. i. ditonus, eadem ratione habebo tritonum ducendo bis 9 in ſe & fit 729 & bis 8 in ſe & fit 512 & proportio $\frac{729}{512}$ eſt tritonus. Et vt inueniam ſingulos tonos addo termino inferiori

$\frac{9}{8}$	$\frac{81}{64}$

Ditonus	64. 72. 81.
Tritonus	512. 576. 648. 729.

ſexquioctauas, vt in dictono addita octaua parte 64 fit 72 primus tonus inter 72 & 64 addo rurſus octauam partem ad 72 quæ eſt 9. fit 8. tonus inter 81 & 72. Et ita in tritono primus tonus eſt inter 576. & 512. & ſecundus tonus inter 648 & 576 & tertius tonus inter 729. & 648.

29 Cùm verò volueris detrahere proportiooem à proportione vt à proportione $\frac{3}{2}$ quæ eſt ſexqui altera diapente conſonantia $\frac{9}{8}$ ſexqui octauam quæ eſt tonus gratia exempli: duciro 3 in 8 in crucem & fit 24 pro denominatore qui ſumitur à denominatore maioris proportionis & ita in crucem ducito 2 in 9. fit 18, conſurget igitur proportio $\frac{24}{18}$ quæ eſt vt $\frac{4}{3}$ Epitrita diateſſaron. Ex quo habemus quod detractio hæc eſt potius diuiſio ſicut aggregatum eſt multiplicatio in proportionibus. Et hoc cur ſit vt dixi ſuo loco eſt declaratum.

$$\frac{3}{2} \times \frac{9}{8} \quad \frac{24}{18}$$

30 Sed ſi volo diuidere vnam proportionem per æqualia vtpote tonum $\frac{9}{8}$ poſſum hoc facere verè & arithmeticè tantum vere eſt duplices vtrumque terminum ſeu numerum & fiunt 18 & 16 & poſt capies numerum æqualiter diſtantem ab vtroque qui eſt 17 & proportio $\frac{18}{16}$ eſt ſemitonium ſeu proportionis $\frac{9}{8}$ dimidium & ſecundum hoc erit dieſis $\frac{16}{15}$ vel $\frac{15}{14}$ vt liber, ſed proximior eſt ad $\frac{16}{17}$ ſenſibilis, vera autem dieſis eſt proximior ad $\frac{15}{16}$. Dixi proximior, quia vt dixi modus verus eſt, vt volendo dimidium propottionis $\frac{9}{8}$ duc 9 in 8 fit 72, accipe latus ſeu radicem quæ eſt R 72 & huius proportio ad 8 hoc modo R $\frac{72}{8}$ eſt ſemitonium verè. Eadem ratione dieſis erit RR $\frac{4608}{9}$. Hæc autem eſt proximè valde $\frac{219}{216}$ vel $\frac{15}{14}$ & proximior $\frac{15}{14}$ quàm $\frac{16}{15}$.

$\frac{9}{1}$	$\frac{18}{16}$
$\frac{9}{8}$	$\frac{72}{}$
R. 72.	8

31 Cum fuerint tres numeri quorum proportio primi ad tertium fuerit ſicut diſtantiæ primi & ſecundi ad diſtantiam ſecundi ad tettium, tunc dicetur habere propottionem muſicam vt vides in tribus exemplis. Nam proportio 6. ad 2. in primo exemplo eſt tripla, & talis eſt 3 diſtantiæ 6 & 3 ad 1. differentiam 3 & 2. Et proportio 6 ad 3 in ſecundo exemplo eſt dupla vt 2 differentiæ 6 & 4 ad 1 differentiam 4 & 3. Et in tertio exemplo differentiæ 187 & 85 quæ eſt 102 ad 30 differentiam 85 & 55 eſt propotrio vt 17 ad 5 & talis 187 primi ad 55 tertium. Si ergo accipiantut tres chordæ æqualiter tenſæ & æqualis craſſitudiois quæ ſint in proportione 187. 85. & 55. ipſæ erunt in harmonica proportione & conſonabunt. Sed hoc fecit errare Ptolemæum, qoia iſta regula ad ſenſum non eſt vera, niſi cum extremæ chordæ per ſe conſonant, vt in primis duobus exemplis. In tettio autem non conſonabunt, quia 187 & 55 non ſunt oiſi in proportione 17 ad 5 vt dixi, que non eſt nota per ſe auri, ideo nec facit harmoniam.

6.	3.	2.
6.	4.	3.
187.	85.	55.
P.	Sec.	Ter.

32 Vt

32 Vt verò ratio diſtantiarum nimia tollit conſonantiæ ſenſum & diſſonantias vt in XI. regula dictum eſt, ita etiam temporum ratio non intellecta, vnde plures licet in æmiolia & tripla proportione collocare diſſonantias quàm in dupla,& etiam in quintupla quàm in tripla & in ſeptupla quàm quintupla, ſed latebunt & conſonantiæ niſi cum ad terminum venerint.Igitur amplior ibi copia vocum, ſed ob difficultatem plerúmque negligitur.

33 Voces igitur diſſonæ tribus modis admittuntur, vel quia incertum habent tempus vt in ſyncopa & proportionibus, ita vt non ictus primam partem occupent,vel quia celerrimè tranſeant, vel quia temporis locum minimè principalem obtineant. Collocantur autem tres ob cauſas vel ad augendum iucunditatem conſonantiæ vt ſeptima ante diapaſon, quod maximè eſt in vſu, vel ob varietatem vt in chromatico & Enarmonico diateſſaro ſeu conſtitutione, vel ad augendam muſicæ materiam.

CAPVT III.

De Tetrachordorum generibus.

CAuſa, inuentionis diuerſorum generum tetrachordorum fuit triplex:prima quòd, cum eſſet vox humana anguſtis terminis contenta, vt vix proportionem ſexdecim ad vnum admitteret, atque in diapaſo ſolùm voces vtiles illæ duodecim de quibus dictum eſt continerentur.Oportuit excogitare tum maximè in fidibus, vt non ſolùm ſex in diapaſo ſed plures propter chromaticum genus collocarentur, ac vſque ad XIII: in Enarmonico. Secunda vt voces, quæ paruis interuallis diſtant diſſonæ alioquin celeriter ex XX. regula præcedentis capituli ad ſtatum ſuum redeant. Tertia vt diuerſi affectus diuerſo compoſitionis modo exprimerentur.Quod Plutarchus ſcitè ſatis in ea quam de Muſica fecit diſputatione his verbis exprimit. At verò *Muſica noſtri temporis pulcherrimum omnium maximéque decorum genus, quod veteres propter maieſtatem grauitatémque colebant, penitus repudiarunt adeò vt ne cura ſit vlla pleriſque, enharmoniorum interuallorum* : conſtat igitur enharmonium tetrachordum grauitatem ac maieſtatem retinuiſſe. Et rurſus in eodem libro. *Traditur etiam ab Ariſtoxeno inuentorem Enarmonij generis Olympum fuiſſe a Muſicis exiſtimatum, & ante ipſum omnia fuiſſe diatona atque chromatica, inuentionémque illam hoc modo proceſſiſſe putabant. Quam in diatono Olympus verſaretur, & frequens tranſueheres diatonum modulum ad Perhypatem tum à Paramese tum Meſe diſcedens, Diatorsúmque transgrederetur, animaduertiſſe pulchritudinem atque decorem morum ex eo vocum*

complexu peruenientem, atque ita ſyſtema hoc admiratum amplexúmque in Dorio tono conſtituiſſe. Non enim hoc ad diatonum aut chromaticum vel omnino harmoniam vllam pertinere poterat. Rurſus ibidem. *Perſpicuum quoque in hypatis non ruditate abſtinuiſſe eos ab eo tetrachordo in Dorio, quum mox eodem in cæteris tonis viterentur. Quippe non alia cauſa à Dorio tono ipſum eximebant, quàm vt decus morum tuerentur, quorum honeſtatem decorúmque honori habebant. Quale à tragicis quoque obſeruatum videmus: nec dum enim tragedia ad hanc vſque diem chromatico aut Enharmonico genere vſa eſt.* Quamobrem clarum eſt ad exprimendos affectus maximè varietatem hanc tetrachordorum excogitatam conduxiſſe.

CAPVT IV.

De Inſtrumentorum Muſicorum differentia.

CVm omnia inſtrumenta Muſica ſono conſtent, neceſſe eſt vt Sonus ille vel fiat in gutture vel ex aëris impulſu qui ex ore prodiens ſonum efficiat, velut abſque noſtro ſpiritu fiat, atque tunc etiam duplex diſcrimen: vel enim fit ex aëre collecto, vel libero; liber autem aër non poteſt ſonos ſub certâ ratione reddere, niſi menſura & tenuitate fidium cauſam præbente. Ergo quatuor erunt in vniuerſum inſtrumentorum genera, quæ vocem reddunt in gutture formatam,vocantur autem fiſtulæ, ſúntque vocis tantùm generis. Quæ verò ſpiritum ſolum recipiunt vocem autem formant in ſe ſunt vt Buccinæ, litui, cornua, tibiæ, tubæ, Elymæ quas vocamus Flautos, Phipholæ, ſyringes. Tertij generis ſunt Organa & Hydraulica. Quarti generis ſunt lyra quæ antiquiſſima eſt, cithara, Sambucæ, chelis, Pſalteria, clauicitheria, clauicordia, clauicymbala, Magades, Barbithi, Naula, monochorda, cornua, teſtudines, tricordia, Simica, Epigonia. Sunt & quædam inſtrumenta imperfecta vt Tympana, Cymbala, Gotala, Nolæ, Siſtra, Tintinabula, Hemicyclia, Vrcei Toscarum inuentum. Sont etiam quædam compoſita ex his. Materia, Æs, Cornu, Vitrum, ebur, ferrum, Arundo, plumbum album, lignum,cortex maximè lauri humilioris, orichalcum aliáque innumera. Sunt & aliæ differentiæ, nam inſtrumentorum quædam ſunt omninò imperfecta vt cornua monochorda trichordia, quædam perfecta vt Chelis & organum & cornua, quædam non vt tuba claua, cymbalum, tibia, Elyma. Quædam rurſus vnam tantùm edunt vocem vt lyræ maiores, quas vocamus vulgò crurales, & monochorda & fiſtulæ, tibiæ tubæ tympana, quædam plures vt cithara, chelis organum. Quædam rurſus ſunt diſtincta ſuis locis: vt inter tibia-

rum genera Elyme, intèr citharas lutina, quædam ſolum ſpatio, vt inret ea quæ Spiritu inflantur tuba mobilis, inter citharas trichordia. Quædam nullo modo, ſed ſinguli netui ſuis ſeruiunt vocibus, vt lyta ſimica, clauicordia, orgaoa. Potto cum ſint mulıæ aliæ differentiæ inſtrumentorum velle eas bic recitare generaliter cum imperitis methodi hæc ſcribantur, potius eſſet ambitioſi viri, quàm volentis hæc docere. Quamobrem ſingula ſuis locis explicabuntur, bæc tamen prætetite non licuit.

CAPVT V.

De cauſa & materia ſoni in inſtrumentis & differentia ex materia, ex qua inſtrumenta conſtant.

SOnus eſt accidens autium ſenſu proprio quod percipi poteſt ob aërem percuſſum. Sonus autem perfectus fit, quotiens aër inter duo dura corpora percutitur, vel cum vnum corpus vt in fidibus aërem percutiendo alteri corpori illidit, Generaliter verò fit non ſine percutiente percuſſo & aëre medio. Vt verò bene ſoous efficiatur, latitudo certè neceſſaria eſt: impoſſibile eſt enim rem tenuiſſimam, tenuiſſimæ illiſam bene ſonare, vnde acus parum ſonat, & ſi perſoretur & inſletur, non tamen`ſooabit. Itaque vt ſonus euidens fiat neceſſe eſt percutiens adeſſe, quod etſi ſit tenue noo multum refert & aërem & rem latam percuſſam. Sed vt iucundus ſonus fiat, in re percuſſa lata tria ſunt neceſſaria, cauitas æqualitas & lenitas. Per æqualitatem intelligo id quod refertur ad figuram & ſubſtaotiam. Sed & oportet adeſſe materiam ad ſonum aptam; plumbum enim etſi cauum æquale & latum ſit non tamen ſonat, quoniam nihil vacui in ſe continet, & ob id etiam grauiſſimum eſt: grauia etiam valde omnia reliquis leuioribus minus ſonant, & obtuſius, vt inter metalla aurum & plumbum, inter ligna buxus & ebenus. Sed percutiens æquale eſſe neceſſe eſt, non autem cauum 'aut omnino lene, lenitas tamen multum iuuat:ea de cauſa fides ſi per longitudinem digitis ducantur, quæ aſperæ ſunt falſæ dicuntur, quod dupliccm & inconditam vocem faciaot. Inæquales igitor omnes falſæ, inæqualesautem aliæ ſecundùm ſubſtantiam quæ non niſi ſenſu auditus quod falſam & vt dixi duplicem vocem emittant, dignoſcuntur, ſed figura tales vt dixi vel tactu, vel cum angulares fuerint, viſu cognoſcuotur, concuſſæ enim digito & extenſæ imaginem duarum aut plurium referunt, quod eſt inditium eſſe angulares, vode quantò plores imagines referunt, eò ſuot deteriores.

Metalla igitor plus generaliter ſtrident lignu, & ob id inſtumeotis vocalibus aptiora vt tubis & organis. Inter metalla æs magnam habet vocem, orichalcum plurimum ſtridet, ſtamoum ſuauius, cuprum vehementius percuti poteſt, quod nec flectatur nec facilè fraogatur. Argentum claram habet vocem; nolis igitur aptius cuptum qood longius exaudiatur, quia vehementer percuti poteſt non quia magis reſonet ære. Argentum additur, vt clariorem reddat ſonum, organis ſtamnum conuenit ob ſuauitatem, ſicut tubia æs, lituis orichalcum. Ferrum male ſonat elymis & his quæ fidibus conſtant lignum, per ſtamnum album plumbom intelligo. Cornua media ſuot inter lignum & æs, quantum enim à ligno ſoauitate, tantum ab ære vocis vincuntur magnitudine, vitrum inter cornu & ligoum medium eſt, vnde & cornua vitrea fiunt, quæ patuo ſunt in pretio ob fragilitatem: fiunt & organa qualia duio eſſem Venetiis, ſpectaui, audiuique, vox tenuior acutior ſuauior quàm in ſtamno. Tenoior & debilior quod vitrum impetum maiorem aëris abſque periculo haud ſuſtineat, ſuauior quia lenior, acutior quia leuior eſt materia. Fiunt etiam fiſtulæ tenues, nam moles io re tam ſtagili., quò maior eò periculoſior, ideo acutior vox ob angoſtiam fiſtularum. Ebur & oſſa obtuſiorem eò habent cornibus ſonum quò magis terrea ſunt, ſuauem tamen ebur, quia exactè expolitur, arundo ſtridet: at cortex lauri & reliquarum arborum obtuſum & inæqualem oeceſſariò habent ſonum, ſunt eoim inæquali ſubſtantia, ob boc indigna quæ referaotur inter materias inſtrumentorum noſtræ ætatis. Sed veteribus quibus oulla alia erat melior materia ſatisfaciebant, nunc non niſi ob inſignem quandam raritatem admirationem potius quàm delectatiooem parere poſſunt: ſed & in fidibus eadem ferme ratio. Quæ ex ære fiunt magis reſonant, ſuauiores ex orichalco, omnium ſuauiſſimæ, qoibus in cheli & lyra vtimur inteſinorum, optimæ quoad robur canom, eſt enim animal ſiccius & duriora babet viſcera. Ea quibos fidibus percuſſis reſooat aër ſunt digiti pennæ & equinæ ſetæ & ligna, vt io dulcimelis quæcunque molliora ſunt ſuauius ſonant, vnde chelis dulciſſima. Adiiciuotur pennis lanei panni fruſtula in clauichordis & ſimilibus, vt duriorem ictum mollior res temperet.

CAPVT VI.

De Inſtrumentorum nobilitate.

INſtrumentorum nobilitas ex nouem babetur conditiooibus, amplo ſyſtemate, vt ſcilicet ſaltem bis diapaſon excedat, velut


velut chelis quæ ad X X. peruenit vocem, organum ad quater diapaſon, ſuaui voce non aſperá non obſtrepente, quòd facilè pulſentur. Et ob has tres cauſas litui imperfecti ſunt & ignobiles. Difficilius enim longè inflantur elymis, rauci ſunt & obſtrepunt, nec ſupra diapaſon niſi vna duntaxat voce aſcendunt: cornua verò etiam his duas has ob vltimas cauſas ſunt viliora. Quarta conditio eſt vt cum humana voce & aliis inſtrumentis facilè conueniant. Hanc ob cauſam elymæ minimè laudantur, vix enim vllum aliud inſtrumentum minus conuenit. Quinta quod polyphona meliora ſunt tricordiis dicordiis & monophonis. Quæcunque etiam vocem retinent, vt organa præſtantiora ſunt fugacem habentibus, ſic pedales lyræ clauichordiis ac chelis præferuntur. Quæ etiam vocem habent amplam: his quæ tenuem habent præſtant. Octaua eſt, quod inſtrumenta quæ minimis interuallis ac frequentioribus diuiſum habent ſyſtema, his quæ maioribus ac paucioribus præpollent. Hac de cauſa chelis eſt præſtantior organo, nam chelis tota & lyræ pedales in genere ſunt chromatico totæ, at organum partim in diatonico, partim chromatico. Quæcunque verò per dieſes etiam in Enarmonico genere conſtituuntur, ſunt omnium nobiliſſima: nobiliſſimum enim vt dictum eſt inter tetrachorda enarmonicum. Inter monophona igitur quæ pulſantur plectro optimæ lyræ pedales, phipholis inter ea quæ inflantur. Polyphonarum autem nobiliſſimum organum inde chelis. Quæ inflantur, quoniam humanæ voci ſunt ſimilia, præſtantiora ſunt his quæ pulſantur, lyræ tamen pedales phipholis præſtant. Organum igitur omnibus ex cauſis inſtrumentis omnibus non ſingillatim præfertur. Cumque omnia inſtrumenta Græcè organa dicantur, hoc ſolum tamen ſimpliciter id nomen retinuit ob excellentiam, reliqua commutarunt. Ex nouem autem conditionibus quibus inſtrumentum inſtrumento præſtat, ſeptem primas organum obtinet atque vltimam, in octauo vix ab vno aut altero vincitur. Quod ſi per dieſes loco ſemitoniorum diuidatur, non ſolùm eorum quæ ſunt ſed quæ fieri poſſunt, præſtantiſſimum erit, atque regium planè inſtrumentum. Hoc autem ſimplex atque ſimplicium, compoſitorum autem compoſitum. Itaque in omni genere, ſimplex organum abſolutiſſimum, dulciſſimum, iocundiſſimum, præſtantiſſimum ac nobiliſſimum.

⁂

CAPVT VII.

De his quæ communia ſunt omnibus, quæ propria ſingulis inſtrumentis ſecundi generis & proprietate foraminum.

NOn ſimplex aut plana eſt ratio inſtrumentorum quæ ore inflantur, quemadmodum eorum quæ fidibus conſtant. Sed vt à clarioribus atque euidentioribus ſumamus initium, foramina omnia aut neceſſaria ſunt aut vtilia. Neceſſaria duo ſunt, alterum per quod ſpiritus immittatur, reliquum per quod emittatur. Vtilia autem trium generum, vnum quod vocem reddit faciliorem, alterum quod eam modulatur, tertium quod eam acuit. Deſcribatur igitur gratia exempli Elyma.



cuius ſuperius foramen per quod Spiritus immittitur dicat A, B ex aduerſo, dico quod per B emittitur Spiritus ac vox, de ſpirito quidem oppoſita manu ſentitur. Quod autem etiam vox emittatur, tribus aut etiam quatuor modis poteſt demonſtrari: primus quod ſi occludantur foramina D E F G H L M N B exauditur ſibilus ſolùm non vox ex C, aperto autem B exauditur vox grauiſſima, igitur vox illa per B. effertur. Secundus quod in paruis Elymis: ſi occludatur B ex parte vox exaeuitur vt etiam aperto D. igitur per B vox effertur. Tertius eſt quod in cornibus occluſio ex parte B fit vox ſuauior. Quartus quod vox augetur vna in elymis, imo omnes eo foramine diuerſis modis hiante quadruplices euadunt. Deferri autem vocem vſque ad imum inſtrumenti hoc argomento deprehenditur, quia concluſis omnibus foraminibus exceptis A B C exauditur vox grauiſſima. Sed idem contingit relictis apertis A B N, occluſo autem B cum aliis, quia exauditur vox tono altior grauiſſima, ſicut relicto B aperto & N. quare vox ipſa fertur quàm longiſſime, verùm cum longius fertur vt audiatur vox eò maiore indiget nixu. Inditio autem eſt duo foramina A & B. ſufficere ad ſonum, & quod magno indigeant Spiritu quibus hæc tantùm adſunt, quòd Buccinæ & cornua curſorum ſonant, cum tamen hæc tantùm habeant foramina, ſed magno ſpiritu indigent, & procul etiam quia vehementius inflantur, audiuntur: Ob id ergo, vt facilius poſſint inflari; obducta rotula foramen reddunt anguſtiſ

anguſtiſſimum, verùm ſi nulla rotula obducatur A foramen, quanquam difficilius inflentur, longè tamen dulcius ſonant, vocantúrque cornua ſurda, atque hæc ſolent vocibus aſſociari: nam cum humana voce magis conueniunt.

In inſtrumentis autem in quibus adſunt foramina vtilia, B foramen adiicit vocum numero extremam, quia obſtructis omnibus foraminibus ſi B obſtruatur non reſonat, ſed aperto fungitur officio reſonátque vltima grauiorum. Sed in aliis vocibus F G H E L & M facit vt tutius adhibeatur plenus Spiritus. Aliter ſi B occludatur tranſit vox in ſchilum ſeu ad diapaſon ſuperius. Et ideo manifeſtum eſt cur in paruis Elymis occluſo vt dictum eſt B, vox tranſit ad ſuperius diapaſon, occluditur autem vt dixi non totum: vocis igitur proprium eſt maximè deſcendere, cum verò impedita per ſuperiora foramina cogitur erumpere, pleniore indiget ſpiritu, quare ad diapaſon tranſit ſuperius. Cum verò aperitur B facilius reſonat, igitur minori indiget ſpiritu inſtrumentum, igitur dulcius ſonabit, igitur B foramen facit ad dulcedinem omnium vocum, etiam præter id quod vnam vt dictum eſt vocem adiicit.

Omne etiam inſtrumentum quantò latiora habet foramina maiore Spiritu vt reſonet indiget, nam per valde patentia loca, cum non collidatur, aër nullus fit, ſonus igitur quantò latiora foramina, eò abſunt à colliſione magis aëris, quare cum magnus Spiritus longius exaudiatur ac magis ſtrideat, inſtrumenta anguſtis foraminibus ac ex leuiore ligno ſunt dulciſſima, ex buxo autem latiſque foraminibus ſtridentia & aſpera. Occluſo etiam foramine B eâ ratione non toto ſed ex parte dulcior ac ſuauior redditur harmonia vt in cornibus. Vtilium autem foraminum tria ſunt genera vt dictum eſt, C facilius vt vox reddatur facit: hoc argumento, quod quæ eo carent, vt litui & cornua difficillimè inflantur. Rurſus quod eo concluſo foramine Elyme vix reſonat. In phipholis autem, quia eodem foramine vox redditur quo immittitur ſpiritus, vt in ſua figura videre potes, adeò vt C vicem gerat A, ideo minore quàm litui & cornua ſpiritu indigent.

Foramina quantò latiora eò magis vocem mutant: pari enim exeunte ſpiritu vox mutatur ſenſim iuxta latitudinem foraminis, quod demonſtratur ex hoc, quòd ſi ex dimidio foramen occludatur ſemitoneo vox deprimitur: quantò etiam propinquiora ſunt foramina, eò magis vocem mutant, quia quò propinquiora ſunt A eò remotiora ſint B neceſſe eſt. Cum igitur vox acutior requiritur ac longè maior, foramina ampla fiant, & in ſuperiore parte, vt verò per ſemitonia & dieſes diſtinguatur ſtrictis foraminibus ac procul diſtantibus à priore foramine verſus B vtendum eſt. Ergo cauſa patet cur aperto D vox acutior diapaſo reddatur, quia D eò propinquius eſt F, quò diapaſon tonum continet, atque etiam latius. Igitur aperto D omnes voces ad diapaſon ex æquo aſcendunt, quaſi mutata elyma aut cornu. Quòd ſi tantùm ex dimidio occludatur D aſcendit ad bis diapaſon vnaquæque vox, appellaturque ſupraſchilus. Oportet autem ex dimidio foramen D concludere, non quod anguſtia foraminis exacuat vocem; dictum eſt enim quod amplitudo non anguſtia exacuit, ſed quia vel vox non redderetur remiſſo ſpiritu, vel intenſo nimium ſtridens, atque ideo diſſona cum aliis vocibus. Ponitur autem, à tergo commodi cauſa, vt pollice poſſit concludi, atque etiam vt magis exacuat vocem. Ergo amplum ſit duas ob cauſas oportet, prima vt magis exacuat voces, ſecunda vt perfectius ad bis diapaſon tranſeat, nam arctum & ex dimidio obſtructum vix reſonat.

Quintum autem genus foraminum quo voces variantur F G H L M N diſtat integris tonis, niſi quod inter G & H maius eſt ſpatium quàm pro tono, fit autem ob diſtantiæ magnitudinem vt dictum eſt Apothome. De his autem dicetur in Elymis.

CAPVT VIII.

De modis generalibus pulſandi inſtrumenta ſecundi generis.

IN omnibus inſtrumentis ſecundi generis hæc tria pulſando conſiderari debent: digitorum varietas Spiritus & lingua. Digitorum varietatem varias efficere voces adeò manifeſtum eſt vt demonſtratione non indigeat, hoc enim & præcedenti capite ſatis oſtenſum eſt, & in nono dilucidius declarabitur. Nam hoc vel ſolo intuitu cuilibet manifeſtum eſt, & qui nunquam pulſarunt, diſcrimen hoc per ſe intelligunt. At ſpiritus duæ ſunt differentiæ generales, altera quidem à magnitudine ſumpta altera ab impetu: ab impetu tres ſumuntur differentiæ remiſſus qui & grauis incitatus & medius inter hos: à magnitudine tres, rurſus plenus vacuus ac mediocris. Graui ſeu remiſſo vtimur in inſtrumentis maioribus & quæ facilè inflantur vt Elymis & in grauioribus vocibus, nam ſi intento vtaris, maiora inſtrumenta ſtridebunt, & voces graues proferre non poteris. Contra acuto ſeu incitato vteris in inſtrumentis quæ difficulter inflantur vt cornibus, item in inſtrumentis minoribus & vocibus acutioribus. Quod ſi remiſſo vtaris cornu non reſonabunt voces in paruis inſtrumentis & in acutis locis languidiores factæ, propriam quantitatem non ad amuſſim retinebunt ſed diſcordabunt. Medius ſpiritus in mediis vocibus & inſtrumen

ſtrumentis conueniet vt in lituis, media enim hæc inter cornua & elymas. Pleni non eadem eſt ratio quæ remiſſi, licet enim grauioribus vocibus & inſtrumentis conueniat, non tamen his quæ facilè inflantur, ſed quæ difficilè. Inani in paruis inſtrumentis acutis vocibus, ſed inſtrumentis, quæ facilè inflantur: pleniſſimo igitur & incitato vtemur in cornibus maximis, pleniſſimo & remiſſo in maioribus elymis, inani & incitato in paruis elymis, paruis cornibus incitatus & plenus ob inflandi difficultatem conuenit, vt quarta coniugatio pereat, niſi forſan in paruis elymis in grauioribus vocibus inani atque remiſſo vtamur, mediocribus inter rarum & denſum ſpiritibus vtemur cum omnia fuerint mediocria.

Lingua autem quatuor modis pulſando vtimur, Spiritu primò dum minuit reflexa ad palatum vel extenſa auget obſtruendo meatum & aperiendo vt in cornibus; motu & hoc biſariam vel tecto vel reflexo, mirum quantum iuuet voces ac variet mutétque: Prolatione, hæc autem triplex lenis, quæ per liquidas fit vt *lere*, aſpera quæ per mutuas aſpiratas vt *thecbe*, mediocris quæ mixta eſt vt *there* vel *thara*. Digiti tribus modis faciunt mutationem vocum, vel ratione foraminum, vt in elymis maximè videbitur, vel ratione applicationis, & hæc eſt triplex in genere: aliquando enim totum obſtruit foramen, aliquando penitus non obſtruit, aliquando dimidium. Regula eſt, totum obſtructum facit vocem grauiorem, apertum totum acutam, apertum autem ex parte, quantò minus relinquitur, dummodo reſonet, eo vox acutior redditur. Et hoc in foraminibus quarti & quinti generis. Spiritu autem mutare voces præter tranſitum illum vulgatum ad diapaſon & bis diapaſon per vocatos ſchilos & ſupraſchilos, oſtendit ratio elymarum, quam inferius apponam, vbi varia ſub ratione digitorum eadem vox mutato contraria ratione ſpiritu ad amuſſim redditur.

CAPVT IX.

De Elymis & earum forma atque ſecretis.

MEminiſſe oportet eorum quæ in capitibus ſexto ac ſeptimo huius libri ſcripta ſunt. Hæc autem inſtrumenta à noſtris *flauti* vt dixi vocantur. Habent foramina omnia quinque generum. Quæ ex his lata habent foramina, quatuor ex cauſis deteriores ſunt his quæ anguſta: prima quòd difficilius pulſantur, quia non tam facile obſtruuntur digitis, maiore etiam indigent ſpiritu, atque eo dupliciter peccant: laſſant enim Muſicum, & etiam magis vt demonſtratum eſt ſtrident, quarta quod imperitiam oſtendunt artificis, qui quod ratione debuit aſſequi, quaſi cœcus manu ductus, dilatando foramina ad meram reduxit; meliores ex pruno albis. Quæ ex albo ligno leui magis raucæ, quæ ex ſolido veluti buxo eò grauiores ac magis incommodæ quò ſuauiores. Sit igitur conſtructa Elyma A B In grauioribus



cuius foramen M, quia digitus ad ipſum pertingere non poteſt omninò, ideo fit latius, quare excederet totum, ea de cauſa fit remotius, quamobrem adduntur virgulæ, quibus compreſſis concluditur foramen M.

Sint igitur hæ regulæ: (1.) D apertum omnes voces ad diapaſon deducit, acutius intento ſpiritu, ex dimidio autem concluſum ac magis intento ſpiritu facit bis diapaſon. (2.) Foramen omne à præcedenti integro tono diſtat præter G H, quia ita Elyma conſtituitur. (3.) Occluſo ſequente vno relicto inter medio ſemper fit ſemitonium, vt ſi concluſum ſit E, inde concludatur etiam G relicto F aperto, fit ſemitonium, & ita ex H in L & ex K in M & ita de aliis præterquam ex F in H & ex G in K, quia ſpatium G H non eſt vt diximus integri toni, hæc autem patent ex regula dicta in cap. ſexto (4.) Semitonium fit etiam quotiens ſub eodem ſpiritu foramen ſequens ex toto claudi non ſolet, vt ex E in F ex F in G. Demonſtratur, quia ſi ex toto clauditur fit tono grauior, ſi nihil remanet eadem, igitur clauſa parte media fiet grauior ſemitonio. In quantitate autem partis claudendæ auri accommodetur. (5.) cum aperto remotiore foramine propinquius ſuperiori clauditur vox deſcendit ſemitonio, veluti ſi clauſo E & G dicamus *Fa* aperto G & clauſo F dicemus *Mi*. Hæc ſic demonſtrantur, nam clauſo ſolo E ſi claudatur F fit tono grauior per ſecundam regulam, & ſi loco F claudatur G fit ſemitonio grauior per tertiam regulam; igitur E F clauſis fit vox ſemitonio grauior E G clauſis. Ergo clauſis E G & aperto G & clauſo F fiet vox ſemitonio grauior, quod erat probandum. (6.) eſt propria vni voci & eſt cum apertis foraminibus omnibus fit vox clauſis D & F tantùm fit vox tono grauior. Ex hac ſequitur ſeptima.

(7) Cum aperta tota Elyma fit vox & volueris deſcendere ſolo ſemitonio, claude ſolum D. Demonſtratur, nam ſi clauſo D claudatur E fit tonus per ſecundam, ſi loco E claudatur F fit ſemitonium per tertiam: igitur ſi aperta elyma inde clauſis D F fit tonus per ſextum, clauſo D tantùm ab ely-

ma aperta fiet ſemironium quod erat demonſtrandum.

(8) Idem ferme refert aperto D vt concludantur foramina ab E vſque ad L, ſeu remaneant aperta, in optimis enim elymis multum eſt diſcrimen. Cum igitur deſcendimus per ſchilos E vſque ad K loco L claudendi aperimus totam elymam, vt fit facilius.

(9.) Ex duabus regulis ſemitoniorum fiunt dieſes; conſtant autem quod ex 3, 4, 5, & 6. regula fiant ſemitonia, ſed quarta regula ſola cum aliis poteſt commiſceri, & etiam cum ſeipſa bis ea vtendo ſcilicet concludendo quartam partem foraminis tantum.

(10) Fiunt & dieſes repercuſſione ſola linguæ, quia vt in ſexto capite demonſtratum eſt reflexa lingua cohibetur ſpiritus, igitur vox fit grauior paulò, & hoc diſcrimen attingit dieſim. (11) Cum autem B foramen ex dimidio clauſeris, fiet tono grauior vox concluſis omnibus foraminibus, quàm ſi ſola alia foramina abſque B claudantur. Fit autem hoc Elyma ſenſim applicata cruri & remiſſo ſpiritu, vocatúrque vox addita. Quòd ſi ſolùm quarta pars claudatur, fiet ſemitonio grauior ſolum, & hanc vocem me docuit. Leo Oglonus magiſter meus in Muſica. (12) Auxilio huius præcedentis regulæ voces omnes ad ſemitonia ac dieſes deduci poſſunt, nam ſi ex dimidio concludatur B foramen toni ſemitonio fient grauiores. Semitonia autem ad dieſes, obſtructo autem B ex quarta parte integri toni dieſi fient grauiores.

(13) Voces pleræque in ſchilis permutari poſſunt locis intento aut remiſſo ſpiritu: vt tantum ex vna addatur quantum ex altero detrahitur, vnde etiam apothome in ſemitonia. His viſis ponatur Elyma AB tenoris, & clauis. FD concluſis foraminibus. Quia igitur aperto E & concluſo F fit *Fa*, igitur per quintam regulam aperiendo F & concludendo. E fit *Mi*. Quia igitur inter E & F eſt tonus, igitur ſic voces in tenore conſtituentur.

D. *la ſol re* apertis omnibus foraminibus.
C. *ſol fa vt* clauſis, ſolum DF.
B. *fa* B *mi* clauſis ſolum D E per B quadratum.
A. *la mi re* clauſis DEF.
G. *ſol re vt* clauſis DEFG.
F. *fa vt* clauſis DEFGHL
E. *la mi* clauſis DEFGHK
D. *ſol re* clauſis DEFGHKL
C. *ſol fa vt* loco C *fa vt* clauſis D E F G HKLM.
B. *fa* B *mi* loco B *mi* clauſis DEFGHKLM & quarta parte B, & hoc per B quadratum.

Per B molle autem eſt differentia, quia ſuperius B *fa* B *mi* fit concluſis D E G cum in B *fa* B *mi* quadrato concludatur D E tantum. In B *fa* B *mi* autem inferiore per B molle ſeu verius in B *mi* molli intelligendo *fa* ibi vt dicamus B *fa* B *mi* concludemus omnia foramina cum medietate B. Hæ omnes voces ex regulis ſupra poſitis demonſtrantur. Hic etiam manifeſtum eſt, cur in faciendo F *fa vt* oporret deprimere H L ſimul & non tantum H. dico quia, vt viſum eſt deprimendo H tantum fit ſemitonium propter tertiam regulam, & per eandem occluſo L fit aliud ſemitonium, igitur occluſis H L ſimul fit tonus. Schili autem vt dixi formantur aperto D, quia A B L ſupra fit diapaſon. Sed diapaſon D E F G H K L eſt elyma vacua, & diapaſon D E F G H KI M eſt D F concluſis. Vltra autem aſcendere eſt ſuperuacuum quia habetur Elyma cantus acutior. Sed vt ex his patet licet etiam facere dieſes vbique, Nam concluſo D E ſi concludatur G fit ſemitonium, ſi G concluſo concludatur H, leni ſpiritu igitur concluſo H loco alterius ita concludatur DEH fit dieſis.

Suppoſita modo grauiore elyma A B rurſus erit conſtructio ad vnguem eadem. Quia conſtruuntur in diapente omnes elymæ inuicem cum ſuccedentibus, igitur ſi clauis eſt D F in tenore C *ſol fa vt* in grauiore elyma erit F *fa vt*. Supponatur igitur F *fa vt* clauis in DF concluſis erit G *ſol re vt* omnibus apertis foraminibus, ſed E *la mi* ex demonſtratis concluſis D E igitur erunt voces vt vides.

G *ſol re vt* omnibus foraminibus vacuis.
F *fa vt* clauſis ſolùm DF
E *la mi* clauſis ſolùm D E
D *ſol re* clauſis D E F
C *fa vt* clauſis D E F G
B *mi* clauſis DEFGH per B quadratum.
A *re* clauſis D E F G H K
G *vt* clauſis D E F G H K L
F *fa vt* clauſis D E F G H K L M & quarta parte B
E *la mi* clauſis D E F G H K L M

Hic tria ſunt conſideranda, primùm quod cum deſcendendo ex C *fa vt* in B *mi* fit ſemitonium & hoc coniungit claudendo H poſt D E F G nam fit apothome, ſed nos volumus ſemitonium minus tantùm, igitur oportet intendere Spiritum paulisper vt ex apothome fiat ſemitonium. Secundum. quòd inter tenorem & grauiorem elymam eſt duplex diſcrimen 1. quod vox ſub claue fit in tenore duobus modis per B quadratum claudendo D E & per B molle claudendo D E G, ſed in grauiore fit ſolùm claudendo D E ſemper quia inter F *fa vt* & Elami eſt ſemitonium ſemper niſi in Muſica ficta, tunc enim ſignato B in Elamo vox illa fieret per D E G vt in tenore. 2. diſcrimen eſt in tertio conſiderandum. Tertium quod in B *mi* quadrato fit vox per DEFGH concluſa foramina, ſed ſi apponatur B molle fit per D E F G H L vt in F *fa vt* Tenoris ſemper ita hoc eſt conuerſum præcedentis: nam in voce ſub claue eſt varietas in tenore non in grauiore Elyma, ſed in quinta voce ſub claue in Baſſo ſeu grauiore eſt varietas, non autem in tenore niſi in Muſica ficta.

Dieſes

Dieſes autem & ſchilos ſumes vt in tenore, atque eadem ratione. Nec in his ob cauſam dictam in tenore quærendi ſunt ſupraſchili, nam tales fieri poſſunt elyma tenoris, ſicut ſupraſchili tenoris elyma ſoprani. Difficilior eſt ratio ſoprani ſeu cantus in acutiore ſeu minore elyma ob tres cauſas pluralitatem vocum, pluralitatem clauium, & varietatem ab aliis elymis. Igitur ſuppoſita claue G *ſol re vt* in D F quia eſt diapente altior elyma hæc tenore vt G *ſol re vt* eſt altior C *ſol fa vt*: conſtituuntur enim elymæ ſingulæ vna altior reliqua diapente. Habebimus igitur voces hoc modo.

A *la mi re* ſuperius omnibus foraminibus apertis.
G *ſol re vt* apertis tantum DF
F *fa vt* occluſis DEG
E *la mi* occluſis DEF
D *la ſol re* occluſis DEFG
C *ſol fa vt* occluſis DEFGHL
B *fa* B *mi* occluſis DEFGHK
A *la mi re* occluſis DEFGHKL
G *ſol re vt* inferius occluſis DEFGHKLM
F *fa vt* occluſa tota Elyma & medietate foraminis B.

Per B molle autem eſt differentia quia vox DEFGHKM debet eſſe loco DEFGHK ex tertia regula. Eſt autem illud generale in omnibus inſtrumentis, nullam eſſe varietatem ſemitoniorum præterquam in B *fa* B *mi* & ideo reliqua erunt ſimilia, nam B *fa* B *mi* vario loco ſedem habent, atque ſemitonio inferiorem, ſi per B molle ſcribatur, ea quam habet per B quadratum. Poſtquam verò aſcendere per ſchilos volumus eadem ratio eſt quæ in aliis, ſed Syluester Ganaſus ſeptem præter alias addit voces: vltima enim vocum eſt in E *la* & eſt vltima ſeu acutiſſima vocum manus Guidonis. Hæc per prædicta inuenitur in vltimo ſchilo ſcilicet D E F. Si igitur velis aſcendere per diapaſon vſque ad aliud E *la* additis ſeptem vocibus non aperto toto foramine, ſed tantùm illius medietate intentoque Spiritu voces illas ſeptem ſic formabis.

Voces ſeptem additæ.

E *la* occluſis EGK vel EGKLM vel concluſo E tantùm.
D *la ſol* occluſis omnibus præter F & ipſo F ex medietate, vt EGHKL, vel EFGM.
C *ſol fa* occluſis EFK vel EK tantum, vel E & dimidio K ſed fit ſemitonium.
B *fa* B *mi* occluſis omnibus foraminibus vel FGKLM.
A *la mi re* occluſis FGH vel FGKLM & dimidio H.
G *ſol re vt* occluſis omnibus præter F & ipſo ex dimidio.
F *fa vt* occluſis EGKLM vel EGKL & dimidio M vel EFG & dimidio L.

Sunt & voces quædam difficientes ſemitonio præter regulam, nam de his quæ ſcribunt in Muſica ficta dicam poſtea in hoc capitulo. Igitur in D *la ſol* fit vox ſemitonio inferior occluſis omnibus foraminibus præter K vel occluſis EGHKL item in C *ſol fa* fit ſemitonium occluſis E & K tantùm, vel E & dimidio K, item in G *ſol re vt* occluſis EGHLM vel EGHKL & dimidio M, in F *fa vt* verò occluſiſi E & K tantùm vel EKL.

Sed in B *fa* B *mi* vbi B molle adſit fiet ſemper occluſis F G ſolum. D autem dixi ſemper ex dimidio concludi debet intento maximè ſpiritu vt habeant voces hæ. Ego verò tam in his vocibus quàm in aliis, quæ per primos fiunt altiore elyma vtor, ideſt vt ſit altior diapente elyma cantus & nona ſeu bis diapente elyma tenoris. Hoc igitur conſtituto erit clauis. G. *ſol re vt* concluſus DEFGHL, nam inter DF & DEFGHL ſemper eſt diſtantia diapente. Igitur voces hoc modo tunc conſtituentur.

E *la* apertis omnibus foraminibus
D *la ſol* occluſis D E tantùm.
C *ſol fa* occluſis DEG
D *fa* B *mi* occluſis DEF
A *la mi re* occluſis DEFG
G *ſol re vt* occluſis DEFGHL
F *fa vt* occluſis DEFGHKM
E *la mi* occluſis DEFGHKL
D *la ſol re* occluſis omnibus foraminibus
C *ſol fa vt* occluſa tota Elyma & medietate foraminis B.

Sed vbi ſcribitur B molle in B *fa* B *mi* tunc claudemus D E F integrè & G non integrè per quartam regulam. Ex quo patet quod hic modus habet duplicem difficultatem primam in B *fa* B *mi* molli B, quia tranſit ex DEG in D E F cum dimidio G quæ eſt mutatio duorum digitorum cum ſpiritu. Alia eſt ex G *ſol re vt* in F *fa vt* in qua duo digiti ſimul permutantur, atque ideo dura atque difficilis. Sed pro ſchilis eſt valde aperta, quia primus ſchilus aſcendit extra manum & vltimus ſchilus ad G ſol re vt extra manum. Et ita non deſunt niſi duæ voces ad inuentionem perficiendam *Syluestri Ganaſi Veneti.*

Sed vbi ſcripta ſit clauis C *ſol fa vt* in cantu, nam vt viſa eſt vtraque abſque diſcrimine ſolet apponi erunt voces vt ſupra, quia clauis eſt ex dictis diapente inferior G *ſol re vt*, igitur occluſis DEFGHL, vnde non erit varietas vlla à deſcriptione clauis G *ſol re vt* ſed voces eiſdem locis diſponentur; eadem ratio etiam ſemitoniorum quæ ſupra, nam mutatio hæc clauis non mutat in Elyma loca, quia ambæ ſuo loco manent. Voces autem Muſicæ ex his nobis erunt manifeſtæ quæ in regulis 3. 4. 5. 6. & 7. vt ſi velimus in tenore B molle in E *la mi* iam ſcis quòd vera vox eſt clauſis omnibus vocibus præter L & M, igitur, clauſo M & relicto ſolo L fit ſemitonium ex tertia regula, & ita vt dictum eſt in D *la ſol re* ſolo D clauſo, cæteris omnibus apertis foraminibus.

Contingunt huic inſtrumento quæ ſunt aliis communia, ſed huic tamen magis propria. Propria eſt imitatio hu-

manæ vocis non ſimpliciter, nam hoc vt oſtenderetur commune eſt omnibus inſtrumentis, ſed exactè imitare huic proprium. Id autem fit in flebilibus remiſſa voce, in incitatis aucta, in grauibus cuntinuata, atque ita de aliis affectibus de quibus in ſecundo & quarto libro maximè dictum eſt.

Eſt præter id obſeruandum vt ſpiritus nitidus non confuſus aut inconſtans ſed ſtabilis reddatur, vtque varietatem ſuam debito tempore nec procraſtinando recipiat, atque hæc obſeruatio promptitudo appellatur. Inde conſiderandum eſt vt vox tremula perſæpe dieſi vel ſemitonio redditur acutior remiſſiórve: dupliciter autem tremula ſpiritu quidem ac motu tremulo digitorum. Hic ſi fiat foraminibus pluribus quandoque ditonum, quandoque triſemitonium conſurgit plerúmque autem dimidio eius quod fit plenè aperto foramine; vel igitur ſemitonio tremente, vel etiam tono leniſſimè aperto fit diſcurſus per dieſes, quibus nihil melius nihil ſuauius nihil iucundius eſſe poteſt. Viuaces igitur voces ſunt cum digiti vel conſtant occludendo vel aperiendo, ſuaues cum tremunt: vt autem fiant voces ſuauiſſimæ, tribus opus eſt obſeruationibus. Prima vt grauiores non acutiores voces tremant, ſecunda vt leuiter digiti aperiantur ac valde parum: tertia vt reflexio non quieſcat ſed tremat velut vibratus vehementer enſis ſæpius in ſe rediens. Voces mediæ fiunt accutioribus tremebundo motu digitorum variatis: ſpiritus autem lenis ſuauis incitatus aſperas edit voces. His ſubſequitur aliud & eſt vt voces vocibus quaſi abſque interuallo iungantur, quod eo melius eſt quò ſuauius, ſuauis res eſt ſed non caret difficultate. Itaque non parum ſtudendum eſt, ne manus ab Elyma vnquam remoueatur, nec ſpiritus intermittat. Inſtrumentis enim minimè ceſſatio conuenit.

Cum vero hæc duo præter vocem ſint propria inſtrumentis non quieſcere in vna voce nec tacere, ſed perpetuò ipſas voces variare, ideo conuenit eas quæ ſcriptæ ſunt voces diuidere aut in geminas aut quaternas aut octonas, vel etiam fictis punctorum argumentis. Alias etiam ternis ſenis duodenis aut etiam fictis punctîs quod vt difficilius ita tutius. Tertiò per ſexquialteram, ita vt minima quaſi minima & ſemiminima componatur, prior autem pars ſcilicet minima locum priſtinum retineat. Hoc autem in quarto libro demonſtratum eſt. Sed quartus modus eſt vt diuidatur nota in quinque partes, atque hic durißimus eſt. Quintus vt duæ notæ velut duæ minimæ ex quinque minimis conſtare fingantur. Sextus eſt vt tres notæ per quinarium diuidantur. Semper autem quinario denarius ac vigenarius vt ternario ſenarius ac duodenarius ſuccedunt. Septimus modus eſt vt quinque æqualia ſpatia ſeptenis diuidantur interuallis, atque hoc perficere difficillimum eſt. Præter hæc non eſt via alia vtilis, nam quatuor in quinque ſi diuidas diſcrimen exiguum valde maximam difficultatem parit, ſed harmoniæ expertem. Demonſtratum eſt enim quod quæ non percipiuntur ab aure, non delectant. Ita quatuor per ſeptem diuiſioni per æqualia nimis eſt proxima, vnde eadem ratione non paritur voluptas quia non percipitur diſcrimen. Sed ſeptem interualla ſi fiant in tribus vocibus eadem obſtat ratio: in duabus autem non percipitur propter diſtantiam, vix etiam in vna, hanc ſi vis licebit his ſeptem adiungere, ſed tamen longè plus vt dixi difficultatis habent quàm voluptatis.

In his igitur ſeptem regulis quæ ſunt binarij ſexqui alteræ ternarij quinarij diapende triapende & eptapende, tantum eſt voluptatis atque artis quantum difficultatis. Sunt autem omnia hæc iuxta ordinem quem in deſcribendo hic obſeruaui, ſic vt facillima, & minus artificioſa ſit binarij, difficillima artificioſiſſima pulcherrimáque Eptapende. Omnibus etiam conuenit vt ſenſim exerceantur, aliter confuſionem prò arte, & errorem pro voluptate parient. Conuenit etiam omnibus vt reditus fiat notis repetitis, vt in exemplo ſubiiciam: minus enim aduerſus artem peccare contingit, & facilius diuiduntur notæ in ſuas partes hoc modo, & modus ſeu rythmus ſeruatur. Proprium eſt autem ferme primi modi peccare poſſe aduerſus leges Muſicæ ſeu contra punctum, niſi alias partes diligenter conſideraueris. In aliis autem ſex poſterioribus regulis vix peccatur.

ARTIS ARITHMETICÆ

TRACTATVS DE INTEGRIS.

CAPVT I.

De Nobilitate & vtilitate huius artis & notis obſcurioribus.

SI ab antiquitate aut neceſſitate diſciplina vlla nobilis dici poteſt, numerandi ſcientia omnium erit certè præſtantiſſima, quippe quod eius origo in mundo fuerit ante mundum, inter homines ante homines: illuſtrata verò his temporibus in Græcia, quibus nondum vrbes, nec humani cultus extarent, ferúntque Liberum Patrem, qui vetuſtiſſimus eſt mercaturam primùm docuiſſe, cum iam diu antea numerandi vſus cognitus eſſet ita vt non ſolùm ante initia rerum, ſed ab initio earum Arithmeticæ vtilitas incohoauerit. Neque immeritò, nam cum cæteræ artes aliquibus & aliquando conueniant, Medicina ægris, Iuriſcientia litigatoribus, Architectura domo indigentibus, Militia pugnaturis, Numerandi ſcientia & omnibus hominibus & ſemper eſt neceſſaria. Namque cum in omnibus artibus ea indigeamus, etiam præter id mortalium nemo eſt, qui ſingulis diebus non numeret, & aliquas colligat rationes: ſed hoc mirum minus, cum Diuina ſapientia non niſi numeris ipſis & proportionibus orbem totum hunc & quæ ſupra ipſum ſunt fabricare vel in ordine redigere noluerit, cum tot arcana legis, tot cœli recondita, tot futurorum inuolucra certa numerorum ratione diſtinxerit, vt quæ in humanis neceſſitas eſt aut vtilitas non tam nobis oſtendatur quàm iniungatur. Itaque factum eſt vt Oratores, Poetæ Iuriſconſulti Medici, Agricolæ, Architecti, Exercituum duces ac demum omnes quotquot ſunt operibus ſuis aut aliqua ratione illuſtres nihil ab hac ſeorſum efficere poſſint, cum plures etiam hac ſolâ induſtriâ locupletes euadant, atque inter hos menſarij, collibyſtæ, mercatores, quibus nemo vel promptius vel facilius ditatur. Laborant Medici Rhetoréſque totâ vitâ, vt quater ſeſtertium (nec id frequentius) lucrifaciant, at hi quàm paucis annis centies ſeſtertium congregant.

Eſt verò hæc ars omnium certiſſima non tantùm ratione, velut & mathematicæ omnes, ſed & ſenſu: vnde & inter ipſas mathematicas ob hanc cauſam præclariſſima eſt: Cum igitur in contemplatione ſit nobiliſſima, in opere vtiliſſima, conandum eſt pro viribus, vt etiam abſolutiſſima in lucem prodeat. Id verò fiet ſi dilucidè emendatè breuiter ac copiosè eam tradiderimus, quòd tamen difficile cum per ſe ſit, in latina etiam lingua eſt difficilius. Aduerſatur breuitas copiæ, emendationi claritas: ſed nihil tam arduum quàm vel noua nouis rebus imponere nomina, quædam verò obſoleta etiam in vſum reuocare, ac in his omnibus Romanæ linguæ candorem retinuiſſe. Ignoſcent igitur ſi etiam more antiquorum nos quoque notas quaſdam aut nominum initia pro eis ſubiecerimus, cum non propter linguam res ipſæ inuentæ ſunt, propter res lingua & nomina, ornatúſque omnis verborum tum ad augendas eas excogitatus ſit. Nec tamen ea quæ ſupponuntur barbararum vocum ſed latinarum loco erunt. Qui verò abſque eis conati ſunt artem tendere plus difficultatis in rebus quàm elegantiæ in ſermone addiderunt, quamuis nec integræ artis vſum oſtendere potuerint, nec ſatis politè loqui. Vt igitur emendata locutio omnium eſt optima, ſic ſuperſtitioſa deterior etiam quàm barbara eſt, cum illa diſciplinam, hæc ſermonem vitiet.

p̄ Plus m̄ minus. Po: poſitio ſeu res ſeu vt vulgo coſa. Quad: quadratus poſitionis qui vulgo cenſus dicitur. Cu: cubus poſitionis. Quaquad: quadratus quadrati vulgo cenſus cenſus. P^{m}. no: Primum nomen vulgo relatum primum a^{m}. no: Secundum nomen vulgo relatum ſecundum, vtitur tamen in his notis vſu iam vetuſtè cõfirmatis quæ ſunt, Rel^{m}. 1.^{m} Rel 2.^{m}

℞. pron: radix mixta, vulgo radix Pronicha. ℞. radix quadrata, ℞. cu, radix cubica. ℞℞. radix radicis. ℞. rel 1. radix nominis primi.

Den: Denominatio & eſt qui in fractis aut proportionibus virgulæ ſubiicitur, vulgo Denominator.

Num: numeratio: & eſt qui in fractis aut ſurdis ſupponitur virgulæ, vulgo numerator. Nu: numerus.

P: Pars ignota vulgo eſimi dicuntur, & eſt cum ſcimus denominationem & numerationem & neſcimus fractionem vt his [illegible] nam dicemus quod eſt 10. P: ig

Irrationis qui vulgo ſurdus dicitur. Proportionalis quod plures continet ſimiles proportiones. S^{s}. Sol^{s}. ſolidi vulgariter aſſes Latina lege. Lib: libras ſeu aſſes intellige viginti, noua res, nouo nomine indiguit. △ Aurei ſeu coronari aliqui ſcutos à vul-

gari nomine vocant quanquam diuerſæ ſint ſpecies. d', nummi minimi è quibus duodecim aſſem perficiunt. In bis pro nota leges tum latinam vocem ſi libet ſicque & vulgi conſuetudini, & Latinæ linguæ ſatisfaciemus: uam & antiqui ſeſtertia notabant H S, quamuis cum nomine nihil huic notæ commune ſit.

T. P. N. Tertia pars numeri quadratorum, ſeu in aliis caſibus, tertiæ parti numeri quadratorum, vel tertiam partem numeri quadratorum, cuius vſus frequens in primo tractatum eſt.

CAPVT II.

De Arithmetica diffinitione, & de his qua illi ſubiciuntur, & numerorum ſpeciebus, & de illorum notis & de earum vſu, tum etiam de inuentoribus & authoribus huius artis ac etiam de operationibus eius.

QVinam autem eius inuentores fuerunt, ob antiquitatem non ſatis conſtat, aliis etiam atque aliis nationibus ſuos quiſque authores prædicantibus. Inde Iudæi cultum antiquitatis ſuperſtitioſum (ve qui pene nulla alia ex parte gloriari poſſiut) ſemper inani ſtudio iactantes dicunt ab Adami nepotibus, qui ex Seth prodiere, inuentam eſſe numerandi artem, nec in hoc forſitan falsò, cum humano generi coæua fuerit. Aliis placet Abrahamum inuentorem fuiſſe; Mercurio alij hanc gloriam tribuunt. Illud ſatis conſtat Pythagoram apud Græcos laudem non paruam huic addidiſſe arti, poſt quem Euclides Megarenſis vir & in Dialectica & Geometria celebris eam auxit, cuius libri etiam nunc extant. Proximus huic Nicomachus ſucceſſit, cuius librum Ioannes Grammaticus interpretatur, non eſt impreſſus, verùm in Biblioteeis habetur. Ferrur & quendam Eupompum hac in arte fuiſſe inſignem, cuius quia nulla nunc extant monumenta, qualis fuerint referre non poſſum. Eſt & Nicolai Smirnei de hac diſciplina libellus. Ptholomæum Alexandrinum egregium virum in hac ſcientia non ſolùm fuiſſe conſtat, ſed & non pauca de illa ſcripſiſſe. Non memorabo Archimedem quantum excelluerit, quoniam Geometriæ addictior viſus eſt, ſed potius Nicronem, cuius liber apud nos eſt. Eſt & Zenonis opus in Pontificis Bibliotheca ſingularis eruditionis. Fuit & Theon Euclidis commentator, & Iphicles Alexandrinus, vterque in numerorum arte celebris, quod eorum libri teſtantur.

Longum foret nimis, ſi Græcos omnes referre velim, qui de Arithmetica ſcripſerunt. Fuerunt & Barbari non minus illuſtres, inter quos Planudes & Nicolaus Rabda non patria ſed exercitatione, numerandi ſcientiam ab Indis acceptam imitantur. Fuit & Mahomet Moiſis filius (ſic enim inueni) qui celebratam artem quam vulgo Algebræ vocant in Arabia condidit non totam, ſed quatuor tantùm eius prima capita. Poſterior eo fuit Boëtius, quanquam illam non vidiſſe aut intellexiſſe putandum eſt. Antiquior eo fuit Alchindus, quem Auerroes ſatis nouiſſe mihi videtur, cuius opuſculum quidam tam impudenter quàm etiam ineptè ſcriptis ſuis vt ingenioſi viderentur, inſeruerunt. Inter Latinos proximus à Boëtio Leonardus Piſaurienſis erit, & ſi ad artem reſpicimus etiam melior, huius opus in Bibliotheca Beati Antonij Venetiis eraſo titulo vidimus, conditum iam diu ante fratrem Lucam: verùm non ab illo aut magnitudine aut ordine vel rebus ipſis plurimum differens, vtque ſuſpicari liceat (quod & Frater Lucas fatetur ex parte) totam quæ vſque ad noſtra tempora præter Græcorum inuentum defluxit numerandi peritiam, Leonardo, qui ex India Arabia eam detulit, tribui debere.

Hucuſque etſi non Latinè omnino, non tamen materna lingua ſcripſerunt. Poſt hunc autem Dij boni in quas manus miſera hæc ſcientia peruenerit, neſcio an ineptius an infelicius tradita ſit, donec ad Lucam Pacciolum peruenit. Hic vt mos eſt illorum, qui diſciplinas diligunt, nihil quod ad rem pertinere poſſe putaret prætermiſit. Verùm eum non admodum tunc aut Latinæ literæ florerẽt, aut pretium eſſet eruditioni, paupertate compulſus, & ipſe materna lingua opus ſuum ſcripſis, nec tamen vltra ea quæ inuenta erant, quiequam gloria dignum addere potuit, ſed quæ ſparſa erant ſolùm in vnum redegit: confectus tamen ſenio, cum in græcos codices Zenonis incidiſſet, curauit eos verti, à quibus adiuuatus tres libellos carptim conſcripſit; primum ac ſecundum nuſquam vidi, tertium in manibus habui, erat enim Gabrielis de Aratoribus amici noſtri: In eo viſus eſt excitari, verùm nihil tamen generaliter inuenit, quod ad artem faceret. Succeſſit huic Scipio Ferrus Bononienſis, qui primus docuit artem maiorem, quæ vſque ad ea tempora quatuor capitulis contenta erat primis, ac tribus deriuatiuis poſſe ampliari, vno ſuperaddito capitulo vniuerſali, quod idem Nicolaus Tartalea Bryxelenſis denuo per altercationem inuenit, nobiſque tradidit. Ex hoc non incredibile eſt, quantum vel multitudine auxerimus artem, vel ordine clariorem effecerimus, aut ſubtilitate digniorem. Namque capitula quæ octo fuerant, ſexaginta ſeptem euaſerunt. Numerorum proprietates, quæ vix fuerant quadraginta ad quingẽtas produximus, genera modos operationes numerorum inuenimus, denique compẽdioſa via cuncta tractauimus, cúmq; ſupra quadratam radicem omnia præter cubicæ in integris exactionem ignota eſſent, etiam in quadratis tum radicibus tum pro-

ductis

ductis longè plus dimidio adiunximus. Nec mirum, cum ſedulo pertractantes primò multa ſuper Euclidem nec pauciora quàm ille inuenerit, fabricauerimus. Abſolutam igitur artem noſtro quidem labore, auxilio etiam aliquo Ludouici Ferrarij, qui tamen eam in noſtro domo didicit, habere licet: verùm lumine diuino potius totam inuentam à nobis credendum eſt, cum etiam per ſomnia plura præcognouerimus, cum ſæpius oblatis non ſolùm occaſionibus, ſed etiam neceſſitate & compulſus & adiutus ſim. Inter quas conſuetudo Gabrielis Aratoris non parum profuit, incitando, hortando, libris adiuuando, quorum mihi ab initio parua copia erat. Verùm neque illud inter autborum commemorationem prætereundum arbitror, Græcos non paucos artem maiorem quæ ante nos fuit, quanquam nihil vniuerſale addiderint, locupletaſſe, inter quos Maximius Palamedes, Diophandes Alexandrinus, ac Geminius Anatelius claruerunt, vnde illorum monumentis atque complurium aliorum conſtat ſeorſum eam artem & neceſſariam & vtilem alioquin etiam apud Græcos non exiguo in pretio extitiſſe, neque vllibi frequentiores inueniuntur antiquorum labores, quàm in hac arte, vt non tantùm ſtudio & diligentia, ſed etiam librorum conſeruatione nobilitatem ſuam atteſtentur.

Eſt autem eius nomen ab *arithmeo* verbo Græco quaſi numero deductum inde arithmetici numeratores, & arithmetica numerandi ſcientia. Numeri autem principium vnitas eſt, quam ſic deſcribit Euclides vnitatem dicens eſſe, quia vnaquæque res vna dicitur: numerum verò vocat, multitudinem ex vnitatibus compoſitam, vnde conſtat numerum integrum ſolum verè numerum eſſe. Qua de cauſa diuinus Plato, qui numerorum ſcientiam adeò extulit, nullum aliud genus tot exemplis quàm integrorum numerorum proſecutus eſt. Sic Ariſtoteles, ſic Pythagoras, ſic Euclides. Ab his tamen per rationem quandam fracti, irrationales, denominationes partéſque ignotæ numeri nomen ſumpſerunt. Eſt autem integer numerus vt ſeptem, quid autem eſt ſeptem niſi ſepties vnitas, aut vnitatis ſeptuplum vel ſeptem vnitates. Et etiam vnitas numerus, cum ea quæ in numeris propria ſunt, præter multitudinem vnitati maximè conueniant, vt etiam in his rationibus quæ ad diuiſionem in integris non pertinent, cuiuſlibet numeri vicem ſubeat & vſu fungatur.

Numeri autem ad decem vſque naturaliter procedunt. Inde Ariſtotelis Problema: Propter quid numerus vſque ad decem ſine replicatione progreditur, vltra autem non niſi repetendo. Notæ autem illorum hæ ſunt, quas ex India Leonardus Piſaurienſis detulit o circulus 1. vnum. 2. duo. 3 tria. 4 quatuor. 5. quinque. 6 ſex. 7 ſeptem. 8 octo. 9 nouem. Reliqua autem ſpecies numerorum ſunt fractus, irrationalis, denominatio & pars ignota. Eſt autem commune omnibus numerorum ſpeciebus in infinitum augendo procedere, proprium autem integrorum minuendo ad vnitatem terminari: neque enim vllus numerus integer minor eſt vnitate, quandoquidem ipſa vnitas vix rectè numerus appellari poteſt. Sunt igitur omnium numerorum operationes quædam communes, vt numeratio, additio, detractio, multiplicatio, diuiſio, lateris ſeu radicis inventio, & progreſſio: quare cum ſeptem hæ ſint, antiqui nouem faciebant, adiecta duplicatione & diuiſione per medium quas tamen conſtat ſub multiplicatione & diuiſione contineri. Quouſque autem hæ extenduntur Arithmetica poſſeſſio dici poteſt, vnde non tantùm de ſingulis numerorum ſpeciebus, ſed etiam de proportionibus Arithmetica pertractat. Eſt autem numerorum ſcribendi vſus, quemadmodum etiam Iudaicarum literarum à dextra in ſiniſtram, numero è directo contrarius. Qualis autem, nunc dicetur.

CAPVT III.

De Numeratione Integrorum & primis eorum differentiis.

1 NVmeratio igitur non vnius eſt modi: Primò enim numerare dicimur, cum numeros numeris per vnitatis additionem ſuccedentes computare nouerimus, velut quod quinario ſenarius, huic ſeptenarius, ac iſti octenarius ſuccedit atque ſic in infinitum. Quanquam verò ob magnitudinem difficilis non parùm videri debeat, quia tamen paucis numeris intellectis, quouſque libet procedere numerando poſſumus, leuiſſima res numeratio euaſit.

2 Cum igitur ad decem vſque memoria numerare didiceris, poſt decem decade addita, iidem numeri ſunt repetendi, donec ad viginti acceſſeris, ab eo ſupra eodem modo quo ab initio viginti ſemper additis vſque ad triginta peruenies, rurſus ex hoc per eoſdem ad quadraginta & ab hoc ad quinquaginta atque eodem modo per alias decades, donec decem ex eis perfectis centum attigeris. Namque vt ex decem vnitatibus decas, ita ex totidem decadibus centenus, & ex tot centenis decem ſcilicet millenus efficitur, quo maiorem numerum, qui vno verbo exprimi poſſit Latini non habent: compoſitis vtuntur nominibus, à mille ſupra vſque ad centum millia. Verùm cum varietas nominum vſque ad centum tantum procedat paucis exceptis modum numerandi eouſque ſubiecimus.

Modus numerandi.

Vnum, duo, tria, quatuor, quinque, ſex,

ſex , ſeptem , octo , oouem , decem. Vndecim , duodecim , tredecim , quatuordecim , quindecim, ſexdeciw, decem ſeptem, decem octo , decem nouem , viginti. Viginti vnum , viginti duo , viginti tria , viginri quatuor, viginti quinqe , viginti ſex, viginti ſeptem , viginti octo , viginti nouem triginta. Tiiginta vnum , triginta duo , triginta tria , triginta quatuor , triginta quinque , triginta ſex , triginta ſeptem, triginta octo , triginta nouem, quadraginta. Quadtaginta vnum, quadraginta duo , quadtaginta tria , quadraginta quatuor , quadtaginta quinque , quadraginta ſex , quadtagiota ſeptem , quadraginta octo , quadiaginta nouem , quinquaginta. Quinquaginta vnum , quinquaginta duo , quinquaginta tria , quioquaginta quatuor , quinquaginta quinque , quinquaginta ſex , quinquaginta ſeptem, quinquaginta octo , quinquaginta nouem, ſexaginta. Sexaginta vnum , ſexaginta duo , ſexaginta tria, ſexaginta quatuor , ſexaginta quinque , ſexaginta ſex , ſexaginta ſeptem ,ſexaginta octo , ſexaginta nouem , ſeptuaginta. Septuagiuta vnum, ſeptuaginta duo , ſeptuaginta tria , ſeptuaginta quatuor , ſepmaginta quinque , ſeptuaginta ſex , ſeptuaginta ſeptem , ſeptuaginta octo, ſeptuaginta nouem, octuaginta. Octuaginta vnum, octuaginta duo, octuaginta tria, octnaginta qnatuor, octuaginta quinque , octuaginta ſex , octnaginta ſeptem , octuaginta octo , octuaginta nouem , nonaginta. Nonaginta vnum, nonaginta duo , nonaginta tria , nonaginta quatuor , nonaginta quinque , nonaginta ſex , nouagiuta ſeptem , nonaginta octo , nouaginta nouem , centum.

Centum igitur numeratis eodem modo vſque in infinitum procedere licet , vt verò qualiter ex numeratione ad decem , tota numeratio ad centum vſque dependeat, ex ipſa tabella etiam patet.

3 Cum igitur quatuor ſint numerorum ſpecies ſimplices , decani , centeni , milleni , quælibet illarum in reliqua decies continetur , velut dicendo vnum, decem, centum , mille : duo viginti , ducenta , bis mille : tria , triginta , trecenta , termille: ſupra mille autem eadem ratio vſque ad centum millia procedit , cum liberum ſit vſque ad eum numerum à mille ſupra dicere duo millia ſeu bis mille , tria millia aut ter mille , viginti millia vel vigeſies mille centena millia , aut centies mille. Supra autem cum ducenta millia proferre cupimus , bis centena millia latinè rectius dicimus , & ſimiliter pro millies mille , decies centena millia , vt centum millia maximus ſit apud latinos numerus , qui ſine aduerbio profertur. Poſt centum igitur vt ante numeramus centum , tamen perpetuò commemorando velut centum vnum, centum duo , centum tria , & ita vſque ad ducenta. Dein pariter ducenta vnum, ducenta duo , ducenta tria , & ſic vſque ad trecenta & tandem vſque ad mille , & à mille ſupra eodem modo , mille vnum , mille duo , mille tria , & ſic vſque ad mille centum : deinde dices mille centum vnum, mille centum duo , mille centum tria , & ſic vſque ad mille ducenta , & inde vſque ad mille quadringenta & tandem vſque ad duo millia. Aliqui tamen breuitatis cauſa cum centum exceſſerint , numerant iterum vt ab initio , prætermittendo centum , donec ad finem peruenerint , túneque proferunt ducenta , deinde redeunt ad priorem numerationem , quod vt tam melius eſt expertis, vt quaſi ſit neceſſarium : ita prior modus pueris ad firmandam memoriam aptior eſt docétque melius. Fruſtra verò te monuerim , ne millena recitaueris numerando , cum centena prætermittis. Porrò illud animaduertendum , in quo facillimè errant pueri, & frequentius hæſitant : cum ad nouem peruenerint , ſeu ſupra decadem vnam , ſeu plures , tunc ſæpius hærent, quiſnam ſequatur numerus neſcientes ; admonebis itaque eos , vt ſciant in decadibus & centenis & millenis eundem ſeruari ordinem , qui & in ſimplicibus numeris eſt ad triginta nouem : igitur quadraginta ſequuntur , quoniam in triginta nouem tres continentur decades , tribus autem quatuor ſuccedunt , quatuor decades quadraginta ſunt , pari ratione ſeptuaginta nouem quod ex ſeptem conſtet decadibus, octuaginta neceſſariò ſuccedet qui ex octo componitur denis , ad nonaginta autem & nouem centenum ſuccedere , quamuis eadem ratione conſtet facilius , tamen rem ſimpliciter docebimus , vtque memoriæ mandet imperabimus. Animaduertendi autem ſunt pueri, quòd poſt nouena ſeu ſimplicia ſeu compoſita mutatio im proximam ſit decadem , & quod poſt nonaginta nouem , centum ſuccedunt , poſtquam noogenta nonaginta nouem , mille. Cæterum qui hanc artem exercere voluerit , laudo vt millies mille ficto vocabulo potius , quam decies centena millia, aut millies mille proferat , quoniam cum ſupputatio noſtra non augendo vt Romana, vel Græca & Iudæa, ſed multiplicando procedat:melius eſt linguam Latinam vna vocula conficta fallere, quàm illorum morem ad vnguem ſequendo , mediocres numeros difficili, maximos nulla ratione poſſe tractare , cum non omnibus eadem felicitas ingenij conceſſa ſit.

Ex his autem non parua laus & vtilitas arithmeticæ accedit:laus quidem quoniam cum Thracum populi quidam(vt in problematibus Ariſtoteles docet)ob memoriæ paruitatem vſque ad quatuor tantum numerent : & hi rudes admodum & inexpertes ſint. Itali autem vſque ad mille , hoc enim nomen eſt vnum , quod multitudinem majorem apud eos comprehendit. Rurſus his acutiores Græci,ad dena millia progrediantur , ſi quidem per miriades computant , hócque nomine decem millia ſignificari voluerunt. At Iudæi ſupremum numerum habent *ribo* , quod vel viginti millia , vel centum millia ſignificant : cum

omnium

omnium gentium fuerint ſolertiſſimi, liquidò apparet nationes eò eſſe ingenioſiores, quò etiam longius numerando terminos figunt: ſolos autem barbaros, nec hos præclaros, ſed ſolum ignauos & viles in numeris altios non proceſſiſſe. Idem & in priuatorum ingeniis inſpicere licet, quantus fuit Plato in numeris: quantum illis detulit: quod maximè in his profeciſſe ſe intelligeret. Quantus etiam Ariſtoteles, quanquam eum Platonem in hoc ſuperare poſſe non ſperatet, diſſimulauerit. Galenus non tantum arithmeticum ſe profitetur, ſed etiam ex proauo patréque continua ſerie Geometriam & Arithmeticam profitentibus ortum duaiſſe gloriatus eſt. Nec parum ad tanti ingenij miraculum ſtirpem Mathematicis imbutam progenitorum profuiſſe credendum eſt. Vtilitas verò vel ea hoc ipſo numerandi habetur, quòd omnes operationes à numeratione proficiſcuntur, & probantur: namque à numeratione additio, & dettactio, quaſi continuo quodam ortu habentur: ab additione, multiplicatio, à detractione diuiſio naſcitur, à diuiſione, lateris tam quadrati quam cubici, cum multiplicatione, inuentio deducitur. At verò ex multiplicatione progreſſio fit, quin etiam progreſſionis ratio numerationis pars quædam eſt.

4 Nec verò numerare dicitur quiſpiam perfectè ſcire, qui primam numerorum differentiam ignotauerit: ea eſt paris atque imparis, namque cum omnes numeri pares ſint aut impares, nec vllus poſſit ſimul par eſſe ac impar, ſed alternatim ab vnitate pares ac impates procedant, vt binarius quidem par ſit, ternarius autem impar, ac rurſus quaternarius par, quinarius autem impar: præſtat ab initio pares omnes ab imparibus poſſe diſcernere. Hoc autem fiet, ſi vtrorumq; propriam intellexeris differentiam. Eſt autem paris hoc proprium, vt poſſit per æqualia diuidi, imparis vt nequeat, hoc autem ne in magnis numeris negotium vllum exhibeat, ſic cognoſcemus: namque ſi numerus decadibus terminatur, aut centenis, aut millenis, protſus par eſt, ſin autem ſupra hos ſimplicem aliquem numerum addat talis erit qualis eſt additus numerus: at hoc ſcire ad decem vſque facile eſt: pares namque ſunt binarius, quaternarius, ſenarius, octonarius, & ipſa decas: reliqui autem impares. Si quis igitur roget mille centum decem, qualis eſt, parne aut impar, parem ſecurè dices, quia ſimplex nullus in eo comprenditur numerus: rurſus quærat aliquis, centum & decem octo qualis eſt numerus, parem dices, quoniam octonarios ſimplex nomerus, qui vltra centenam & decadem eſt, par eſt. Rurſus tertio ſi roget qualis numerus ſit ducentum quadraginta nouem: reſpondebis protinus eum eſſe imparem, quia qui ſupra centenas & decades numerus ſimplex eſt, nouem ſcilicet eſt impar.

5 Eſt autem horum numerorum ſingularis natura quædam, vniuſcuiuſque propria tamen, nam cum in duas partes impar numerus diuiditur, illæ inuicem erunt diſſimiles, alteráque par altera impar, vt ſi tredecim diuidas in nouem, & quatuor nouem quidem impar eſt, quatuor autem par: par numerus, cum in duos diuiditur, ambos inuicem reddit ſimiles, vel ambos pares, vel ambos impares, velut ſi duodecim in octo & quatuor diuidatur, pares vtrique erunt, at ſi in ſeptem & quinque, vtrique erunt Impares.

6 Eſt etiam numerandi modus duplex directus & retrorſum: directus cum aſcendendo proceditur, vt dicendo octo, nouem, decem, vndecim: retrorſum autem præcedenti contrarius vt duodecim, vndecim, nouem, octo. Et hic fit deſcendendo, neceſſarius eſt autem vterque, ille quidem magis, & ad additionem, his verò ad dettactionem: ſaltem verò ad decem vſque in promptu habeatur, quanquam primo cognito perfectè, via ſecundus poſſit eſſe ignotus.

7 Eſt & alia numerorum differentia vniuerſalis, quam generaliter hic docere præſtat: nam omnes numeri aut ſunt primi, aut compoſiti dicuntur primi, qui per nullum alium numerum diuidi poſſunt, velut tria, quinque, ſeptem, vndecim, viginti nouem, taleſque impares ſemper eſſe neceſſe eſt: at compoſiti dicuntur qui diuidi in partes aliquot ab alio numero poſſunt, velut omnes pares qui à binario diuiduntur, & ex imparibus nouem, quindecim, viginti vnum. Nam diuiſo nouem per tria exeunt tria, at diuiſo quindecim per tria exeunt quinque, & diuiſo viginti vno per ſeptem, prodeunt tria. Cognitio verò talium ad hoc capitulum pertinet generaliter, ſed ſi ſingulos velis cognoſcere numeros, an componantur, & à quibus, capitulum de diuiſione integrorum conſulere oportet. Verum ne vllibi propriam differentiam quàm hic numerorum quærere vſque ad ſextum tractatum cogaris, quomodo & hoc cognoſcere liceat nunc ſubiungam, ſi prius aliam numerorum qualitatem intellexeris, quæ talis eſt.

8 Cum aliquis numerus in ſeipſum ducitur, producti prior numerus radix aut latus appellatur: velut vnum in vnum ductum, producit etiam vnum, quare dicemus vnum eſſe latus aut radicem vnius, & bis duo producit quatuor, dicetur binarius latus ſeu radix quaternarij, & ita ter tria, cum producat nouem, dicetur nouenarij latus quadratum, ſeu radix quadrata, ternarius & ita ſeptenarius quadraginta nouem, & denarius centum, & vndecim, centum & viginti vnius. Namque vndecies vndecim centum & viginti vnum ſunt. Simili fere ratione cum latus numeri in id cuius eſt latus producitur, erit producti latus primum radix cubica ſeu latus

cubicum. Exemplum cum dictum ſir, quod vnitas eſt radix, rurſus ſi ducatur vnitas in ſuum quadratum & producatur vnitas erit vniras latus cubicum vnitaris:at verò ſit binarius quaternarij radis,ſeu latus, ducta verò hæc radix in quadratum ſcilicet duo in quatuor produear octo: dicetur binarius latus cubieum octo. Pari ratione eum ternatius ſit radix nouenarij, ducto ternario in nouenatium, fiet viginti ſeprem, eríſque terminarius latus cnbicum viginti ſeptem: & vieiſſim vigintiſeprem cubus ternarij, ſic & mille eſt cubus decem, ac decem larus cubieum mille.

9 His igitur viſis cum volueris ſcire, an oblatus numerus ſit compoſitus vel primus, vide ſi par ſir compoſitus eſt,nam binario certè numeratur, ſi impar an finiasur quinario, vt vigintiquinque trigintaqninque, & ſic omnis talis excepto quinario compoſirus eſt, & quinario numerarur. Dixi ptætet ipſum qninarium, quia primus eſt: ſi autem nec pars eſt, nec quinario terminatus, tunc latus quadratum proximo minus eius numeri quætes, vt ſuo loco docebitur. Atque infra ipſum & cum ipſo omnes numeros ptimos excepto binario & quinario conſule, an poſſiht diuidere propoſitum numerum: quod ſi quiſquam poteſt compoſitus eſt, ſi nullus primus. Exemplum offertur numerus hic centum tredecim, volo ſcire an ſit compoſirus, quæro larus proximo minus vel proprium,eſtque proximo minus decem,quod in ſe ductum producit centum: quæro igitur numeros ptimos vſque ad decem, qui ſunt tria & ſeptem, pıætermiſſis quinario vt diximus, & binatio, quia igitur centum & rredecim impar eſt, nec quinario terminatur,nec ternatio aut ſeptenatio numeratut, dicetur centum tredecim numerus primus. Non ignoto complures dicturos hæc eſſe præter ordinem, cum diuiſionem & latetis inuentionem ſnpponant: ſed nos hoc voluimus huc transferre, ne vſque ad ſextum tractatum quicquam præter operationes intermiſceremus. Porro hæ numerorum differentiæ ſæpius nobis neceſſario occurrent, quarum etiam cognitio potius ad numeratiouem, quàm ad alias operationes pertinebar. At verò generaliter hic docere eas, ſeorſum autem ſingulos numeros: quid aliud etat, quàm ingentem confuſiouem parere, neque vllus vnquam in arithmetica ordinem inuenire poterit, qui damnari etiam merito non queat: nihilominus nos illum ſecuti ſumus, qui minus reprehendi poſſit, cum vnicuique liceat vniuerſalem quandam harum differentiarum habere cognitionem hic, ſingulotum autem ſi omnino ſit inexpertus, vſque ad capita illa quibus hic indiget, transferre.

10 Eſt etiam illud conſideratione dignum, ſcilicer operationes omnes & in puris numeris & in pecuniis exerceri conſueſſe, vt quemadmodum numeramus ab vno vſque ad decem, deinde per additionem ad centum vſque: ſic nummos exempli gratia vſque ad duodecim numeramus, & pro his integrum aſſem ponimus, denuóque reuertimur,donec per alios duodecim aſſis ſecundus compleatur. Atque eodem modo de tetrio & quarto & quinto aſſe. Pariter & aſſes numeramus vſque ad viginti, & pro his, quam nos vocamus libram, ſupponimus, ac denuo computantes aſſes alios viginti ſecundam libram adiicimus, ac denuo reuertimur ad coſdem, donec expleres fuerit numerus eorum. Similiter aliquando aſſes centum, aut etiam plures: ac denuo reuertemur, vt hoc tandem inter pecuniatum & numerorum numerationem exiſtat diſcrimen, quod in puris numeris numeratio tota vſque in finem deducitur, & per decades continuè colligendo coniungit, in centenis millibuſque. At in pecuniarum numeratione, nec diuiſio ſemper eſt vna, nec continua operatio: ſed interdum tribus vel etiam quatuor aut duodecim, vel viginti aut centum, aut centum & decem, aut aliis numeris finitur ac diuiditur

11 Illud etiam ſcire expedit, numerationem quamuis denario vt dictum eſt commodè finiri & diſtingui: poſſe tamen & alio quouis numero finiri vt vigenario, eſſétque in tertia nota pro centeno, quadringentenus, & pro millenario, octies mille: verum paruitas proceſſus ſimplicium numerorum parit confuſionem, magnitudo diſficultatem.

12 Sunt etiam numeri inuicem compoſiti, & numeri inuicem primi à compoſitis, & primis iam dictis, non parum differentes: namque compoſiri numeri dicuntur quorum vel alter alterum metitur, vel vnus alius communiter ambos, vt ſeptem & triginta quinque, ſunt inuicem compoſiti, quia ſeptem metitur quinquies ſumptus triginta quinque, quamuis ſeptem ſit numerus primus: & ſic etiam decem & triginta quinque inuicem ſunt compoſiti, quia ambo quinario metiuntur vt decem & viginti ſeptem, ſunt inuicem primi, quamuis eorum vterque per ſe ſit compoſitus. Apparet igitur aliquos numeros compoſitos, cum non metiuntur ab aliquo communi numero, inuicem eſſe primos: at duos numeros quorum minor primus fuerit, inuicem compoſitos eſſe poſſe, ſi minor maiorem metiatur: vbi autem maior primus eſt, ambo inuicem primi neceſſario erunt: hos autem dignoſcere, & communem inuenire compoſitorum, inuicem diuiſorem ad capitulum nonum tractatus ſecundi (cum neceſſario ibi hæc operatio repeteretur) transferenda eſt. Hic ſufficit horum naturam dignoſcere tum maximè ob nominum ſimilitudinem.

13 Eſt & alius numerandi modus, cum vel notis numerum deſcribere volumus, aut deſcriptum intelligere, velut ſi dico nouem, ſcio quòd hac 9. notula ſignificatur, nec

minua

minus inuenta hae notula 9. nouem deſignari intelligo. Id igitur hac in ratione obſeruandum eſt, quòd prima à dextris littera ſimplicem refert numerum, Proxima denarios ſeu decades, tertia ad ſiniſtram centenos, alia ſequens millenos, proxima miriades, ſequens decades myriadum, alia centenos myriadum, ſeu millenos millium, atque ita deinceps vt in figura patet.

1	numerus	7	Septem
3	decades	7	ſeptuaginta
7	centeni	7	ſeptingenta
4	milleni	7	ſeptem millia
0	miriades		
6	centeni millium		
0	milleni millium		
8	decades millies mille		
3	centeni millies mille		
4	milleni millies mille		
5	Myriades millies mille		
7	centeni millenórum millies mille		
2	milleni millenorum millies mille		
4	Decani millenorũ millies mille millenorũ.		

14. Manifeſtum eſt igitur, quòd locus ad ſiniſtram procedens decuplum adauget, ſuper eum qui proximus eſt à dextra, vt ſi 7. a dextra ſit ſeptem ſignificat, ſi ſecundo loco ſeptuaginta, ſi tertio loco ſeptingenta, ſi quarto ſeptem millia vt in figura patet: ſic autem vbi quinto reponatur loco ſignificabit myriades: erit igitur ſumma omnium figurarum collectio quæ in ſecundo exprimuntur exemplo, ſeptemmillia ſeptingenta ſeptuaginta ſeptem.

15 Neceſſitas igitur circuli ex hoc nota eſt, namque nihil cum ſignificet, locum tantum occupat, vt notæ quem debuerant locum occupare mille & viginti, ſi binarius à dextra ponatur, pro prima nota ſignificabit duo, non viginti: ſi alia anteponatur nota, quæcunque ſit, tantò plus viginti ſignabit, quantum eſt quod nota antepoſita ſignificat, velut ſi ſcribam 21. ſignificabitur, viginti vnum, atque ita vno plus quam viginti. Scripto igitur circulo ſolum id intelligimus ptimo loco nullam eſſe notam, binarium tamen ſecundo loco poſitum, viginti ſignificare, deinde ſi vnitas ſequatur binarium à ſiniſtra, non mille ſed centum ſignificabit, ſi alia interponatur nota centenos (quibus non opus eſt) repræſentabit: circulo igitur inter binarium & vnitatem collocato, vnitas ipſam in quartum tecidet locum, & mille ſignificabit: ſic igitur mille viginti auxilio circulorum deſcribemus 1020.

16 Sic igitur manifeſtum eſt, Indicas computationes cum multiplicando procedant, nota quadam quæ nihil ſignificaret indiguiſſe: quod etiam Gallis neceſſario euenit, cum vt ipſi numeros ſuos locis augeant & minuant: quoniam nummis ad ſupputandum vtuntur, cum quidam extra locum vacuum, poſito nummo intelligi velint, atque id vniuerſis acidit, qui non notis ſed locis multiplicant numeros, vt nota nihil ſignificante ſit illis opus. At Romanis & Græcis, Iudæiſque. cum non multiplicatione ſed aggregatione in deſignandis numeris vterentur, nec locis ſed notatum varietate numeros augerent, aut minuerent, nulla tali nota in deſcribendis rationibus ſuis opus erat, quamobrem nil mirum ea caruiſſe: neque enim aut circulum aut circuli loco aliquid vlla harum nationum inter notas arithmeticas habet.

17 At qui arithmeticam docere ſolent, ſic pueros non malè inſtruunt, diuidentes ternas ac ternas à dextra notas, ſpatium quod inter virgulas eſt, caſulam vocant, qua tres notæ intercipiuntur: vniuſcuiuſque autem caſulæ prima nota numerum, ſecunda decades; tertia ſignificat centenos: caſulæ autem numeros prima, millenos ſecunda, millies mille tertia, millenos millies mille quarta, ac ſic deinceps vſque ad extremam, per millenariam augendo multiplicationem, vt in exemplo vides.

M													
M			M										
M			M			M							
M			M			M			M			numeri	
1	0	9	8	2	0	7	3	8	5	4	0	2	7
decas.	numerus	centenus.	decas.	numerus.	centenus.	decas.	numerus.	centenus.	decas.	numerus.	centenus.	decas.	numerus.

Namque Primæ tres à dextra notæ, centeni decades & numeri ſunt ſimplices: ſecundæ tres centeni decades & numeri millenorum, tertiæ caſulæ numeri decades & centeni ſunt millies mille, quartæ cauſæ centeni decades & numeri millenorum millies mille: quintæ caſulæ decades & numeri millenorum millies mille millenorum. Refertur autem ſic decies mille millies mille millies, ac nongenties octuagies bis mille millies mille, ac ſeptingenties ter millies octingenties quinquageſies quater mille ſupra viginti ſeptem: vel quanquam non ad notarum vſum commodè, Latinè tamen melius ſic. Millies nonagies octies, centena millia centies mille, ac vigeſies ſepties millies trigeſies octies, centena millia, ſupra quinquaginta quatuor millia & viginti ſeptem: cum durum ſit, & longum, omiſſa hac ſuperſtitione referendi numeros ſcrupuloſa dicacitate, deinceps notas pro eis præſertim cum magni fuerint, ſupponemus. Nam Romanis aut tam magnos nullo vſui fuiſſe numeros, vel pro his nomina ſuppoſita, inditio eſt: tum varia ac millies mille in eodem ſeſtertij nomine ratio, tũ quod nullo libro tam immenſi contineãtur numeri, vnde in

ambiguo illorum vſu tam certa difficultate velle ariolati, Pars non paruæ inſaniæ eſt. Sed duo bis ſufficiet ad antiquorum monumenta intelligenda deſcribere, quibus notis quibúſve nominibus Romani ac cæteræ nationes numeros ſuos ſignificauerint, & ſi Latinè contingat eis vti velle, ponderibus & pecuniis illorum etiam veteris: quoniam ad omnem maximam exprimendam quantitatem ſufficiunt. Velle autem in hac numeroſa noſtrorum ſectione Romanis vocibus librum ſuum circumſcribere, eius eſt qui artis huius nec magnitudinem intelligit, nec difficultatem: cuius forſan vt puto non tanta illorum tempore cognitio fuit, aut certè non tradita. Sed quid mirum, cum è Romanis primus Pliſophiam, quæ longè eſt Arithmetica facilior, Cicero magno labore in condendis nominibus abſumpto, profeſſus ſit. Nobis itaque non tam curioſè loqui Latinè eſt neceſſarium, quam cauere ne barbarè: notis igitur ſcribemus numeros, ſcientes quod circuli in primo à ſiniſtra loco, ex dictis, nullus eſt vſus.

CAPVT IV.

De Additione integrorum.

ADditio numerationi proſima eſt, atque ita annexa, vt vtraque alterius portio eſſe videatur: nam quid aliud eſt numerare, quam ſcite addere vnitatem numeros, & rurſus quid eſt additio aliud, quam numeratio, nam ſi dicam ſeptem & quatuor faciunt vndecim, additio eſt, at ſi disero ſeptem octo nouem decem vndecim numeratio eſt. Igitur additio non niſi intermediis ſilentibus, eſt numeratio, & numeratio eſt additio non repentina ſed ſucceſſiua.

2 Oportet autem in his quatuor operationibus quæ ſunt additio, detractio, multiplicatio, & diuiſio hoc ſcire, quod viciſſim vna altera demonſtrat additio detractionem, & detractio additionem, & rurſus diuiſio multiplicationem, multiplicatio diuiſionem: vna illarum igitur peracta, licet per reliquam experiri, an ſine errore peregeris: & hæc eſt esperientia prima, quam vulgares probationem vocant. Alter modus eſt, vt denuo eadem operatio repetatur, tertius esperiendi modus fit per detractionem: conari autem oportet tum in his, tum in aliis operationibus, experientiæ aſſueſcere, namque in principio error paruus, magnus euadit in fine.

3 Eſt autem commune additioni, & detractioni, tum multiplicationi, vt diligentiſſimè notæ notis è directo ſubiiciantur: numeri numeris, decani decanis, centeni centenis, milleni millenis atque ita verſus ſiniſtram continenter procedendo, nec incurioſus in hoc eris, cum modica confuſio, magnum plerumque errorem parere ſoleat. De diuiſione autem ſuo loco dicere curabimus.

4 In omni autem operatione præter progreſſionem, tabula vna ſimplicium numerorum vſque ad decem eſt neceſſaria: vberiorem tamen, & ad centum vſque perfecimus in numeratione; altera fiet, quæ & diuiſioni & laterum extractioni, & multiplicationi pariter inſeruiet, nunc quæ additioni & detractioni communis eſt ſubiicietur.

10.	9.	8.	7.	6.	5.	4.	3.	2.	1.	0
11.	10.	9.	8.	7.	6.	5.	4.	3.	2.	1
12.	11.	10.	9.	8.	7.	6.	5.	4.	3.	2
13.	12.	11.	10.	9.	8.	7.	6.	5.	4.	3
14.	13.	12.	11.	10.	9.	8.	7.	6.	5.	4
15.	14.	13.	12.	11.	10.	9.	8.	7.	6.	5
16.	15.	14.	13.	12.	11.	10.	9.	8.	7.	6
17.	16.	15.	14.	13.	12.	11.	10.	9.	8.	7
18.	17.	16.	15.	14.	13.	12.	11.	10.	9.	8
19.	18.	17.	16.	15.	14.	13.	12.	11.	10.	9
20.	19.	18.	17.	16.	15.	14.	13.	12.	11.	10

Vſus igitur huius tabulæ in additione eſt, vt numeros iungendos in lateribus inuenias, & eum quem in communi concurſu eorum reperies coniunctum ex illis dices. Exemplum volo iungere ſeptem & nouem, quæro ſeptem in ſuperiore tabulæ parte, & nouem in latere dextro, vel nouem in ſuperiore linea, & ſeptem in dextro latere, & in communi concurſu vtrobique reperio ſexdecim: dico igitur nouem & ſeptem iunctos ſes decim efficere. Aſſueſcendus eſt autem qui diſcit tamdiu tabulæ vſui, donec omnes numeros ſimplices ad decadem vſq; iungere abſque meditatione nouerit, aliter autem ſi docere additionem ſine huius memoria coneris, operam perdes: memento autem circulum addendo, nihil prorſus augere, vt nec minuendo minuere.

5 His viſis ad rem denuo accedamus, quæ facilis eſt, cum numeros vt decet deſcripſeris ſeu binos, ſeu ternos, ſeu plures colliges, à dextra inchoando primas litteras, (nam & hoc nomine notas vocamus) è ſi infra decem numerus collectus conſtiterit, deducta linea numerus collectus & directo primarum litterarum ſubſcribetur: ſi autem decem aut viginti aut triginta aut aliam decadem ad vnguem impleuerit, circulum ſubſcribe, loco primarum notarum; numerum autem decadum tanquam ſimplicem retine, vt pro decade vnitatem, pro viginti duo, pro triginta tria, atque ita pro centum & viginti duodecim, pro centum & quinquaginta quindecim, transférque hunc numerum ad notas ſecundo loco verſus ſiniſtram exiſtentes, & collige eum cum illis. Quod ſi ab initio vltra decades numerus aliquis ſimplex ſuperfuerit, illum ſub notis primo loco & ſub virgula Pone: numerum autem decadum ipſarum tanquam ſimplicem cum notis ſecundo loco exiſtentibus collige, & ſi minus fuerit aggregatum denario, repone illud ſecundo

cunde

cundo loco ſub virgula, ſin autem decadem aut decades impleuerit, præcisè circulum ſecundo loco ſub virgula ſcribe: numerum autem decadum ad tertium locum transfer, at ſi numerus collectus vltra decades numerum ſimplicem habuerit, eum ſecundo loco ſub virgula ſcribe, decadum autem numerum ad tertium locum transpone, & cum notis eo loco exiſtentibus collige atque vt prius procedendo vſque in finem numerum pro aggregato habebis: illud obſeruando quod cum nullus locus notis ſuperfuerit colligendi, numero vel circulo ſcripto numerum decadum proximè a ſiniſtra repones, exemplo facilius rem intelliges. Sint numeri colligendi quales vides, atque collocati eo ordine qui & ab initio propoſitus eſt, & nunc oculis ſubijcitur; colligo igitur à dextra litteras omnes, & conflatur viginti: repono circulum ſub primis notis, & pro viginti

2 0 7 6 4 3 2
9 7 8 4 3 5
2 0 7 4
5 7 2 3 9
3 1 1 4 1 8 0

transfero duo ad ſecundum locum, & cum reliquis notis colligo decem octo, ſubſcribo octo ſecundo loco, & pro decem transfero vnitatem ad tertium locum, & colligo vndecim, inde repono vnitatem tertio loco, & pro decade ipſam transfero aliam vnitatem ad quartum locum: inde cum aliis notis colligo viginti quatuor, repono quatuor quarto loco, & pro viginti transfero duo, quæ iuncta notis quinto loco exiſtentibus procreant viginti vnum: repono vnitatem quinto loco, & rurſus transfero duas decades ad ſextum locum tanquam binarium, qui iunctus nouenario vndecim conſtituit, quare vt prius vnitatem ſexto loco repoſita, pro decade vnitas ad ſeptimum locum transferet, quæ cum binario iuncta tria facit, hic numerus tanquam vltimus ſeptimo loco reponetur, vt totum aggregatum ſit trigeſies ſemel centena millia & quatuordecim millia centum octoginta.

6. Memineris verò vſum tabulæ etiã huic collectioni (etſi decem non exceſſerit, ſatisfacere. Namque ſi velim triginta ſeptem cum quinquaginta octo colligere, primo quidem ſeptem cum octo iunges, & habebis in communi concurſu quindecim, repone quinque, & pro decade vnitatem ſerua, deinde iunge tria & quinque numeros decadum propoſitorũ numerorũ, & habebis octo, cui adde vnitatem iam ſeruatam, & fient nouem decades & quinque, numerus Inſuper ſimplex, quare tale aggregatum erit nonaginta quinque: eadem ratione & numeros centenis ac millenis conſtantes ſimul inuicem iunges hac tabula, cuius vſus cum magis proceſſeris ex dictis per ſe erit manifeſtus, nunc quod ex ipſa neceſſarium fuerat ſatis docuimus.

7. Experiẽtia fit denuo colligendo atque maximè contrario modo, vt ſi prius aſcendendo collegiſti, nunc deſcendendo experieris, an eædem notæ proueniant, fieri etiam poteſt per detractionem, vbi ordines numerorum tantum duo fuerint, quoniam detractio inter duos numeros tantum etiam fieri poteſt: quare inter plures hoc experientiæ genus non plurimum ſatisfacit. Fit & proſcindendo per nouem aut ſeptem colligo ſeptem, tria, duo, octo, quatuor, hi ſunt viginti quatuor: abijcio quoties licet nouem, relinquuntur ſex pro primo ordine. Rurſus colligo tria & ſeptem pro ſecundo ordine & fiunt decem: vnde reiectis

7 3 2 8 4	6
3 0 7	1
2 5 0 9	7
7 6 1 0 0	5

nouem relinquitur vnitas, & eam pono in directo ſecundi ordinis. Pariter colligo notas tertij ordinis, quæ faciunt ſexdecim; vnde reiectis nouem relinquuntur ſeptem, colligo rurſus litteras, quæ extra virgulam ſunt ſingulorũ ordinum reſiduas in vnum, & faciunt iunctæ, quatuordecim: inde reiectis nouem relinquuntur quinque, quia igitur ex ſeptuaginta ſex millibus & centum aggregato, collectis omnibus notis reiectiſque nouem quinque ſuperſunt, veram eſſe operationem autumo; namque ſi alius ſupereſſet numerus, falſam prorſus pronuntiarem, veram autem nunquam auſim dicere etiamſi experientia conueniat.

Vnde illud in omnibus arithmeticæ operibus diligenter eſt aduertendum, nullam eſſe affirmatiuam experientiam, ſed negatiuas omnes, vt intelligas non ſuccedente experientia falſam proculdubio eſſe operationem tuam. At ſuccedente nihil amplius colligit, quam quod nondum falſam eam eſſe perſpicias; multis autem ac diuerſis experientiis factis, quod recte fueris operatus, fidem aliquam accipere licet. Igitur omnis bene operandi ſcientia ex ipſa numeratione colligitur, atque ex certo iudicio mentis illi proximo: verùm vt diximus longo vſu acquiritimus, vt his experientiis præcipuè variatis etiam fidem certam habeamus.

Eſt igitur in vſu experientia ſeptenarij quæ alio modo quam præcedens numeros diuidit. Fit namque idem exemplum vt exemplo item colligamus, & velim experiri ſeptenario numero, an rectè fuerim operatus, accipio primam literam Primi ordinis ſeptem, ex ea abijcio ſeptem, nihil relinquitur: accedo ad ſecundam quæ tria ſignificat, ex ea abijcere ſeptem non licet, quare adnumero ei ſequentem notam vt prior decadum ſequens numeri vicem gerat, & fit triginta duo. Inde abiectis ſeptenariis quatuor relinquuntur; hunc pro decadibus

7 3 2 8 4	1
3 0 7	6
2 5 0 9	3
7 6 1 0 0	3

aceipio & octonarium ſequentem tanquam numetum ſimplicem ei copulo, vt exprimat quadraginta octo, ex hoc abiectis ſeptenariis quotiens poſſum, ſex relinquuntur, hos raoquam decades pono ac ſequentem notam verſus dexiram quæ vltima eſt pro ſimplici numero adijcio, & fiunt ſexaginta quaruor, inde reiectis ſeptenariis vnitas mihi relinquitur, quæ quoniam vltima eſt extra virgulam deſcribetur. Pari ratione in ſecundo ordine, quia ex prima litera ſeptenarius abijci nequit, adiecta ei ſequente abijcio, ex triginta, & relinquuntur duo. Inde poſito binario pro decadibus, adiectóque ſeptenario tamquam ſimplici numero conſurgunt viginti ſeptem, à quo abiectis ſeptenariis ſenarius ſupereſt, qui quoniam vltimam notam pertranſiit verſus dextram ſcribetur; extra virgulam demum accedo ad tertium ordinem aggregandorum numerorum, & pari lege explorata ſeptenariorũ reiectione, tandẽ extra virgulam quę vltimo ſuperſunt, tria ſignabo, habebóque vnitatem pro primo ordine, ſenarium pro ſecundo, ternarium pro tertio: quos omnes colligo, & habeo decem, à quo reiectis etiam ſeptem quoties poſſum tandem ternarius ipſe relinquitur: tunc demum exploro an ex numero collecto eadem ratione ſeptenariis reiectis ternarius relinquatur, atque dico ex ſeptem nihil, ex ſexaginta vnum quinque, ex quinquaginta vnum, ex decem tria, & hic eſt numerus qui vltimo loco relictus cum primo ternario vt iam dictum eſt conuenit, quare pronuntio experientiam hanc veram eſſe. Animaduerte, quod vbi vltimo loco nihil supereſſet circulum ſemper ſcriberes, atque eandem in circulo quam in cæteris notis concordiam requireres.

Pro pecuniis tamen iungendis non omnino eadem ratio, ſed nec ex toto diuerſa obſeruabitur. Namque in omni regione illud ſcite expedit, quæ ad nummorum æſtimationem pertinet, velut Mediolani aſſis ex duodecim paruis nummis conſtat, libra autem vt eorum nomine vtar, aſſibus duodecim: aureus verò nunc libris ſex aſſibúſque duobus.

Aur.	1875.	lib.	4.	ſol.	13.	d'3.
Aur.	194.	lib.	3.	ſol.	0	d'4.
Aur.	1000.	lib.	0.	ſol.	0.	d'0.
		lib.	3.	ſol.	12.	d'4.
Aur.	13.	lib.	5.	ſol.	0.	d'9.
Aur.	3084.	lib.	4.	ſol.		288.

Sint igitur hæ pecuniæ in quinque ordinibus colligendæ in vnum, numeros igitur nummorũ & decades eorum vnumquemque ſub genere ſuo locabis, atque idem etiam in aſſibus, libris, & aureis obſeruabis, vt non ſolum pecuniæ einſdem generis ſub ſuo genere, verum & in pecuniarum generibus, numeri ſub numeris, decades ſub decadibus, centeni ſub centenis collocentur. Inde à dextra vt dixi incipiens, colliges nummos viginti, à quibus eiectis duodecim (totidem enim in aſſe continentur) habebis octo reſiduos, quos ſub nummis collocabis, virgula ducta, inde pro duodecim nummis, qui in viginti continentur, vnum aſſem ad aſſes ſeu ſolidos transfer, & ſi retinuiſſes nummos viginti quatuor, duos aſſes, transferres, & ſi triginta ſex tres aſſes. Hunc igitur aſſem retentum cum reliquis collige, & fiunt omnes viginti ſex, ab hoc numero quatuor aſſes detrahe, nam aureus vltra ſex libras integras etiam ſolidos ſeu aſſes continebat: & librarum numerus aureis duobus maior eſt. Relinquuntur igitur aſſes viginti duo, inde depoſitis qui ſupra viginti extant ſolidis duobus, pro quibuſlibet ſolidis viginti, libram transferes.

Hoc itaque exemplo tranſlata libra colliges ſexdecim libras, at pro ſenis cum ſit aureus aſſumendus, erunt aurei duo, libræque quatuor ſcriptis libris ſub virgula, pro duodecim libris aureos duos transferes, namque quatuor qui deſunt ſolidi prius retenti fuerant, inde igitur collectis aureis perfecta erit operatio tota, vt à dextra in margine vides.

10 Iam tamen illud duabus operationibus fieri poteſt, primo collectione ſimplice ac poſt deductione librarum ad aureos vt in hoc exemplo.

Aur.	1079.	lib.	4.	ſol.	12.	d'7.
Aur.	177.	lib.	3.	ſol.	5.	d'8.
Aur..	2000.	lib.	4.	ſol.	2.	d'0.
Aur.	74	lib.	2.	ſol.	8.	d'5.
Aur.	3.	lib.	5.	ſol.	8.	d'0.
Aur.	3333.	lib.	20.	ſol.	0.	d'6.
Aur.	3336.	lib.	3.	ſol.	7.	d'5.

In quo ſupponatur aurei æſtimatio libræ quinque ſolidique vndecim, colliguntur omnia recto vſu, vt in præcedenti ſequentique exemplo, demum libræ in aureos alia operatione reſoluuntur. Scis enim quod in libris viginti aurei tres continentur, quorum colliges æſtimationem libras ſcilicet ſexdecim aſſéſque tredecim quas ex viginti detrahes, loeóque earum aureos tres addes fietque ſecunda ſumma recta aurei ter mille trecenti triginta ſex, libræque inſuper tres aſſes ſeptem nummique ſex.

11 Excuſat hanc operationem diligentia librorum rationum, vt frequenter. Nam ad rotundum aliquod & æquale pecuniæ genus omnes hi transferuntur ac ſcribuntur velut ad libras, vel ad aureos, ſed quorum æſtimatio quinque aut ſex libris præciſè contineatur, cum tamen in aliquibos etiam hæc æſtimatio aſſes aliquot contineat, vel cum plures ea induſtria careant, tum verò, in diurnis collectionibus ferme

omnibus

umnibus etiam ſit neceſſaria, plaeuit eam difficultatem duobus exemplis ſuperioribus aperuiſſe, nunc in rotuoda pecuniarum æſtimatione facilem exponamus

Aur.	1507.	lib.	3.	ſol.	14.	d.	5.
Aur.	927.	lib.	4.	ſol.	2.	d.	8.
Aur.	3022.	lib.	2.	ſol.	15.	d.	2.
Aur.	5458.	lib.	o.	ſol.	12.		83.

agregandi rationem. In hoc itaque exemplo æſtimatio vnius aurei ſit quinque librarum præciſè, collectis itaque nummis quindecim, quia duodecim aſſem implent, tres qui ſunt reſidui, nummos virgulæ ſubijcio, inde cum aſſe illo qui ex duodecim nummis collectus eſt, reliquos omnes aſſes quos inuenio iungam. Aſſes igitur triginta duo fiunt, quia igitur libra aſſibus viginti conſtat, duodecim qui ſuperſunt virgulæ ſubſcribo, & cum libra vna loco viginti aſſium ſumpta ad ſiniſtram tendens pergo, libráſque colligo decem, quas video aureorũ duorum æſtimationem implere, nihilque ſupereſſe, quamobrem circulum librarum loco ſcribo, & aureos duos ex decem libris collectos, ad reliquos ſui generis transfero. Inde omnibus collectis totam ſummam habeo, aureorum quinquies mille quadringentorum quinquaginta octo, aſſum duodecim, nummorum trium.

12 At verò in his experientiis repetendo fieri ſolet, nam reliqua genera plus difficultatis addunt quàm ſcientiæ. Repetitur autem vt dictum eſt conuerſo ordine; vbi autem duo ſint ordines numerorum ac pecuniarum quæ colliguntur, detractio aggregationis experientia eſſe poteſt, vt in ſequenti capitulo docebimus.

CAPVT V.

De ſubtrahendis Integris.

1 AT verò in ſubtractione duo ſolent obſeruari, primùm vt inter duos tantum ordines numerorum fiat alterum, vt ex his qui minor eſt numerus ſeu ſimplex ſeu pecuniarum alterius ſubijciatur qui maior eſt.

2. Vnde ex hoc manifeſtè liquet, quod detractionis aggregatio experientia ſemper eſſe poteſt, at non aggregationis detractio.

3. Eſt autem in ea primò vſus tabulæ ſuperioris explorandus, hic talis eſt. Quære numerum à quo vis detrahere in linea numeri, qui auferendus eſt, & numerum qui in latere dextro eſt, pro reſiduo accipiemus. Exemplum, volo auferre ſeptem ab vndecim, quæro ſub ſeptenario vndecim, & à dextra quaternarium inuenio pro numero qui relinquitur. Quod ſi numerus à quo aufertur maior ſit viginti, ob idque extra tabulam, auferantur omnes decades præter vnam, & numerum ſimplicem, velut à quinquaginta ſeptem auferantur quadraginta & a viginti quatuor auferantur decem, & à triginta duobus auferantur viginti, & hoc ſi numerus qui auferendus eſt, maior ſit numero ſimplicis numeri, à quo detrahere volumus, aut ſi minor omnes auferemus decades, à reſiduo autem abiiciemus quem volumus auferre, denuóque addemus decades quas ſubtraxeramus... In hoc vnum ſufficit decretum ſit ſeptem ex quadraginta tribus auferre, quia ternario eſt ſeptenarius, abijciemus triginta ex quadraginta tribus & relinquuntur tredecim, ab hoc aufero ſeptem, relinquuntur ſex, quos addo ad triginta prius ablatos, & fiunt triginta ſex, abiectis itaque ſeptem ex quadraginta tribus relinquuntur triginta ſex. In vniuerſum autem memoriæ mandanda eſt detractio ſimplicium numerorum ab omnibus his qui in tabula deſcripti ſunt, nec viginti excedunt.

His cognitis minoréque numero maiori ſuppoſito, à dextra vt diximus, originem ſumentes nouem ab octo quia detrahi non poſſunt, à decem octo detrahemus, fingentes decadem illi octonario additum & nouem relinquentur quos ſuppono virgulæ: eam verò decadem quam detraxi, poſſum vel

7	4	5	0	6	2	8	5
		6	7	4	1	9	0
7	3	8	3	2	0	9	5
7	4	5	0	6	2	8	

à binario ſuperioris auferre, vel addere vnitati inferioris, quum vtraque in ſecundo loco & eodem modo rectè caſura ſit operatio, ſed elegantius eſt inferiori notæ eam adiunxiſſe, quàm à ſuperiore detraxiſſe. Relinquitur igitur, vt ſecunda litera per additionem in binarium euadat, inde à ſuperiore detracta cum nihil relinquatur, circulus eſt ſubſcribendus, inde ad tertiam notam venio, quæ quaternario ſignificatur, vnde à ſenario deducta cum inferior minor ſit, binarium relinquitur: venio ad quarto loco poſitam notam ſeptenarij, hæc cum à circulo deduci nequeat; addita decade ſubtractionem admittit, relinquítque ternarium, vnitas verò ad ſequentem literam pro adiecta decade trãsferenda eſt: namque quæ ſuperiori additur decas pro vnitate ſequenti ad ſiniſtram inferiori notæ pro vnitate eſt adiungenda, qui igitur ſenarius erat in ſeptenarium euadet: hunc quia ex ſuperiore quinario auferre non licet, per decadis additionem ex quindecim auferemus, relinquentur autem octo virgulæ ſubſcribendi. Vnitas verò pro adiecta decade ad ſiniſtram tranſlata, cum nihil habeat cui adijciatur, auferenda eſt ſola à ſuperiore quaternario, relinquitúrque ternarius ſub linea ſcribendus, demum cum nihil amplius ſuperſit, quod à ſeptenario auferri debeat, integer è directo ſuo loco ponendus eſt, atque ſic peracta erit ſubtractio ipſa.

Experientia fit vel repetendo vt dixi, vel

iungendo

iungendo numerum quem detraxiſti cum eo qui ſub virgula deſcriptus eſt,& prouenit denuo numerus, ex quo detractio facta eſt, vt in exemplo vides ,/aut proſcindendo nouenatio aut ſeprenario vt in exemplo, abiectis nouenariis ex ſupetiore quinque relinquuntur, ex inferiore nihil, vnde circulum à dextra interpoſita virgula ſignauimus, hunc detrahemus,ex ſuperiore quinario relinquitur idem quinarius directè relicto numero à dextra ſeribendus, tune explorato quid hie idem abiectis nouenariis relinquitut in reſiduo qui virgulæ ſubiectus eſt, dico experientiam nouenarij rectam eſſe, idem in ſeptenario explorata licebit.Repetitionis aurem exemplum tale eſt, cum detracto numero ſupetiore, qui eſt ſeptuagies rer centena octuaginta tria mille ducenta & nouem numerus relinquetur: igitut eo denuo ex ſeptuagies quater centenis ae quinquaginta milibus ſexcentíſque viginti octo dettacto, relinquetur ſexaginta ſeptem millia, velut ſi ex duodenario quinaruis ablatus ſeptenarium relinquit, igitur ablato ſeptenario ex duodecim:quinatius iterum relinquetur.

6. At verò ſi pecuniæ inuicem auferendæ ſint, vnumquodque autem genus illarum præciſè reliquum contineat velut aureus libras quinque, libra aſſes viginti, aſſiſque denarios duodecim,ſit enim æreos aut paruos nummos vocabimus,tune vt in exemplo denarios à denariis, aſſes ab aſſibus,libras à libris,aureos ab aureis ſubtrahemus, more ſimplicium numerorum & vbi non licebit, velut in præſenti exemplo aſſibus libram acaomodabimus.

Aur.	557.	lib.	4.	ſol.	17.	d'	11.
Aur.	415.	lib.	4.	ſol.	19.	d'	4.
Aur.	94.	lib.	4.	ſol.	18.	d'	7.

Nam decem & nouem à decem & ſeptem auferri nequeunt, accommodatis autem aſſibus viginti fiuut aſſes triginta ſeptem, à quibus detractis decem & nouem relinquuntur decem & octo, pro viginti autem ſolidis adiecta libra inferiori librarum numero quinque euadent auferendæ. Inde quia denuo quinque ex quatuor detrabi non poſſunt, aurei æſtimatio, ideſt libræ quinque ſuperioribus addendi ſunt, nonémque euadēt: ab his ablatis quinque, quatuor etiam relinquuntur, adiicitur autem aureus ille inferiori aureorum numero, inde peracta detractione experientia proſcindendo commodè fieri nequit ſed vel reſiduum detrabendo à ſuperiore ſumma, vt qui detractus eſt relinqoatur, vel reſiduum cum detracto iungendo, vt ſuperior ſumma conſletur, vtramque ſi libet tutius experieris, eritque ſatis certum experimentum huius ac inferioris exempli.

7. At vero ſi non æqualiter æſtimatio aurei libris poſſit æquiparari ſed aſſes....

Cætera deſiderantur.

ANATHO

ANATHOMIÆ MVNDINI cum expoſitione Hieronymi Cardani.

PROOEMIVM.

NON eadem eſt ratio in artibus quæ in ſcientiis præfationis, neque numerus idem eorum quæ ante exercitationem atque traditionem noviſſe oportet. Quippe artes præter certam tradendi viam aut inueniendi, exercendi quoque modum do[illegible]re debent. Ea propter Anatomiæ ars quinque habet neceſſaria, quæ antequam tractationem aggrediamur, ſeu commentaria conſcribendo, ſeu profitendo, ſeu manibus exercendo, prænoſcere oportet. Neque is idem ordo naturæ rerum eſt qui & traditionis naturæ, quippe primum præcedere debet tractationis ſeries, quæ in ſeptem rebus conſiſtit. Prima eſt vt ſciamus nomina omnium partium tam exteriorum quam interiorum. Secunda eſt ſingularum partium ſimilium connexus, proceſſus, continuatio, diuiſio. Tertia eſt inſtrumentorum ipſorum compoſitio. Quarta eſt conſenſus vinculúmque partium quæ pro inſtrumentis habentur: velut ventriculi cum iecore, quæ cum pulcherrima eſſet ac Medicinæ vtiliſſima, quæque rem præ oculis ipſis poneret, hanc tamen omnes Anatomici quamtumque diligentes prætermiſere, ob difficultatem credo. Nos vero eam docere conabimur, illi vni maximè intendentes non ſolum ob vtilitatem, verùm vt dixi quod difficillima ſit & ab omnibus fermè intacta. Quinta verò eſt operatio atque vſus. Sexta eſt morborum cauſarúmque dignotio, prout ex conſtructione corporis pendent. Septima atque vltima eſt curationum quæ ex eadem conſtructione originem habent. Secundum eſt præparationis modus ad ipſam operationem cuius ſunt quinque partes, modus ſpectandi, tempus & locus, inſtrumenta, ſubiectum, & ratio diſſecandi. Tertium principale eſt eorum quæ extra operationem ſunt, atque id vnum eſt, ſcilicet quænam corpora animalium brutorum in defectu cadauerum propius accedant ad hominum naturam. Quartum eſt eorum quæ ad tractationem pertinent, ex ipſa tamen tractatione non ſunt, atque hoc quinque partes habet. Nomen libri, nomen authoris: cuius diſciplinæ pars ſit: quique libri anatomiam doceant, & quomodo hæc quæ hic præfamur, ſine diſſectionis impedimento aut dilatione operationis doceri poſſint ac debeant. Quintum eſt, quomodo repræſentari debeant, habéntque quatuor modos, orationem, ichnographiam, foliatum & ſceletum. Porro hæc ars ad hanc vſque diem minimè rectè tradita eſt, non ſolum quod omnis ars & præſertim difficillima, qualis iſta eſt, quotidie ſuſcipiat incrementum, ſed quoniam qui eam tradiderunt artis dialecticæ penuria laborarunt, quam neque nos ad annum vſque quinquageſimum octauum attigimus. Itaque cum vna tantum Dialectica regula, Ptolomæus tria pulcherrima opera conſtruxerit, magnam ſcilicet compoſitionem, aſtrorum prænotiones, & diuinam Muſicam, ſecum quiſque [illegible]eputet, quantum ex quadraginta quatuor regulis (tot enim inuenimus, ipſa enim ars ſeipſam docet, quemadmodum & inter mechanicas fabrilis ſibi malleum & incudem fabricat) proficere potuerimus. Immenſum eſt hoc opus atque impar humanæ naturæ, quippe in quo vt Galenus rectè refert in libris de vſu partium, lib. 3. cap. 10. lib. 17. cap. 1. *hymnus verus ac ſacer non futilis ac inanis velut ex falſis aut fortuitis vel fortunæ blandientis caſibus quos mortales magnifacere ſolent decantari poteſt. At verò quod ad rem ipſam attinet, antiqui velut*

Hippocrates & Ariſtoteles inopia obſeruationum ferme nihil prater initia artis tradedere: nam eo modo profeciſſe omnes artes veriſimile eſt, nec credendum eſt Hippocrate illum diuinum quantus quantus fuerit (ſit Deus licet in vtroque parente) omnia qua tradidit inueniſſe. Verum cum decimus nonus eſſet ab Æſculapio, vigeſimus verò ab Apolline, qui inuentor fuit artis Medica verbaque illa.

Innentum Medicina meum eſt, opiſexque per orbem.
Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis:

De Apolline non de Æſculapio dicta ſunt, credendum eſt Hippocratem omnium ſuorum maiorum ſcripta perlegiſſe, atque in vnum eorum obſeruationes non ſine praclara methodo congeſſiſſe. Sed Galeni muneris erat hanc artem augere, cam ſuis temporibus multa in lucem à Marino prodyſſent & rectè ſcripta, tum verò etiam aliis, ſaculum autem ſub mitiſſimis Imperatoribus floreret, & ipſe diues gratiaque Caſaris potens maluit potius (proh hominum ſtudia) inanibus contentionibus ab aliis bene inuenta carpere, ac peſſundare veteram beneſcripta, quàm quòd facile illi licuit ea caſtigare, augere, in ordinem redigere, exornare, atque in lucem edere. Quod vitium ſequuti ſunt non pauci, qui ſe Galenicos nominarunt, Maudinum de bono opere criminantes: non ſic Hippocrates cuius verba ſunt: Immeritò vlli repre-
“ henduntur eorum quæ inuenire non potuerunt. Imò laudandi potius om-
“ nes quod inueſtigate conati ſunt. Itaque redarguere ea quæ non rectè dicta
“ ſunt, minimè inſtitui: verum his quæ ſufficieuter cognita ſunt, teſtimonium
“ præbee animus eſt. Quæcunque quidem igitur recte à prioribus dicta ſunt,
“ vt nun ſit poſſibile me aliter conſcribere, rectè conſeribam. Quæcunque
“ verò non rectè dixerunt, ſiquidem redarguam hæc quod non ſic ſe habent,
“ nihil perfecero: verum exponendo, qua de cauſa ſingula ipſorum recte mi-
“ hi habere videntur, declarare volo.

Ergo Mundino plurimum debemus, errauit? an illi qui eum reprehendunt putant, ſe non erraſſe? defecit? an illi qui eam culpant, perfectè artem tradidiſſe ſibi perſuadent? quandoquidem neque Veſſalius ipſe, qui artem hanc diligentiſſimè excoluit, multis in partibus auxit, miris modis atque inuentionibus tradidit: neque ipſe ab errore immunis eſſe potuerit, nec ab imperfectione, quid plura? nonne in libris de ſubtilitate declarauimus, noſtram hanc omnem ſcientiam quantumcumque abſolutam perſimilem eſſe ſpectatori, qui pulchrum aliquod adificium exterius ſolum inſpicit, eorum omnium qua intus continentur, omnino inſcius atque ignarus. Itaque opera pratium fuerit Mundinum potius (poſtquam neminem alium habere contigit, qui ſub compendio artem hanc tradiderit), emendare, expolire, ſupplere, tergere. Eſt autem hac diſciplina pars medica artis, atque etiam ipſius naturalis philoſophia, ſiquidem vt rectè Galenus ait in libro de Sectis Cap. 1. *ad medicinam ſpectare dicuntur, quacunque pracepta, qua ad illius finem aſſequendum conducunt. Itaque ſi hominem diſſecuerimus corporum ſanandorum cauſa, anatomia medica artis pars eſt: ſi vt natura diligentiam contemplemur, & Satrapa ſapientiam & Dei Maieſtatem, noſtrumque omnium curam, naturalis philoſophia eſt & diuina ac Theologia prorſus; ſin ludibrij cauſa, amentia, ſin odij, crudelitas: ergo diſſectionis opus, quod trium maximarum diſciplinarum partem non vulgarem occupet, minimè inter mediocria reponendum eſt, ſed iam ad ipſum ordinem redeo.*

Dictum eſt eum ex rei natura aliter conſtituendum, aliter doctrina ipſius cauſa. Quod enim plerumque accidit & nunc hac in parte contingit, ſiquidem vt qua vltima fuerant pro primis, & qua prima pro vltimis ſumere debeamus. Eiuſmodi ergo initium erit vt ab iis qua ante tractationem praponi ſolent, inchoare debeamus. Atque illa dixi eſſe quatuor, nomen ſcilicet libri quod Anatomia eſſe diximus, I. reſectionem ab ἀνὰ quod eſt re & τομὴ quod eſt ſectio, τέμνειν enim ſecare eſt. Omiſſo ſubtilem nimis diſputationem hac in parte Matthai Curtij, vt etiam reliqua: nihil enim charius tempore. Conſtat enim tum ex vi nominis, tum ex ipſa tractatione Anatomiam eſſe reſectionem humani corporis in hac parte, quia ad omnia animalia extenditur, velut Petrus Bellonius diligentiſſimè de Piſcibus egit,

quam

quam cum Rondelletius omittat, neſcio quo pacto perſuadere poſſe ſperet ſibi à Belonio furtum factum. Cui enim veriſimile videri poteſt eum qui tot lobos atque appendices numerauerit, viſcerum externa forma icones furto ab alio ſubripuiſſe? ergo ea tractatio phyſica eſt. Noſtra verò de humano corpore medica eſt atque circa rectam reſectionem verſatur. Ad quam ſequuntur ea, quæ cognoſci debent ſcilicet partium ſubſtantia, color, forma, magnitudo, ſitus, connexio, numerus, ex quibus etiam operationem & vſum coniectarare licet. De Autore: Mundinus fuit Florentinus vt reor chirurgus, qui etiam quædam in medicina ſcripſit, vir ſane boni iudicij atque eruditus pro conditione temporum, fuere enim illa ſæcula à muſis ſatis abhorrentia. Floruit autem circa tempora Thuriſani, quanquam nihil certi de hoc afferre poſſint: verum quod ad alios libros attinet, qui in arte hac præcellant, cum Hippocratis & Ariſtotelis imperfecti ſint, Marini conciderint, Græci atque Arabes omnes Galenum ſequuti ſint, reſtat vt ſolùm Galeni libri ex antiquis legendi ſint, in quibus tamen multi ſunt errores, quod ſimias hominum loco diſſecuerit, & quod contradicendi ſtudio nimis detentus tam pulchram tractationem, quæ etiam ſoli veritati intendenti difficillima futura erat corruperit: deeſt præterea & huic tractationi iniuria temporum ex quindecim libris, quicquid à nono ſupra eſt, atque hi libri potior pars erant operis, cum primi in muſculos & neruos, venas, oſſa, atque eiuſmodi externa extendantur, quæ Medicis Phyſicis parum vtilia ſunt. Acceſſit tertium incommodum, quod ſola oratione contentus fuit nec vllas imagines quæ huic negotio maximè neceſſaria erant adiecerit. Demiror autem non tantum quod omiſerit velut & in plantis quas tamen ſine figuris cognoſcere nunquam licet, ſed quod in eiſdem ſcilicet plantis earum deſcriptionem damnare auſus ſit. Ergo mille trecentis poſt Galenum annis, poſt Ierbi Anatomiam, quæ parum felici ſydere in publicum euulgata eſt, Andreas Veſſalius Brixelenſis (ea ciuitas eſt Belgicæ Galliæ nobilis) pulchram edidit deſcriptionem non ſolum oratione ſed etiam Ichnographia induſtrioſa, diuiſitque vniuerſum opus in ſeptem libros. Verum quæ in illo deſiderantur ſunt hæc, omitto autem nunc quæ inuidioſe potius quàm verè obijci ſolent ſcilicet defectus aliquot nonnullique errores, nam tum homini ſemper error adhæret velut futuris incertus euentus & difficillima illa ſtructura, quæ quaſi neceſſaria erat, prolixitatem immenſam effugienti, tria ſunt in quibus culpa non caret. Primum fuit nimia cupiditas Galeno contradicendi, adeò vt more canum, qui capreas per rupes ſequuntur dum alios nimis auide impetant corruunt ipſi, ita Veſſalius nonnunquam paulò longius à Galeno diſcedens, medium veritatis limitem tranſgreditur: Defecit quoque quod Ichnographiam tantum partium humani corporis licet cum vmbris ſcripſerit, cum neceſſarium fuiſſet foliatam, vel ſaltem Ichnographiam cum oratione luculenta, quæ aſcenſum, deſcenſum, acceſſum, receſſum, flexionem, craſſitiem, magnitudinem, colorem, ſubſtantiam, regionem, propinquitatem ad notiſſima loca, formam, & ad totius membri partium comparationem deſcribere. Defecit & ea in parte quam diximus negligenter ab omnibus tractatam, quæque plurimum neceſſaria eſt, & maximè pulchra, ſcilicet in partium quæ inſtrumenti vicem gerunt progreſſu, ſitu, forma, comparatione. Verum cum his omnibus tantò quod ad Anatomiam pertinet ordine, perfectione, veritate, repræſentationéque Galenum antecellit, quantò Galenus omnes reliquos qui nunc extant. Poſt illum deſcripſit Carolus Stephanus Anatomiam quandam ex Veſſalio ſumptam, cuius tamen ne meminit quidem ſatis facilem, & multo ſatis imperfectiorem: hoc vnum tantum addens, quod Ichnographiam mediam ac ad foliatum accedentem oppoſuit. Namque lineis eductis, quæ ſupra ſint quæque infra iaceant, indicat, minuens etiam inuentionis laborem, qui apud Veſſalium certè non leuis eſt, ſed facile eſt inuentis addere. Referunt & quoſdam eſſe nunc claros viros, qui nonnulla inuenerint Veſſalio incognita ab eo perperam tradita, de quibus locis ſuis agemus. Vidimus & Ichnographiam Leonardi Florentini pictoris manu deſcriptam, pulchram ſanè & tam celebri artifice dignam, ſed prorſus inutilem: quod, eius eſſet qui nec numerum inteſtinorum noſceret. Erat enim purus pictor non Medicus nec Philoſophus. Ergo poſtquam res ad duos redigitur autores Galenum ſiquidem ex antiquis propter libros de vſu partium, & Veſſalium præter perfectionem atque ordinem ac imagines, reliquum erit,

vt eoram quæ ſuperſant librorum Galeni iaxta ſeriem qaam in libro de libris propriis tradidit ordinem recenſeamas. Primam ergo eſt libellus de oſſibas qaem introducendis ſcripſit : ſecundum de venarum & arteriarum ſectione : tertium de neruorum ſectione : q artum de muſculorum ſectione. Conformes igitur ſunt, quataor primi libri Veſſalij hac ordini, cæterum quinto loco ſunt libri Anatomicaram aggreſſionum, in quorum primo tractat de maſcalis ac vinculis brachioram & manuum, in ſecando crarum & pedum, in tertio corrapto ordine de inteſtinorum neruis ac vaſis. In Quarto de muſculis genarum, labioram, menti, capitis, colli, & ſcapularum. In Quinto de muſcalis thoracis, ventris, lumborum, & femorum, in Sexto de inſtrumentis nutritionis, in ſeptimo de corde & pulmone, in octauo de pectore, in nono de Anatomia cerebri: nam quod ad medallam ſpinalem attinet interijt. In Decimo de oculis & lingaa, & reliquis oris partibus, in vndecimo de inſtrumentis vocis, in Duodecimo de venis & arteriis, in Tertio Decimo de neruis cerebri, in Quartodecimo de neruis ſpinalis medullæ, in vltimo de membris generationis. Ex quo patet Galenum nullum prorſus ſeruaſſe ordinem, neque diſſectionis ſeu operis, neqae tractationis neque originis : nam quod ad diſſectionem attinet, & opus oportuerat à ventre incipere vt Mundinus facit & reliqui Anatomici: quæ enim ſub ventre iacent celerrimè contrahunt maximum fætorem, ita vt non detur locus neque tempus rimandi muſculos. Ordinè veoò doctrinæ debuit incipere ab oſſibus, deinde neruis tanquam ſimplicioribus, poſt muſcalis venis & arteriis, doctrina quidem maſculoram deberet eſſe vltima, qaia ſunt corpora compoſita, atque hunc ordinem ferme ſequutus eſt Veſſalius: verum præpoſuit ſectionem muſculorum, venarum, & arteriarum ſectioni, ſequutus Galeni autoritatem 1. Anatomicarum aggreſſionum, cap. 2. *atqae ita cæcus cacum duxit : poſt oſſium enim Anatomen, docere oportuit Anatomen neruorum, inde venarum & arteriarum, vltimo muſculorum, poſt deuenire ad explicationem inſtrumentorum ventriculi, inteſtinorum, & cæterorum; error tamen ille de muſculis non eſt magnus, ratione maioris connexionis quàm habent cum oſſibus, & vt illorum motum doceamus. Verùm peruerſio ordinis in reliqais partibus, quam Galenus attulit excuſationem non habet, ſed ignoſcendam eſt illi velat & Ariſtoteli & Hippocrati, quia magnis incommodis reſcribebant ſua ætate libros propter penuriam chartæ, nondum enim innotuerat charta linæcea, qua noſtro tempore vtimur, cuius maxima copia minimo precio diſtrahitur. Nam niſi reſcribantur opera ſæpius, impoſſibile eſt prorſus, vt ſint ordinata. Acceſſit Galeni impedimento multitudo & copia librorum & in exercitatione ſumma ambitio, cum vellet eſſe clariſſimus non ſolum ſcriptis & operibas, ſed etiam aura vulgi, præterea contentionibus Sophiſtarum, vt non potuerit relegere nedum caſtigare quæ ſcripſit atque in ordinem redigere : defuit etiam præcipua pars Dialecticæ ac profundiſſima, quæ ad redigendum volumina in ordinem eſt maximè neceſſaria, quantumcumque iactet ſe viginti quatuor libros de demonſtratione compoſuiſſe, experimento enim patet niſi tractationem ſuam per infinitos periodos diuiſiſſet, nihil fuiſſe confuſias atque inordinatius, ſed hic error de confuſione & ordine adeò communis eſt omnibus veteribus ſcriptoribus, vt iam pro errore haberi non poſſit. Sed qaod ad originem attinet, à corde & membris principalibus incipere oportuerat, vel ab vmbilico, duas enim habet origines corpus humanum : vnam naturæ, & eſt cor ſecundum philoſophos, vel omnia membra principalia ſimul ſecundum medicos, aliam temporis & originis quæ eſt ab vmbilico. Vltima pars huius qaarti præcepti eſt, vt doceamus hæc omnia quæ præfamur, & etiam Proœmium ipſias autoris & totum primum capat & pars ſecundi vſque ad illum locum (partes enim ſunt duplices ſcilicet interiores atque exteriores) in quataor aat quinque diebas antequam damnatas occidatur: confeſtim enim vbi occiſus fuerit, propoſito nudo corpore debemus declarare neceſſaria omnium partium exteriorum, tum etiam earum quæ prominent velut oſſium, atque ita nihil temporis incaſſum conſumetur, cadauérque recens ad operationem ſubijcietur, nec tamen carebimus doctrina hac generali & progymnaſmatibus, ad introductionem maximè neceſſariis. Quod ad Quintum præceptum attinet,*

cuius

cuius dixi quatuor eſſe partes: Prima eſt oratio quæ debet eſſe continua, ordinata, dilucida, diffuſáque, vt res ipſa oculis ſubiiciatur, quæ partes aliquo modo magis deſiderantur in Veſſalio quàm Galeno, idque obtigit quod Galenus florenti eloquentia Aſiatica præditus eſſet, quæ nulla in parte opportunior eſt, quam in huiuſmodi tractatione. At contra Veſſalius aridus breui, ſuccinctus, aſper, mente intenta potius quàm proloquio leni, minimè huic negotio accommodatus, niſi alter Veſſalius eum legat ac interpretetur: præterea quam breui tempore & maximè iuuenis mirum dictu ſcilicet trigeſimo tertio anno ætatis ſuæ, quo ego tempore nondum paginam, ſcripſeram quam non flammis mandauerim, aut mandari cupiam, ſi quod omnino ſuperſit opus illud abſolui: contra Galenus iam ſenex longo temporum tractu modo hoc modo illud ſcribens, quemadmodum & Hippocrates & Ariſtoteles & Ptolomæus & nos fecimus, lenis atque facundo ſtylo effluit. Itaque in Veſſalio intentum dicendi genus acre, concitatum, continuatumque videbis, in Galeno remiſſum, non continuum, ob temporis interualla, facile, lene, graue tamen ac tanta autoritate dignum, floridumque videbis: ita nihil eſt ex quaque parte abſolutum. Huic tam perfectæ orationi foliatum ſubijci debet, quod & nos fecimus his in commentariis, vt exemplum non poſſis deſiderare: verum qua ratione dicam gratia exempli in primo foliato ponemus cutim & Epidermidam & pinguedinem, membranulam quoque tenuem, tum peritoneam, ſi ventris ſit, in ſecundo pulmones, cor, gulam, ventriculum cum ſuis partibus omentique portionem, in tertio iecur, fellio ſtelechiam: lienem, veſicam in quarto renes veſicam teſtium inuolucrum, vaſa ſeminis, penem glandulas quæ ſemen emittunt. In Quinto inteſtina omnia meſaraique partem. In ſexto meſaraum cum dorſi parte. In ſeptimo arteriam magnam, & venam, dorſum interius, coſtas, venas ſparſas, vincula renum. In octauo ſpinam, vertebras, medullam, neruos vertebrarum appendices, ſic vt omnibus cutim ſubiectam intelligas & quæ cum cute fermè vbique coniuncta ſunt: velut pinguedine membranula & cæteris quæ dicentur ſuo loco. Adycientes colores proprios ſingularum partium, delineamenta, magnitudinem, numerum formamque ad vnguem atque diligentiſſimè obſeruatis finibus, quibus partibus foliorum quæ ſuperſunt aut ſubſunt coniunguntur, eaque omnia craſſiore quadam Minerua. Nam ſingula quæque poſtmodum in alia foliata diuidi debent cum ſuis propriis coloribus, figuris ac cæteris quæ diximus, atque hunc laborem nos ob negotia ſubterfugimus. Demum ad tertium genus repræſentationis tranſeundum diuiſis foliatis in Ichnographicas deſcriptiones quas ex Veſſalio velut ſatis abſolutas deſumere licebit. Hæc ſunt quæ præſtari poſſunt libro in vno, atque ita vt ſine cadauere præſente tamen retineas effigiem totius ſtructuræ tam interioris quam exterioris humani corporis. Itaque ſi quis pius lector aut Typographus curauerit foliata hæc ſecunda atque ſpecialia tum Ichnographicas imagines, tametſi non adeò ſubtiliter elaboratas adycere, modo ne numerus alicuius partis ac forma deſideretur, ſed in ſubtilioribus quibuſdam ac minus neceſſariis ad Andreæ. Veſſalij volumen remittatur: ſicut & nos quod ad explicationem cauſarum operationis & vſus ad Galeni libros, De vſu partium remiſimus, ne more quorundam aliorum labores, in noſtra volumina transcriberemus, operæ precium facturum exiſtimo, non leueque commodum allaturum humano generi, ſiquidem hæc commentaria ſcripſimus negotioſis, atque ob id, vt Idea quædam medentibus interiorum maximè partium in animis eorum ſeruaretur. Qui verò volent exactam rei cognitionem habere, atque id per otium, ſtudeant Galeni libris præcipuè Anatomicarum aggreſſionum & de vſu partium nec non Veſſalij fabrica humani corporis. Quod verò præter libros maximam afferre poſſet vtilitatem, quanquam arduum opus & difficillimum maximaque impenſa laboris, temporis, induſtriæ, ſcientiæ, ac diligentiæ, ſed circa ardua virtus verſatur auxilioque principali indigeret, eſſet conſtructio ſceleti, non illius vulgaris ex oſſibus humanis ſed totius corporis, ſic vt nihil prorſus deſideraretur. Itaque ex dura materia conficere ipſum oporteret, ne tantus labor totque annorum, tantaque impenſa breui periret ſed & ductili vt minima quæque effingi poſſent & flecti & dirigi quaqua

verſum. Quamobrem neque lapide, neque ligno, nec ebore, nec cera nec terra fingi debet, ſed metallo: omne enim quod durum eſt & ductile metallum eſt: omne metallum corpus durum eſt atque ductile. Sed quia quædam magis ac minus, & dura ſunt & ductilia, plumbum & aurum ductilia ſunt, ſed minus dura, valde quod aurum nimis preciosum eſt, periculumque eſt ne Princeps alius ſucceſſor minuſque gloriæ ac Philoſophiæ communiſque boni ac commodi humani generis ſtudioſus, ſtatuam diſſoluat nummoſque conficiat: idem periculum eſt in argentea ſtatua, quæ & ipſa magni eſſet precij, licèt longè minoris: quamobrem ſuaſerim has ob cauſas ex neutro horum metallorum illam confici debere, præſertim quod ex aliis metallis aut æque bona aut etiam melior aliquanto confici poſſit. Verumtamen non ex cupro neque chalybe, dura enim ſunt ſed difficillime ducuntur: reliquum eſt ergo tandem vt ex ære purgato atque molli partim albo, partim naturali, rubroque, tum aliis infecto coloribus prout in libro de ſecretis docuimus per chymicum conficiatur. Sed & ratio ſtructuræ ibi declarata eſt, ea enim conſtat ſic vt quemadmodum in diſſectione partes à partibus auferri poſſint, ſingulaque à ſingulis & vt repoſita continuitatis ratio atque ſpecies ſeruetur viginti annorum hoc opus eſſet, ſpectataque doctrina medico indigeret, atque plaſtico artifice ſingularis induſtriæ atque ſubtilitatis: dignum certe opus Principe aliquo præſtanti, cum tot pecunias in ſcurras nullo vſu, alij in adulatores, alij in lenones cum infamia effundant, quidam in bella intempeſtiua, in quibus præter hominum cædes & incendia ædificiorum nobilium nihil ſpectatur commodi aut lucri, alij in moles maximas, alij in ædes magnificas, alij in machinas, quæ cœli motum repræſentant, nulla tamen vtilitatis ratione aut certi finis ſcientia immenſos theſauros profundunt: Hac verò fabrica quid generoſius, quid præclarius, quid pulchrius, quod vtilius, quàm poſſe ſemetipſum videre, qualiter ſe interius habeant omnia viſcera ſenſus, penetraliaque naturæ; idque poſſe etiam oſtendere philoſophiæ ac veritatis ſtudioſis, quandoquidem nullum ſit illuſtrius ſpectaculum, aut admirabilius ſub luna ſtructura humani corporis, idque etiam medicis vt ſine horrore vllo aut tetri odoris periculo ſpectare poſſint, quotidie, quæ non tam ſunt vtilia ac ſalubria, quam etiam neceſſaria ſaluti ægrotantium, quorum magna pars perit ex ignoratione medicorum, circa ea, quæ ad compoſitionem, ſitum, conſenſum, magnitudinemque membrorum interiorum attinent. Tum verò in chirurgis tanta neceſſitas eſt huius ſcientiæ ac eiuſmodi ſpectaculi, dum vel tela vel ſagittas eximere membra ſecando coguntur, vel abſceſſus incidere, vt ſæpius neruos aut muſculos incidendo, motus membrorum neceſſarios tollant, alios claudos faciant, alios gibboſos relinquant, alios dum luxata reponere neſciunt, & ſideratos & deformes & ridiculos relinquunt: in aliis turpes & cauas cicatrices his reſectis partibus quæ reſtaurari nequeunt, aut quas contrahi neceſſe eſt: in aliis glandoſæ carnes fruſtra eximuntur, in aliis venis aut arteriis reſectis ob ſanguinis profluuium vitæ periculum inferunt, aut ſi euadant, perperam perpetuum malum corporis habitum pariunt: hæc omnia igitur hac vna opera effugere licebit.

Cæterùm vt ad ordinem reuertar, ſi humana copora deſint, ſi machina hæc atque ſtatua eiuſmodi potiſſime animalium corporibus memoriam alias viſorum reficere poſſumus atque inſtaurare, nunc dicendum eſt, ſed mea quidem ſententia præter ſimias & cercopithecos ſoliato melius id fieri poſſe crediderim. Horum tamen ordinem ſic inſtituit Galenus ſexto Anatomicarum aggreſſionum. cap. 1. *Primum quidem ſimiarum corpora præponantur, Inde cercopitheci qui ſimiæ caudatæ, inuenio apud quoſdam cynocephalos, ſed qui ſint cynocephali præter animalia fabuloſa non inuenio: tertio loco ponitur Vrſus: quarto animalia ſerrata vt canis, ſus, mures: quinto ſolipeda vt equi & Aſini: ſexto & vltimo ruminantia vt boues, oues, capræ, dico quod ex hoc innuit auium neque piſcium neque ſerpentum diſſectio vtilis eſt, nam quadrupedium, mihi videtur nulla aut pauca excluſiſſe: huius verò rationem reddidit* Ariſtoteles primo de natura animalium *dicens; animalia licèt plurimum diſſimilia in externis partibus, ſimilia tamen ſunt in interioribus, quoniam operationes, quorum cauſa membra facta ſunt exteriores valdè diſſimiles ſunt, vt currere quatuor pedibus, ſaltare, nam firmitatem eandem cum duobus habere non potuiſſent, & ſimiliter dentes*

aut

aut vngulas aut cornua habere oportuit, pro defenſione, non ita neceſſe fuit homini, ſed in interioribus operationes ſunt ſimiles ergo & membra, vtpote in iecore generare ſanguinem commune eſt homini & omnibus animalibus: pulmoni dilatari ac conſtringi, attraheréque aerẽ, cõmunia ſunt tam homini quã cæteris animalibus. Ergo forma pulmonum & iecoris, & ſubſtantia, & color, & ſitus, & meatus, & numerus, & connexio eadem eſſe debent: verum ventriculus non ita, quoniam functio diuerſa eſt in ſpecie, licèt in genere ſit eadem, ideo ruminantia cum careant dentibus anterioribus, & edant cibos valdè duros, ventriculi formam hiſpidam valde atque aſperam vt melius dica longéque alienam, tum etiam numerum habent quadruplicem, adeò vt nulla fermè ſit ſimilitudo: cum enim forma ſit propter operationem tantum diſtabit forma à forma, quantum operatio ab operatione: Et ideo ventriculi auium miro modo diſtant forma & numero ab humano ventriculo: quoniam aues edunt grana dura, & non mandunt illa, quia carent dentibus propter paruitatem capitis, quæ neceſſaria fuit ad volatum: ideò dicit Ariſtoteles ibi quod ex diſſectione animalium fermè in interioribus membris ſcire licet ſtructuram membrorum humani corporis interiorum, quantum ſi homines diſſecaremus. Quæ autoritas credo cauſa fuerit Galeno exercendi diſſectionem in ſimiis & aliis animalibus, & ex conſequenti aberrandi in multis. Quare dico, quod ſumptis animalibus quæ maximè ſimilia ſunt homini, ideſt quæ ſtant & ſunt ſimia cercopitheci & Vrſi (ideò Galenus collocauit vrſum propter hanc cauſam tertio loco quia ſtat) debemus animaduertere atque ſcire in quibus membris & quantum & qualiter differant ab hominis membris, & illud adnotare diligenter in commentariis, tunc verò vtilis erit diſſectio talium animalium, cum eiuſmodi cautela, aliter erit cauſa erroris, ſicut fuit etiam Galeno. Hoc verò aliquo modo tentauit Veſſalius, ſed non abſoluit, qui abſoluerit opera pretium facturus eſt. Verum dicet quiſpiam, cur tamen diſcrimen eſt inter membra belluarum & hominum, non ſolum in magnitudine quemadmodum dicit Hippocrates. Inteſtina craſſa homo maiora quam canis habet: libro de oſſibus pag. 2. & rurſus in ſexto de Popularibus morbis, Sec. 4. ſed quod iecur canis lobos habeat plures, homo autem non habeat, vel ſi habet minus euidentes & pauciores, vnde natus error in Hippocrate libro de oſſium natura Pag. 2. dicentis, Iecoris extremitates quinque ſunt, ſuper quarta autem extremitate fel incumbit, quod oſculum acceptum tranſuerſum & cor ac pulmonem profert: vidit enim Hippocrates canis iecur, quod quinque lobos habet, plerumque etiam ſex & ſeptem: in homine autem non ſic, quamuis & Auerroes & Auicenna id crediderint, adducti autoritate illa, ſed dubium non eſt rarò id in hominibus contingere. Cauſa diuerſitatis eſt diuerſitas motuum exteriorum, nam multitudo loborum cauſa eſt melioris coctionis ſicut apparet in piſcibus: canes igitur cum proni incedant lobos non vexant, at in hominem propter erectam ſtaturam ſi iecur eſſet diuiſum in lobos, vnus premeret alium. Similiter diſcrimen eſt in monoculo atque in aliis, cerebrum quoque bouis Galeno teſte ſimile eſt cerebro humano, verum. Veſſalius negat in humano cerebro adeſſe rete illud mirabile vt Bos iure ſapientior homine futurus ſit, ſi ad compoſitionem reſpiciamus, quamuis adſit quippiam exiguum vt non omnino Galenus deceptus ſit, at de hoc loco ſuo videbitur. In vniuerſum eſt diſcrimen in homine & animalibus propter multas cauſas: Primo propter ſitum, ſecundo propter motus, tertio propter cibos, quarto propter cubilia, vt minus patiantur dum cubant ſuper terram vel ſub terra, quinto propter educationem filiorum, ſexto propter operationes animi diuerſas, ſeptimo propter temperaturam veluti cerui carent fele, vt ſint ſicciores & leuiores, octauo propter proprietates quaſdam quas habent.

Hinc deſcendendum eſt ad præparationem opinionis & diximus quinque eam habere partes. Prima eſt tempus & locus, debet enim eligi hyems ſerena & frigida valde paulo poſt hybernum ſolſtitium, & locus apertus ac prælatus à Borea: nõ ſolum vt diutius corpus ſeruetur incorruptum, ſed etiam vt ſalubritati inſpicientium & diſſecantium conſulatur, ne fætore cadaueris offendantur. Secunda eſt modus inſpiciendi, & ideò rectè factum eſt theatrum ligneum, vt plures poſſint inſpicere ſine impedimento, & qui diſſecat, virgulà debet oſtendere partes ſingulas, & ſitum, & connexionem, & admonere de quibuſcumque, & maximè de vtilitate & operatione ordinéque ac

tranſitu

tranſitu finibus, ſubſtantia, numero. Nec placet quod qui oſtendit, loquatur de morbis ac ſymptomatibus, ſed hoc pertinet ad profeſſorem medicinæ. Curatio verò quæ pendet ex Anathomia debet doceri ab ipſo profeſſore verbo: modus autem operandi ab eo qui diſſecat. Tertia pars continet inſtrumenta & maximè uncos & hamos, & nouaculas, & gladios tenuiſſimos, & reliqua, quæ à Veſſalio declarãtur. Quarta pars pertinet ad ſubiectũ, quod debet eſſe duplex, maſculus & fœmina, tam propter membra generationis diuerſa, tum vt memoria repetitione confirmetur. Nec placet vt nouo mortis genere ac magis terribili occidantur ob ſpectaculum, neque enim tanti eſt diſcrimen ſuffocati ab eo qui laqueo ſuſpenſus eſt vt crudeliter hominẽ occidamus, verum ſuffocare aquis lentum eſt mortis genus: & vt aliqui credunt aptius ad diſſectionem cadauer redditur. Diſſecare autem hominem viuentem ob hanc ſolam vtilitatem non laudo, ſed ſi mereatur ſcientiæ immortalitatis animæ cauſa, & an plures ſint animæ in corpore humano forſitan licet, imò licet quod per ſe iam iudices decreuerunt, aliter nullo modo. Debet autem adminiſtrari à medio Decembris ad finem Ianuarij in ſex cadaueribus quorũ vnus ſit prægnantis mulieris ſi non ſimia aut vacca primis ſeptem diebus membra naturalia. Secundis genitalia maſculi & fœminæ prægnantis, tertiis ſpiritualia ſuccedentibus animalia. Quinta ſeptenaria oſſa & cartilagines, mẽbranæ & muſculi: vltima nerui, venæ & arteriæ, quia ſe vt plurimũ comitantur & eandẽ ductã habent, ſicque vtilitas & vſus explicabitur, & propter quid factæ ſint. Animaduertendum autẽ eſt quod corpora quædam habeat anomalas compoſitiones, in quas incidere non eſt, vt quidã putant, fœlicitatis, ſed infœlicitatis potius. Nõ enim errores hi velut in ſpecie diuerſitas finis cauſa ſunt, ſed materiæ contumaci accidũt. Ideò ex eiuſmodi inſpectione nihil vt lucratur homo ſcientiæ, cum errores in infinitũ extendantur, ſic aliquando inuenitur vnum tantũ ren, & lien à dextra, & iecur à ſiniſtra, ac talia eiuſmodi: quædam verò vtilia ſunt quamuis rara, velut lapis in veſica felis: docẽt enim poſſe generari & maximè cum homo animaduertit quo in homine inuentus ſit, ſiquidem in diutina lepra laborante, vnde coniecturã licèt non admodũ certam, in eiuſmodis morbis facere licebit, forſan quod talẽ lapidẽ habeat patiens. Quod verò ad diſſectionis rationẽ attinet, conſiderandũ eſt, vt quemadmodum dictum eſt a ventris diſſectione incipiamus, oportet inde ad omentum & inteſtina procedere, ſed hoc inferius declarabitur, ante quam tamen ad eam opinionem procedamus deradendi ſunt pili.

Vltimum quod vt dixi primũ fuerat eſt de his, quæ communia ſunt tam operationi quàm etiã tractationi, & habet ſeptẽ capita, quorũ primũ eſt vt ſciamus, quomodo externæ partes & quo nomine dicantur: ſophiſtica enim eſt ac penè ſtulta illorum ratio, qui dicũt non pertinere ad anatomen ſcire partes exteriores, nã qualiter declarabo ſitũ interiorũ & locũ, niſi nomina partium exteriorum quæ è regione illarũ poſita ſunt nouero. Itaque id maximè neceſſarium eſt ac tã neceſſariũ in partibus præcipuè vẽtris, vt nihil magis. Sunt enim ibi præcordia, venter, ſumen, ilia, epigaſtriũ, atque eiuſmodi multa quæ confuſionem maximã inducere ſolent. Secundum caput eſt ſimpliciũ mẽbrorũ, ſunt autẽ vt habẽtur in libro de partibus artis medicæ ſeptẽ, os, cartilago, vinculũ mẽbrana, villi, caro, & pinguedo: in his ergo declarare oportet ſubſtãtiã, magnitudinẽ, colorem, proceſſũ numerũ, originẽ, functionẽ, vtilitatẽ, figurã, meatus, vnde nutriantur. Tertiũ caput eſt membrorum compoſitorũ, pro quo ſciendum eſt, vt ſecundo Anatomicarum aggreſſionum *docet Galenus, quod compoſitio triplex eſt: aut enim oboriuntur vt nerui parui ex magnis, & rami venarum ex truncis, & hæ ſunt ſimiles ſubſtantiæ porſus iis à quibus oriuntur aut aduaſcuntur, cum originem ducunt ab illa, ſed ſubſtantia eſt diuerſa vt cerebro nerui, cordi arteriæ, oſſibus cartilagines, aut adhærent velut membranæ oſſibus, nam ſeparari poſſunt, vel digitis ſolis. Quæ verò ſic iunguntur aut ſine medio iunguntur, vt perioſton oſſibus, aut glutino quodam velut vincula & cartilagines iungendis oſſibus, eoq; modo etiam muſculi iunguntur oſſibus per chordas ſeu tendones. Sunt autem tendones mixti ex vinculis & neruis: aut per inſitionem vt dentes oſſibus mandibularum, & oſſa capitis per ſuturas, quarto & vltimo velut perſtratum vt caro quæ eſt ſtratum venis & arteriis. In his igitur omnibus declaranda ſunt temperatura, magnitudo, forma, ſitus, numerus, ratio compoſitionis, ſubſtantia, color. Quartum caput quod prætermiſſum diximus ab aliis eſt totius membri connexio & forma, non enim niſi de principalibus vtpote ventriculo & iecore id docuerunt, at de poris vreteribus, venis emulgentibus, epididymis,*

inteſtinis

inteſtinis, veſica atque aliis huiuſmodi, qua magis neceſſaria ſunt non docuerunt aut imperfectè docuerunt. Dico autem magis neceſſaria fuiſſe hac in his membris quàm in principalibus, quia principalia mẽbra vulnerata, vel obtorta, vel abſceſſum patientia, non indigent cura, quia afferũt mortem: horum autem minus principalium curatio poſſibilis eſt, ideo vt videbitur talis doctrina, non ſolum vtilis eſt ſed admirabilis & neceſſaria admodum. Quintum caput eſt vt ſciamus operationem & vſum ſingularum partium tam ſimplicium quam compoſitarum: eſt autem diſcrimen in operatione, quia alia ſunt naturales, & ha omnes originem habent in ſimplici parte, licet communicentur inſtrumento velut trahere, concoquere, expellere, ſunt munia ſubſtantia ventriculi, qua tamen iuuantur ab aliis partibus, vt venis & arteriis, & omento, inditio eſt, quod attractio non fit per eaſdem partes quas expulſio aut retentio, ſed vna per fibras longas, alia latas, alia tranſuerſas & ſimiliter operationes omnes ſenſuum conſiſtunt in parte ſimplici, vt habentur ſecundo methodi, Cap.6. actiua verò, qua ad motum pertinẽt voluntariũ, & rurſus congeſtio actionũ naturalium, prout perfectionem indicas, fiunt per inſtrumenta & partes compoſitas velut ambulare per pedes & crura, micare per digitos, ſanguinem generare per totum iecur, vrinam expellere per totã veſicam: alia enim pars trahit, alia retinet, alia concipit, alia expellit, indicio eſt quod in aliquibus profluit vrina inuoluntariè, & tamen ſubſtantia veſica eſt illaſa, muſculus autem colli veſica eſt laſus, coitus quoque eſt operatio totius virga cum teſtibus mẽbris ſeminariis & acino qui expellit ſemen. Operationes autem vitales videntur habere originem à ſimplici parte, vt ſentire videtur Hippocrates in libro de corde: perfectio tum eius cũ communicetur non ſolum omnibus cordis partibus, ſed etiam arteriis videtur pertinere ad totã cõpagem inſtrumenti ſicut & reſpiratio non ſolum ad ipſos pulmones ſed etiã pectus. Diſcrimen autẽ opinionis atque vtilitatis declaratur decimo & primo de vſu partium Cap.6. velut in manu operatio vt pote conſtrictio digitorum pertinet ad ſolos muſculos, vtilitatẽ tamen afferunt oſſa: & ita in oculo omnes membrana vt vuea & cornea & tunica alba vtilitatẽ afferunt ad bene videndũ: operatio igitur eſt alicuius partis ſimplicis aut cõpoſita qua illius cauſa eſt: vtilitas autẽ eius qua cauſa eſt perfecta opinionis & bene operandi: principiũ ergo operãdi operatio eſt, vel opinionẽ producit, principiũ autẽ bene operandi affert vtilitatem. In vniuerſum qua inſunt corpori decẽ modis ſeu cauſis potius illi ineſſe dicantur. Prima eſt propter operationem, velut muſculi in manu ad conſtringendũ: ſecundò vt operatio ſit ſtabilior vt oſſa in manu, tertia vt ſit perfectior vt vngues in digitis, quarta vt finis ſit perfectior, velut nerui in manibus, quinta ſine quã nõ, velut nodi: ſexta ad conſeruationẽ partiũ velut vena & arteria in manu, ſeptima ad defenſionem vt cutis, octaua ad compoſitionis firmitatem vt oſſa ſiſamina, nona ad decorẽ vt figura concinna, barba in mẽto, decima eſt neceſſariò cõſequẽtibus vt color. Hoc eſt, quod dixit Galen primo de vſu parti cap.9. Sed imperfectè ſatis, lõge melius ab Hippocrate libro de Alimentis pag. 2. ſic dicente: Cõfluxio vna, conſpiratio vna, conſentientia omnia. Iuxta totius quidẽ corporis naturam, omnia, iuxta partẽ verò, partes in vnaquaque parte ad opus, principium magnũ ad extremã partẽ peruenit, ex extrema parte ad magnũ principiũ peruenit, vna natura eſſe & non eſſe. Et rurſus paulò poſt. Vis vna & non vna, qua omnia hac & alia gubernantur, alia quidẽ ad vitã totius & partis, alia ad ſenſum totius & partis. Sextũ caput eſt morborũ, quorũ cauſa ex anatomia propriè ſciuntur, atque hi maximè ſunt ex connexione propter influxũ & ex ſubſtãtia propter qualitatem materia cognoſcendã: tũ ex ſitu & duritie & mollitie, vt in contortione inteſtinorum, qui morbus eſt illi proprius, & ex cauitate & via propter obſtructiones & materiam receptã, vt in ventriculo & vtero & ex magnitudine ad cognoſcendũ humores quãti ſint, & ex numero qui eſt per ſe manifeſtus in exterioribus partibus, & ex natura tẽſus dolor magnus in iecore, qui non poteſt eſſe in ſubſtãtia illius, & ex operatione impedita qua docet mẽbrũ cuius eſt operatio affectũ eſſe: & ita ex excretionibus qua etiã docent operationes, & partibus qua excernuntur, qua docent membrũ affectũ ex colore & ſubſtantia vt in aſpera arteria tunica. Vltimũ eſt operationũ, qua pendent ex diſſectione, & ſunt principales viginti quinque, quarũ quinque ſunt vniuerſales, ſiſtere ſanguinẽ ex eroſione vena vinciendo illam, vel adurendo arteriam, vel reponendo luxata vel oſſa fracta, praſertim in iugulis & ſpina dorſi; quartũ eſt in ſectione abſceſſuum ſuppuratorum: quintũ eſt extractio telorum cum incidere oportet partes circumuicinas. Propriarũ autem operationum pracipuè ſunt viginti, qua omnino ſine perfecta diſſectionis ſcientia abſolui nequeunt: quarũ prima eſt cranei terebratio,

rebratio, ſiquidē ſuturas vitare oportet, & neque ad ipſā membranā pertingere, nec in tenuiore parte oſſis perforare vt ab Hippocrate colligitur, in libro de capitis vulneribus pag. 9 & 10. *quomodo ergo ſine perfecta cognitione Anatomia hac tria incommoda vitare poteris. Secunda eſt exuſtionis in capite, cuius etiam meminit Hippocrates qua debet fieri ſuper ſuturas & maximè coronalem. Tertia eſt ſectionis ſuper caput in defluxione materia ad oculos vt docet Hippocrates* libro de locis in homine. pag. 7. *Quarta eſt exuſtionis arteriarum poſt aures propter podagram. Quinta eſt depreſſionis nebulæ in oculo ſiue tu eam peregeris, ſiue cenſor aſtiteris. Omitto nunc polypi & ozena curam in naribus & perforationem glandularum inflammatarum in ore & angina matura inciſionem, venarum ſub lingua in ipſa etiam angina: & abſciſionem vgula qua non citè perfici poſſunt niſi ex perfecta diſſectionis ſcientia, & maximè de vula qua ſi abſcindatur, pulmo refrigeratur, & vox amittitur, ideo oportet ſcire ex Anatomia quando plenè fuerit corrupta: tunc enim ſolum abſcindenda eſt. Sexta operatio eſt in fronte qua debet fieri tranſuerſa cum diſſectione opus fuerit propter muſculos, qui iacent ſecundum latitudinem cum in aliis partibus omnibus corporis diſſectiones debeant fieri ſecundum longitudinem, quia muſculi iacent ſecundum longitudinem, & omnis ſectio niſi aliud prohibeat debet fieri ſecundum ſitum muſculorum. Septima eſt inciſio vena in ſummitatem naſi qua fit valdè profunda, ideo non poteſt adminiſtrari, ſine perfecta ſcientia Anatomia naſi. Et hac vtilis eſt ad ea qua dixit Auicenna, ſed & prater id ad doloris capitis diuturnos. Omitto nunc ea qua circa extractionem plumbi ex aure & perforationem abſceſſus eius qua omnia exigunt diſſectionis ſcientiam: venio ad duas vtiliſſimas opiniones, in quibus neceſſaria eſt ſcientia exactiſſima ſitus & natura membrorum: & ſunt extractiones dura natura è radice lingua, ne lædantur vena & arteria aut nerui, & ablatio corona dentis quando caries non fuerit profunda, quia dens renaſcitur etium in adultis ſicut in pueris, quando renouantur, & eſt pulcherrima opinio & vtilis. Decima eſt extractio ſtrumarum cum ſuis inuolucris, aliter renaſcuntur aliter redeunt, & tamen fieri debet ſine læſione neruorum, venaram, & arteriarum. Vndecima eſt inciſio gutturis in angina deplorata, de qua teſtatur Hippoerates quod ſuperuiuunt licet lædantur in voce ex reſpiratione. Duodecima eſt pectoris ſectio in Empyemate de qua Hippocrates* ſecundo de morbis *alibi etiam docet cognoſcere, quo in latere ſint vt in Prognoſticis, & quomodo creta madeſacta locus cognoſcatur. Tertiadecima eſt tabeſcentibus vſtio de qua rurſus Hippocrates hydropicos ſecare tabeſcentes vrere conuenit; recitat etiam Hippocrates* Quinto Epidemiorum *de duobus qua curata ſunt ex ſupputatione ventris per vſtionem, licèt poſtmodum amba, ex malo regimine perierint. Iſta tres opiniones qua in vſu erant tempore Hippocratis & notiſſima noſtra atate perierunt, ob deſuetudinem & ignorantiam. Sicut ex ſectio lapidum renum dorſo diuiſo, qua licèt non fuerit Hippocrati cognita & periculoſa ſit, nihilominus aliquibus ſælseiter ceſſit, vt Albertus recitat. Quintadecima eſt eductio aqua ex ventre qua in vſu eſt & ab Hippocrate manauit in hydropicis. Sextadecima eſt epatis vſtio de qua Hippocrates* libro de internis affectionibus, *vbi docet quod per buxeos fuſos oleo feruentē intinctos aut perfungos cruſtas octo inurere oportet & loquitur de duritie iecoris cum dolore & tumore & eſt de genere morbi regij & ſimiliter exuſtio ipſius iecoris in aqua intercutè per ferrum candens. Decima ſeptima curatio eſt exuſtionis lienis per candens ferrum aut fungos, in capitibus ipſius lienis tantum; non alibi vt ibidem docet Hippocrates, dum dolorem illius, & tumorem, & aquam intercutem, ex ipſo orientem, & febrem curat. Decima octaua eſt cura exſectionis lapidis, in veſica notiſſima eſt. Decima nona eſt exſectio fœtus de qua Hippocrates integrum librum edidit. Vigeſima eſt cura ramicis ſeu hernia per teſticuli exſectionem ſeu ſine, qua admirabilior longè eſt. His viſis ad Mundini expoſtoionem tranſeamus.*

TEXTVS

TEXTVS I.

QVia dixit Galenus ſeptimo artis curatiuæ, autoritate Platonis: libros in aliqua ſcientia vel arte ſcribimus tribus de cauſis. Primò vt quis ſatisfaciat amicis. Secundò vt exerceatur vtiliſſimo quod eſt per intellectum. Tertiò vt auxilietur obliuioni: quæ eſt ex ſenectute. His tribus cauſis promotus propoſui meis ſcholaribus in medicina hunc librum componere. Et quia cognitio partium ſubiecti in medicina quod eſt corpus humanum, quæ loca diſpoſitionum appellantur eſt vna partium ſcientiæ medicinæ: vt dicit *Auer. 1. collect. cap. de diffinitione Medicinæ*, ideo inter cætera nobis cognita cognitionem corporis humani & partium eius, quæ ex Anatomia inſurgit propoſui tradere, non hic obſeruans ſtylum altiorem, ſed artifici magis congruentem, quales nos ſumus qui manibus potius quam verbis quod eſt, oſtendere conſueuimus.

COMMENTARIVS.

Propooit causas coolcribendi libtos enarratas à Galeno, quæ ſunt claræ in Textu, licèt aliæ ſint veriores ſed noo tam honeſtæ; veritas enim eſt quod potius ob gloriam & lucrum talia facere ſolemus, nam tametſi ad memoriæ defectum reſartiendum libri ſoleant conſcribi, nihilominus illa quæ conſcribuntur per viam breuiarij conſcribi ſolent, incultæ ſcilicet & conſciſæ, quod verò ad amicos attinet pauci ſunt qui huiuſmodi delectentur, adeo vt impellant nos ad ſcribendum, de qua re conqueſtus eſt Galenus, dum de propriis libris agit. Dicit enim quod pauci vel nulli ſuo tempore curabant legere ipſius libros, omiſit autem potiſſimam cauſam & eſt, quod ſcribendo iuuamus humanum genus: etenim ſicut partes hominis conſpirant in totum ad vtilitatem eius, ita & ſinguli homines & animalia etiam bruta idem facere ſolent ſecundum naturam: quamuis aliqua homines prauitate ſerpentes etiam ſuperent. Erunt igitur in vniuerſum ſex cauſæ conſcribendi libros, ſed hæc præcipua, quandoquidem ſcientiæ nullæ eſſent, niſi homines egregij paulatim illas conſcribendo auxiſſent. Sic enim non haberemus vix primum elementorum Euclidis. Quod verò dixit velle abſtinere à ſtylo altiore, non intellexit niſi de eloquentia non de quæſitis: ideò nimis turpiter à quibuſdam accuſatur & perperam.

TEXTVS II.

SItuato itaque corpore vel homine mortuo per decollationem vel ſuſpenſionem ſupino. Primo notitiam totius debemus habere. Secundo partium, nam cum omnis noſtra notitia incipiat à notioribus nobis: & quæ ſunt confuſa ſunt notiora: & totum confuſius ſit partibus, à cognitione totius debemus incipere.

Circa totum autem quod debemus cognoſcere eſt id, in quo homo differentiam habet ab aliis animalibus. Habet autem differentiam in tribus, ſcilicet in figura vel ſitu partium: & in moribus ſiue artibus: & in partibus quibuſdam. In figura namque homo eſt ſtaturæ rectæ: & hanc habuit propter quatuor cauſas: nam corpus humanum habet inter cætera animalia, materiam leuiſſimam ſpirituoſam & aeream, & ideo ad ſuperiora tendentem. Secundo inter cætera animalia eiuſdem quantitatis calorem habet ampliorem, cuius eſt ſemper ad ſuperiora eleuare. Tertiò formam habet perfectiſſimam, quę cum angelis & intelligentiis, quæ totum vniuerſum regunt communicat: & idem ſuperfluum eius ſecundum ſurſum vniuerſi eſſe debet. Quarto, ratione finis ſui fuit eiuſdē ſtaturæ & figuræ rectæ: quia ipſe finaliter ordinatur ad intelligere, ad quod deſeruiūt ſenſus, & maximè ſenſus viſus: vt apparet in procœmio Metaphyſicæ, & ideo in ipſo debuit viſus ſituari & cerebrum, & per conſequens caput ſitu tali, vt poſſit omnia vel diuerſa ſenſibilia apprehendere. Et quia ad plura viſibilia ſe extendit quando ſituatur in alto quod apparet; quia cuſtodientes ciuitates vt poſſint à longè bene videre, ſtatuunt ſua ſpectacula in loco alto: vt in turribus & huiuſmodi, *vt dicit Gale. de vſu par. cap. 2.* Et propter hoc ipſe ibi dicit & *Auicenna in initio tertij libri*, authoritate Galeni, quod intentio in creando caput ſuperius in homine non fuit propter cerebrum nec propter aures, nec propter os, nec propter nares; ſed propter oculos propter cauſam dictam. Et ſic apparet ex parte omnium quatuor cauſarum quod homo fuit ſtaturæ rectæ.

COMMENTARIVS

Reddit rationem, quare homo erectæ ſit ſtaturæ (non de triplici diſtinctione vt nota verba non agam quoniam notiſſima eſt) quod ſatis conueniens eſt principiis Philoſophorum. Quod verò ad veritatem attinet, animaduertendum eſt, quod temperatura non poteſt eſſe cauſa formæ aut compoſitionis, ſed poteſt eſſe cauſa, ſine qua non conuenienter ea forma vel compoſitio ſeruari non poteſt, aut ad operationem deduci; velut craſſities materiæ & frigiditas impedirent vſum erectionis hominis, ideo dico quod cauſa principalis eſt finis, & eſt artium exercitatio, & opus manuum, nam ſi manibus vteretur ad ambulandum, non poſſet eſſe leuis manus, quandoquidem qui ſcribunt, citharam pulſant, & opera nobilia fingunt, pictores quoque ſi ruſtica exerceant opera aut grauia, velut ludum amorum, ſcindúntve ligna, multum læduntur reddantúrque inepti. Quanto magis ſi homines manibus incederent? ideo cauſa propria eſt notiſſima & eſt finis: Agens verò eſt anima infuſa à patre & matre generans ſimile corpus ſeu fabricans potius ei, à quo deciſa eſt, dum ſeparatur ab anima parentum, vt declaratum eſt *quarto Theonoſton*. Non ergo aliqua temperatura ſed ab agente cum ſimili. Cauſa verò quæ eſt forma & materia in huiuſmodi pendent ex agente, ſed ſi vis breuius & lucidius à ſimilitudine: aſſumitur enim materia & inducitur forma ſimilis priori.

Cæterum relinquuntur duæ dubitationes. Prima eſt cur ſimiæ & cercopitheci incedant erecti, & tamen nullas exerceant artes, ergo non eſt cauſa erectæ ſtaturæ artium ſcientia & exercitatio: item dubitatur vtrum aues dicantur erectæ ſtaturæ. Ad hoc reſpondent quod non quia licet ſint bipedes ſunt tamen pronæ & habent ſpatium, vbi ſunt alæ, in quo poſſent conſiſtere, duo alij pedes: ideo pronæ dicuntur & non erectæ ſtaturæ. Sed de ſimiis dicendum eſt, quod ſunt erectæ ſtaturæ, non ſemper vt poſſint manibus continere cibos, & hoc quia coguntur illos mundare à corticibus propter imbecillitatem dentium, vt in paruis animalibus ſciuris montanis, muribus, & auellaneis, & gliribus, vel propter ventriculi imbecillitatem vt inſignis cercopithecis & vrſis: habent autem debilem ventriculum propter rationem quæ in Theonoſto dicta eſt.

Nunc verò ſatis ſit admonuiſſe lectorem vnius regulæ propoſitæ à *Galleno octauo de vſu partium cap. 1. & 5.* ſcilicet vt cognoſcamus propter quid aliqua pars facta ſit, vel etiam ſic conſtituta debémus conſiderare, quænam aliæ partes illis poſitis adſint, ſublatis auferantur, velut quæ collum habent, habent aſperam arteriam & pulmones, & quæ collo carent, carent iiſdem: ideo piſces veri qui non anhelant, collo carent, ideo dico quod cum membrum ſit propter facultatem, & facultas propter operationem, dicemus à primo ad vltimum, quod quæ carent collo carent reſpiratione, quę habent collum re ſpirant, quæ reſpirant habent collum, & quæ non reſpirant collo carent, atq; ita quatuor propoſitiones ſemper ſe conſequuntur, & plures pro ratione membrorum velut ſi capiamus collum, aſperam arteriam, pulmones, pectus mobile & reſpirationem, fient propoſitiones quadraginta, quæ omnes ſe conſequentur, Galenus tamen non adeò exquiſite hanc regulam declarauit.

Quod ad ſtaturam erectam attinet, non abſurdum fuerit legiſſe diſputationem illam de hyppocentauris apud Xenophontem in quarto libro pædiæ Cyri, vbi probat hominis conſtitutionem tametſi Hippocentauri & ipſi erecti incedant & artes ſtando commodè exercere queant illis eſſe meliorem, ſic quæ licebit inter tam ſerias res etiam iocos permiſere. Sed iam ad Textum redeamus.

TEXTVS III.

PRopter quod vocatur *anthropos* contemplans quæ vidit: & microcoſmus, ideſt paruus mundus, quia ſurſum & deorſum habet ſicut mundus & vniuerſum. Et hæc eſt prima differentia.

Secunda eſt ex moribus vel ex arte. Mores enim inter cætera animalia magis habet manſuetos: nam eſt animal politicum & ciuile. Arte omni à natura caret: non enim habet artem inſitam à natura, vt aranea, apes & huiuſmodi, ad hoc vt percipiat omnem artem: ſi enim haberet aliquam inſitam à natura, omni alia careret arte, vt dicit Galenus *primo de vſu partium*.

Differt etiam ab aliis in partibus: nã non habet partes multas, quas habent alia animalia, extrinſecas: nam non habet partes quæ ſunt à natura datæ: vt arma ad defendendum: ſicut ſunt cornua, roſtra, vngues longæ: & iſtis caret quia habet organum organorum quod eſt manus, quibus ſibi poteſt parare omne genus armorum ad defendendum: vt etiam dicit Galenus ibidem & ideò caruit à natura illis, vt omnia poſſet habere. Caruit etiam pilis, pennis, ſquammis propter eandem cauſam: & etiam quia non habet materiam multum ſuper-

ſluam

fluam nec terreſtrem, quę materia eſt illarum parrium. Caruit etiam cauda extrinſeca propter eandem cauſam quod ſit ſtaturæ rectæ: quierem enim nperatur ſedendn: cauda enim extrinſeca ſeſſionem prohibet: & hæc ſufficianr de aoatomia totius.

COMMENTARIVS.

Concludit ex prædictis rationem nominum Græcorum habet & alia nomina velut *μερον* & ideò his omiſſis deuenio ad declarationem aliarum duarum differétiarum quibus ab aliis ſciungitur animalibus. Præcipua eſt ab artium noticia, alia quidem animalia habent vſum artis non tamen artem vt etiam *ſecundo Phyſicorum l. 7. c. 8.* Ariſtoteles & Auerroes docent ex animalibus autem quæ hac prudentia excellunt primum eſt alcyon auis, cuius nidus tantæ duritiei eſt vt maleis vix rumpi poſſit: poſt eſt fiber, inde pſittacus, deinde hirundo, ſed iſta altiuris ſunt conſiderationis. Vnum eſt quod ſicut hominis anima nihil actu cognoſcit ſed poteſtate omnia: ita & corpus vt nullis præditum eſt auxiliis aduerſus iniurias omnia ſibi manibus fingere poteſt: pilis ergo aut plumis aut ſquammis aut duro corio caruit: quia ſimilia illis fabricare poteſt, ſed dices etſi poſſit fabricare, nunne melius eſſet à natura habere? Reſpondeo quod non quia ſic longè pulchrius eſt & maiorem affert voluptatem poſſidentibus, & etiam quia neceſſe fuiſſet permutare materiam & calorem vtpote ſi debebant generari ſquammæ, oportebat adeſſe materiam pituitoſam terream & calorem craſſum & debilem, atque ſic peruerti principalem intentionem cauſa leuiſſima.

TEXTVS IV.

De partibus namque licet ſint duplices, ſcilicet ſimplices & compoſitæ: de ſimplicibus non ponam diſtinctam anatomiam: quia earum anatomia non apparet perfectè in corpore deciſo, ſed magis in liquefacto in gurgiribus aquarum. Sed ponendo anatomiam membrorum quæ ſunt inſtrumenta & conſimilibus loquar ſecundum quod conſimile aliquod in huiuſmodi demonſtratur, vt de carne in anatomia dorſi & pedum & de neruis in anatomia cerebri & nuchæ.

De membris autem quæ ſunt in inſtrumenta, ſciendum eſt quod in quam pluribus ipſorum quatuor ad anatomiam factam in mortuis, ad minus ſex ſunt, videnda vt dicit commentator Alexandrinus in *commento libri ſectarum*, ſcilicet quæ ipſorum ſit poſitio: quæ ſit eorum ſubſtantia: & per conſequens complexio & quæ ſit eorum quantitas, numerus figura, & continuitas eorum.

Sed quantum ad anatomiam ipſorum factam in viuis ſunt conſideranda duo, quæ etiam in mortuis, vel mortuorum anatomia poſſunt quodammodo apparere, primum eſt quæ ſint iuuamenta ipſius & operationes. Secundum eſt quæ ſint ægritudines quæ in ipſo poſſunt contingere: & ſi curam aliquam appropriatam habent, quæ ſit illa, oſtendatur.

COMMENTARIVS.

Multis modis iniuſtè accuſatur Mundinus, primum quod in aquis corpore demerſo non poſſint videri nerui & reliqua membra ſimilia. Reſpondeo quod dum volunt fruſtra accuſare Mundinum obſcurant pulcherrimum inuentum: cadauer enim poſitum in torrente nudatur primum carnibus, & relinquuntur venæ & arteriæ nerui, membranæ, vincula, cartilagines & oſſa, ſed ſi nihilo plus permanſerit, eroduntur venæ & arteriæ & nerui ſi etiam plus membranæ, ſi etiam magis vincula & ideo oportet eſſe diligentem: ex longa enim mora etiam cartilagines corrumpuntur, per gurgitem ergo decurſum aquarum validum intelligit.

Quod ad ſimplicia membra attinet nec nerui nec venæ, nec arteriæ nec ventriculi caro dicuntur ſimplicia membra, componuntur enim ex villis diuerſis, ſi verò ſimplicia intelligantur ſimilia, ſic ſunt omnia hoc ſimplicia, quoniam ex ſimilibus componuntur. Mundinus autem dicit conſimilia non ſimplicia & ideo demiror quod non animaduerterit differentiam in re & nomine: nerui ergo & venæ & eiuſmodi ſunt membra ſimilia non ſimplicia.

Quòd ad illa ſex quæ ſpectari debent, in membris quæ ſunt inſtromenta poſſunt demonſtrari, nam omnis morbus & ſanitas conſiſtunt in tribus vt habetur in *arte medica cap. 8.* in temperatura, compoſitione, & vnitate: compoſitio autem diuidatur in quatuor magnitudinem, numerum, formam, & ſitum. Relinquitur vt ſint ſex ad vnguem conſideranda, forma verò diuiditur in quatuor, vt habetur à *Galeno libro de differentiis morborum* in figuram, ſuperficiem, meatum, & cauitatem. Vlterius ergo diſtinguendo eſſent nouem, neſcio ergo quomodo exciderit illi egregio viro tanta confuſio, ſed veritas eſt quod non edidit hanc anatomiam, ſed alij inconſul-

rò & etiam inemendatam milléque erroribus ſcatentem. Plana eſt ergo diuiſio Mundini, & ſi vlterius diſtioguatur, nouem illa viui erunt: nam in multis membris ſuot cauitates eæ regiæ vt in capite, & eſt repleta, ſicut & ea quæ eſt ſub craneo, vbi eſt lacuna ſanguinis, aliæ vacuæ & paruæ, vt ventriculi, cerebri, aliæ magnæ, & ſunt tres venticulus, vterus, & veſica.

Quod verò ad viuentes attinet ideſt ad corpora mortuotum, prout ad viua referuntur, ſunt duo conſideranda, operatio & motbi, qui poſſunt contingere: per operationem intelligit Mundinus tam vſum quàm operationem, nec rectè damnatur, quod non diſtinxerit. Homo enim & aſinus ſunt duo diſtincta & vnum in animali, & tamen plus differunt quàm vſus & operatio, quæ dicuntur ſecundùm Paroniniam, & ideo in talibus ſemper comprehendi poſſunt iuſtè ſub vno nomine, vt ſanum, ægrum, medicina, & eiuſmodi. Eadem ratione per motbos quæ contingunt membris, intelligit etiam ſanationem eorum ex anatomia pendentem, ſicut apparet vbique apud ipſum Mundinum & præſertim in capite de Epididymis.

Scire autem expedit quod etiam eſt neceſſaria anatomia viuorum in quibuſdam operationibus, vt etiam docet, *Tertio de facultatibus rationalibus cap.* 4. in videndo inteſtina quæ continent feces, ventriculum quomodo concoquat cibos, veſica quomodo recipiat & contineat vrinam, quomodo cordis alæ & cuſpis moueantur, quomodo pulmo dilatetur, & generaliter quæcunque ad operationem pertineot, & debent fieri in animali, & non in homine, niſi caſus ſe offerat ex vulneraio, & ſemper hæc melius ſpectantur in antiquo vlcere quam in vulnere recente, dum natura præterita operationes non legitimè obit.

TEXTVS V.

Diuiſio autem & numerus partium corporis eſt: quia partes quædam ſunt quæ exteriora & extremitates dicuntur. Quædam verò intrinſecæ & profundæ & illarum quædam ſunt, quæ ordinantur primum ad conſeruationem ſpeciei: quędam primum ad conſeruationem indiuidui. Prima ſunt membra genitalia. Secunda ſunt quæ in ventribus continentur.

Tres autem ſunt ventres in corpore noſtro, ſcilicet ſuperior qui continet membra animata vt caput, inferior qui continet membra naturalia, Medius qui continet membra ſpiritus. Primo tamen incipiam ab anatomia ventris inferioris quia illa membra fœtida ſunt. Et ideo vt iſta primo abiiciãtur ab eis incipiendum eſt. Secunda quia omnis noſtra cognitio & conſideratio ſpecialiter, quæ ex manuum conſiſtit operatione à notioribus nobis incipit: talia autem cum ſint poſteriora natura, ſunt nobis notiora. Primum autem quod ſe obiicit in hoc ventre eſt ſubſtantia & temperatura eius, quia ſitus eius eſt ſatis notus, quia iacet infra alios ventres propter imperfectionem eorum membrorum, quæ continentur in hoc ventre: nam membrum quantò minus participat de nobilitate & perfectione, tantò magis locum infimum obtinet in genere membrorum, ſicut eſt in mundo in genere entium. Item quia continet membra facta ad expurgandum & ad continendum feces & ſuperflua grauia, quæ tendunt deorſum & ſpecialiter quæ ſunt per os accepta.

Eſt itaque ſubſtantia eius carnoſa & membranoſa: carnoſa tamen eſt magis, & ex hoc apparet quod eſt temperaturæ calidæ & humidæ. Et cauſa quare fuit huiuſmodi venter carnoſus & membranoſus, & non oſſeus eſt, quia huiuſmodi venter habet continere membra cibi vt ſtomachum, ideoque apta inflationi & propter retentionem fecum: vel ex aqueo excremento vt hydropis, vel ex flatu vel propter conceptum, nam vterus cogitur intumeſcere. Si autem venter eſſet oſſuoſus: non poſſet intumeſcere.

Spectare etiam oportet in his ea quæ commemorata ſunt.

COMMENTARIVS.

Diuidit ſecundum præceptum Boethij ſcilicet per diuiſionem factam, in oppoſita, ſcilicet qooniam quædam ſunt externa, & extremitates, tum verò in interiora, vnde Curtius non animaduertit neque intellexit Mundinum: exiſtimauit enim quod Mundinus intelligeret diuiſionem in externas partes & interiores, ſed non eſt ita, quia Mundinus diuidit in membra, quæ principaliter ſunt propter vitam, & ſuot omnia interiora præter extremitates i. bracchia & manus, crura & pedes: iſta enim non ſunt neceſſaria vitæ primò, ſed ſuot additamenta propter vſum ad vitam, & ſimiliter exteriora ſuot ad decorem tantum

tum, & quamuis quædam ſint etiam ad vtilitatem, ſcilicet tutelam interiorum illa tamen vtilitas aut eſt exigua, ſicut cutis, aut illa membra habentur pro interioribus ſicut oſſa capitis, quæ ſunt ad defenſionem cerebri & ſternon iugula coſtæ ad defenſionem cordis, quia tamen Mundinus non habuit, neque eſt nomen vnum, ideo diuiſio poteſt ſic declarari: membra corporis aut ſunt per ſe primo neceſſaria ad conſeruationem vitæ, aut non, & quæ non ſunt, per ſe primo diuiduntur in duo ſcilicet exteriora & extremitates.

Rurſus Mundinus facit ſecundam diuiſionem, circa quam etiam hallucinatur Curtius: dicit enim quòd Mundinus diuidit interiora in tres ventres ſed hoc eſt falſum. Diuidit enim primò in membra neceſſaria vitæ propriæ & ſpeciei ſcilicet genitalia, & hæc eſt tertia diuiſio: ſiquidem prima eſt membrorum in neceſſaria vitæ primo & non neceſſaria: non neceſſariorum in extremitates & exteriora: tertia neceſſariorum in neceſſaria vitæ propriæ, & continuationis ſeu ſpeciei. Verum non eſt credendum quod Curtius qui fuit vir tanti ingenij & eruditionis, hæc non intellexerit, quæ vel initiatus medicinæ vel philoſophiæ per ſe intelligeret: ſed cum non ediderit vt dixi ipſe hæc commentaria, prætermiſſa ſunt in exemplari, vel ipſe credidit ſcripſiſſe vt intelligebat, & deceptus eſt, quia inordinate ſcripſit. Qui enim inordinatè ſcribunt neceſſario duo mala faciunt, rem ſcilicet reddunt difficilem & aliquid neceſſarium prætermittunt: ſed redeo ad rem. Mundinus itaque ſubdit quartam diuiſionem, quæ eſt membrorum neceſſariorum vitæ propriæ primo in tres ventres, intelligendo per ventrem non ſolum concauitatem & contenta in concauitatibus, ſed etiam continentia vtpote pectus & abdomen. Dico ergo quod docet tres eſſe ventres, & in hoc rectè Galenus reddit cauſam, quia tria ſunt membra principalia quæ habent diuerſas functiones, & vnumquodque membrum principale indiget ſua tutela & oſſea propter defenſionem, & ne poſſit comprimi, ergo neceſſarium eſt tria eſſe integumenta oſſea, caput propter cerebrum, pectus propter cor, & coſtas mendoſas propter iecur principaliter, & propter lienem, ratione ſimilitudinis, & vt pars ſiniſtra eſſet ſimilis dextræ, & hæc eſt cauſa quod integumenta ſint oſſea. Secunda cauſa eſt ratione vt ſint ventres ob membra inſeruientia ipſis principalibus, vtpute cerebro nerui, aures, oculi, caruncula mamillares, membrana cordi, pulmo membranæ interſepiens, capſula cordis, iecori ventriculus, lien inteſtina meſaræum, renes, vtraque veſica: ergo neceſſarius fuit venter non propter membrum principale primò, ſed propter ea quæ ſeruiunt principali: verum propter principale fuit neceſſarium velut dixi vt integerentur oſſibus. Tertium vt ventres eſſent diuiſi & hoc quia cerebrum & ſenſus a impedirentur à motu cordis: oportet enim intelligentem quieſcere ſimiliter & à vaporibus & calore naturalium membrorum impedirentur ſenſus & cogitationes, adeò vt etiam tam ſeiūcto capite ob diſtantiam, & tot ſeptis intermediis, quibus cor eſt valde propinquum capiti, hi ſunt curioſi, & quibus ventriculus non bene concluditur, aut ſi multo vino vtantur; his viſus & auditus perturbatur, & cogitatio ſimiliter puritatem cordis impedit, ventriculus & ſordes excrementorum quæ à iecore deriuantur, & à ventriculo, & coctionem motus vndequi exercentur à cibo, iis peruertitur concoctio, incommoda ergo fuiſſet horum ventrium confuſio. Quartum eſt ventrium varietas, ſuperior quidem oſſeus, totus ob cerebri molliciem, & tot ſcoſus, & quia in ſuperiori parte erat, ideo omnis percuſſio lethalis fuiſſet aut hominem ſyderaſſet, quandoquidem vel ſic infiniti pereant ex capitis percuſſione, at quod facit quod cerebrum eſt longè imbecillius corde & iecore, quia exangue, at verò pectus fuit oſſeum eiſdem ferme cauſis & carneum, qui aliter non potuiſſet dilatari, & qua parte cordis ſedes eſt ſcilicet in medio, ab anteriori parte & poſteriore oſſe ſolido munitum eſt, anteriore quidem ſterno, poſteriore vero ſpina dorſi. Eadem vero eſt ratio de coſtis mendoſis regentibus iecur, cum reliquum ventris inferioris ſit exos, vt poſſet extendi in aſſumptione cibi: ſecundo vt poſſent retineri feces & vrina: tertio vt in mulieribus poſſet extendi tempore geſtationum vteri. Incipit autem à diſſectione ventris inferioris, quia illa membra ſunt ſordida & fetida, quæ non poſſent diu ſeruari, & eſt Galeni *Quinto de anathomicis aggreſſionibus.* Alia cauſa quod facilior ſit quæ vera eſt, non tamen multum euidens, quia diſſectio muſculorum ventris eſt aliqualiter difficilis, in vniuerſum tamen eſt facilior. Quintum eſt ratio ordinis naturæ, quia venter naturalium cum tot contineat excrementa, merito fuit poſitus in parte inferiore, vt magis procul excernerentur excrementa ab ore; dicebat enim Philoſophus quod quædam ſunt animalia rotunda, quæ idcirco habent anum prope os, ſed ea ſunt imperfecta valde & vilia, nobilia autem habent ex oppoſito ſicut in homine. Eſt enim os ante & in ſuperiore parte, anus in inferiore, & in extremo, & parte poſteriore, & per rotundum animal intelligo compoſitionem non figuram, ſcilicet quia meatus ille per quem defertur cibus, redit ad ſuum principium. Deinde docet quæ etiam ſint videnda de ventre & dicit quod ſubſtantia eius & temperatura.

TEXTVS VI.

PArtes enim ſunt duplices ſcilicet interiores & externæ. Extrinſecarum quædam ſunt directæ, quædam à lateribus.

Directæ primo ſunt quæ dicuntur correſpondere ori ventriculi, & eſt pars in qua ſentitur os, ſiue cartilago enſiformis, quæ alio nomine nominatur pomum granatum, de qua ſuo loco apparebit. Secundo eſt pars ventriculi, quæ eſt ſupra vmbilicum, vel diſtans ab vmbilico per quatuor digitos. Tertio eſt pars vmbilici, & eſt vbi eſt vmbilicus cum quo eſt alligatio fœtus in vtero, cum venis vteri. Et propterea intus apparet vena quædam, quæ continuatur cum ipſo, & pertranſit per gibbum hepatis in veſicam: iſta tamen vena priuata eſt ſanguine, quia fruſtrata eſt poſt partum à propria operatione, & propterea continue euaneſcit: & ideo minor apparet in ſenibus quàm in iuuenibus, ſicut etiam euaneſcit arteria, quæ cum dicta vena venit ad vmbilicum fœtus. Et quando eſt in ventre fœtus, deſcendit inferius, & peruenit ad arteriam adhorti, iuxta ſpondyles renum, & iliorum, vt infra dicetur: & quando excarnas abdomen prope vmbilicum hanc conſidera arteriam, quæ eſt ad modum nerui vel chordæ. Quarto eſt pars quæ vocatur ſumen infra vmbilicum per quatuor digitos: & eſt pars in qua quædam venæ terminantur ad cutim, per quas pueri dum ſunt in vtero emittunt aquea excrementa. Et ideò vt dicit Haſcen 14. 3. *cap. de cauſis Aſcitis* tales venæ & talis pars notior eſt in non natis, quàm in perfectis, & ego hoc multotiens oſtendi, quia imperfectis fruſtrantur ab hac opinione. Quinto eſt pars quæ vocatur pubes in qua exiſtunt membra genitalia. Partes verò laterales ſunt duæ, hypochondria & ilia. Et eſt hypochondrion dextrum & ſiniſtrum: dexterum vbi locatum eſt hepar: & hypochondrium ſiniſtrum vbi locatum eſt ſplen, & ilium, dextrum & ſiniſtrum, ſimiliter ſub hypochondriis.

COMMENTARIVS.

Relinquebatur dicendum ex textu ſuperiore, quod temperatura eſt calida & humida, quia dicit eſt carnoſa magis quam membranea, nam membranæ ſunt frigidæ & ſiccæ temperaturæ apud Galenum. Et verè Mundinus potuiſſet poſtponere hanc partem huic textui, in quo agit de partibus exterioribus ventris: nihilominus error eſt exiguus, quia Ariſtoteles tantus vir, & Galenus ſæpe deuiarunt ab ordine, ideo ordo non neceſſarius niſi cum quæ debent præmitti neceſſaria ſunt ad intellectum ſequentium, quod non contingit hic. Sed maiorem difficultas de his, quæ dicit de ventre, quod ſit magis carneus quàm membranoſus (vt ita dicam) nam ſi intelligit de ventre r. vacuo, illud eſt aer & non plus caro quàm membrana: ſin autem intelligit epigaſtrium falſum eſt, quod ſit magis carneus quàm eſt membrana, cum adſit vna membrana & nulla caro: intelligendus eſt ergo Mundinus in tertio ventris ſignificato, & eſt pro toto eo quod aſt ſupra umentum & inteſtina & cauſa ponitur ex muſculis, membranis, ligamentis, & hoc modo eſt magis carneus quàm ex membranis, & ideo calidus & humidus. Sed notandum quod eſt humidus & calidus bifariam, quatenus carneus & pinguis, & hæc caliditas & hoc humidum eſt naturale & non excedit ęqualitatẽ multum, quia ad ſunt etiam partes quæ ſunt membranæ, & ligamenta quæ ſunt naturæ frigidæ & ſiccæ, merito tamen caliditatis & humidi naturalis facile conſolidantur vulnera in ventre, quia omne membrum quantò calidius & humidius naturaliter, tantò celerius conſolidatur, & ideo membra carnoſa celerrimè reparantur & conſolidãtur, vt etiam vult Galenus vbique & maximè in *Quarto Methodi* ſicut calida & humida præternaturaliter difficillimè conſolidantur, & nunquam reparantur. At verò membra quæ ſunt calida & humida non naturaliter, quatenus humida difficillimè conſolidantur, quatenus calida facilius: venter ergo eſt longe calidior & humidior nõ naturaliter in hoc ſignificato, tertio quã naturaliter propter calidum & humidũ vaporem exhalantẽ ex inteſtinis & veſica, & ideo vulnera eius non facile conſolidantur in aliquibus propter ſuperfluum humidum ſicut multo minus vlcera quæ ſunt in ano, propter eandem cauſam. Oſtendit autem ventrem eſſe valde calidum tactus iudex in huiuſmodi, vt etiam *Primo de temperamentis* Galenus: ventris autem quartum ſignificatum eſt vt *in Prima Aphoriſmorum* ventres hyeme & vere natura calidiſſimi, pro continente ſubſtantia, & inani parte, & omnibus membris in eo contentis, iecore, liene, ventriculo, inteſtinis, renibus, veſica, omento, veſica felis, meſareo, & ſic tantam rem prætermiſit Curtius.

Quantum ad partes exteriores proponit Mundinus

Mundinus diuiſionem ventris in duo, rectum & à lateribus quæ & recta, diuidit eam in quinque, & vocatur tota exterior pars abdomen à latinis, epigaſtrium à Græcis, & mirac ab Arabibus, quamqoam iſta nomina aliter accipiantur χόνδρος à Græcis, & eſt è regione furculæ inferioris pectoris ſeu enſiformis ſeu os ventriculi, pars ſecunda dicitur hypochondrion quaſi ſub cartilagine, tamen Mundinus non intelligit per hypochondria, niſi quod eſt à lateribus ſub coſtis mendoſis, vſque ad regionem vmbilici, Galenus tamen *Secunda Aphoriſmorum com.* 35. ſecutus Ariſtotelem *Primo de hiſtoria animalium cap.* 13. appellat hypochondrion, quicquid eſt & à lateribus, & in medio, à furcula pectoris vſque ad vmbilicum, & iure merito magis quod eſt in medio, cum etiam quod eſt à lateribus: & ibi Galenus diuidit totum ventrem in tres partes, ſupremam quæ eſt à furcula ad vmbilicum, quam vocat hypochondrion & γραῖαν, id eſt vmbilici pellem; tertia pars eſt infra vmbilicum, vtpote per duos aut tres digitos. Mundinus dicit quatuor, vocatur ἦτρον: Mundinus appellat ſumen, & eſt quarta pars apud illum, infra quam eſt os pubis, & regio, quæ in mulieribus & viris ſolet eſſe piloſa, ſed vt dixi ἦτρον apud Galenum ſignificat & ab vtroque latere & in medio, ſed ſumen apud Mundinum ſolum eſt in medio, & mihi magis placet appellatio Mundini quàm Galeni, quia ilium quod ſignificat partem à latere, & latinè dicitur ile, nam ilium eſt genitiuus pluralis, quamuis ilia apud Celſum *libro Quarto c.*1. ilia ipſa inter coxas & pubem in imo ventre poſita ſunt, & Plinius *lib.* 11. *cap.* 37. inter veſicam & aluum arteriæ ad pubem tendentes, quæ ilia appellantur: atque diuerſa ratione acceperunt hoc nomen vt etiam Virgilius.

——*Rumpantur vt ilia Codro*

& Horatius

O dura meſorum ilia.

Non contendentes ergo de nominibus, dicemus cum Mundino, ventrem diuidi in octo partes, præter pubem quæ non eſt propria pars ventris, cum ſit è regione oſſis quatuor in medio furcula ventriculi regio vſque ad vmbilicum γραῖα, ab vmbilico & circa vmbilicum, & ſuper parum & infra per quatuor digitos, & ſumen vſque poſtmodum ad os pubis. A lateribus autem (ſed nota) quod intelligo per latera quicquid eſt extra directum furculæ, & ita debet intelligi Hippocrates & ab illo appellantur præcordia à fine coſtarum mendoſarum, vſque ad directum vmbilici præcordium dextrum & ſiniſtrum, & extenditur vſque ad directum apicis coxæ: quicquid verò eſt ſub vmbilico à lateribus ſub præcordiis, vocatur ile dextrum & ſiniſtrum, quod vero à coſtis mendoſis expotrigitur vſque ad os coxæ, è regione tam præcordiorum quàm iliorum, & eſt molle vt venter, ſed extenditur ad partem poſteriorem vocantur lumbi, vulgus appellat renes, Propertius.

Barbarus excuſſis agitat veſtigia lumbis.

Alias de hoc ſcripſi, 3. *Aphoriſm.* 23. propterea videte: antequam vero deueniam ad explicationem reliquorum quæ dicit Mundinus quædam exponere neceſſe eſt.

Digreſſio.

Dico ergo quod partes vniuerſales dicuntur noſtri corporis quadrifariam, primo modo vt componunt totum corpus, & ſunt tres; membra, humores, & ſpiritus, *ſexto Epidemiorum Part.* 7. *in principio*: ſecundo diuiditur prima pars ſcilicet membrorum, in ſpeciales & generales, trifariam, ſeu potius quadrifariam, ratione principali, & ita partes communes ſunt oſſa, caro, & prima animata. Cum enim tria ſint in homine, quod mouet, quod ſentit, & quod percipit, oſſa ſunt illa quæ mouent: nam anima quæ eſt in oſſe, eſt illa quæ mouet os, & muſculi inſeruiunt ipſi motui: finis autem eſt nobilior his, quæ ſunt ad finem, motus autem oſſis eſt finis, & eſt vnus quem perficiunt multi motus muſculorum, & ideo os eſt principalis pars & communis & fundamentum motus, ſed quia os attereretur & eſſet deforme & aſperum, circundedit carnem natura, & ipſa exornat, munit ipſum os, & opinionem meliorem facit, & hæc eſt ſecunda vtilitas carnis. Prima vero & principalis eſt, quia eſt fundamentum ſenſus, tactus: eſt enim ipſa quæ vere & primo ſentit, ideo ipſa eſt ſparſa per totum corpus, & temperata, & ipſa ſola percipit durum, molle, graue, leue, aſperum, lene, calidum, frigidum, ſiccum, humidum, & Galenus propter ignorantiam veræ dialecticæ ſeu ob ambitionem, confundit inſtrumentum ſentiendi ſeu deferendi eam vim, cum principali, quod eſt fundamentum ſenſus, tactus, nam homo cum ſentiat vbique, vbi eſt caro, & vbi procul etiam ſunt nerui, & nerui ſint frigidi & ſicci, fundamentum ſenſus tactus non poteſt eſſe in illis, neque nerui cognoſcunt calidum vel frigidum, ſed exhibent vim delatam à cerebro in carnes ſeu carnibus, ipſi bene ſentiunt dolorem & vehementem pluſquam caro, ſed ſenſus doloris non eſt ſenſus cum cognitione, & qui percipiat, & ideo ſæpe percipimus dolorem & neſcimus quid percipiamus niſi dolorem ipſum, quod etiam atteſtatur conciliator de ſeipſo caro: ergo & oſſa ſunt duo principalia & communia membra noſtri corporis, nec inuenitur motus ad mouendum, niſi vbi eſt os, ſed inuenitur mo-

tus ſioe oſſe ſui ipſius cauſa in oculis, palpebris, cute frontis, labiis, lingua, membro virili, naribus. Tertium genns membrorum eſt pars quædam non habens nomen, quæ percipit velut cerebrum, cogitando, imaginando, & cryſtaloides in oculo videndi cauſa, & additamenta cerebri pro percipiendo odore, & inſtrumentum auris pro ſono, & ego appellanerim libenter hoc genus membri communis & principalis imo, ſublimis tum propter medullam, tum propter cerebrum, tum ob cryſtaloidem, & ego demiror valde de Galeno, quomodo voluerit inſtrumentum ſenſus eſſe in neruo, & tamen principales ſenſus viſum & rationem poſuerit in alia re, quàm in neruo. Secunda diuiſio membrorom vniuerſalium eſt illorum quæ ſunt neceſſaria toti corpori, vt deferant virtutem membrorum principalium per totum corpus, cum ergo tria ſint membra principalia, erunt etiam tria membra communia, quæ ſparguntur per totum corpus, vt nullam ſcit inuenire partem corporis, quæ in ſe non habeat hæc membra expreſsè, aut immutata vt venæ & arteriæ in oſſibus, vbi ſolum adeſt humor & etiam dealbatus profluens ab illis, aut ſecundum virtutem tantum, vt virtus ſenſus ex neruis. Erunt ergo tria membra communia nerui, arteriæ, venæ, iuxta totidem principalia. Tertia diuiſio eſt membrorum communium ideſt quæ non ſibi determinant peculiarem locum, & ſi non poſſint vbique inueniri & generaliter, ſunt omnia membra ſimilia, exceptis illis ſex dictis: erunt ergo cartilagines, membranæ, ligamenta, adeps, cutis, cuticula, glandulæ. Parenchymata autem non adnumero, quoniam continentur ſub membris communibus illis oſſibus, carne, medullis: habent enim vim medullarum. Quarta diuiſio eſt membrorum communium tertiæ diuiſionis, nam quædam ſunt communia toti corpori, quoniam totum corpus integunt, & ſunt quatuor cuticula cutis, membrana carnoſa & adeps: ipſa enim omnia integunt totum corpus exterius, niſi quod ſub cute ſcroti & chiliotum & frontis, & generaliter vbi cutim corrugari neceſſe eſt, ibi adeps non eſt, & cutis tenuiſſima eſt ſicut & in foraminibus narium, oris, ani, cutis eſt perforata, cutis autem calcanei propter magnum pondus & vſum eſt craſſiſſima, ſicut & in manibus operariorum maximè fabrorum. His igitur tanquam præſuppoſitis occurrit primo cuticula, & quia communis membri neceſſe eſt communem eſſe vtilitatem, ideo cuticula duplicis vtilitatis cauſa eſt, & quoniam cum ſunt duæ vtilitates alicuius membri, & illæ non ſunt tanquam ab inſtrumento primo animæ, vtpote cerebro, vna eſt primo neceſſariò, alia non primo, & hoc quia ſi vna non eſt primo, ergo alia eſt primo, quia membra ſunt propter opinionem, ergo illa operatio eſt primo ſi membrum eſt factum propter illam, ſed neque poteſt eſſe duplex operatio, primo quia ſi membrum eſt propter primam operationem, ergo poſſet eſſe ſimul & nnn eſſe: non enim eſt neceſſarium vna deſtructa propter illam, & eſt neceſſarium propter aliam, ergo eſt neceſſarium ſimol & non neceſſarium operatio, ergo per ſe primo propter quam ex cuticula, & communis toti corpori eſt propter operationem communem toti corpori, ſcilicet ſenſum tactus, vt ſit medium, quia ſenſile poſitum ſuper ſenſum, non facit ſenſum vt bene demonſtratum eſt ab Ariſtotele. Iden ſi deradatur cuticula, non ſentit ea pars niſi dolorem, & hæc eſt propria cauſa cuticulæ, & quantò magis ſenſile imprimit, tantò magis eſt neceſſarium, vt cuticula ſit craſſior: in leuiſſimis autem ſenſilibus tenuiſſima cuticula ſufficit, vtilitas antem noo prima eſt, vt tueatur cutim à nocentibus, & ab aëre, præſertim frigido, & ne atteratur cutis, & quia atteritur neceſſe eſt, vt quantò magis atteritur, tantò craſſior fiat, & ideo tota cutis calcanei & manuum ruſticorum eſt de genere cuticulæ, & hoc apparet dum eraditur in balneo ſine offenſa, & manifeſtum eſt quod cum ſit vniuerſalis toti corpori, quod habet etiam cauſam vniuerſalem in toto corpore, ſed illa non poteſt eſſe niſi transmutatio cutis in eam: ergo cuticula nihil aliud eſt quam cutis exſiccata, & priuata ſenſu, & quia quanto magis atteritur cutis tantò magis explicatur, & alimentum copinſius ſubminiſtratur, & ideo cuticula fit craſſior, & cutis ſe habet ad cuticulam ad vnguem, ſicut vnguis carni adhærens, ad vnguis partem, quæ extra promiuet, & ſenſu caret, ſeparatur autem cuticula acutè in cadaueribus, per candelam accenſam, eleuatur enim in modum veſiculæ. Cutis verò facta eſt per ſe primo, vt inſtrumentum tactus, quatenus caro eſt, & extremum carnis, ita vt tota cam ſentiat, ſed ipſa melius perfert ſenſilia, alia vtilitas non prima eſt, vt defendat carnem molliorem, & huius cauſa etiam in pleriſque locis eſt munita pilis, & non in palma manus, neque planta pedum, quia eſſet impedimento operationi ſed loco eius ſubtus munita eſt membrana duriore in his locis. Quod verò dicant naturam exonerare ſe per illam, vt in ſcabie prota, impetigine, & vtiligine & ſudaminibus tuberculis, & ſimilibus, vt etiam in vatiolis & morbilis vocatis, hoc verum non eſt, niſi quatenus natura querit expellere extra corpus, & non poteſt poſtmodum detrudere vltra cutim, ſed hoc non eſt merito cutis, verum merito caloris naturalis, niſi merito huius dici poſſit quod Galenus refert cutim eſſe priuatam omni facultate ſcilicet attrahendi, & expellendi & retinendi,

&

Digitized by Google

& concoquendi, intellige vel reſpectu humoris extranei, vel ſenſili facultate, quia in ea ſunt leuiſſimè. Eſt autem tota plena minutiſſimis foraminibus, per quę naſcuntur pili & ideo in pueris quia nondum perforatum eſt, & dat exemplum Galenus *Secundo de temperamentis* de caſeo, quod eſt ſine foraminibus, deinde cum inueteraſcit, totum fit pumicoſum & non naſcuntur pili, ſub cute eſt pinguedo, ſub pinguedine membrana carnea, & ita eſt in pleriſque animalibus carniuoris, quia ſe poſſunt tueri melius crutibus & dentibus, ſed in equis & bobus & magis veriſimile in elephantis, membrana carnea eſt ſub cute, vt poſſit mouere cutem, & ita perterrefacere muſcas & crabones, adeò vt dicant elephantem concutere etiam rugas cutis & interficere illa animalia, ergo membrana carnea poteſt mouere cutim, vt apparet etiam in fronte hominis, vbi nulla pinguedo interponitur inter cutim & membranam carneam. Reuertendo ergo ad pinguedinem ipſam, facta eſt per ſe primo, vt oſſa & carnes & cutis minus lædantur ex compreſſione & ictu, vt ſi puluinar eſſet interpoſitum, hoc autem conueniebat toti corpori, in fronte autem quia non adeſt homo magis læditur, ſed natura ibi non curauit, quoniam os eſt duplicatum, eſt etiam cauſa quæ eſt finis, nam cum membrana carnea ſit ſubſtrata cuti, & per illam tranſeat copia vaporum adeò confertim, vt non poſſint tranſire per cutim antequam perfrigerentur à membrana: ideò coguntur & generant pinguedinem, ideò corpora macilenta quæ ſolent exercendo multum ſudare, vbi relinquant exercitium vel ægrotant vel impinguantur: ægrotant ſi vapor fuerit acris & prauus, ſi verò dulcis & benignus impinguantur, nihil enim aliud eſt pinguedo quam vapor pinguis frigore concretus. Porrò foramina illa in cute facta ſunt vt vapores exire poſſint, tum eleuati à toto corpore, tum etiam expulſi per arterias à corde, tam etiam vt arteriæ poſſint trahere aërem frigidum, & refrigerare totum corpus, vnde dicebat Galenus *octauo Artis curandi, & primo de differentiis febrium*, & multis aliis in locis quod ſi meatus illi cutis obſtruantur confeſtim ſuccedit febris. Sed membrana carnea facta eſt primò vt pinguis vapor retineatur, & ita ne diſſoluatur corpus: ſecundò vt ſit vinculum quoddam addens robur toti corpori, & ipſum continens & defendens partes ſubiectas. Annectuntur etiam illi plurimi muſculi & partes neruoſæ eorum, & maximè in ventre: illis viſis conſtat epigaſtrion, ſeu abdomen, ſeu mirac, compoſitum ex iſtis quatuor partibus ſcilicet cuticula, cute, pinguedine, & carnea membrana, velut in reliquo toto corpore, ſed peculiariter pinguedo ibi craſſior eſt, eò quod vt dictum eſt, locus ille calidus ſit & humidus, & omne ſimile generatur magis in loco ſimili. Adeſt enim ibi copia vaporum perpetua, & etiam denſitas peritonei, & muſculorum retardat motum vaporum & exitum, & ideo venter rarius ſudat, & minus quam reliquæ partes: eſt etiam longè minus calidus, quàm humidus, propterea adeò augetur illa pinguedo inter carneam tunicam & cutim, vt aliquando ad craſſitiem duorum, vel trium, vel etiam quatuor digitorum excreſcat; vnde huiuſmodi hominibus tum ob pinguedinem illam, tum ob omentum intus adipe multo obſitum, prominet venter, vnde Perſius.

——Nugaris cum tibi calue
Venter aqualiculus propenſo ſeſquipede extet.

Vtilitas huius pinguedinis quædam eſt peculiaris in hac parte, præter eam quæ eſt in vniuerſo corpore, & eſt duplex, prima & maior vt optimè concoquant, vnde ex hoc rurſus pinguiores euadunt, & ex hoc melius concoquunt, & magis impinguantur, & ideo cum cœperint impinguari, in hac parte plerunque plurimum impinguantur, quoniam pinguedo ſeipſam auget, non ſolum coctionis auxilio, ſed etiam impediendo magis atque magis tranſitum vaporum, vt ſic cogantur tranſire in adipem. Secunda vtilitas eſt, quod ſit munimentum ipſis interioribus membris, quæ cum non poſſent obduci oſſibus ob cauſam dictam, muniuntur hac pinguedine craſſa, quæ ſi adeò excreſcat, reddit illa tutiora quàm facerent oſſa: nam ſi oſſa eſſent continua vt in capite, facilè frangerentur, & oporteret omnino incidere carnem in curatione, & ſi eſſent plura oſſa non coniuncta, vt in pectore facilius tranſiret telum inter os & os, quàm poſſet diſſecare tam craſſam pinguedinem, & maximè quod in ictu venter ſe contrahit & contorquet ac refugit ictum, quod non poteſt facere pectus: vnde multò plures viri mori ex vulneribus pectoris, quàm ipſius ventris, quamuis etiam pauci adeò craſſo quale ſcripſi ſint abdomine. Iſtud idem cauſa notiſſima magis contingit in mulieribus cum ſint longè humidiores viris, & minus calidæ, & generaliter etiam toto corpore magis obeſæ, & ideo mulieres habent plurimæ dico talem craſſitiem ventris, ratione vt dixi pinguedinis atque omenti, nam ſi omentum eſt valde pingue, etiam abdomen ſit valde pingue, omentum non poteſt eſſe quin ſit etiam craſſum ac pingue: in viris ergo cadit dubitatio perſæpe, an ſint hydropici, an aqualiculi: nam vnum eſt bonum, vt oſtendi, alterum tendit ad interitum, & non credatis quod nugas agam, quia in principe Palauicino, cum adeſſent medici principales & primarij, Candianus regius, & Cauenagus protophyſicus, dubitauimus diu an eſſet hydropicus, an aqualiculus, & maximè quod intumuerant iam pedes ex albo humore, verum tria

præcipuè ſigna vtrumque diſtinguit. Nam in aqualiculis adeſt bouus habitus, in facie ſcilicet carnoſa, rubra, ſine tumore, ſub oculis deinde adeſt copia vrinatum bonarum, in colore ſubſtantiæ & contentis: tertium quod per ſe ſufficit, ſed ounc non adeo bene ſciebam eſt, quod in aqualiculis comprehenſo abdomine inuenitut craſſum, & manus ſe extendit vſque ad profundum in hydropicis: contra abdomen eſt tenue & quod iotus relinquitur de concauitare ventris, eſt valde magum & quaſi totundum, & ctura ſunt exilia vel tumida tumore albo, qui dignoſcitut vt dixi tam ibi quam in pedibus, quam etiam ventre ſi modo incidat, & eſt proximior ſimilitudine aqualiculo, quã hydrops compreſſione digiti, nam in aqualiculis ſtatim repletur cauitas, & eſt cum bono colore venter, non adeo albo, in pituita alba cauitas manet, & colot ventris eſt valde pallidus. Hoc volui dixiſſe, quoniam licet in progreſſu facilius dignoſcantur, ab initio tamen omnes ferme dubitant, & patet meus fuit aqualiculus, & vixit ad annum octuageſimum, & diutius vixiſſet, ſi vel habuiſſet dentes, vel diligentius paulò in ciborum delectu ſe cuſtodiuiſſet. Similitet dignoſcitur muliet aqualicula ab vtero gerente, quia in grauidis incipit tumor inferius, & eſt durus & inæqualis, in aqualiculis eſt æqualis, mollis, & incipit à ſuperiore parte, & ideo ab initio non eſt dubitatio, & eſt contrarium ad vnguem eius quod in hydrope: nam in hydrope differentia ab initio eſt occulta, & in proceſſu manifeſta in vteri geſtatione, ab initio eſt manifeſta, in proceſſu autem occulta, creſcente enim vtero inteſtina comprimuntur ſuperius, & ideò venter tumet in parte ſuperiore ſicut in aqualiculis. Cauſa verò quare magis impinguetur pars ſuperiot ventris quam inferior, eſt robur caloris naturalis propter iecur, lienem, ventriculum & omentum, quæ ſunt propinquiora ſaltem maiore ex parte hypochõdrio quàm ſumini.

Circa textus declarationem Mundinus pertranſenam explicat connexionem vmbilici infantis in vtero, quæ ponitur à Galeno *Quintodecimo de vſu partium cap. 5. in prin.* Quatuot igitut ſunt prædicta in vmbilico vaſa, duæ ſcilicet arteriæ & venæ totidem, in medio ſui habentes οὐραχὸν: ideſt vrinaculum, (ſic enim anatomici numinare conſueuerunt meatum, qui ex fundo veſicæ exortus lotium in memoratam paulo ante tunicam ἀλλαντοειδῆ id eſt inteſtinalem deriuat, quæ ita à ſimilitudine figuræ, quam cum ἀλλᾶντι ideſt inteſtinis habet, appellatur.) Sed ex quatuor vaſis, quæ ſunt circum vrinaculum, ſuperioribus quidem partibus ſunt venæ, ſurſum enim eas mox progredi ad hepar præſtiterat: inferioribus autem arteriæ, etenim deorſum & has ſecum veciſæ lateribus inuehendas erat melius. Ipſæ verò venæ implantantur primo in cauam iecoris, ſicut etiam docebat Galenus ibidem, vbi etiam declarat quomodo partes arteriæ deſcendunt ad veſicam infantis, & membranis validis ei alligantur, donec perueniant ad arteriam magnam, remanentque diuiſæ euſque, ſed vena quæ duplicata eſt ad vmbilicum, cum ingreditur corpus infantis, in vnum coit triplici de cauſa, quamuis Galenus vnam tantum aſſignauerit, eaque eſt, quoniam vena defertur in iecur ipſum ad partem cauam vt dixi. Galenus declarat vt priuſquam nutriatur infans, ſanguis purgetur a parte bilioſa, quæ defertur in veſicam fellis, ipſa autem veſica pertinet ad gibbam iecoris, ſed vena illa cauæ implantata tranſit continuitate ſua, & propter ſanguinem in gibbum hepatis vſque ad veſicam, non dicit qood implantetur gibbo hepatis, & ſimiliter apparet quare dixerit, vena & non venæ, quia in vnum coeunt cum ſunt in corpore infantis, & ſecunda cauſa eſt, quia tunica venæ eſt tenuior quam arteriæ, ideo expediebat vt ex duabus fieret vna: tertia cauſa erat quoniam plus deferebatur de ſanguine venali & ideo plena futura erat vena, quare & tunicam craſſiorem facere melius erat, quam duas & tenuiores, in arteriali autem ſanguine cum eſſet modicus, in comparatione ad venalem, natura poterat facere duo vaſa. Iuditium autem eſt, quod vnum vas magnum ſit ſecurius quam duo minora, quia numquam vidimus in vita noſtra fractum vnum vas maximum ſponte, quia nec diuaricatur & exonerat ſe in ramos: exterius autem diuiſa eſt vena, vt trahat ab ambabus partibus vteri dextra & ſiniſtra, quintum vas in medio defert vrinam infantis à veſica, de hoc ſuo loco: iſta quinq; vaſa dicebat Galenus *in libro de formatione fœtus c. 5.* generãtur ante iecur & ante cor, imo per illa generatur vtrumque membrum, & ratio eſt deriuatiua, quoniam ſemen ſi debet formare cor & iecur, cum ſint membra ſanguinea, (ſunt enim rubra) oportet vt trahat ſanguinem, ergo oportet vt generet vaſa continentia ſanguinem ſecundum opinionem Ariſtotelis; ſed ſecundum opinionem Galeni & noſtram, & principia eius, aliud eſt dicendum: nam Ariſtoteles aſſumit falſum principium, & ideo cogitur concedere quod eſt contra ipſum, Galenus autem aſſumit verum principium, & poſtmodum concludit male. Dico ergo quod cor eſt primum quod gignitur, quia ſemen generat fœtum ſecundum omnes; ſeu vt principale vt volunt Philoſophi, ſeu per vitam vt inſtrumentum animæ, quæ exterius adiacet: ergo vbi deſinit ſemen, oportet vt ſit primum ſubiectum vitæ & motus, & primum inſtrumentum corporeum formationis fœtus & hoc tale non poteſt eſſe niſi cor, nam vena fabricantur & non fabricat, igitur cor eſt primum quod gignitur, & fit ex ſemine viri & mulieris, & facultate vteri, & ſemen incipit pulſare (ſicut ad vnguem poſt fœtus perfectionem) ab initio, quo primum tangit ſubſtantiam vteri, quia ſtatim

vita quæ erat in potentia, fit vita in actu, & anima fabricat ſibi inſtrumentum pro operationibus ſuis, & dicunt quod cum infans natus eſt, quod vmbilicus quanto longius preſcinditur tanto virga virilis in maſculo euadit longior: Princeps dicit quod debet præcidi quatuor digitis ſupra ventrem.

Porrò morbi qui accidunt ventri & ſunt proprij illi, deſcribuntur à Principe *vigeſima ſecunda tertij tract.* 1. *cap.* 2. & ſunt ex generibus herniarum & maximè à flatu, & quandoque omentum & quandoque inteſtina excidunt, ſed magis in inferiore parte: præterea morbi communes, vulnera, vlcera, tumores duri & qui ſupra vmbilicum ſunt, & in dextro latere celerius ſuppurant, quam qui in ſiniſtro & infra vmbilicum. Morbi autem vmbilici ſunt tumor & abſceſſus qui morbi ſunt frequentes in infantibus de quibus *Tertia Primi* & ea pars maximè ſubiicitur herniæ: eſt etiam procedentia vmbilici, de qua autor libri de ſecretis ad Solonem *doct.* 1. *c.* 2. loquitur, & demiror quòd cum ſit morbus frequēs, maximè in infantibus & magni momenti, authores nō ſint locuti, dico ergo quod caſus vmbilici ſeu contractio fit propter vermes in pueris aliquando propter abſceſſum, & ideo plerunque conuulſionem ſignificant.

Quod vero ad inuentionem locorum, ſi laborat vterus vel veſica, ſumini applicanda ſunt olea, fomenta, & emplaſtra, ſimiliter & pubi, ſin autem inteſtina & maximè colon in iliis dextra & ſiniſtra, ſi verò iecur præcordio dextro, ſi lien ſiniſtro, ac ventriculus hypochondrio, & vſque ad vmbilicum: verum ſi os ventriculi laborat enſiformi furculæ, vt Galenus vult 13. *Meth. cap.* 17. ſin autem gula ipſa in dorſi media parte ſupra ſpinam, quoniam gula ad eam partem inflectitur, reliqua de morbis ſuo loco explicabo, nunc verò ad textum deueniam.

TEXTVS VII.

HIs viſis partes magis intrinſecas diſcernas: ipſarū enim quædam ſunt contextę quędam verò continētes. Continentes communi nomine vocantur myrach. Myrach autē componitur ex quinque partibus, ſcilicet cuti, pinguedine, membrana carnoſa, muſculis & chordis eorum, & ſyphac. Cum nouacula igitur incide protrahendo à ſcuto oris ſtomachi directè vſque ad oſſa pectinis leuiter incidendo. Cutim poſtea iuxta vmbiliculum ſecundum latitudinem incidas protrahendo à dextris ad ſiniſtras vſque dorſum.

Poſtea excoria & habebis primo cutem, quæ eſt duplex: quædam eſt ſicut corium: ſcilicet illa quæ eſt exterius: & ſi deperditur poteſt reſtaurari: alia eſt cutis, quæ dicitur vera, quæ eſt alba immediatè ſequens corium, & eſt ſpermatica: ideò ſi deperdatur non poteſt reſtaurari. Sed in mulieribus cauæ à vena quæ in eis à matrice ad mamillas aſcendit, per myrach tranſiens, vt infra dicetur.

Poſt autem apparebit ſtatim pinguedo, maior tamen in porco quam in homine: poſtea locata eſt membrana, poſt eam ſunt chordæ & muſculi.

COMMENTARIVS.

Animaduertendum, quod cutis ſunt ſex ſpecies vniuerſalis, glabra in vola manus & planta pedum mobilis in fronte per ſe: mobilis ad motum alterius illa quæ eſt in maxillis ferme adhærens oſſi, nam mouetur motu cutis frontis, quintum genus eſt cutis carnoſæ & hæc eſt in labiis, eſt enim admixta muſculis & carni, hæc à Galeno. Sed vt dixi ille multa omiſit, multa perperā dixit, eſt enim vt diximus cutis valde tenuis, & craſſa, & vna etiam quę maiore ſenſu prædita eſt, alia ſicut cutis brachiorum, exterius minus ſentit quam quę eſt in ſuperiore parte natiū, ſcilicet iuxta lumbos retro, & hæc ruſus minus illa quę eſt inter coxas, & hoc pro oppoſitione cucurbitularum, quæ in eo loco tantò maiorem afferunt dolorem, quanto maiorem vtilitatem. Similiter eſt cutis ſeparata corpore, qua integitur glās priapi, quam abſcindunt Iudæi & Turcæ, & eſt cutis rubra alia glandis, quæ certè eſt alterius generis. Quod vero dicit de peritoneo, oportet intelligere à lateribus, nam prius ſunt muſculi & multi, à lateribus autem peritoneum eſt cuti propinquius, ſed hoc non refert. Et ne videar prætermiſiſſe obiter, Curtius multa dicit de triplici cute, quæ omnino ſunt inania, alia de membrana carnoſa, quam negat, ſecutus Galenum qui eam ignorauit, & ideo errat cum illo, nec tamen dignus venia, cum Veſalius ſæpius oſtenderit eam illi: quæ autem dicit de temperatura pinguedinis adducens Galenum in contradictionem, hic ſunt extra propoſitum, ſed pertinent ad expoſitionem Primæ primi Principis, & ideo non omnia pulchra omnibus in locis conueniunt: tangit ſolum difficultatem de cute an ſentiat? & dixi quod ſentit, licet cutis capitis non ſentiat vero ſenſu, nam vt dixi ſenſus verus eſt cognoſcens & cutis capitis non cognoſcit, ſed ſolum ſentit dolorem, & ideo non intelligunt Ariſtotelem, & putant illum decipi fruſtra, cum ille optimè dixerit: dico ergo quod prima vtilitas cutis eſt tueri corpus & præcipuè carnem quæ

eſt mollior, ſecunda eſt percipere dolorem vbique, vt fugiamus aduerſa, tertia eſt in multis partibus præbere ſenſum, vbi carni obtenditur, & qui vult de hoc videre, legat *octauo contradicentium.*

TEXTVS VIII.

MVſculi ſunt octo vt dicit Galenus. 6. *de vſu part. cap. vltimo* nam duo ſuot recti quorum fila protenduntur ſecundum longum à clypeo oris veotriculi vſque ad oſſa pectinis: ideu vocati ſont recti, & iſti non habeot magnas chordas niſi quibus vinciuntur obliqui ſuperiores poſt iſtos ſunt duo vous a dextris, alter à ſioiſtris, & ambo oriuntur à ſuperioribus juxta coſtas, & deſinunt in chordas circa oſſa pectinis, ſie quod dextra chorda tendit inferios ad ſioiſtrum, & ſiniſtra ad dextram: & per oppoſitum ſuot procedentes inferiores ad ſuperiora: quorum ortus eſt ab oſſibus pectinis, & anchæ & deſinunt io chordas, cum ad locum, vbi finiuntur coſtæ, veniuot: ita quod chotdæ eorum iorterſecant ſe adinuicem admodum iſtius.X.

Vltimo poſt iſtos ſunt tranſuerſi qui ſunt poſiti ſecundum latitudinem: quorum fila protenduntur ſecundum latum, vnus dexter, & alter ſiniſter, & oriuntur & apparent magis iuxta dorſum ſurſum: & iſti cum rectis ioterſecant ſe adiouicem ad angulos rectos, & hic eſt oumerus, quantitas, pnſitio, ſubſtantia, figura, colligantia, & continuitas.

COMMENTARIVS.

Pectinis 1. pubis quia os illud pectini aſſimilatur, quo pectimus capillos, & explicamus, à Iuuenali etiam ſic appellatur *Satyra 6.*

Inguina traduntur medicis iam pectine nigro.

Faſtidium patit Curtius, ſcribens gloſam anglicam, quæ deſtruit textum, in quo quatuor magna mala facit, primo oſtendit humilitatem animi: eſt enim humilis animi inſectari aliquem licet plures crediderint eſſe generoſum, deinde crudelius in mortuum ſæuire, ſed & contentius in authorem noo ſatis clatum, poſtmodum deterius multis, vnde difficilem & obſcuram reddidit doctrinam, quin quod deterius eſt tot præclata omittir quaſi deſinr pulcherrima, quæ pene ſunt infinita. Itaque rogo pium lectorem, ne in eoſdem errores incidamus aut incidere cogamur, vt ſimplici narratione noſtra contentus ſit, quandoquidem ipſa ſola per ſe longa ſit & obſcura: ſufficiet enim nobis quæ ſuper diximus ſcilicet: ſubſtantiam, temperamentum, quantitatem & numerum, figuram & ſitum, locum, partes, quibus alligatur atque coniungitur, vſum vtilitatem colorem propria & morbos, tum differentiam inſignem ab aliis animalibus. Difficultates verò ad alium locum relegauimus ſcilicet ad *libros contradicentium cap.* 4. Quod verò ad animalia maximè ſimilia Galenus *ſexto anatomicarum aggreſſionum* in primo ſunt ſimiæ non caudatæ, vt par eſt, inde cercopitheci ſunt in ſecundo genere, quibus adijcit ſatytos & lynceos, de quibus mirum eſt, quod lyncei ſinr è genere luporum, & Satyti videantur fabuloſa animalia. Eſt autem cercopythecus caudata ſimia, cuius duplex eſt genus, vnum quod habet faciem valde ſimilem humanæ, quod puto eſſe præcipuum aliud ſeli, ideo etiam vocamus vulgari nomine *Gatos maimones:* in tertio genere ponit vrſum, & ante adiecerat leonem, felem, muſtellas, & mures, in quarto genere quæ habent dentes ſerratos vt canes & ſues, in quinto genere ſolipeda aſinos, equos, mulos: in vltimo quæ ruminant boues, capræ, oues & cameli. Quæ verò differunt genere appello primum iſta duo vltima, poſt ſunt aues, tertio loco ſerpentes, vltimo piſces qui reſpirant, demum qui non reſpirant: hæc enim vt par eſt inſignes habent differentias, neque reprehendendum quemquam ſuſcipiam, nec ſi quiſquam aliter ſentire alios animaduertar, exiſtimet me hoc ignoraſſe, ſed noluiſſe tempus & operam terere. Errores enim hominum ſunt infiniti, hoc autem ſciant me non acceſſiſſe ad ſcribendum hoc opus, priuſquam perlegerint diligenter eos, qui de hoc ſcripſerunt ad hanc vſque diem præcipuos, præter Mundinum, Curtium hunc, & Veſalium longe omnibus præſtantiorem, & vtramque illius defenſionem contra Fallopium & contra Fráciſcum Puteum ipsúmque Falloſpium: præterea eſt Vaſſeus Andarnacus valuera pingendo inſignis, Carolo Stephanus Carpus Realdus Columbus aliique nonnulli, qui parum in rem contulerunt, nec eſt vt dicat Curtius, ſe Ariſtotelem immitatum eſſe, qui prioribus contradixit: nam non ſunt magnorum virorum vitia ſed virtutes immitandæ, at in Ariſtotele virtus eſt non vitium ob breuitatem, & quoniam de principiis rerum diſputat, at velle opiniones recenſere aliorum in his quæ ſenſui ſubijciuntur, non parua pars eſt amentiæ.

Dico ergo quod muſculus eſt inſtrumentum motus voluntarij peculiare, quod conſtat ex neruo, ligamento, carne, venis & arteriis, quamuis non omnibus muſ-

culis

culis neruus inſeratur, ſemper autem proprium eſt muſculi, vt dum agit retrahit ſe verſus principium, vnde actio propria membrorum eſt attractio non impulſio, vnde ergo trahit caput muſculi vocatur. Adeſt autem & pleriſque membrana, quæ muſculum integere ſolet, qua ferme muſculus à muſculo ſeparatur: hæc enim & functio propria cauſa ſunt dijudicandi muſculum eſſe vnum aut duos Porrò vt dixi muſculo vt non neruus, ita neque vena neque arteria perſæpe inſeritur, velut in muſculo quadrato radium mouente, & in horum quos nunc ſuſcipimus demonſtrandos, præcipuè in obliquis: capita enim muſculorum nunc intelligo tendines originis, qui plerumque & naturaliter ſine neruis ſunt, quoniam per ſe tendines ipſi ſentiunt, ſiue neruo & vehementi ſenſu prædīti ſunt: ergo neruorum, venarum, & arteriarum vna ratio eſt, ſcilicet vt arteria ſpiritum vitalem, neruus animalem, venæ ſanguinem pro alimento ſubminiſtrent, non vt inſerantur, ſed ſufficit vt prope accedant, & per continuitatem ſubminiſtrent, quod opus eſt, vt caro ſit muſculi pars principalior. Huiuſmodi ergo octo eſſe dicit, quorum primum eſt obliquorum deſcendentium qui oriuntur, ex ſexta, ſeptima, octaua & nona coſtis eſt aliquanto inferius, exporrigitúrque ad appendicem ilij, atque ei annectitur, tum verò muſculis coxēdicis rectis & pubis annectitur, integitque rectos muſculos qui in medio ſunt ventris, ſub his ſunt obliqui aſcendentes, qui ex ſuperiori oſſis ilium regione oriuntur, & in neruoſam, deſinentes exilitatem, aliis muſculis inſeruntur, cuius hiſtoriam licet videre àpud Veſalium. *lib.* 2 *cap.* 31. Neque enim omnia hic ad amuſſim deſcribere propoſitum eſt, quid enim opus eſt transferre ea quæ benè ſcripta ſunt, & minutim à Veſalio in hoc opus, imitarique turpes fures, aut ſaltem vt mihi obijci poſſit, quod Protogeni Appelles me neſcire de tabula manum tollere, aut etiam quod fœdius eſt, & à pleriſque fit, vt mentiar vel falſis rationibus obtundam lectores, ſed cui vtilitati futurus ſit hic liber, paulo poſt dicam, redeo enim ad inſtitutum. Sub obliquis ſunt recti qui triplicem habent tenuitatem, in ortu, & vbi deſinunt, & in medio, & teguntur vndequaque Superiore & inferiore parte ab obliquis aſcendentibus, quamuis aliqui negent, difficultas eſt vnde oriantur, an ab oſſe pubis, an à pectoris, cui hoc placet videre, legat *ſecundo contradicentium. com.* 30. Quarto ordine ſunt muſculi tranſuerſi omnibus aliis inferiores, atque hi omnes magni quidam addiderunt duos paruos, qui oriuntur ab oſſe pubis, ſed non tranſeunt imo nec attingunt vmbilicum, & de hoc *eodem in libro com.* 29. diximus abunde, vt omnino non neceſſe ſit ne verbum quidem habere.

Verum vt aliquid de ordine præter ſuperius dicta adijciam, diligentius & exquiſitius docere me oportet, quiſnam futurus ſit ordo: vnus eſt doctrinæ quem ſecutus eſt Veſſalius, atque hic poteſt eſſe duplex, à maxime vniuerſalibus, vel à ſimplicibus, quem ſequitur Veſalius, ſed non eſt optimus in doctrina vt ſcientia eſt, ſed vt eſt ars. Quia ergo oſſa ſunt ſimpliciſſima & communia, vt in digreſſione dixi, primum librum dedicauit oſſibus, cui adiecit cartilagines, & ita fecit Remp: Romanam ſcilicet compoſitam ex triplici regimine, regno, populari ſtatu, & optimatum. In eo enim quod præpoſuit ſimplicia membra, ſecutus eſt ordinem ſcientiæ, in eo quod adiecit cartilagines, ordinem naturæ, in eo quod ſecundum librum muſculorum tractationi dedicauit, ordinem tradendæ artis à communioribus & facilioribus; nam ordine ſcientiæ debuit præponere quartum, de neruis ſecundo, & poſt tertium de venis & arteriis, vltimo debuit facere tractationem de muſculis, ſed & ante illam præſtitiſſet facere vnum librum de membranis, ligamenta autem & tendones poterat his adijcere, ſed partim adiunxit oſſibus, partim muſculis, & hi quatuor libri qui deberent eſſe quinque, pertinent omnes ad doctrinam reſolutiuam & compoſitiuam, verum vt ſunt neceſſarij valde ad intelligentiam conſtructionis corporis, ita parum addunt vtilitatis ad exercendam medicinam, niſi in paucis quæ docentur, etiam in doctrina artificioſa quæ vocatur adminiſtratio, quam ipſe tradidit in vltimis tribus libris, vt ſint ſeptem omnes: ideo illi tres ſunt longe vtiliores medico, quem vocamus phyſicum, quam priores quatuor, ſed etiam chirurgico, niſi medico reſtauranti oſſa luxata & fracta, cui primus eſt valde neceſſarius. Nos ergo cum dirigamus totam hanc tractationem ad vtilitatem medici, exponemus ea quindecim quæ propoſuimus de ſingulis partibus craſſiore Minerua, & eatenus quatenus ſolùm conferunt ipſi medicinæ, vt diligentius proponamus vſum & vtilitatem & commodum, ad curandos morbos eius partis, tum etiam nobilitatem membri, ob prædictionem & connexionem: nam reliqua vt magnitudo, ſitus, color, figura, locus numerus, craſſiore Minerua explicabo, ne opus fiat infinitum, & ne vt dixi fur euadam alienorum laborum, & ne opus obſcurum & confuſum reddatur, ſimiliter & proprietates diligenter deſcribam, dicam temperamentum breuiter, aliquando verò voluptatis gratia, miracula aliorum animalium, & cuius cauſa ea facta ſint adijciam.

TEXTVS IX.

VTilitas eorum eſt duplex, ſcilicet Communis & propria. Communis eſt duplex, ſcilicet prin-

cipalis

cipalis & ſecundaria. Principalis eſt, vt conſtituentes ſubſtautiam ipſius myrach, membra intrinſeca tueantur à nocumentis extrinſecis, & caliditas eorum repellatur ad intro: ſecundaria eſt vt adiuuent ad expulſionem eorum, quæ à ſuperioribus expelluntur, & vt ad expulſionem fœtus,& fæceum cum myrach etiam adiuuent vt dicit Galenus.

Vtilitas ſpecialis eſt, quia muſculi recti ſunt facti ad attrahendum principaliter; ſecundariò ad expellendum, & quia hæc operatio in inteſtinis maximè requiritur, ideo iſti muſculi fuerant magni: expulſionem autem operantur per contractiunem villorum ſuorum, quibus contractis comprimunt membra quæ continent: & per conſequens expellunt quod in eis continetur. Item hoc faciunt gratia ſepti tranſuerſi, cum quo continuatur, quod deſcendens ad partem poſteriorem dorſi cauſa fit, quare inteſtina, & membra quæ continentur, ſint quaſi inter duas manus, & ideo quando iſti muſculi contrahuntur componitur diaphragma, ſic quod illa membra exprimunt, quod in eis continetur, ſicut aliqua res contenta inter duas manus expellitur, per compreſſionem manuum ad inuicem: quod latius infra declarabitur in anatomia diaphragmatis.

Muſculi verò lati ſunt facti ad expellendum principaliter, & propter hoc maximè approximantur inteſtinis: & quia expulſionem faciunt per compreſſionem partis, à qua debet fieri expulſio. Et expulſio debet fieri à ſuperioribus ad inferiora. Hinc eſt quod iſti muſculi magis fuerunt poſiti ſuperius quam inferius. Obliqui verò fuerunt poſiti ad retinendum. Retentio autem fit per villos obliquos vt apparet. Tertiò de virtutibus naturalibus, & quia retentionem naturam oportebat facere, ne ſuperfluitates trauſcenderent ſuperius ad locum ſuperiorem, vnde veniunt, & ne cito deſcenderent, ſed contineretur vt totum viuatiuum exſurgeretur: ideo non fuerunt tantum duo tranſuerſales ſuperiores, ſed & inferiores duo. Sed quia magis requiritur retentio ne regrediantur ſuperius, quam quod deſcendant inferius, ideò maiores fuerunt tranſuerſales, ſuperiores quam inſeriures, & etiam ad hoc facit ſeptum tranſuerſum vt poſtea dicetur.

COMMENTARIVS.


Antequàm ad textus expoſitionem deueniam, vnum præponere oportet quod ſupetius dictum eſt, omiſſiſque contentionibus ſtatuendum, arterias oriri à corde, venas à iecore, neruos à cerebro, quoniam ſubſtantia eſt ſimillima vniuſcuiuſque cum ſuo principio, licet veritas ſit, quod omnia illa oriuntur à corde, ſed commodius eſt ſequi opinionem medicorum, propter tria. Primum vt intelligamus dicta illorum, quæ aliter erunt plena confuſione: ſecundum quia tribuere omnia vni, quod ad ſenſum attinet, non ita bene ſatisfaciet, & maximè propter diſſimilitudinem aliquorum ex his in ſubſtantia cum corde: tertium quia in adminiſtratione operis oporteret diuidere cor, & loca propinqua, quaſi tonderemus ipſum. Et præterea ſciendum, quod quadruplex eſt connexio: prima cum aliquid pertranſit & non oritur, velut arteria venalis in pulmones, & vena caua dum tranſit ex iecore ad cor, imo & in ipſo iecore: ſecundus modus eſt, cum oritur ex illo, velut nerui ex cerebro, & arteriæ ex corde, & differt à priore, quoniam ſubſtantia ſubſtantiæ conuenit, & ideò ſubſtantia venarum conuenit cum corde, & non cum iecore, id enim carni aut tunicæ iecoris cũ venis, & hic ortus eſt duplex: aut cum ramis, aut ſine ramis, ſicut tranſitus eſt duplex, vel hic inde & ſine ramis, vel cum ramis, vel vt non tranſeat totã ſubſtantiam. Tertius eſt vt coniungatur cum tunica intermedia, non eſt tunc ſubſtantia diſſimilis, & vnum non ingreditur in aliud, velut cartilago oſſi, membrana carni. Quartus eſt cum adhæret, tunc membrana interſepit, velut muſculi inter ſe: liquet ergo quod ſi quis vellet tradere doctrinam perfectam, oporteret vt traderet eam ſex libris, iuxta ſcientiam & modum doctrinæ, quorum primus eſſet de oſſibus, ſecundus de cartilaginibus, & membranis, & ligamentis oſſium; tertius de neruis, Quartus de venis & arteriis, quintus de muſculis, ſextus de propria vniuſcuiuſque membri conſtructione. Poſtmodum vt conſtrueret alios quatuor libros, pertinentes ad artem, non ad ſcientiam, qui oſtenderent corpus quale ſe habet, vnum de membris naturalibus, alium de vitalibus & collo, tertium de animalibus, quartum de extremis, & oporteret vt adeſſent figuræ cum corticibus, & nos explebimus hunc librum loco quatuor illorum, qui indigeret circiter octuaginta figuris tunicatis, vt eſſent figuræ circiter quadriogeotæ. Nam quamuis Veſalius diligenter immo diligentiſſimè artem explicauerit, duo tamen

deſunt:

Digitized by Google

deſunt:primum quod humeri gratia exempli vnde habent compoſitionem nullibi explicuit, ita dico de pede,genu,ſed quatuor primos libros coniungere oporteret, ſed nec ſic imago membri quoniam eam omiſit cognoſci poteſt. Hoc autem eſt ipſum opus naturæ ignorare quod præcipuum eſt, & quæritur principaliter, nec etiam in curandis tumoribus aut vlceribus perfectam cognitionem præſtat, indicio eſt quod Veſalius ipſe iam edito opere, in incidendo aberrauit, dum pedem Cardinalis Tridentini diſſecaret, vnde breuis claudicatio ſubſecuta eſt: nihil enim vtilius in toto hoc opere, quàm habere imaginem totius membri,prout à natura conſtructum eſt. Nec hoc dixerim vt Veſalij gloriæ aliquid detraham, quem non diuinum (abſit enim hoc) appellabo, huiuſmodi faciunt hi, qui viuenti perperam adulabantur hoc nomine, rebus autem ipſis inſidiabantur & contradicebant: verum hominem ego appellabo humana conditione altiorem,& inuentis admirabilem, qui eam partem tantum omiſit vt lucro & ambitioni ſatisfaceret, qua in re omnes alios præclaros viros ſecutus eſt, quod ei male ceſſit. Gloriæ enim inter mortales plus ſatis habuit, non ſolum quam ſperauerit, ſed etiã quam concupierit, Medicus Cæſaris, Medicus Philippi Regis omnium regum quorum memoria extat potentiſſimi, ſeruato illi ſua arte à morte euidenti Carolo vnico eius filio, ita vt è faucibus orci verè rectus dici poſſet. Verùm ipſe inuidiæ ſtimulis vexatus, præpoſteram nauigationem aggreſſus, mortuus eſt paulò maior quinquageſimo anno, ſine ſobole, addictus à ſtudio litterarum, gloriam ſuam fraudauit, opes diſperſit, magnum cumulum veriſimile eſt peccatorum ſe contuliſſe, hi fructus aularum regiarum & immoderatæ cupiditatis, tam labilis boni,ſed hæc ſatis nunc ad Mundinum venio.

Vtilitas muſculorum proponitur,diuerſa multa nugatur circa hoc Galenus,quamuis clarus vir:mos enim eſt quotundam,vt vbi nomen acquiſierint, exiſtiment omnes ſententias ſuas, omnes rationes omnia verba, eſſe margaritas orientales, ſed ille gloria dignus eſt, qui gloriam hanc labilem, quæ in diuitiis & potentia & fama conſiſtit, omnino contemnere poteſt, & eundem ſeruat modum in ſcribendo,poſtquam gloriam adeptus fuerit, quem adipiſcendo ſeruauit. Vt ergo dignoſcamus vtilitatem, & vſum, diſtinguere oportet neceſſaria à non neceſſariis, & coniuncta ſeparatis, veluti ſi muſculorum ventris vſum conſiderare volueris, quædam ſunt conſequentia, quædam non conſequentia. Conſequentia dico ſubſtantiam, quod ſit carnea cum tendonibus,quod ſit longus,latus,pro magnitudine ventris; non neceſſariam rò ſint,quod ſunt duo vel quatuor muſculi vel plures,poterat enim eſſe vnus,ergo numerus hic pendet vel ex vſu alio, vel ex modo alio vtendi. Sub modo alio vtendi comprehenduntur impedimentum conſtructionis, munimen, melior vel facilior operatio,& detrimenta. Oportet ergo cognoſcere coniuncta & non coniuncta, coniuncta dico quæ neceſſaria ſunt, velut latitudo muſculi neceſſaria eſt, & coniuncta hæc nunquam variant vſum: non coniuncta dico tanta longitudo vel latitudo, & vt ita dicam menſurata hæc non variat vſum, ſed vtendi modum. Tria ergo ſunt res & neceſſaria, quæ pertinent ad vſum, non coniuncta quæ vſus variant, & non neceſſaria quæ ſunt propter vtilitatem. Vnus ergo muſculus ſatisfaceret ad comprimenda inteſtina, hic enim eſt vſus quia primo occurrit, & maximè euidens eſt, & aliis non indiget, ſed cur plures aliud eſt, cur autem octo aliud,cur ſic diſpoſiti etiam aliud, quæ cum confundat Galenus, manifeſtum eſt, veram rationem non potuiſſe exprimere. Igitur vt ad rem redeam, nihil eſt hoc ipſo manifeſtius, quam quod vſus horum ſit ad comprimendum inteſtina, & veſicam, & vterum: vtilitas autem tutela & calefactio interiorum membrorum, multitudo autem habet vſum & vtilitatem,vtilitas quidem duplex; prima communis,vt vnius functione pereunte,alterius maneret, alia vt commodius operationem perficerent,quaſi inuicem ſe iuuantibus, velut videmus, quod digiti melius comprimunt rẽ quamcunque quã palma, ſed vſus eſt,vt diuerſas partes ventris comprimamus, modo ſiniſtram verſus dextrã, modo partẽ inferiorem. Quod verò fuerint octo ex hoc



ipſo pẽdet, nã ſuppoſita lõgitudine ventris BF, latitudine BC,diſtantia AD,& dupla poteſtate ad AB:igitur ſicut neceſſe fuit, cõſtituere duos muſculos ſecundũ BC,ita quatuor ſecundũ AD,& AE,aliter non fuiſſet poſſibile comprimere ventre ab omni parte, ſeorſum,per aſcendentes enim cõprimitur pars ſuperior ventris,& per deſcẽdẽtes inferior. Tales autẽ muſculi vt rectè dicit Galenus, 10. *de vſu part.c.* 14., interſecando ſe faciunt figurã X Grecè in medio perſimilẽ,& demiror quod Curtius hoc neget,deſcẽdẽtes autẽ muſculi annectuntur oſſi pubis vt dixi,& ideò cum vinculũ illud ſit validũ,retinẽtur inteſtina, at ſi laxetur aliqua ex parte, fit id genus herniæ peſſimũ, quod vocatur enterocele, cũ inteſtina in ſcrotũ deſcendunt. Mutuum verò ſibi cõmodũ atque operã, ſeptũ tranſuerſũ atque muſculi ventris pręſtãt:in quacũque enim emiſſione per inferiora fecum, fœtus vrinæ ſeptũ tranſuerſũ prohibẽt, ne ſuperius propellãtur ac retrocedãt, & ideo in talibus maximè fecũ & fœtus emiſſione, ſolet contineri vehemẽter ſpiritus,vt contra in emiſſione magnæ vocis,muſculi recti & aſcendentes obliqui pectus deorſũ trahunt,trãſuerſi quoque ſeu lati comprimũt ventrẽ,adeò vt opinio clamandi & egerẽdi eodẽ modo fiãt:ſed in egeſtione inſpiramus aërem & nullo modo expiramus,& ſeptum tranſuerſũ trahitur ad inferiora,in clamore verò expiramus aërẽ,& nullo modo inſpiramus,& ſeptũ trãſuerſũ impellimus ad ſuperiora,& hęc eſt vtilitas,nõ autẽ vſus muſ-

lorũ ventris, ſicut ſepti trãſuerſi in emittẽdo feces. Et etiã illud animadnerſione dionũ obhoc, quod cum omnes muſculi pręter latos ſint coniuncti coſtis mẽdoſis, & coſtæ inuicem coniunctæ ſcilicet legitimæ cum ſpuriis, & in motu thoracis dilatentur & conſtringantur coſtæ legitimæ, igitur & ſpuriæ ſimul, ergo omnes muſculi præter latos vt dixi, ergo & venter, & ita in reſpirarione mouetur venter, ſicut pectus, & idem in eqnis, ſed ſi ſint aſmatici, longè magis venter quam pectus, cuius cauſam licet pendeat ex dictis, non eſt tempus vt doceam. Non eſt mirum quod Mundinus erret cum Galeno, 5. *de vſu partium cap.* 11. cum velit motum fieri iuxta naturam fibrarum, & quare ergo fibræ in muſculis longis, imo vt dixi fibræ conſequuntur motum, quia fiunt diuulſo membro, non autem motus fibrarum naturam. Vnum eſt notatu dignum, quod dicebat Galenus *Quinto de vſu partium cap.* 14. dum dixit, quod membra naturalia trium ſunt generum, alia concoquunt vt iecur & ventriculus, alia excrementa excipiunt vt lien & renes, alia continent & expellunt, quamdiu oportet adiuuando facultates innatas membrorum continentium, maximè talia excrementa, vt muſculi ani pro retinendo feces, & ventris pro expellendo: melius ſanè feciſſet ſi quartum addidiſſet genus, ſcilicet deferentium, vel ad membrum vel à membro, nam gulam & venam cauam in quo horum genere collocabit: Componuntur ergo iſti muſculi ex tribus partibus ſimplicibus, ſcilicet membrana, carne, & ligamento, tribus vero aliis communibus ſcilicet neruo, vena, & arteria, quamuis vt dictum eſt ſuperius, aliqua ex his in quibuſdam deſint, ſed illa tria nunquam. Nam quod de adipe proponitur à Galeno *in libro artis medicæ* non eſt neceſſarium hic connumerare, primum quia non eſt pars neceſſaria, ſecundum quod magis refert, quia adeps non eſt membrum, quia non eſt pars animata corporis noſtri, & creſcit & decreſcit ſine detrimento manifeſto, imo plane oritur & aboletur, nec ſentit nec nutritur verè, adipes autem ſunt ſpecies carnis, vt ſint tantum quinque membra ſimplicia, detractis illis duobus ſcilicet caro, cartilago, ligamentum, & membrana. Ego vero ſtatuam ſeptem partes proprias, ſcilicet ſimplices, ex quibus erunt ſex membra, os & cartilaginem, carnem quæ duplex eſt, muſculoſa & glandoſa, membranam partem propriam cuiuſque membri, quam vocant παρέγχυμα, vt ventriculi lienis, quæ plurimum differt à carne, adeps quę non eſt membrum vt dixi, ſeptimo loco eſt ligamentum de quo magnum eſt dubium, an ſit eiuſdem generis inter cartilagines, ſeu oſſa, & inter membranas & muſculos, nam illi qui oriuntur à membranis, ſentiunt etiamſi neruus eis non inſeratur, qui verò oriuntur ab oſſibus, non ita, ſed non eſt locus hic diſputandi de his, volui ſolum vt intelligeres vtriuſque naturam.

TEXTVS X.

ELeuatis autem & abſciſſis muſculis iſtis, apparet Siphac: & melius eſt vt in vna parte reſeruentur iſti muſculi, propter illud quod poſt ea oportet videre, de extractione aquæ ab hydropico. Iſtud Siphac eſt panniculus ſubtiliſſimus, & valdè durus, & iſte fuit factus, vt prohiberet ne muſculi comprimerent membra naturalia, & ea contineret: & propter hoc fuit neruoſus & durus, vt poſſit dilatari & conſtringi, quando illa dilatantur: & fuit ſubtilis, ne ea aggrauaret: & fuit durus ne faciliter romperetur: nam ex eius fractura accidit paſſio, quæ dicitur ruptura ſeu crepatura: intumeſcit enim hoc myrach cum rumpitur hic Siphac.

Sunt etiam eius alia duo iuuamenta, quæ Princeps ponit *in libro de animalibus cap. de anathomia ventriculi* ſcilicet vt per contractionem eius verſus dorſum, cum quo alligatur, expellat illud quod in ſtomacho & in inteſtinis & in matrice continetur: & hoc facit ſimul cum diaphragmate, cum quo continuatur vt poſtea patebit.

Aliud iuuamentum eſt, vt alliget inteſtina dorſo, & vt ab ipſo vniuerſaliter oriantur membranæ omnium aliorum membrorum in eo contentorum.

Alia vtilitas, ſecundum Galenum *Quinto de vſu partium cap.* 2. eſt, quod prohibet inteſtina à ruptura quando inflatur à ventoſitate.

Et ex his apparet quæ ſit ſubſtantia ipſius Siphae, & temperatura eius: apparet quæ ſit eius poſitio, quantitas, & numerus partium, apparet quis ſit vſus, & quæ vtilitates ipſius.

COMMENTARIVS.

Libenter in ſuperiore narratione dum de myrach ſermo haberetur, in quo Mundinus Siphac pro quinta parte connumerauit, ipſum Siphac excluſiſſem, vt eſſent tantum quatuor partes multis rationibus. Prima quod myrach & abdomẽ idem ſunt, velut peritoneum & Siphac, ſed peritoneum ſub abdomine non continetur, abdomen enim cutim, cuticulam, pinguedinem,

&

& membranam carnoſam, quæ ſunt quatuor tantum partes, continet: ergo neque myrach continet Siphac, Princeps quoque *vigeſima ſecunda tertij* vnum ab altero diſtinguit, vt vnum ſub altero non contineatur, muſculi quoque ventris cum non contineantur ſub myrach, neque inter eius partes numerentur ab ipſo Mundino ideſt vt Siphac, qui eſt ſub muſculis inter eius partes poſſint numerari. Hic ergo error ex duobus erroribus ortum habuit, primus quoniam Galenus ignorauit membranam carnoſam, vnde ex hoc Princeps eam inueniens, neſciuit cui illam adnumeraret, & an eſſet vel non eſſet. Mundinus autem deteriores habuit tranſlationes Galeui, quam Princeps, vnde etiam magis errauit, nec potuit corrigere Principis errorem. Sed quanto abeſt vt corrigat Principem per Galenum, cum Galenus ipſe in eadem membrana carnoſa vt dixi aberrauerit, adeo vt gratias immenſas Veſalio debeamus, qui nos è tantis tenebris primus & diligentiſſimè, ac penè miraculosè liberauit; ſecundus error fuit, quod cum abdomen duo habeat ſignificata, vnum proprium, & apud Medicos, & continet ſolum illas quatuor partes, aliud commune quo apud Poëtas ſignificat quatuor illas partes, ſimulque peritoneum & muſculos, Iuuenalis.

Montani quoque venter adeſt abdomine tardus.

Et rurſus,

Atque bonam tenera placant abdomine porca.

Dicebatur abdomen à lacte iam abdito, & Plinius Hinc cenſoriarum legum paginæ interdictaque cænis abdomina, glandia, teſticuli, vuluæ, ſincipita verrina, vt tamen Publij mimorum poëtæ cœna, poſtquam ſeruitutem exuerat, nulla memoretur, ſine abdomine etiam vocabulo ſuminis ab eo impoſito: & Cicero *in Piſonem* Ille gurges atque helluo natus abdomini ſuo. Quin etiam Celſus *lib. 4. cap. 1.* videtur in hoc ſenſu accepiſſe nomen abdominis, nondũ tam ſubtiliter vt reor, cognita diſſectione, quoniam ſolum ex vulneribus partes hominis cognitæ erant; inquit enim, ipſa autem ilia inter coxas & pubẽ imo ventre poſita ſunt: à quibus à pube abdomen ſurſum verſus ad præcordia peruenit: ab exteriori parte, euidenti cute ab interiori, leui membrana incluſum, quæ omento iungitur, περιτόναιον autem à Græcis nominatur. Pluribus egimus in huiuſmodi quod principia quantò prolixiora fuerint ac magis explicata, licet tractatio prolixior videatur, nihilominus totum poſtmodum tanto breuius redditur, ideo accuratè circa principia immorandum eſt, vt non ſolum clarior quod omnes norunt, ſed etiã breuior quod pauci arbitrãtur hiſtoria euadat. Itaque vt ad propoſitum reuertar περιτόναιον vel à περὶ & τείνω quod eſt circumtendo circumtenſum, vel à περὶ & τονόω quod eſt circũ firmo vel circum roboro, circũfirmans dici poteſt ſeu circumroborans, ſi ita dicere licet, & certè hæc ſecunda interpretatio magis ad rem eſt, cum haud dubiæ vſus eius ſit, vt omnia membra incluſa circumnectat. Hinc patere poteſt, cum omnifariam villis componatur vilos à motu, quod ſæpe dictum eſt generari, mouetur enim in omnem partem ſeu diuellitur à muſculis ſupradictis, ipſe motum omnino non habet, aut obſcuriſſimum; ad quid enim motus illi, cum tot habeant muſculos ſupra ſe, ſi enim vt repugnet vis eſt ei roboris pars vigeſima, quæ in muſculis, ſi vt adiuuet.

Non tali auxilio nec defenſoribus iſtis.
Tempus eget.

Latinè nullum proprium nomen habet. Galenus *Quarto de vſu partium* ſex enumerat ſuo modo vtilitates, nos verò vt diximus, magis ex methodo & clarius explicabimus. Prima igitur eſt, vt cũ muſculi plures facti fuerint, vt melius comprimerent, nam plura melius comprimunt, & quò ad robur, & quò ad æqualitatem roboris, quam vnum; vnum verò oportet eſſe quod æqualiter comprimat, vt in compreſſione neceſſarium ſit, vt plura vni ſuperſtent quæ comprimant, & vnum pluribus ſubſtet, quod comprimatur, & compreſſum æqualiter comprimat, ſicot videmus ad vnguem in torculari, in quo duæ vites (& ſi plures eſſent adhuc exactius fieret opus) comprimunt tabulam ſubiectam, quæ vna eſt, ea vero ſic compreſſa æqualiter comprimit quod ſubiectum eſt, vt oleum, vel vinum exprimatur. Ergo muſculi vicem gerunt vitium torcularis, peritoneum autem tabulæ, inteſtina vero ſacculi continentis oliuas vel amygdalas. Secunda vtilitas eſt, vt inteſtina & iecur & ventriculus ſint tutiora, primum ab offenſa externa, quam excipit primum tunica illa, quæ licet tenuis ſit valde, tamen eſt prædura, vnde maximè hoc vſu euenit apud Turcas, qui viros cedunt ſuper ventrem: offenderentur enim plurimum omentum & inteſtina, niſi à peritoneo circumtenderentur. Hic non obliuiſci oportet præclariſſimæ vtilitatis, cuius dum Galenus minima ſectatur, obliuiſcitur, idque eſt, quod vt diximus muſculi annexi coſtis, qui ventrem mouent, inſpirando illum eleuant: motus autem reſpirationis voluntarius eſt, & longè maior, quam muſculorum ventris, & ideo licet eleuare ventrem totum, adeò vt diſtet ab inteſtinis ferme per palmum, qua fit, fit naturæ prouidentia, vt cum multi vulnerentur in ventre, paucis inteſtina offendantur. Eſt etiam vtilitas viſceribus, quoniam leuis eſt & æqualis, ſecus à contractu muſculorum inæqualium, & non adeo leuium magis offenderentur, vt etiam iecur, magiſque eo ventriculus. Tettia vtilitas eſt, vt peculiariter quibuſdam viſceribus tunicam producat, veluti ventriculo & veſicæ prout ſuo loco oſtemus. Quod verò compreſſis inteſtinis flatus exprimatur, & ceſſet dolor, hoc potius munus eſt muſculorum

ipſorum, vt dixi quam peritonei, & certè præcingere ſtrictè citra dolorem talem, non ſolum iuuat ad excutiendum flatum, vt *Duodecimo artis curandi* de ruſtico illo, ſed etiam adiuuat ad coctionem. Subſtantia eius diuerſa eſt, namque impertitur veſicæ & vtero, craſſior eſt, quoniam illa membra perſæpe violentius extenduntur, vnde tantò minus eorum ſubſtantia propria extenſione debilitatur, quantò tunica peritonei ſuſcipit magis hunc laborem. Dicebat Philoſophus *Tertio de partibus animalium cap.* 11. Membrana inquit, talis ſuapte natura eſt, denſa eſt vt arcere poſſit: carne vacat, vt vaporem nec trahat nec habeat: tenuis prætenditur, vt leuis ſit, & nihil ponderis afferat.

TEXTVS XI.

REſtat autem videre de paſſionibus eius: poteſt autem venter pati omne genus ægritudinis, ſcilicet malam temperaturam, malam compoſitionem, & ſolutionem continuitatis: de cura malæ temperaturæ nihil dicam, quia non habet proprium in ſua curatione quod ex anatomia dependeat.

Mala autem compoſitio, quæ eſt tumor præter naturam, in ipſo eſt duplex: quædam eſt apoſtemans, & quædam non. Prima non habet aliquod præcipuum, niſi quod in eruptione eius, ſi rumpatur ad intra & extra, hæc eſt peior, quam ſi rumpatur ad vnum latus tantum: & cauſa patet, quia natura non habet ſupra quod ſe fundet in cõſolidãdo vulnus.

Mala autem compoſitio quæ non eſt apoſtema, eſt inflatio ipſius ventris, quæ accidit in hydropiſi, aſcite, vel timpanite. Nã in aſcite aquoſitas continetur, in concauitate ventris, inter inteſtina & ſiphac, ſicut in timpanite ventoſitas continetur, & facit intumeſcere myrach. In curatione eius debes procedere cum his quæ ponunt auctores.

Modus autem qui maximè dependet ex anatomia, eſt extractio aquoſitatis per inciſionem. Modus autem eſt vt partem myrach, quam modo incidiſti, reducas ſuper inteſtina, ita quod ſtet ſicut in viuo: & poſtea hydropico ſituato ſupino debes cutem trahere ſuperius, & poſtea nouaculam habere, & perforare vſque ad Siphac: & tunc ſtatim debes habere cannulam, & ponere in foramine, & extrahere de aquoſitate, quantum ſuſtinet patiens: ſemper tamen ſis memor, quod melius eſt infra ſubſiſtere, quam exquiſitiſſimè euacuare: & ſpecialiter in hydropiſi propter debilitatem virtutis, poſtea dimitte cutim quia redibit ad locum ſuum, & recooperiet vulnus aliorum, & ex aqua amplius non exibit: de ipſa verò quando vis extrahere, plus de aqua retrahe cutim ſicut primo. Iſtud tamen vulnus non facies niſi à lateribus, inferius non in medio. Primo quia vulnus factum in medio, non ita citò conſolidatur propter peritonei in ea parte craſſitiem & duritiem maiorem, quam in lateribus. Secundo propter chordas, vulnus eſt paratum ducere ſpaſmum. Tertio quia aqua melius egreditur, quia grauis eſt tendere deorſum. Si verò venter patiatur ſolutionem continuitatis, tunc aut illa ſolutio eſt penetrans in profundum, aut non. Si non tunc non eſt cura difficilis, ſi ſic tunc per vulnus aut egredietur aliquid de contentis, aut non: ſi ſic, aut illud quod egredietur eſt zirbus, aut aliquod inteſtinorum ſi zirbus tunc debet ſui cum ſerico, vel ligari iuxta cutim quantum poſſibile eſt, & poſtea abſcindi: quia de ipſo quantum contingit aër corrumpitur, & ſi intromittatur putrefit, & putrefacit alias partes, & ideo debet ligari, poſtea abſcindi: & poſt illud debet intromitti, & filum dimitti extra, & dimittere labium apertum, quia natura conſolidabit zirbum, & expellet illud quod eſt cum filo alligatum: hoc facto debes conſolidare vulnus.

Si verò illud quod egreſſum eſt, eſt inteſtinum: tunc aut inteſtinũ eſt vulneratũ aut non: ſi non eſt vulneratũ, & neque ſubſtantia alia eſt ei inuoluta, quã citius poteſt, debet intromitti. Si verò aliqua ſubſtantia vt puluis eſt annexa, vel etiã ſanguis debet lauari cum aqua calida & intromitti: ſi verò propter morã ventoſitas ſit incluſa in eo, & ex hoc intumeſcat, & non poſſit intromitti, tunc cataplaſma reſolutiuum vel ſpongia madefacta in decoctione reſolutiua deſuper poni debet, & detumeſcat, & ſic intromittatur. Si autem non poſſit detumefieri neque intromitti, tũc dilatetur vulnus myrac, donec inteſtinũ intromittatur.

Cum

Cum autem inteſtinum fuerit inciſum, tunc ſi ipſum fuerit ex groſſis inteſtinis, debent labia eius ſui cum ſerico ſicut labia aliorum membrorũ: ſi verò ſit ex inteſtinis gracilibus, tunc non ſuſtinet ſuturam, niſi ſit profunda valde, & talis impediet operationem eius. Et propter hoc melius eſt, vt teneantur coniuncta labia vulneris, cum capitibus formicarum magnarum iſto modo: debent enim labia inteſtini coniungi manibus: & debes habere formicas magnas, & facere quod mordeant labia coniuncta vulneris, & abſcindere caput ſtatim, & ſic facere donec labia ſint iuncta: & tunc intromitte inteſtinum vt prius: hoc facto ad curandum ventris ſolutionem redi, & iſtud vulnus curari debet cum reductione labiorum in vnum, & reducta contineri, cum ſutura facta ſerico hoc modo. Nam in prima ſutura in vna parte, accipe totũ myrach cum ſiphac, ex oppoſita vero parte accipe ſolũ myrach, in ſecunda vero ſutura in parte in qua dimiſſum fuit ſiphac, capias myrach & ſiphac, & in parte in qua in prima ſutura accepiſti ſiphac cum myrach, accipe ſolum myrach, & dimitte ſiphac, & ſic conſequenter: ad hoc vt labium ſiphac iungatur & reducatur labio membri carniformis, vt fiat certior & firmior conſolidatio vulneris: & eodem modo cura vulnus ac ſi per ipſam nihil ſit egreſſum, & hoc de anatomia myrach quod eſt membrum continens.

COMMENTARIVS.

In curatione aſcitis videndum eſt, quando & quomodo curari debeant (nam de abſceſſu & apoſtemate remitto te ad contradictiones) quando cum ſanati poſſunt primum aliter præter commune damnum, ſcilicet quod morituri ſunt ſolis prognoſticis relinquendi. Hippocrates & Galenus: non ſemel accedit quod auxilia valida & crudelia vix laudantur à vulgo cum æger ſeruatur, quátò minus cum peribit, imo referunt medicos Roma pulſos, quod carnificinam exercerent: ita enim appellabat vulgus oſſa radere, terebrare, carnes putridas præſcindere, & ſimilia, ſed eſt tertium maius incommodum quoniam celerius moriuntur, & longe celerius aliquando, adeò vt qui poſſent ſuperuiuere, per tres menſes præcipuè tempore veris pereant intra quatuor dies, aut ad ſummum intra nouem, De cauſa dictũm eſt *ſecunda Aphoriſmorum Com. 26.* Alia conditio vt conueniat eſt, cum alia auxilia non proſunt, ideo bene dicebat, rectè oportet vt fiat hoc ab initio, cum alia auxilia non proſunt, quia tunc ſeruantur ambæ conditiones requiſitæ, vtilitas quia virtus eſt valida, & ita æger poteſt ferre, neceſſitas quia alia auxilia non conferunt. Vnde notandum eſt, quod ſectio ſæpe per ſe eſt vtilis, quia euacuat materiam noxiam, & hoc agendo confert omnibus membris naturalibus, quibus illa materia noxa eſt. nam aqua illa putrefacit omentum, corrumpit iecur & debilitat, ſed & ventriculum, nocet etiam renibus dum homo decumbit in dorſum, aut ſi multa fuerit, & omnino eſt mala merx: detrimenta verò ſunt quod refrigeratur iecur & ventriculus, & omnia viſcera ex ingreſſu aëris, & hoc eſt commune. Secundum damnum eſt, quod vires debilitantur in exitu ſine opere naturæ, longè magis quàm ſi per vrinam vel per aluum propellatur: tertium damnum eſt quoniam in omni morbo mortali cum cura non poſſit ſanare, neceſſe eſt vt abbreuiet vitam. Cum ergo hydrops fuerit ex tumore iecoris duro, non poteſt curari teſte Galeno, multo minus ex ruptura vreterarum & emulgentium, & duro abſceſſu in renibus, ideo debemus hanc operationem adminiſtrare cum his conditionibus. Prima vt non ſit aliqua ex illis quatuor in cauſa; ſecunda vt ſit ab initio, Tertia vt tentaueris medicamenta præcipua, iuncta cum ratione victus, & non contulerint menſurando ventrem in ſingulos dies? Quarta vt venter creuerit manifeſtè, nam ſi intelligat principium ita, vt venter nondum creuerit duos errores ſimul admittes. Primum quod non educes materiam niſi paucam, & cum difficultate, ſecundum quod venter tunc eſt ſanus, ideo magis læditur à vulnere: de modo autem ſi fieri poteſt, tempus veris eſt optimum, poſt æſtatis r æſtatis quidem principium melius eſt, vt fiat mane hora ſecunda diei, corpore ieiuno, aut aſſumptis ſolum mali punici granis, & aluo exonerata; tertia vt fiat in loco calido mediocriter, ſed ſuper locum ſit patella ignis, & fiat ſedendo in loco alto, ita vt poſſit extendere crura, & à tergo habeat ſellam arctam, cum puluinari, vſque ad caput decliuem paululum, in qua iam aſſueuerit per aliquot dies, ita vt prorſus ſit ſine labore, & tamen homines contineant ipſum molliter, & fiat inciſio à parte dextra, ſi lienis tumor in cauſa fuerit, aut in ſiniſtra, ſi non fuerit tumor lienis, & inciſio fiat cum ære non ferro, aut cum auro ære temperato, & non pungatur, ſed incidatur ſenſim, & tamen fiat orificium anguſtum, & non niſi vt aqua effluere poſſit, & non tamen permittatur exire, ſed ſtatim introducatur canalis argenteus multiplici folio inauratus, & educatur tantum vt omnino non ſentiat læſionem, qualis eſt deliquium animi, vertigo, obtenebratio, ſitis repentina, faſtidium,

ſudot ſponte manans, denſitas ſpiritus, grauitas capitis, laſſitas crutium, demum ne medicus ſentiat, neque debilitatem in pulſu, neque magnam varietatem, nam de parua neceſſarium eſt vt adſit, & ſit locus in quo fir foramen quatuor digitis ferme ſuper os pubis, & ferme medius inter ilium & medium ventris quam ilio: & vt ſi locus carnoſus maximè, minimè membranoſus, & permittatur aqua exire prima viee non multum, ſecunda & tertia magis, donec venter detumeſcat, ſemper minus detrahatur, & non peruenias ad finem detractionis cum canali, ſed interim procura, vt per aluum aut per vrinam, donec venter exſiccetur & exeorietur paululum in parte inferiore, nullo modo in ſuperiore, ita vt ſingulis diebus perfecta operatione detrahas canalem, & ſicces bene vulnus cum goſſipio, & ſtatim cutis ſuperior incumbet cum parte carnoſa inferiori, & claudetur orificium, quod debet estendi in latitudinem, & poſt hæc ſubito ponatur reſupinus in lectum, ſub parapetaſmate, & permittere quieſcat ſaltem per horam, antequam ſumat cibum, qui ſit valde mollis, coctus, potu modico aut quaſi nullo. Alius modus curandi habetur ab Aetio, & eſt etiam ſecutior & magis vtilis, per ferrum candens, in quinque locis, ſuper iecur & lienem, & ſub vmbilico dextra & ſiniſtra, & ideo pendet totus ex anatomia, quia oportet vt fiat è regione iecoris & lienis, & vt penetret vſque ad muſculos, ipſos, non tamen tangat peritoneum. Tertio vt fiat in parte carnoſa, non memini de quinto loco, quia cum ſit è regione ventriculi, & in medio, plus adducit doloris propter neruoſas partes rectorum muſculorum, & tamen parum educit aquænam ex aliis ſolet multa effluere, adeo quod aliqui prorſus deplorati exiſtimabant ſe ſanatos, & reliquerunt me, & poſtmodum mortui ſunt, & in his eadem ratione vtendum eſt victus, & prouocandi vrinam, & quieſcendi in lecto, niſi ad incipiunt ſanari, & radix cucumeri ſanguini, ex quo fit electorium præparatam cum melle, aut erythrodanum cum ſpica inda & radice cardi: ſunt illa duo vltima, quæ ſi non iuuenr ad manus auxilium deueniendum eſt, ſi cætera adſint. Reliqua de vulnere omenti & inteſtinorum vera ſunt, licet Curcius contradicat, videte Galenum *Sexto methodi cap.* 4. de illis tribus modis ſuendi vulnera ventris.

TEXTVS XII.

REſtat videre de anatomia contentorum. Hæc autem membra ſunt numero decem. Primum quod occurrit eſt zirbus: ſecundum inteſtina: Tertium ſtomachus: Quartum ſplen: Quintum epar: Sextum meſenterium. Septimum renes: Octauum veſica: Nouum teſticuli, & vaſa ſpermatica, & matrix in muliere. Decimum eſt virga cum collo veſicæ.

De zirbo autẽ primo quod oportet videre eſt locus eius: locus enim eius in homine eſt, quia cooperit ventriculum ab anteriori parte, & omnia inteſtina: hoc fuit quia homo inter cætera animalia eiuſdem quantitatis eſt debilioris digeſtiuæ virtutis: & etiam quia inteſtina nociuis exterioribus ſunt magis diſpoſita propter cutem eius ſubtiliorem eſſe & minus piloſam.

Ex hoc etiam poteſt patere ſecundum, ſcilicet quod ſit eius iuuamentum. Iuuamentum enim eius eſt principaliter iuuare functionem concoctricem ventriculi & inteſtinorum, retropellendo calorem naturalem, ad ſtomachum. Et propterea dixit Galenus *Quarto de vſu partium cap.* 9. quod quidam fuit vulneratus cui epiloon id eſt zirbus fuit abſciſus: tamen ex vulnere ſanatus eſt, ex quo tamen poſtea non potuit concoquere. Et ex his conſequenter patet tertium inquirendum de ipſo ſcilicet, de ſubſtantia eius. Subſtantia eius non fuit ſimplex ſed compoſita & fabricata ex ſubſtanriis quæ habent calefacere & propterea fuit compoſitus ex triplici ſubſtantia, ſicut dicit Galenus *Quinto de vſu partium cap.* 2. ſcilicet ex panniculis ſubtilibus duobus, & ex adipe ſepoſa, & ex arteriis & venis. Primo vt ipſi panniculi continerent alia: & etiam quia iſte zirbus debuit eſſe extenſioni aptus leuis & denſus, vt caliditatem retroagat, & ad hoc magis poteſt ſubſtantia membranea quam aliqua alia. Secundo in ipſo fuit adeps quæ calefacit, cum ſit valde propinqua caliditati vel impotẽtia ad calidum. Tertiò arteriæ & venæ quæ multum calefaciunt.

Ex hoc patent reliqua duo, ſcilicet qui ſit numerus partium eius, & quæ ſit connexio eius, nam colligatur membris ad quæ terminantur, vt ventriculo & ſpleni & inteſtinis: & ſpecialiter colon propter cauſam quæ dicetur.

Habet etiam connexionem ad membra à quibus. Oritur namque

ex

ex dorſo à panniculo à ſeptotrãſuerſo otto: & cauſa quare inde oritur eſt: quia ad locum illum terminantur duæ extremitates panniculi ſiphac, quæ debent tegere zirbum, & ſic etiam ibi eſt vna vena magna: & etiam eſt arteria à quibus iuxta ſtomachum oriuntur venæ paruæ, & arteriæ contexentes zirbum.

Tertio ibi eſt meſaræum ſepoſum, à quo oritur adeps ſepoſa, replens vacuitates illius texturæ: quæ autem ſit ipſius ægritudine declaranda per anatomiam ſuam patet ex iis quæ dicta ſunt ſupra.

COMMENTARIVS.

Ponuntur membra contenta ſub peritoneo, è quibus primum eſt omentum latinè, zirbus arabicè, ἐπίπλοον Græcè, & de hoc agit Ariſtoteles *Tertio de Hiſtoria animalium, cap.* 14. & *Quarto de partibus animalium cap.* 3. & *Galenus Quarto de vſu partium cap.* 9. membrana eſt hæc obducta multo adipe; quæ tegit partem ſplenis atque ventriculi, atque inteſtina ipſa, vtilitas prima eſt concoctionem adiuuare, vnde narrabat Galenus loco adducto cuidam gladiatori, cum exciſa fuiſſet pars omenti, deterius in poſterum concoxiſſe, adnaſcitur autem ſeu integit non ſolum prædicta membra ipſi iecori, plerumque, non toti ſed extremæ parti, quæ eſt ad coſtas mendoſas, attingit etiam ipſas coſtas ſpurias, vt etiam animaduertit Galenus *ſexto de anatomicis aggreſſionibus cap.* 5. conſtatque membrana quæ ὑμένα Græcè dicitur pinguedine venis & arteriis: eſt etiam commune, vt omni membranæ humor quidam adhæreat lentus ac quaſi mucus, ergo exortus videtur iuxta vndecimam thoracis vertebram, ex propaginibus peritonei, ad dextram ventriculi partem imam, & iecoris cauam, cauamque lienis vbi etiam reflectitur: tum vero initio ieiuni & colo, vbi ventriculo ſubiacet, quoniam meſaræo deſtituitur, ideo in canibus non tegit colon vt in hominibus, mediocriter in ſimiis, de ortu illius agit Galenus *Quarto de vſu partium cap.* 11. Veſalius *libro Quinto c.* 4. admonet nos omentum non obtendi anteriori parti imi ventriculi, & raro ad pubis vſque os etiam deſcendit, dicitur autem ἐπίπλοον quaſi innatans quoniam ſuſpenſa membrana ſit, & ab eo ἐπιπλοκήλην genus ramicis: deſcendit enim licet non generaliter quandoque non ſolum ad os pubis, ſed etiam vſque in ſcrotum, vt in quibuſdam ramicoſis expertum ſe teſtatur. Conſtat illud oriri infra ſeptum ex peritoneo, vbi arteria magna deſcendit & cauam primum tangit: alligatur dorſo tota ſui longitudine, & ad os pubis peruenit: ei reſpondent figuræ *in Quinto libro. Veſal. lib.* 5. *cap.* 4. tres ex poſteriori parte in anteriorem tendit alligatum ventriculo, colo, iecori, lieni, creſcit in immenſum &c. ergo venas à porta non à caua tantum excipit, excipit & neruos, ſed & habet corpus glandoſum, & quod mirum videri deberet, ſed non eſt, ſcilicet quod fibris omnino careat, nam id ratione contingit, namque vt dixi fibræ fiunt ob motum extenſionis, at ipſum caret hoc motu & tali neceſſitate: ſecunda verò vtilitas eſt, vt integat inteſtina. Tertia verò vt ventriculum dorſo & iecur ac lienem ventriculo, tum verò colon vt firmet, atque hac de cauſa membraneus factus eſt, vt ob duritiem contineat, tenuis vt non grauet, plenus arteriis & venis ac pinguedine, vt foueat concoctiones, atque calorem viſcerum. Contingit enim inteſtinis quod carni in lebete contentæ, quæ dum feruet non minus coquitur à vapore retento ſuperius, quam ab igne inferius ſubiecto. Verum vſus ipſe eſt, vt tuto arteriæ & venæ portæ rami & nerui, deferantur ad lienem, ventriculum, duodenum inteſtinum, ac coli partem: quomodo enim aliter & maximè tutò deferri poſſent hæc ſine huiuſmodi auxilio. Hic verò dubitatum eſt, an pinguedo iuuet ad coctionem cum frigida ſit maximè congelata; aliud dubium eſt an homo debilem habeat coctionem, cum calidiſſimus ſit, atque in his multis modis ſe implicant. Coctionem enim à calore fieri neceſſe eſt. Equidem vt vtriſque occurram dubitationibus; ſcire decet calorem tepidum optimè ſeruari, atque operari in molli ſubſtantia non liquida, non dura, liquida quia diſſoluitur, dura, quia non aptè applicatur, indicio eſt pluma, lana, goſſipium, quæ vbi ſemel receperint teporem, diu atque optime ſeruant, reddúntque vicem corporibus humanis, ita vt ſimul calefaciant & caleſcant, ergo homo cum inter ſanguinea animalia mollicie omnibus præſtet; conueniens eſt vt maximè tepeat, præcipue in prima ætate ſua ſcilicet puerili, abundétque calore, ſimilitèr & pinguedo, non ſolum vno modo ſed duobus adiuuet coctionem. Primum quidem obturando meatus, ne calor diſſipari poſſit, ſecundo cum calefacta non liquefacta calorem auget, non intendit. Omne enim calidum etiam applicatum, tametſi calorem mitiorem efficiat adauget, tum ſecundum ſubſtantiam, pingues ergo etſi minus bilioſi minuſque ſanguinei ſint, melius tamen concoquunt, & calidiores ſunt multitudine ſubſtantiæ caloris, bilioſi autem contrario modo: ergo in homine coctio minus viget, quàm in lupo vel equo, carnis crudæ aut fœni comparatione, non quia illa animalia calidiora ſint multitudine ſubſtantiæ, ſed intenſione gradus, quo dura diſſoluere poſſunt. Eſt etiam illud conſiderandum, quòd membra humana patiuntur à duris, & ideo non poſſunt ita bene concoquere, eſt tertia ratio quia tranſitus ille in homine eſt longior, vt cibus

reduca

reducarut ad temperamentum humanum, quia caro humana eſt perfectior & propotrio diſtantiæ eſt ignota, & forſan eſt longè maior quam exiſtimemus. Ideò notandum, quod qui credunt animos noſtros eſſe mortales, coguntur ponere longè perfectiorem & mobiliorem hominis ſtructurum, quam qui ponunt immortales. Accedit quod homo non eſt perfectior quia calidior, ſed quoniam elementa in illo magis ſunt refracta & remota à natura propria, quam in vllo alio miſto: eſt enim homo extremum perfectionis & nobiliſſimum miſtorum ſaltem, ſecundum totum & ſecundum cor, nam de aliis partibus non eſt certum, veriſſimillimum tamen eſt de cerebro. Sed contingit dubitatio magna, quia ſi homo habet elementa maximè remota à natura ſua, ergo habebit maximè intemperata vtpote aquam calidiſſimam, & terram humidiſſimam, hoc autem conuenit potius metallicis quam homini, item ſequitur quod dabitur generatio quod nos negamus. Reſpondeo quod elementa hoc modo perueniunt ad hominis compoſitionem, & ita etiam nutrimentum tranſit in carnem, & oſſa primum quidẽ reducuntur ad temperamẽtum ſingula, & miſcentur ad inimam & ita eficõiunt gratia exempli ficum, & ideo cibi temperati facillimè concoquũtur ab homine, & optimum præſtant alimentum ob ſimilitudinem. Cum vero concoquuntur in ventriculo & tranſeunt in chilum, rurſus illa elementa magis diuiduntur, & in minima, & ideo melius permiſcentur, & calor cœleſtis melius ſibi aſſimilat, & ideo chilus eſt temperatior, tenuior, denſior, & vim cœleſtem magis manifeſtam habet quam ficus. Vides autem quod omnia hæc ſe conſequũtur ex vno principio. Et cum rurſus ex chilo fit ſanguis, eadem repetuntur, & rurſus cum ex ſanguine fit & ideo membrũ mẽbrum eſt temperatiſſimum in ſuo genere tenuiſſimum & denſiſſimum, & relucet in eo vis caloris cœleſtis admirabilis, ac ſi eſſet ſine ſubiecto, aut cum ſubiecto cœleſti, nec fit generatio, aliter eſſent plures generationes quod eſt abſurdiſſimum. Habet autem omentum, duas tunicas, vt ſit robuſtius, & neruos recipit ex ſexto pari: caro verò glandoſa quæ eſt in eo, eſt ad munimentum arteriarum, & venarum, & neruorum quoniam ſic videmus etiam in meſaræo, quoniam natura hoc munimento vtitur ad ſecuritatem eorum, quæ longius traducuntur, vt ſecurius poſſint deduci in longum proceſſum. Sed dubium non leue relinquitur, cur reddantur iſta vaſa robuſtiora ex interpoſitione carnis glandoſæ, hoc opus, hic labor eſt, nam ſi tranſirent per carnem, illam poſſemus dicere eſſe cauſam, vt vaſa illa per id intermedium fierent breuiora, quæ vero breuiora ſunt ſunt firmiora, ſicut videmus experimento in lignis & funibus. Dicendũ eſt ergo, quod licet tranſitus non ſit per glandẽ ipſam, ſed prope tamen ſtratũ illud craſſius, & quod poteſt melius extendi, & quod ſuſtinet, iuuat ad tutelam ipſorum, quæ deducuntur tam neruorum, quam etiam venarum & arteriarum, ideo patet.

TEXTVS XIII.

ELeuato autem zirbo quantum ad partem quæ cooperit inteſtina, & non plus ne moueas alia membra à ſuo loco, ſtatim tibi apparent inteſtina. Circa quæ primo notabis poſitionem & numerum: fuerunt enim plura inuoluta & reuoluta: & non fuerunt vnum inteſtinum rectum propter duo.

Primum quia dato quod in quibuſdam animalibus brutis tantum ſit vnum inteſtinum rectum vel recte procedens· In homine autẽ & in aliis animalibus perfectis fuerunt reuoluta, vt diu cibus contineretur, oporteret quud animal eſſet in continua aſſumptione cibi & in continua aſſellatione: & continuatio illa impediret ocupationem in aliis perfectioribus operationibus.

Secunda cauſa fuit quia ſi inteſtinum fuiſſet totum vnum rectum, non quælibet pars cibi fuiſſet contacta à ſuperficie inteſtini: & ideo inteſtinum non ſugiſſet totum humidum contentum in cibo: vt igitur nihil remaneat de cibo in tactum ab inteſtinis: & vt totum vtile exugeretur, ordinauit natura inuolutionem. Ex hoc ſtatim apparet quod ſunt plura numero: quia ſex: tria ſubtilia & tria craſſa.

COMMENTARIVS.

Ex inteſtinis primum Duodenum vocatur, quia duodecim eſt digitorum: alterum Ieiunum quod vacuum ſit: tertium gracile quod etiam Ileon vocant tametſi propter Ileos morbus ſit, qui circa hoc inteſtinum oboritur: quartum eſt, quod ideo Monoculum appellant, quoniam vnum tantum habet orificium, ex qua parte colon oritur, Deinum eſt Rectum inteſtinum. Reſident ergo inteſtina ſuper oſſa ita conuoluta, vt mirum ſit, munimenta tamen eorum ſunt peritoneum primo ſubſtratum quod ob leuitatem ipſa lædi non permittit ſecundum eſt pinguedo ſubſtrata tertium eſt omentum quod retinet illa ne diffluant maxime in ſuperiore parte vbi annectitur, quartum ſunt muſculi obliqui deſcendentes maximè qui continent ea: quintum eſt anguſtia peritonei ſeu partis eius quam

vocant

vocant didymum quæ deſcendit in ſcrotum, nam ea pars dilatetur, inteſtina defluunt infra in ſcrotum. Et ſanè mirum eſt cur anatomici non quæſierint de cauſa huius laxitatis, quam forſan illi exiſtimant eſſe parui momenti cum non ſit leuis: ea autem eſt quoniam ſi inteſtina conſtringerentur magis læderentur quam laxa, quia perſæpe ſunt plena excrementis duris quæ ſi inuicem obuiarent magnos inferrent dolores: implentur etiam flatibus vnde melius fuit vt eſſent libera & non conſtricta, & etiam cum vtero fert mulier extenduntur in longum magis & cum ventriculus impletur nimio plus in latum. Omnium inteſtinorum breuiſſimum eſt in homine cecum ſeu monoculum vocant, poſt eſt rectum paulo breuius duodeno quod diximus eſſe duodecim digitorum, ſed neque ieiunum eſt longum adeo, vt hæc quatuor inteſtina vix impleant longitudinem cubiti cum dimidio. Colon autem longum eſt vſque ad duos cubitos cum dimidiu aut paulo plus minuſve: ita quinque hæc inteſtina vix tamen excedunt quatuor cubitos quamuis colon iudicatur longum, quia recta extenditur & occupat totum ventrem, & etiam quia eſt craſſum valde & latum & concameratum ſed longiſſimum omnium eſt ileon & plerunque in homine eſt circiter tredecim cubitorum, & peruenit quandoque ad quindecim, vel ſexdecim cubitos, & etiam plus, tamen longe rarius torquetur doloribus vehementibus quam colon & longe rarior eſt iliaca paſſio quam colica: ſi tamen contingat difficilius ſoluitur iliaca paſſio quam colica, quia ilion eſt longe anguſtius colo, & iliaca ſæpe interficit vt coli dolor ſæpe curatur. Hæc ſcio poſſe argui tanquam dicta extra propoſitum ſed tamen erant neceſſaria ob inſtitutum ſermonem de inteſtinorum longitudine, quam naturam adeò magnam fecisse conſtat in homine, tametſi ratione ſtatutæ non adeo conueniret illud obſeruans quantum homo negociis præter cætera omnia animalia mancipatus ſit. Cæterum cur tria ſuperiora ſcilicet duodenum ieiunum & ilion dicantur tenuia, reliqua ſequentia craſſa, poſſunt multæ aſſignari cauſæ: prima quia latiora & ideo craſſa appellari ſolent communi modo loquendi, cum res etiam inanes ſolemus cum plenæ ſunt appellare craſſas, velut etiam farcimina & botelas, cum enim ſunt plena ſtercore capiendo contentum etiam pro continente inteſtina poſſumus appellare craſſa, aliter craſſa dici creduntur quia feces contineant craſſas & duras, Galenus enim ſolet appellare duras feces craſſas, eſt & alius modus quo dicuntur craſſa quoniam inferiora vilos habent rectos ſuperiora autem non habent, at quærunt cur illa habeant, hæc non, iam dixi vilos non facere motum ſed motum eſſe cauſam vilorum. Cum ergo inteſtina ſuperiora non trahant ergo non habent vilos ſecundum longitudinem, non trahunt autem, quia ſi traherent, cibum incoctum ex ventriculo deſcendere cogerent, quod maximo eſſet detrimento hominibus: at inteſtina craſſa potuerunt habere illum motum tum quia poterant iuuare inteſtina præcedentia onerata fecibus durioribus quod erat valde vtile. Dicta etiam ſunt craſſa quoniam colon inter reliqua cum ſuis illis caſulis præcipuè craſſioris videtur eſſe ſubſtantiæ, neque abſurdum eſt quod colon ex eiſdem conſtituatur vilis quantum ad genus vtpote tranſuerſis ſolum, & tamen ſit craſſius, quia vt dictum eſt, non membrum è vilis fit, ſed vili in membro fiunt caſu quodam ideſt, iuxta motum: dicemus autem ſpecialiter de hoc infra; poſſunt etiam dici craſſiora inteſtina quoniam cum tunicis quas ex peritoneo recipiunt craſſiora redduntur. Par autem erat inferiora eſſe craſſiora quia magis extenduntur, & ideo magis laborant ſecundo quia feces duriores recipiunt, & ideo ſunt magis obnoxia eroſioni, & lacerationi: tertio quoniam premuntur ab aliis & ideo par erat tanto eſſe craſſiora quanto maius ſuſtinent pondus, ſed quarta cauſa eſt efficacior reliquis & eſt quod iecur exonerat materias prauas & corruptas magis ad illa quam ad tenuia, & licet aliquis dicere poſſet quod exonerat bilem naturaliter ad duodenum, ergo ad tenuia, reſpondeo quod inteſtina non læduntur à naturali excremento ſed vix atque ægrè ſtimulantur ad excernendum, excrementa verò præter naturam iecur mittit quanto inferius poteſt, vt minus lædant, quæ etiam tranſmittuntur in ſuperiora inteſtina non quieſcunt, ibi ſe ſtatim tranſeunt de loco ad locum deſcendendo vrgentibus inteſtinis, & licet non prodeant ſtatim hoc contingit propter longitudinem inteſtinorum iam dictam, vnde materia illa primum quanto magis deſcendit tanto deterior euadit ob moram & corruptionem: ſunt enim ichores putridi qualis in febribus, nam in eis ſunt ex eadem materia & putreſcunt magis quia ſunt extra locum proprium, & miſcentur diuerſis excrementis corruptis, & ſi retineantur erodunt inteſtina, & ſi eiiciantur aſſiduè ante formam cuiuſdam coctionis primum debilitaur vires ex aſſidua eiectione quæ fit per muſculos ventris, & maxime ſi ſurgat æger ſingulis vicibus & etiam quod magis refert retinetur pars craſſior & tenuior vnde oritur in inteſtinis vlcus, & iuxta anum tineſmus & mala grauia, inditio eſt, quod videmus in fluxibus ventris ferme omnibus

cum eroſio accidit decidere partes inteſtinorum craſſiorum, & vehementer laborare circa anum pauciſſimis tenuiorum ob cauſam dictam.

Sequitur vt videamus quare inteſtina ſint plura, & reſpondeo quod præter colon eſt rectum, reliqua non differunt niſi ſitu vel caſu quoddam veloti duodenum à longitudine duodecim digitorum, In quod etiam immergitur fellis meatus: de monoculo autem ſeu cæco cum tempus erit dicemus: cauſa verò cur ſint tam longa & arcta eſt eadem quæ circumuolutionis, ſcilicet vt concoctum alimentum diſtribuatur facile ad hepar atque hoc primo, ſecundo verò vt alimentum reſideat in inteſtinis, & ideo Galenus *Quarto de vſu partium cap.* 17. parum aduerſatur Mundino, & lis eſt in verbis, ſed dubium eſt de virtute retentrice alias commemorata, quoniam Galenus videtur eam ponere Tertia Aphoriſmorum, quanquam non libere, & Quarta particula & ſexta ſed nullibi expreſsè, ſed cadit circa hoc pulchra dubitatio & eſt, an retentio fiat cum motu & ad hoc reſpondet Auerroes, quod motus eſt duplex, vnus manifeſtus, & alter occultus: manifeſtus eſt quotiens medium cedit mobili velut lapis in aëre, alter eſt quotiens non cedit velut lapis ſuper tabulam, nam lapis ille verè mouetur ita dico de retentione fecum ad vnguem: retinentur enim cum motu ſed moto occulto, dupliciter ergo retinentur feces in inteſtinis, ſine motu ſimpliciter à facultate inteſtinorum, & ſine motu manifeſto à villis longis atque tranſuerſis, dum illi trahunt, hi comprimunt ſecundum Galenum, nam ego vt dixi non puto aliquam operationem fieri per villos. Sed diceris ſi inteſtina retinent virtute propria non per villos, & retinendo faciunt ipſos villos, & omnia inteſtina retinent, quia omnia membra, habent quatuor facultates, ergo omnia inteſtina imo omnia membra habebunt villos obliquos: ergo neceſſarium eſt dicere quod operationes fiunt per villos: & villi per operationes. Dicendum quod inteſtina non habent operationem retinendi feces neque facultatem ſed alimentum proprium, & operatio reſpectu proprij abiecti non efficit villos: ventriculus enim non habet villos propter alimentum ſuum ſed propter chilum & feces, & ita inteſtina nullo modo retinent feces neque motu occulto neque manifeſto, & propterea non habent vilos obliquos. Alia dubitatio eſt quoniam ſi inteſtina non habent vim retentricem reſpectu fecum neque excrementi præter naturam, quare ergo in fluxibus ventris apponuntur emplaſtra aſtringentia reſpondet Curtius quod propter venas meſaraicas non propter inteſtina, & hæc reſponſio eſt vera ſed ab ipſo defendi non poſſet qui concedit quod inteſtina habent vim retentricem ſine motu etiam fecum Poſt modum Curtius reprehendit & iure merito eos qui in colica ex duris fecibus apponunt emplaſtra emollientia & olea, nam talia debilitant facultatem expultricem ſine dubio & non poſſunt mollire feces propter duplicem tunicam inteſtinorum, & craſſam & ego laudo ipſum in hoc: ſed mouet aliam dubitationem quia *ſexta Methodi cap.* 4. dicit Galenus quod inteſtina ſunt neruoſæ ſubſtantiæ, ſed in ſexta Aphoriſmorum dicit quod habent carnoſæ ſubſtantiæ plurimum. Propterea cum ibi loquatur de ventriculo & inteſtinis, aliud eſt quod habeant carneam ſubſtantiam ſcilicet adiunctam, aliud quod ſubſtantia illorum ſit carnea cum ſit neruoſa. Generaliter verò tennia habent molliorem ſubſtantiam & ideo ſunt magis ſubiecta doloribus & vehementioribus ob hoc, ſed tamen rarius incurrunt illos quoniam materia quæ continetur omnino à duritie aliena eſt: ſunt etiam ſubtilia inteſtina prædita pluribus venis quam craſſa vt melius exſugantur. Quocirca contraria ratione inteſtina craſſa pauciores habent venas & duriora ſunt.

Illud quoque conſideratione dignum tunicam interiorem eſſe multo longiorem latiorémque exteriore quanto tenuior eſt illa, vt rugas contrahendo continere chylum melius poſſit: Et vt minus à fecum aſperitate læderetur.

TEXTVS XIV.

INcipiamus ergo ab vltimo quod vocatur rectum vel longum: cuius extremitas eſt orificium quod vocatur anus. Sed vt anatomia aliorum non deſtruatur, ligare oportet inteſtinum iſtud circa medium eius in duabus partibus: & in medio ligaturæ incidere & inferiorem partem dimittere & cum ſuperiori aſcendere ſeparando tunicas. Et nota circa iſtud inteſtinum multitudinem venarum meſeraicarum quæ veniunt ad ſurgendum ſi aliquid eſt de humiditate in chylo vel de ſuperfluitate remanſit: & iſtud inteſtinum iuxta ilia finit: vbi incipit inteſtinum colon.

COMMENTARIVS.

Situs eius rectus eſt vt feces facilius deſcendant, nam quandocunque, opus eſt ipſas retineri, retinentur in aliis inteſtinis ſuperioribus, ibi non retinentur niſi ſiccitate ſua & à muſculis ani, ſed ſi fex liquida ſit aut actis nihil protſus retinetur, ſed ſtatim exit & in quibuſdam in quibus non concluditur anus perfecte deturpantur interulæ, & non eſt auxilium & ego inueni quendam Florentinum, qui voluit mihi dare ducentos coronatos vt ſanarem ipſum, & non ſum auſus recipere conditionem: etam enim iouenis ſed poſtmodum comperi experimento, quod poſſunt ſanari igne adhibito: nam ſi bene adurantur contractis muſculis ad ſua principia concluditur anus vt vix volentibus feces exeant. Similiter & iuuat valde vt vtantur cibis aſtringentibus, & exſiccantibus. Illud non prætermittere oportet quod dicebat Princeps, inteſtina craſſa eſt obducta pinguedine intus, tenua autem mucoſo humore: de muſculis autem ani iuſra dicetur.

TEXTVS XI.

ET dicitur colon, quia plura cola habet, vel cauernoſitates vel cellulas, vel cameras in quibus ſtercus figuram accipit, & in ipſo retinetur propter has cellulas. Circa quod inteſtinum debes conſiderare locum, quia multum circa ſiniſtrum renem inuoluitur: & hæc eſt cauſa quare eius dolor ex parte loci non diſtinguitur à dolore renali Poſtea verò aſcendens, & cooperiens ſplenem, incipit circa exteriora declinare rurſus partem dextram, & cooperit ventriculum: & propter coopertutam, quam facit ſupra ventriculum, accidit quod quaodo ſuperfluitates deſcendunt ex hoc inteſtino, quod ſtomachus ei compatitur, & dolor, & rugitus, tunc temporis apparet circa ſtomachũ, & tunc ſtatim homo appetit aſſellare & aſſellat. Quod nõ cõtingeret & ſi in ſtomacho eſſēt humiditates, quæ facerent hunc rugitum & dolorem, & ex hoc patet quare accidit, his qui purgantur, quod ſyncope eis accidit, quando appetunt cacare. Vel humores in inteſtino hoc continentur, qui debent euacuari: quia tunc illi humores in inteſtino, eo contenti vexant ventriculum & os eius, & ex vexatione oris eius ſequitur ſycope.

Sed dubitabit aliquis meritu de loco huius inteſtini, cum ſit de craſſis, deberet eſſe inferius & non ſupra alia: cuius oppoſitum apparet. Dicendum quod iſtud inteſtinum fuit locatum ſuperius, iuxtà ſtomachum propter tria: Primum quia iſtud ignobilius eſt omnibus gracilibus & ideo ſub myrach inter omnia gracilia debuit poſitum eſſe exterius. Secundum, quia iſtud inteſtinum continet fœces, & aliquando indurantur: & de ſe priuatum eſt omni humido & calure naturali, vt à membris vicinis adiuuantur ordinauit nanatura, vt hæreret ipſi ventriculo, vt cooperiretur à zirbo, à quo & ventriculus cooperitur: quia & zirbus ipſum humectat & calefacit: & propterea apparet quod non eſt aliud inteſtinum, cum quo alligatus ſit zirbus, ſicut cum colon.

Tertia cauſa huius locationis eſt: quia iſtud inteſtinum proproprie eſt factum ad continendum & expellendum fœces, ſed magis ad expellendum: & ideò inter alia inteſtina ad ipſum proprie debuit peruenire bilis, quæ habet expulſiuam ſtimulare: modo propter hoc quod ſic locatum eſt bilis, alia ad ipſius ſubſtantiam peruenit, etiam præter illa quæ ad concauitatem inteſtinorum fluere ſolet. Nam ſupra ipſum, in parte dextra exiſtit lyſtis pennula hepatis, in qua exiſtit cyſtis fellis, cum quo alligatur: & hoc apparet ad ſenſum. Et propterea tale inteſtinum in tali loco apparet citrinum, vel ſubnigrum & amarum in guſtu. Et nota circa hoc mirabilem operationem naturæ.

Aliud quod obiicitur, ſoluitur, quod inteſtina non indicantur ſuperiora, ratione loci: ſed ratione colligantiæ, quam habent cum ventriculo, vel eius fundo, modo inteſtina gracilia ratione colligantiæ ad ipſum, ſunt ſuperiora aliis. Ex loco ſuperiori iſtius inteſtini apparet cauſa quare in dolore colico, augetur dolor tempore aſſumptionis cibi: quia tunc iſtud inteſtinum comprimitur à cibo: ſed tempore famis non ſed intenditur dolor renalis: & hoc eſt vnum ex

ſignis diſtinguentibus, inter vnum dolorem, & alium.

Et ex loco & colligantia dicti inteſtini apparant nobis duo, vnum vtile in cognitione, aliud in operatione: in cognitione: quia quando fit collica paſſio incipit in parte ſiniſtra: & in illa magis moleſtat: tunc quia inteſtinum illud frigidius eſt illic, cum non tangatur à cyſſo fellis.

. Secundò quia in maiori quantitate eſt locatum circa renem ſiniſtrum; & eſt ſtrictius: tamen illa colica quæ fit in parte ſiniſtra, non tandiu moleſtat: tum quia fit à cauſis facilioribus: tum quia cauſa eius eſt in loco viciniori ad expulſionem: & nota hoc quia per experientiã, vidi multoties.

Quantum ad opus verò confert. Primò quia in colica ea quæ adminiſtrantur ad extra debent magis applicari & approximari, circà hypochondrium ſiniſtrum, quam dextrum, licet vtrobique conferant. Secundò quia quando fit clyſter melius eſt, vt corpus declinet verſus dextrum, vt inteſtinum colon non comprimatur ab aliis: poſtea iniecto clyſtere vertat ſe ſuper latus ſiniſtrum, & ibi per aliquod tempus moretur: & poſtea paulatim ſuper dextrum ſicut in expulſione, quæ debet fieri per potionem adminiſtratam per ſuperiorem partem, & è contra quando incipit mouere: & hoc eſt de loco & colligantia eius.

Subſtantiam verò eius conſideres craſſam, & ſolidam: & propter flatum generatum in eo multo tempore continet, quæ in eo vehementem interdum generat dolorem; qui cum fiat in ſubſtantia craſſa & ſolida apparet ac ſi inteſtinum terebello perforetur. Et etiam in hoc ſimilatur dolor huius, dolori renali. Quartò conſiderare debes figuram eius & formam, quæ apparet ex dictis: concameratum enim eſt inteſtinum, & in cellulis iſtis: quia via, & tranſitus multum obliquantur: fit cauſa moræ ſuperfluitatum, quæ in eo figuram recipiunt ad modum illarum cellularum: & ideo ſtercus figuram habet, quam ſcis: figura maximè apparet in ſtercore deſiccato & retento: vt in febribus, & aliis ægritudinibus in quibus eiiciuntur ſquibalæ, & humores flegmatici, vt plurimum in illis retinentur: & ſunt materia cucurbitini. Nam in concauitate cellularum eſt humor flegmaticus multus, qui eſt ſufficiens materia generationis vermium: & ſi, inter vnam cellulam & aliam continetur paucus humor, qui non ſit ſufficiens ad generandum panniculum continuantem vnum vermem generatum in vna cellula, cum alio in alia cellula generatio. Operatio iuuamentum, & ægritudo ipſius ex prædictis patet.

COMMENTARIVS.

Circa ſitum inteſtini coli animaduertendum eſt, quod tranſit iuxta renem ſiniſtrum, adeò vt fermè tangat illum & hæc eſt cauſa quod dolor colicus aliquando renalis eſſe videtur, ſicut contigit Galeno, qui narrat ſemetipſum deceptum in dolore coli, quem exiſtimauit eſſe renalem, non tamen adeò facile eſt decipi in renali exiſtimando quod ſit colicus: quoniam renalis non vergit ad partem anteriorem, ideò ſolum contingit decipi cum vterque dolor adeſt. Similiter rarò contingit decipi in dolore renali, cum fuerit à latere dextro. Sicut tamen propria ſigna, quæ diſtinguunt: retentio vrinæ vel paucitas, dolor acutus, vel pungens & à ieiuno moleſtior; cauſæ verò, quod ſuperequitet ventriculum è regione vmbilici; efficiunt quod epoto medicamento, vel etiam ſine illo homines reiiciunt bilem linquuntur animo, dicunt etiam de ſyncope, ſed rarò hoc accidit, eſt quia ille humor prauus & cum motu, aliter non niſi ſit venenoſus, afficit per communem tunicam, ideſt per contactum tunicatum, inuicem neruos ſexti paris, & promouet illa ſymptomata: vnde ſtatim deiiciunt materias corruptas, & aliqui euomunt cibum caſu acceptum, aliqui bilem, ipſam quæ defluxit ad ventriculum, in conturbatione magna quotieſcunque temperatura eſt cicrocholis, & ventriculus imbecillis, ſicut etiam in Aphoriſmis de vulnere capitis. Cauſa ergo quod tranſeat per latus ſiniſtrum, eſt vacuitas loci. Sed cauſa quod ſit ſub ventriculo eſt, quoniam tegit alia inteſtina, & ipſum poteſt conſolidari, ſi vulneretur non illa, alia cauſa eſt vt humectentur fæces quæ durari ſolent, tum à pinguedine, tum ab his, quæ in ventriculo continentur: tertia cauſa eſt quod meatus felix, perueniens ad colon adiuuaret etiam ad caliditatem concoquendi cibum, ſed pace ſua dixerim, neque Galenus: *Quartò de vſu partium c. 5.* vllam inuenit cauſam neque Princeps, *ſextadecima tertij cap. 1.* quicquam inuenit, vel veriſimile, cum cauſa ſit manifeſtiſſima, non ſolum, ſed coniunctionis, & eſt, quia ventriculus eſt magnum membrum, & ſolet onerari multo cibo & potu ideò indiguit ſede magna, craſſa, firma ſolida,

quæ

quæ omnia conueniunt ſoli colo, eſt enim ſiomnm puluinar, quia conionctum de magnitudine) nullum inteſtinum accedit ad dimidium, quod ſit ſolidum, oſtendit ſubſtantia eius adeò craſſa, durum autem efficiunt, feces duræ in eo contentæ, & ideò ob hoc, qui habent aluum mollem, multum debilitantur, ſi à cibo, & maximè multo, & potu ambulare cogantur: An verò aſſumpto cibo, coli dolor exacerbetur, vt Princeps verè ſentit, an non, quia Galenus hoc ſignum *ſexto de locis c.* 1. non meminit demiror hominum pertinaciam qui malint perdere humanum genus vt Galenus vindicetur ab obliuione vel ignorantia, & forſan quod excidit librarij vicio, ſed non amor Galeni ſed ſumma. Malim accuſari Galenum millies & meipſum modo iuſtè (ita me Dij ament) quam filium hominis ſaltem probi probumue interire: ergo illud ſignum Principis veriſſimum eſt quatenus ſigna medica poſſunt eſſe certa, & ratione demonſtratur, nam locus prabitur & qualiſcunque offenſio in membro doloroſo dolorem ſtatim generat aut adauget: ſecundo propter ſimplicem conſenſum quia eſt vnamet ſubſtantia, ideo etiam magis lædit in ileo, quia eſt propinquius iuxta conſenſum ſimplicem, tertio quia pyſolus obtruditur & non poſſunt exire flatus, qui in omni colica qualiſcunque ſit abundare ſolent. De ratione curandi manifeſtum eſt quod debent applicari auxilia vbi dolor eſt. Quod ad immiſſionem clyſterium omnes volunt vt Princeps Quarta Primi & Decima ſexta Tertij, & Raſis in cura colicæ volunt vt poſt æger ſtatuatur ſupinus & in ſiniſtrum latus: Mundinus autem vult quod ſtatim inclinetur ſuper dextrum latus & in hoc reprehenditur à quibuſdam, qui optimum conſilium non intelligunt, & illi tamen docebant maximis præmiis, & dico quod modus Mundini eſt optimus quoniam ſi æger maneat ſupinus aut ſuper latere, impoſſibile eſt vt clyſter progrediatur in colon multum, & ideo non iuuabit & ſtatim eijciuntur tales clyſteres. Intelligit ergo Mundinus quod eleuentur pedes & iaceat æger ſuper latus dextrum paulisper, donec aſcendat clyſter vltra renem ſiniſtrum, & tunc modo non impediatur ab obturatione liberabit ægrum aut ſaltem plus iuuabit quam decem clyſteria ſimilia immiſſa vt præcipit Princeps qui non animaduertit hoc. Et cum volumus vt quieſcat poſtmodum clyſter iaceat ſupinus Et cum volumus vt exeat poſtmodum conuertat ſe ſuper latus ſiniſtrum. De ſigno autem quod ſit fixus dolor, dico quod fixus poteſt intelligi ſicut acus infixa, & quia non moueatur ex illo loco vnquam & quia non moueatur aſcendendo & deſcēdendo: viciſſim hoc modo eſt proprium colici moueri viciſſim: renalis autem eſt fixus ſecundo etiam modo renalis plerumque eſt magis fixus colico, adeo vt viderim aliquos (male curatos tamen) quorum dolor renali ex lapide (lithiaſin Græci vocant) durauit ferme per tres menſes. quorum vnum ex familia lanceorum nomine Simonem curaui in paulo plus quam ſex horis ex ſcientia anathomica. Nec dolor renalis vnquam aſcendit ſed ſolum deſcendit, niſi nouus lapis aut noua materia, & ideò in male curatis vix eſt modus cognoſcendi qualitatem morbi, quanto minus verè prædicendi; ſed quod ad acutiem attinet, renalis ſemper fermè eſt acutior, fallit tamen in colica ab humore valde acuto, pauco à quibuſdam generibus venenorum, à vitreo humore, à lapide genito in inteſtinis, ſed hoc eſt rariſſimum & ſi generatur in colo ſed rarò, frequentius autem in cæco, in quibus illud inteſtinum eſt longum & arctum, non eſt enim abſurdum quod in talibus generari poſſit ſicut dicemus infra de veſica felis, & ego curaui quendam executoris Mediolani, qui curatus fuit à multis medicis mecum, ex dolore in loco cæci inteſtini perpetuo, forſitan trium menſium, & doleo quod non inciderem iam mortuus eſt, & maxime quia per annum ante illum ſenauctam ex eodem morbo, ſed extra vrbem: erat enim Gallarate ſeu Gallareate vt aliqui volunt, & fuerat in cura medicorum aliorum non tamen vrbicorum, & per duos menſes nihil profecerunt, quinimo morbus ſemper grauior factus eſt, & forſan in talibus deſperatis rebus non malum eſſet ſecare ventrem, donec inteſtinum poſſet tangi, & ſi quis adducat periculum dico quod eſt maius in caſtratione & extractione lapidis ex veſica, ſunt tamen argumenta hicinde. Cauſa quod factum ſit concameratum hoc inteſtinum à multis creditur explicata, ſed hæc vt reliqua tranſeunt craſſa minerua, deinde admirantur tanquam res diuinitus inuentas, & iſtud non eſt verè ſcire, ſi quis enim quærat à te cur ergo non deſit loco eius facultatem contentricem, qua feces contineret vel ſolam vel auxiliatricem, dico rationem eſſe quam Galenus ſi viueret etiam legeret, ſcriptam vix intelligeret, eſt autem eiuſmodi cum opus eſſet propter diuerſitatem ingeſtorum validiſſima virtute expultrice, quia ſecus omnes fermè perirent in pueritia minore deuoratis oſſibus fructuum, tum lapillis oſſiculis aliquando etiam numulis æreis, ex aduerſo neceſſe erat vt feces in eo diu continerentur ad nutritionem, & maximè deambulantibus nobis, equitantibus, equum torrorem currentibus, ſalientibus, natura non poteſt facere duas facultates contrarias, quæ ſe habeant vt habitus & priuatio validiſſimas ſolo temperamento, nam cor etſi habeat virtutem expultricem & attractricem, attractricem quidem habet validiorem expultrice, etſi etiam eſſent æquales nihil refert, quia non ſe habent vt habitus & priuatio, ambæ enim fiunt, at retentio, expulſio vna fit cum motu maximo, alia cum ſumma quiete: non ergo potuerunt fieri ex ſolo temperamento & maxime quia expulſio fit ab humido, retentio à ſicco, ergo opus fuit vt faceret in altera earum quod

prodeſſet & compoſitione, fecit igitur concamerstum, at ſi concamersrum futurum erat, oportebat eſſe robuſtiſſimam vim expultricem, aliter decepta fuiſſet natura, in expellendo ooxia. ergo ſi vis expultrix neceſſario erat robuſtiſſima pauca cooesmeratio, non fuiſſet ſufficiens ad retinendum feces in tempote ſtimuli, ſed neque vna ſatisfaciebat ad retinendum. Propterea neceſſarinm fuit naturæ, vt faceret concamerationes valdè ſinuoſas, & plures, ſed ſic poſtmodum non potuiſſet facultas expultrix expellere excrementa maxime dura, quia plus poteſt compoſitio in huiuſmodi operationibus primis, quam temperatura; ergo oportuit naturam facere colon valde lstum, & ita obſtare compoſitiooi per compoſitionem, ſic enim vtrique facultati ſatisfieri poteſt ad vnguem, vt in mechanicis, ſitus ergo coli totus eſt propter ventriculum, nam cum debeat eſſe loco puluinaris, vt ventriculi fundus, qui maximè laborat, ſtabilem ſedem habere oporteret, neceſſe fuit vr colon aſcenderet vſque ad locum illum, & tranſiret ex dextro latere io ſiniſtrum, ſi enim fuiſſet totom ab voo latere, non potuiſſet tantum psttem ventriculi complecti, neque adeò æqualiter; quare verò appropinquet veſicæ felis, sdeo vt sb illa maculetur color, & ipſi iecori, ſolerter illud factum cſt à natura, quia cum contineret magnam partem excrementorum compoſitotum, ex vtili & inutili, opus babuit multo calore quis concoctio & excretio fiunt ſolum à calore & neque medioeri ſed magno, nam attractio & ſi fiat à calore non tamen sdeo magno, retentio verò etiam à frigiditate & ſiccitate circa tationem doloris, quia dicit quod appster ex flatu, ſicut dolor ex terebello, quis ſubſtannia eſt craſſa & ſolida iſtud prætermittirut, cum ſit magna conſideratione dignum, de ſolida enim perſpicuum eſt, ſed non pstet tamen cauſa, de craſſitie autem nec cauſa aſſignatur, neque effectus adeò certus eſt, quia eriam in inteſtinis tenuibus ſentitor dolor, quaſi terebrantis, & tamen non ſunt adeò craſſa. & ideò dico quod diſtinguendum eſt, quia io dolore terebrante tria ſeotiuntur, acuties, durities & profunditas, hæc noo poteſt eſſe tanta in tenui ioteſtino, quanta in craſſo. reliqua doo pendeot ex duritie ſubſtantiæ cum enim durum non poſſit facile ſepstari, niſi per exigusm partem, ergo dolor videbitur pungeos. in punitione enim pats exigua læditur, & quia durum non cedit niſi duro vel molli vehementer comptimenti, cum pars dura dolet plerunque videtur ſentiri durities, quia quod vehementer comprimit, ita vt ſubſtantia dura cedere cogatur, tametſi molle ſit, quod comprimit ſpeciem duræ rei refert. Vltimo dicit, quod humot qui io eo continetur, facit ad generationem vermium, vel ſi exiguus ſit ad generatiooem tunicæ inuoluentis, vermes pro qoo ſcieodum, quod omne animal generatur in aliquo vtero.

Sed bic vterus eſt triplex aut enim eſt perfectiſſimi animalis, & tunc vterus continetur in fæmina animalis eiuſdem generis, velut in homine & equo, vel eſt mediocriter perfecti animalis, & tunc vterus ille generatur in animali. ſed extruditur foras, & eſt pellicula ſeu tunica quæ intra corticem oui continetur, huiuſmodi animalia ſunt, aues, piſces, ſerpentes, lacertæ, ſed in bis diſcrimen eſt, quia oua facta ſunt in auibus, ſolum ratione finis, ſcilicet, vt non cogerentur pregrauari in volatu, dum vtero gererent pullos. at in piſcibus & ſerpentibus fiunt oua, propter imbecillitatem caloris naturalis iodicio, eſt quod, quæ ſanguinea ſunt ex bis, vt Delphini & cete pariunt animalia, noo oua. Sed imperfectiſſima animalia babent vterum genitum in putredine, & hoc quia anima illius animalis dirigit calorem ſolis, vt in materia generet, primò membranam, quia vterus præcedit generatiooem fœtus, & ideò materia & vterus ſimul generantur, vterus enim ſi propter materiam. ergo oon aote materiam generatur, ſed neque poſt, quia illam non poſſet continere, & ita generantur vermes & alia, qoorum materiam neceſſe eſt eſſe valde calidam, aliter nou poſſent cum tam infirmo vtero perfici. fœtus ergo omnis materia eiuſmodi animalium *& oleum præcipue ex bis deſtillatum confert doloribus.*

TEXTVS XVI.

HOc autem inteſtinum continuatum eſt in parte ſuperiori, cum monoculo, ſiue cæco, quod dicitur monoculus, non quia niſi vnum habeat orificium per quod attrahitur ad ipſum, & per ipſum expellitur: quia hoc eſt impoſſibile: ſed habet duo orificia, vnum per quod attrahit, alterum per quod expellit. Illud autem per quod expellit, non eſt ſicut in aliis contralocatum primò: ſed ambo locata ſunt iuxta ſeinuicem: & infra hæc orificia pendet lacuna huius inteſtini, ad modum ſacci. Ideo alio nomine vocatur ſaccus & ſic apparet eius figura & coniunctio, & locus etiam: quia locatum eſt in latere dextro ſupra & iuxta terminum anchæ, ſiue ſciæ, & infrà renem dextrum. Subſtantia eius eſt eadem cum ſubſtantia colon ægritudinem etiam patitur ſimilem ei. Iuuamentum eſt, vt pars ſucci, quæ venit ad ipſum, in eo retineatur, & reuoluatur, & vt deſcenſum prohibeat citum ipſius ſucci ab inteſtinis ſuperius.

COMMEN

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

De vermium generatione, plura eſſent dicenda, nam quod generentur in cæco & colo inteſtino, ratio ipſa ſuadet, quoniam generatio fit ex quiete materiæ, materia autem non poteſt quieſcere, niſi in duobus inteſtinis, propter cellulas coli & cæci longitudinem, vbi tamen in homine hoc inteſtinum habeat euidentem magnitudinem, generantur autem ex humore crudo & pingui, multo cum calore, & ideo in voracibus & febribus maximè peſtilentibus generantur vermes, & credendum eſt, quod velut in locis paluſtribus, ex putredine generantur ranæ, & rubetæ, anguillæ & ſerpentes, ita etiam in humanis corporibus tempore peſtis maximè generari vermes, qui ſunt de natura ſerpentum, generantur autem, & rubri, & nigri, qui ſunt deteriores & candidi plani ad longitudinem decem ſeptem & viginti duorum brachiorum, ſiue ſint veri vermes, ſiue materia inanimata, ſeu congeſtio vermium, inferunt tamen dolorem, & efficiunt abominationem cibi & ex his corrumpunt habitum, & à dulcibus non generantur, quatenùs dulcia ſunt velut à Saccharo, neque melle, ſed ſolum trahuntur verſus ventriculum, vbi efficiunt conuulſionès & Syncopim & animi deliquium, ſed generantur à carne maximè elixata, & à fructibus humidis velut ceraſis, & ideo ficus & ceraſa & lac peſſima ſunt in pueris: quia ratione humidi abundantis & crudi generat illos, & ratione dulcedinis trahuntur ad ſuperiora, & peſſimi ſunt ficus ſicci, adeo vt viderim nobilem puerum, qui ex magno vſu illorum mortuus eſt ex vermibus in quatuor diebus. Hic caderet dubitatio, an vermium generatio ſit vtilitatis alicuius cauſa, & reſpondeo quod non, quia multa generantur ex neceſſitate materiæ & agentis: quod ſi quis obijciat, quod fiunt à natura, ergo alicuius vtilitatis cauſa, reſpondeo quod non fiunt in corpore vtente bono regimine, ſed per errorem, ſicut de lapide generato in renibus & veſica, de quibus ſtultiſſimum eſſet dicere velle, quod generentur ad deuitandum maius malum, cum nihil poſſit contingere deterius lapidibus illis. Propterea dicendum eſt, quod natura omnia facit vtilioris cauſa per ſe non in comparatione ad proprium ſubiectum, quo enim ad ordinem vniuerſi melius eſt eſſe lapidem, quam arenam & vermes, quam illuuiem; in comparatione autem ad proprium ſubiectum, optimè agit, vbi nec impedita fuerit, & ſubiectum illud ſecundum rationem rectum fuerit. Sed his relictis quæramus propriam cauſam, quare ſit factum cæcum inteſtinum in pleriſque animalibus quadropedibus, & cur quam paruum in homine, & hic licet videre ſtuporem ſcribentium, quia obliqui veritatis, dum ſectantur ambitionem, & nugas, & contentiones, & auaritiam, & fauorem principum, & vulgi, nihil iam tot annis inuenerunt, cum res ſint ſub oculis: & ideo dico quod animalia maximè quadrupedia cum eſſent in periculo, ne deſtituerentur alimento, maximè in hyeme, oportebat eis penu in corpore fabricare. Iſtud igitur oportebat vt fieret aut in ventriculo, aut in iecore, aut in inteſtinis tenuibus, aut in colo, aut in membro ad hoc deſtinato: in ventriculo non poterat fieri, quia corrupiſſet cibum ſuperuenientem, & ab eo corruptus fuiſſet, neque in iecore; corrupiſſet enim ſanguinem; neque in inteſtino colo, quia non fuiſſet de promptum, vt purum traheretur à iecore, ſed miſtum fuiſſet fecibus, neque in inteſtinis ſuperioribus, quoniam non poterat quieſcere in illis. Ergo neceſſe fuit facere vnum cæcum inteſtinum, in quo omnia concocta in ventriculo, & inteſtinis gracilibus, dilaberentur atque ſeruarentur, & quia iſtud in homine non erat adeo neceſſarium propter vſum rationis: poteſt enim homo, imo id agit, ſeruare ſibi alimenta longe melius, quàm in cæco inteſtino, in horreis & carnariis. Ideo natura fuit ambigua, an faceret, an non faceret, an paruum an magnum, & ideo in aliquibus fecit, in aliquibus non fecit, in aliquibus paruum, in aliquibus magnum, vt non potuerit reddi ratio in hominibus pro tanta varietate. Galenus inſpiciendo ſues, credidit homines habere, & ſatis magnum. Veſalius inſpiciendo homines credidit vt verum eſt pauciſſimos habere, vel ſaltem non magnum; hic ſcio quid poſſit obijci, ſcilicet quod non veniant ad ipſum venæ meſaræi. . , . . .

Cætera deſiderantur.

COMMEN

COMMENTARIA IN LIBROS Hippocratis de victu in acutis.

PROOEMIVM.

CVm quæ profiterer ex nliquo libro Claſſici Authoris, circumſpicerem, in medicina, neque Hippocrate digniorem, neque inter Hippocrntis monumenta, libro de victu in Acutis eſſe iudstaui. Nam alterum conſenſus omnium medicorum docet, cum neqae Gnleno anteriores, vt Dioſcorides; Diocles, Erasiſtratus, Celſus, Plinius, tum verò & ex poſterioribus, qnamquam omnes Galenum præponnnt ſibi: Ipſe tamen Gnleans, cum palmnm Hippocrati tribuat, ex illius confeſſione ſe longè mngis veritnte præſtas etinm ipſi. Reliquum ratio ipſn docent, nempe proximiorn fini nobiliora exiſtimantar, quemadmodnm finis ipſe nobiliſſimus, ſententia Ariſtotelis. Hic vero liber in ipſo fine cnm ſit nrtis conſtitutus, docens medendi & operandi modum, metam, rationem, mnterinm, dubio procul cnm & idem germnnus ſit Hippoerasis, & nbſolutus, floridus quoqae & ornntas omnibus aliis, quos Aathor ille edidit, præſtantior eſt. Quapropter & illum aggredi propoſitum eſt. Et cur tot hnbent inſcriptiones diſſerendam.

Inſcribitur ergo primam.............. idcſt vel de Ptiſana, quaſi nemo ſolam gracis ſic nominare auſus ſit, ſed ſolus Plinius: lib. 18. is enim itn eum appellauit dicens: Ptiſnna inde vſus validiſſimus ſalnberrimuſque, tantopere probatur: vnum ei volumen dicauit Hippocrates, clariſſimus medicinæ ſcientia. Neqne enim dubium eſt de hoc intelligere Plinium, quandoquidem in nullo alio libro qui nunc extet tam diffuſè ac ſubtiliter de illa diſſeruerit. Nec veriſimile ſit de eadem re ſafficienter bis illum ſcripſiſſe: præſertim hominem adeo breuitati ſtadentem, & in tanta ſcribendornm librornm difficultate verſantem, vt cogerentur tum & ipſe & alij eius ætatis in tiliæ corticibus ſeu libris (vnde poſtmodum libri dicti ſant) ſcribere. Altera fuit inſcriptio haius volnminis.............. ideſt de victu morbornm ncutornm; ſeu ad ſenſum potius reſpiciendo, de victus ratione in morbis ncutis. Et ſanè demiror quoſdam, qui in inſcriptione libri ſenſum & energiam (ac id quam recte) mutare volunt cnm morbi ipſi victum non habennt, vbi tamen mutatio hac ſi non fiat indecornm orationem facit, fini aſſequendo nullum affert impedimentum, in ſeriis & in his, quibus de vita hominis agitur, tam mordice inhærennt verbis meris Galeni, vt homines multos malint perire, quàm verbulum & oſcitanter neque etiam ex præſcripto dictum mutare velint, vt hos medicos iam non medicoram nomine dignos eſſe conſpicuam ſit, ſed grammnticos atqae his deteriores: ſiquidem carnifices. Vnde hoc? niſi qaod ad hanc ſacroſanctam artem & accedere audent & admittnntur, contemptis contra vetuſtum morem omnibus diſciplinis: ſcilicet, Philoſophia, Dialectica, Mnthemnticis. At dicetis Philoſophiam & Dialecticam norunt inclitis à viris edocti, & aſſidui Auditores? nequaqaam illud exiſtimetis, nnm Doctores quidem illos præclnros eſſe ſcio, auditores & aſſiduos fateor: ſed non poteris hi eas diſciplinas hnarire, Mathematicis neglectis. Sed illas præ ſe ferunt ac mentiantar, qaia in eis licet oſtentare ſcientiam fnlſis rationibus, in his non licet, vt à Philoſopho abunde diſpatatam eſt. Ideo in Philoſophin & Dialecticn minus norunt, minúſque ſunt exercitati, quàm Mnthemnticis, quanta ignorantia qaam diſputationis vocant ideſt error deterior eſt qaam ſimpliſiter neſcire, nec pat antem ſcire ſe decipi. Sed ad inſtitntnm ſermonem reuertamur, quidam quaſi mutila inſcriptione titalum huiuſmodi impoſnerunt operi.......... ideſt. Rntione victus in Acutis. Omiſſo modo quod nomen ... quandoque pro ſimplici victa accipitur, nonnunqaam pro victus ratione ideſt menſura ac modo viuendi. Quidam................ qua

inſcriptio

inſcripto non Græca eſt ſed excogitata, conformis Plinij ſententiæ ſupradictæ. .... *enim laudibus interpretatur. Vltima eſt* .... *ideſt contra Gnidias ſeu Cnidias ſententias. Galenus autem* in nono de Decretis Hippocratis & Platonis *cum tres ex his ſimul inſcriptiones damnet, quarta verò manca ſit teſtimonio omnium ſcilicet illa* .... *non addendo* .... *relinquitur vt ſola illa* ..... *digna ſit, quæ huic operi præfigatur. Nam de tribus illis aliis loco ſupra ſcripto hæc habet Galenus, Quod quemadmodum paulò inordinatius ipſe dicat, vtpote qui primus adinuenerat: ita in commentariis* de victu acutorum *expoſui: Quem librum nonnulli contra Cnidias ſententias, alij de Ptiſana inſcribunt, prauè vtrique. Prioribus ergo tanquam vna ſub alia contenta vtitur* Tertio in primum Epidemiorum *Galenus, & in* Octauo Methodi Medendi. *Et* in tertio de Difficultate ſpirandi, *tum aliis in locis, quos enumerare prolixum & ſine fructu eſſet.*

Ideo melius eſt, vt quæramus quid per rationem victus intelligat. Et in hoc conſulendum Galenum cenſeo, Tertio in Tertium Epidemiorum *dicentem: victum appello non hunc ſolum, qui cibo & potione conſtat, verùm etiam qui omnibus aliis, vt ocio, exercitatione, balneo, venere, ſomno, vigiliis & verò omnibus his, quæ quouis modo fiunt in corporibus humanis. Et quamcunque hæc expoſitio patiatur contradictionem, nihilominus ſatius eſt illam prætermiſiſſe admonendo ſolum lectores, quod cum intentio Hippocratis ſit tantum tradere rationem victus, ideſt cibi & potus, iccirco tamen attingere cogit non ſolum res reliquas quinque non naturales, quas in* Arte medica *recitauit, ſed etiam ſectionem venæ atque purgationem, ſed ita moderatè, & breuiter, vt illa ad cibum & potum neceſſario relata intelligantur. Velut ſi de hora cibi loquamur, non ſtatim miſſo ſanguine, non ante aluum purgatam is adhiberi debet. Intelligimus ergo ex hoc quandoque opus eſſe venæ ſectione, in morbis acutis, & cum dura eſt aluus clyſteris. Indicio eſt quod nullibi de huiuſmodi agendis normam præfiniuit, niſi in purgatione ob periculi magnitudinem. Sicut & quando purgandus, quando ſanguis mittendus admonuit. Vidimus titulum, & partem illius explicauimus, reliquum eſt vt de ſecunda agamus, ſcilicet morbis acutis, quorum exemplum ſubiecit morbum lateralem. Ideo dicu quod morbus acutus quadrifariam intelligit. Primum eum celeriter interficit aut ſimptomata grauia facit, licet ſine febre vt in* quarto de cauſis Pulſuum *cum dixit diuturni morbi quem orthopnæam vocant, acuta ſunt acceſſiones velut & morbi comitalis. Clarum eſt ambos morbos hoc ſine febre natura ſua eſſe. Et de Apoplexia* ſecunda Aphoriſmorum. *Secundus modus eſt cum febris quidem adeſt & breuis, ſed minimè pernitioſa velut in tertiana, quam etſi periculo vacet, & minimè violenta pareat ſymptomata, propter breuitatem tamen appellarunt acutum morbum, vt tertia, ſed ex acutis tertianas maxime & febres ardentes. Et in ſeptima particula bilioſus humor ſemper febres acutas operatur. Et* octauo de Dogmate Platonis & Hippocratis, *tertiana febris ex ardentium genere eſt: cur autem non continua ſit alibi explicauimus. Et ratio horum eſt, quia acutum accipit Galenus quod breue eſt, & cum impetu mouetur. Et ſic non conſiderat, an ſit violentum & cum periculo, quia iſtud accidit ei. Vnde factum eſt vt in primo de criſi dixerit. Ad tres autem extendi acceſſiones, ſtatus tempus in omnibus acutis, non admodum accidit, quod tertianæ conuenit: ſimiliter & in ſecundo eiuſdem fiat acceſſio vna cum rigore in prima die, deinde calida atque deurens febris accendatur ſtomachi faſtidium afferens, ac ſitibunda atque ad ſtatum celeriter properet, pulſus æquales habens magnos atque veloces, vehementes atque frequentes: atque vna cum pulſibus calor æqualis omnino, deinde cum vomitu & ſudore finiatur: & quædam infebricitatio ſuccedat. Eodem quoque modo in primo in ſextum epidemiorum cum diuidit febres in acutas & diuturnas, dubium non eſt perinde eſſe ac ſi in longas & breues diſtingueret Tertianamque ſic acutam debere dici. Quamobrem demiror Franciſcum Caſſanum librum de hoc integrum ſcripſiſſe, cum lis ſit de nomine liceatque appellare bouem vel aſinum, modo de re nulla ſit dubitatio: quare id ſolum ſufficiat intellexiſſe Hippocratem per acutos morbos neutrum horum voluiſſe ſignificare ſed vehementem & periculoſum & qui cum febre magna ſit. Ideóque ad alios duos ſenſus tranſeamus.*

Dicebat igitur Hippocrates ſecunda Aphoriſmorum: Acuti morbi in quatuordecim diebus terminantur. At vero in primo Prognoſticorum, *inquit in omne morbo acuto qui cum ſebre infeſtet & quadrageſimo die iudicetur. At de hoc eſt contradictio à nobis exarata in Duodecimo libro. Conſtat autem de vtriſque generibus debere intelligi quoniam de vini exhibitione cum tractet & illa non conueniat verè acutis ob timorem & periculum magnum ſpem vero exiguam vtilitatis clarum eſt ad acutos decidentes eam pertinere. Et quamuis XIV. ſint pars XL. non tamen acutus ſimpliciter è genere eſt acuti ....*

TEXTVS I.

QVi Cnidias vocatas ſententias conſcripſeruut, hi ſanè quæ ægri in morbis ſingulis patiuntur, & quonam modo nonnulla his eueniant, recte ſcripſerunt, atque ea quoque que medicinæ imperitus quiſpiam ſcribere potuiſſet, ſi ab ægro vnoquoque qualia patitur probè intellexiſſet, verum quæ Medicum, non referente ægro ipſu, prædiſcere opportet, multa ex his ſunt prætermiſſa, alia in aliis, & quædam ad coniecturalem cognitiunem...... græci dicunt per opportuna.

COMMENTARIVS.

Quatuot olim fuiſſe ſcholas, ſeu Medicorum congregationes, atque ante Hippocratem cæpiſſe Galenus *Primo Methodi* docet Coam omniũ nobiliſſimam, ex qua fuerunt Hippocrates, Philiſtion, Pauſanias atque Empedocles, proxima cui Cnidia de qua hic agitur tertia Rhodia quæ ante Hippocratem deſiit vltima Italica. Cum ergo hæ ſcholæ de honore artis certarent nec mane ſalutaturi potentes nec cœnaturi apud illos limina frequentarent, ſed in artis operibus propterea coactus eſt quiſdam illorum opiniones explodere: Hippocrates vt propriam confirmaret ſententiam, ſic Ariſtoteles, ſic Galenus. Eſtque hæc pars, vſque ad illud Priſana: igitur frumentaceis. Galenus autem triplicem facit præfationem, quaſi non continuatam ſed hoc paruum refert. Circa quod notandum eſt Cnidios Medicos profeſſos docere de ægris quæ illi non ſcirent; neque ſi ſcirent, narraſſent: in curatione autem contra ſolum pertrita: quæ ambo redarguit Hippocrates primum, in ſecundo de Prædictione dicens: Medicorum prædictiones narrantur, multæ variæ & admirandæ quales ego, neque ipſe prædixi, neque alium quemquam prædicere audiui. Es paulo poſt arbitror autem, & eos qui de claudicationibus prædixerunt, aliiſque huiuſmodi confirmato iam morbo prædixiſſe: Et cum iam manifeſtum eſſet, quod abſceſſus non eſſet recurſurus, ſi modo intelligentiam habuerunt, multo ſanè magis quam priuſquam abſceſſus fieri inciperet. Credo etiam & alia prædixiſſe magis humano more quàm refertus (quæ videlicet ementibus & negociationes tractantibus prædixiſſe dicuntur, mortes, morbos, & inſanias. Et paulo infra modum docet per exemplum, ita ſcribens. Neceſſe eſt igitur eos qui vberiore potu reſiſtunt magis difficultes ſpirare & plus vrinæ eijcere. Eos veros qui ſorbitionem, aut cibum auxere, magis ſitire atque febrire. Si verò quis immodicè & cibo, & potu ſimul vſus fuerit, ad hoc quod febrit, & difficulter ſpirat etiam ventrem circumtentum, atque maiorem habebit. Concludit demum duo vnum quod Medicus in prædicendo, debet prudentiſſimè ſe gerere: nam ſi vera dixerit apud ægrum (dicit intelligentia præditum) in admiratione erit: At ſi aberrarit non ſolùm odio habebitur, ſed forſan inſanus exiſtimabitur. Ex quo patet, quod apud imperitos fugere debeat omninò prædictionem diligentiſſimè, cum neceſſe eſt: exercere illam apud doctos, aut ſapientes, vel valde prudentes. Alterum, quod demum concludit his verbis: Cæterum cum aliquibus ex his qui rationem prædicendi exactam ſe tenere prædicant verſatus fui: cum aliorum verò filiis tum diſcipulis: quorumdam etiam ſcripta legi: cumque ſciam probè quid quiſque ſentiat in huiuſmodi, nec quemquam certum, quicquam afferre nouerim, Ideo hæc ſcribere aggreſſus ſum. Liquet ergo, & hic quid velit de Cnidiis intelligere quidque de eis ſenſerit. Et quod ſecundus prædictionum Hippocratis liber, quamuis alienus, à conſuetudine illius aliquantulum videatur, ſit legitimus.

Improbat ergo illos de vtroque Hippocrates, & quod quædam ſcripſerint, que cuique poſſint eſſe nota, ex vulgatibus quaſi memor ſui, qui nil tale referat, de difficultate ſpirandi: ſecundò. Et quod, neque in his quæ ad coniecturam pertinent ſufficienter, cum multa omiſerint. Diſcrimen autem eſt inter has duas voces. *Tertio Prognoſticorum:* Galenus ait........ Nam primum coniecturam propriè ſignificat, ad alia tamen extenditur. Hic Braſauolus ingreditur difficultatem de medicina an ſit ſcientia vel ars? & ſi ſcientia? an practica? an contemplatiua. Sed non de his plura ſcripſimus *in primo contradicentium.* Et dico breuites quod medicina

eſt ſcientia practica, & quod ſcientia practica, multum differt ab arte, ſicut videmus in muſica. Si enim muſica poteſt reddere rationem mathematicam præ ceptorum ſuorum) & abſtruſa ſutoriâ non poteſt: Et muſica habere poteſt originem à demonſtratione, igitur ſcientia practica non eſt ars. Pinprium igitur practicæ ſcientiæ eſt, vt pendeat ex demonſtratione, & ita eſt ſcientia, & transferatur ad opes, & ita non eſt contemplatiua. Et iſta ſunt notiſſima cuique Philoſopho. Dicebat enim Ammonius in prædicamentis ſcientiæ ſunt eædem & parimodo affectæ. Diuidunt autem hæ quod in contemplatione eſt & quod in actione verſatur. Et infrà quod relatioa noo ſint ſimul ordine naturæ: & cum res, quæ ſcientiæ ſubiecta eſt, ſimul cum ea ad opus perducitur, tum propriè illa pro ſcientia habenda eſt: quippe quæ nihil ambiguum contineat. Vnde demonſtratio huius quam breuiſſima & compendioſa, vel tu vis intelligere per ſcientiam abſolutam, hæc apud mortales non habetur, vel qualemcunque habitum certum & in demonſtratione acceptum, & iſte habetur in ſcientia practica, ideo datur. Relinquitur ſolum dicendum de interrogationibus à medico facientis: hæ ſunt trium generum circa res naturales non naturales & præter naturam. Naturales quidem ſunt operationes, fames, ſitis, dormiendi voluntas, leuitas corporis & robur: iubeat autem illum circumuertere ſe, & tunc inſpice caput, quam facile attollat, non interogare autem oportet, ſed videre aut tangere pulſum, reſpirationem, feces, vrinam, ſputa, ſudores. Non naturalia autem quid aſſumpſerit cibi & potus, & quantum, & qua hora (Memineritis autem nihil intermiſcere aliud interrogationibus, vt quidam de publicis aut priuatis rebus loquentes, ſeu tum, ſeu etiam poſt vel ante, vel de altis ægris ſtulte nimis minutin eiuſmodi ioqurendo, & rationes non reddendo niſi rogatus: Et quam grata fuerint, hæc autem ad naturalia pertinent: Antea vero de ſomno, & quantus, & qualis, & qua hora, & an ioſomnia & qualia in genere, non ſpeciatim ne onitopolis habeatis, tum maximè quomodo à ſomno ſe habuerit ſciſcitatus. Et ſi habuerit beneficium ventris, qua hora, & de vrinis, & quàm facilè: ſi tectus culcitra decubuit. De ira & triſtitia & metu ac ſpe ab aſtantibus: Et ſi quietus aut iactauerit ſe. Demum maior cura adhibenda eſt rebus, quæ ſunt prætar naturam, vt ſcias poſt primam viſitationem numerare vices ac dies. Et interroges qua hora ſuperuenerit acceſſio, & qualis & quanta, & comparaueris eam ad præcedentes. Et ſi fuerit cum vomitu, & qualis & eum quo ſapore, & ſi ſenſit flatus rugitum ventris. Et ſi detractus fuit ſanguis & qualis fuit. Et ſi fuerit frigos, horror, rigor loogus, breuis, magnus, paruus, ſitis, vomitus dolores, ſudor, linguam inſpice, range ventrem, ſi tumet, ſi dolitat, ſi durus eſt aot renſus, cordia moleſtia, mentis vacillatio, quomodo circa viſcera & ſpirationem ſe habuerit: propriè autem à coniunctis tranſire velut ex pathognomicis ſignis, ex aſſidentibus ſuperueoientibus. Propterea io libro de Decenti ornatu vult vt etiam nouerit, quæ medicamenta adhibita ſint: ſed & vt parata habeat quibus opus vti neceſſe eſt, tum medicinas tum inſtrumenta, & adhibeat aſtantem ex artis peritis non ignarum: vtrumque enim obſeruandum, nam melius eſt non habere: quam habere aut ſtultum aut imperitum. Non etiam ſocios coouocare in Acutis malum eſt, vbi occaſio dignoſcendi præceps eſt. Tum vero duo ſunt obſeruanda maximè, ne contendant medici apud aſtantes: medicina enim infamatur & medici ſi malè cedat accuſantur, & quod deterius eſt ne victi videaotur litigant io perniciem ægri: & ne imperiti habeantur, multa perperam adhibent, ex quibus potius patiuntur detrimentum quam quod inuentur, & bonis præſidiis via præcluditur. Hoc autem Mediolani ſeruatur, aliud Bononiæ, vt ſingulorum dierum acta & inſultus & caſus ſcribantur. Nam per illa circuituum rationem cooiectari licet. Demum Medicus ſit totus compoſitus dicit Hippocrates io motibus deambulatiooéque io veſtitu ac ſermone. Hæc igitur ſunt præcipua præcepta ad intelligendum ve operari poſſis rectè, operatio enim pender ex intelligentia medici, & authoritate illius apud aſtantes, & infirmum, quæ ex illis tribus vltimis præceptis habetur.

TEXTVS II.

ET quædam ad coniecturalem cognitionem per opportuna.

COMMENTARIVS.

Hæc eſt vltima pars textus prioris, iam à Galeno etiam expoſita, ſed rurſus repetita, & eſt ſententia Cnidij medici, quædam attigerunt rectè, vt quæ ab ægro diſci poſſunt & interrogari; quædam omiſerunt tamen, imo multa: & ponit duo genera, vnum quod ſequitur neceſſario, vt ſigna & ſympthomata, pathognomica, & quædam quæ ſunt coniectoralia, & ideo explanatores hunc locum non aſſequuntur, velut tu dignoſcis, quod pulſus eſt ſerinus, & adeſt dolor lateris & ſpirandi difficultas, tuſſis & febris, dignoſcis quod patitur abſceſſum pectoris, certè ſeu tumorem, & licet adueniat rigor, quod tamen febris erit continua & hæc ſunt neceſſaria. Coniectura-

lia aut quod habet ſitim, malum ſaporem in ore, vigilias, & cum decumbat ſuper latus dextrum, nec tangendo dolet in ſiniſtro, quod tumor eſt in dextto latere magnus, & intus, non extra. Et ita apud Galenum. *Quinto de locis cap.* 7. *pag.* 4. de medico laborante inflamatione iecoris qui ſe falſo exiſtimabat laborare laterali morbo. Quid autem ſit. .... ideſt cognitio per. .... explicat Galenus coniecturam ratione & ſyllogiſmo factam, vt ibidem de medici morbo, in qua plurimum diuiſio valet. Cum enim membra ſingula expunxeris, intelliges quid reliqui ſperandũm ſit. Sunt enim aliæ coniecturæ ſimplices, quæ medicum potius leuitatis arguunt, quàm ei gloriam addant, vt ex hoc textu ſeu hac textus parte colligatur, tria eſſe quæ, non nota ægro, medico tamen in cognitione venire poſſunt, neceſſaria & coniectura artificioſa, ideſt per ſyllogiſmum & per ſimplicem coniecturam, ac quaſi popularem inuenta. Et ſunt & vltra ſenſui nota.

TEXTVS II.

CVm autem ad coniecturalem cognitionem dicatur, quoniam modo curare ſingula oporteat, in his multa aliter quam illi enarrauerunt ſentio.

COMMENTARIVS.

Duplex ſententia huius textus, vna quod coniecturalis cognitio duplex eſt, altera quæ ad præmonitionem pertinet; altera que ad curationem. Primum non attigerunt Cnidij medici, in altera diſſident quoniam non bene attigerint. Secundus modus quoniam coniecturalis dignoſcendi modus vnum eſt, aliud cusandi: in vtroque ab illis diſſidet. Ita vt curatio non ſit coniecturalis, ſed rationalis, In quibus autem diſſideat, in curatione inferius docebit: in quibus in coniectando *in ſecundo de prædictione & in priore* docet.

Galenus exponendo textum, duas partes facit, & in priore tria docet, primum probat curandi rationem coniecturalem eſſe: ſcilicet quoniam nec quantitas nec occaſio ſcribi, aut dici, aut doceri poſſunt. Sed dicit, videntur forſan prætermiſſa dignotio morbi atque prædictio, ſed non eſt ita, quoniam hæc ad curationem ſunt neceſſaria: & ideo ſub illa continentur. Poſt probat quod hæ duæ partes ad curationem ſint neceſſariæ. Et eis addit diſtinctiones, ſcilicet quod curatio eſt per ſe medico neceſſaria, & intenta ab illo, prædictio autem atque dignotio propter curationem. Admonet tertio de quatuor: primùm quod nemo dixerit alias partes eſſe finem medici, ſed ſolam curationem: ſecundum quod per curationem minimè eam quæ ſit intelligere oppottet, ſed tantum ea quæ facta eſt atque perfecta. Vnde contra medicos noſtræ ætatis hoc facit, qui gloriantur ſe curare multos ægros: neque enim iuxta Hippocratem aut Galenum curatio appellatur ea, quæ ſit, ſed ſolum quæ peracta eſt & abſoluta, ſanato prorſus ægro. Dicit autem de omnibus ſcriptum eſſe in libro *de fine artis medicinæ*: ſed quis ſit hic liber non prorſus conſtat. Vltimo admonet non eſſe aliud addendum huic expoſitioni, cum per ſe dilucida ſit. Et mens Hippocratis abunde ſit explicata.

Verum (cum & modo alio) Hæc eſt ſecunda pars, in qua alio modo vt ab initio dixi legis literam Hippocratis, coniecturalem faciens dignotionem & prænotionem morborum, curam autem non ita. Quod dignotio & prænotio conſtet coronide ſignorum vt Galenus dicebat, 4. *de victus ratione in morbis acutis com.* 62. *&* 5. *de tuend. ſan. cap.* 10. *&* 11. ideò à paucis ſignis cognitio inquit Galenus coniecturalis eſt: curatio autem cum ex vno pendeat aut etiam pluribus, ſed ſingulis ſeorſum, demonſtratiua eſt, velut quod contraria contrariis ſanantur: vel ſi bilis calore, acredine, putredine, mole efficit morbum, purgatio ſanat ipſum. Hoc autem certum eſt non coniecturale. Vnde dubium non eſt, quin medicinæ pars, quæ ad curationem pertinet, non ſit certior dignotione morborum & ſcientia euentus. Differt hæc expoſitio & litera quod eſt, vel vt primus ſenſus ſit huiuſmodi: cum autem quippiam ad cognitionem coniecturalem dicat quonammodo curare ſingula opporteat, ſub coniecturali cognitio curandi continetur. Secunda litera habet: cum autem quippiam ad cognitionem coniecturalem dicatur, vel quonammodo curare ſingula opporteat, manifeſtum eſt in ſecundo coniecturalem non continere curationem.

Oportet ergo videre, quod cognitio futurorum ſit magis coniecturalis, quàm præſentis diſpoſitionis: & cur hæc magis quàm curandi, Et quod curandi ſit certa, & an ars, an ſcientia, an ſolus habitus. Et ſanè medicina quod ad partem prognoſticam attinet, coniecturalis eſt, vt innuit Galenus, *primo de victu in Acutis com.* 14. at reliquæ artes quæ diuinare ſe poſſe profitentur. Cauſa autem cur diuinatio coniecturalis præ cæteris ſit, eſt quoniam in diuinatione tria ſunt præcipua, motus, tempus & comparatio, & motus rem reddit incertam, cum non habeat terminos præfixos, & ob id contingit aberrare. Pars autem quæ de morbis docet, docet quod iam eſt, & non eſt ſubiecta motui. Similiter tempus interce- it

cedit ad prænotionem, cum ſit de furnro, ideóque incerta ob multa quæ ſupernenire poſſunt. At dignorio eſt de præſenti. Tertia eſt quooiam præoorio fit pet comparationem magnimdinis, & roboris cauſarum naturalium, ac præter naturalium, vt ſint ſex, facultas naturalis, vitalis, animalis, morbus, cauſa, ſymptoma, quorum magnitudinem ſcire expedit: talis autem magnitudo nobis non poteſt eſſe exquiſitè nota, dignotio autem non hæc præſupponit, ſed ſolùm ſpeciem morbi & cauſarum, & eſt ſimplex: Igitur pænotio eſt coniecturalis magis dignotinne morborum. Eſt & ob id prænotio ſalutis magis cooiectoralis, & minus certa, quàm mortis, quoniam poteſt impediri à multis cauſis, mortia à nulla. Igitur ea eſt multò certiot quàm ſalutis: ſecundò quia poteſt moueri materia noua, quæ impediet ſalutem expectatam, abſque aliquo etiam errore exterius ſuperueniente: igitur eſt multò minus certa, quàm mortis. Tertio quooiam ſi ſanus poteſt abſque alia cauſa mori, & vt ille dicebat.

Quis ſic an adijciant hodiernæ craſtina ſumma.
Tempora dij ſuperis.

Quantò magis in ægro mious certa eſt ſalutis prædictio quàm mortis. Ideo medicus nunquam debet firmitet polliceri ſalurem ægri, de morte poteſt prædicere. Sed dicat vt Galenus docet, ſi omnia ex præſcripro meo facta fuerint, & nil aliud ſuperuenier. Sed forſan melius eſſet omnino abſtinere à tot verbis, cum vulgeribus qui cementa mirifica faciunt, ac dicere, ſatis commodè ſe haber, & poſſumus bene ſperare, tamen oon adeſt vlla ſecuritas, quoniam ſolus Deus futura nouit eertè. Qoæ vero ad morborum dignotionem pertinet, etiam coniecturalis eſt, comparata ad eurandi rationem, propter duo præcipuè, ſignorum multitudinem, & locotum confuſionem: velot prope vterum ſunt veſica & vreteræ & inteſtina, & ſub coſtis à ſiniſtro latere, ventrieulos & colon & lien, & peritoneoo, & muſculi. Et ideo qui medicinæ ſtudent, anotomiam maximè calere debent, ſed & varietas materiæ & ortus illius difficultatem pariunt, & ob id dixit in *ſecundo de compoſitione medicamentorum ſecundum locos. cap.1 ſect.10.* Quod enim coniecturale eſt in arte, id maximè io affectionum dignotione conſiſtit, Quæ vbi inuentæ fuerint, curationem non coniecturaliter, ſed ſcientificè indicant. Ergo manifeſtum eſt, quomodo medicioæ pars quæ prænotionem indicat, maxinè coniecturalis exiſtat: quæ curatiooem ſeientiæ proprior, ac certa media affectionum. Circa qnam dubitare expedit, qualis ſit habitus hic operandi certus, ſolet dici quod artis; ſed non videtut hoc verum, nam vt ad voumquodque referrur uon poteſt eſſe certum; vt quod rhabarbarum hoc in boc homine purgabit hanc bilem. Neque enim ars eſt de buiuſmodi, neque ſemper verum, aut generaliter, & ſic nō eſt artis effectus, ſed naturæ. Non enim qnia adhibetur purgat, ſed quia oatura tale eſt: Ars autem oon eſt de principiis naturæ, frumentum enim frumentum gignit, naturaooo arte, etſi ſeratur, aretur, repaſtinetur arte. Ob id hæc eſt ſcientia non ars, de illo frumentum frumentum gignit. Concludo ergo quod eiuſmodi cognitio adeo certa, eſt ſcientia practica non ars: aliter darentur demonſtratiooes in artibus, aut certum abſque demonſtratione & ſenſo, & ita neque per intellectum ſi non eſt principium, neque demonſtratione habitum, neque per ſenſum, quod ſibi contradicit.

TEXTVS III.

Atque non ob id ſolum non laudo, verum quod & paucis numero ſint vſi medicamentis. Nempe maximus medicamentorum quibus in morbis non acutis vti reperiuntur, eſt tempeſtiuè exhibitorum tum elaterij, tum ſeri, tum lactis, quæ ſi bona eſſent, morbiſque quibus dari cenſerent, congruerent, multò ſanè digniora laude erant, quod pauciſſima ſatisfacerent: ſed res in præſentiarum non ita habet.

COMMENTARIVS.

Hæc eſt quarta reprehenſio Cnidiorum, nam prima fuit, quòd multa ſcripſeriot quæ facilè ab ægro intelligi poterant coniectura dignoſcenda, quaſi illos ſugillans inanis gloriæ ſtudij. Qood enim facilius & certius fieri poterat, non debet nominis adipiſcendi cauſa fieri cum errore, dubieque, ac labore. Secunda quod prætetmiſerunt multa, quæ poterant per coniecturam rationalem ſciri, non cogoita ægro neque aſtantibus: Tertia quod circa acutotum morborum curatiooem multa omiſeruot, aut perperam tradidere. Quarta quæ eſt præſens, quod circa diuturnorum & morborum curationem peccaoerunt, nimis paucis vtentes auxiliis, ſcilicet tribus duntaxat, elaterio, ſero & lacte, quæ dicit ſi ſatisfacerent propoſito, optimum eſſet inquit, quod pauciſſima eſſent, ſed eum non ſatisfacerent errarunt. Vnde iuxta Galeni ſententiam conſtat in acutis multos illos præſidiis vſos, quamuis in diu-

turnis adeò rem ad minimum numerum redegerint. Quamuis Copus videatur velle, quod etiam in acutis paucis ſiut vti auxiliis. Sed hæc lis eſt de lana caprina, & parum vtilis intelligentia, & Galeno aduerſamr. Porro de purgatione lactis agit in libro *de Internis Affectionibus*, Bibat inquis lac caprinum & bubulum pro sempore, prius autem ſubpurgetur lacte aſinino cocto. Bibat etiam lac coctum excolatum quotidie mane poculi trea ſeminas continentis, menſura, ſi facere poterit, loquitur autem de Pulmonea vbi iam ſuppurauerit. Et in cura hepatici morbi: Date & caprinum lac ana-oe poculi quatuor ſeminas compiectentis menſura tertia parte aquæ multæ immiſta, date etiam lactis caprini cucti ſeminas duas tertis parte aquæ multæ immiſta, aut ipſo ſolo melle affuſo: Dandum etiam eſt equinum lac eodem mudo, velut aſinioum. Inde ſubijcit: ſi vero non viſus fuerit ſibi per aſininum iac ſuppurgandus, & reliqua; Er in Eratolai pueru inquit *ſeptimo Epidemiorum*, *pag.* 3. qui ex dyſeu teria in diarthueæ quamdam ſpeciem deciderat, & ex illa in tabem, dixit. Bibenti lac aſininum coctum nouem ſeminarum Atticarum menſura ad duos dies, biliuſa purgatio vehementer aborta eſt. Id verò poſt X L. diem: Dedit & illi lac & ſerum ſilice candefacta immiſſa ab initio. Vnde etiam ſeri meminit in Euxeni vxore dicens, vbi medicamentum & ſerum bibiſſet, magis læſa eſt: ſerum autem præponitur vt optimum & ſine noxa omnium purgantium. *Tertio de Alimentis* vbi adijcit & dat modum purgandi ex lacte paſcendo capras vt ſi ſcammonio bilem, poliypodio melancholiam. Meminit & in *libro de locis in homine* Elaterij in tabe dum dixit. Medicamentum putandum præbe Elaterium deorſum purgans: Et infernè aiuum iacte infuſo eiuc. In *quarto de victu in Acutis*: ſi dolus in cbuiera ſicca non remiſerit: aſininum iac bibendum dato, donec purgatus fuerit. Habet autem Galenus hæc, iacte Aſinæ vtendum præcipit, quod purgantia inter medicamenta omnia mitius tranquilliuſque exiſtit: Idque etiam lacte omni alio humidius eſt & ventrem magis ſubducit.

De Elacrrio autem nunc dicendum eſt, quod medicamentum exiſtit ex ſucco cucumeris aſinini, ſeu anguini, ſeu agreſtis: hoc enim purgat biiem & pituitam & aquam potenter, ſed & vt Galenus dicebat ex. . . . . pro exterius etiam appetitum trahit, menſes fætum occidis: & per nares attractum confert regio morbo laborantibus, bilem expurgans, & ea cauſa dolores capitis ſanat. Si enim plerumque ab vno ex bis fiunt, in angina quoque eadem ratione exterius iniunctum confert, eum per nares trahitur, lacti admiſcetus. Eſt autem calidum in ſecundo ordine, tenuium partium digerens: *In ſecundo* etiam *de compoſitione ſecundum locos cap.* 2. *ſect.* 12. etiam inſufflat in nares, dicitque purgare multam bilem è cerebro, deberéque ægrum mitti in dolium aquæ Calidæ, ſeu in balneum: tunc enim abſque noxa fiet. In nono etiam eiuſdem vtitur eo in catapiaſmate ad aſciticos, ego verò ad eoſdem in clyſteribus incoctum iuri cum melle roſaceo exhibeo, Oribaſius autem in *duodecimo collectaneorum cap.* 3 *ſect. vltima* hæc habet: Elacterium ſic conficitur: cucumeres agreſtes decerpito, qui tacti protinus exiliunt, & diem vnum ſeruato: poſtridiè verò cribrum non adeò denſum crateri ſuperponito, & cultro ſupino cuius acies ſurſum vergat, vtriuſque manibus cucumeres ſingulos apprehendito, ac ſcindito, humoremque in ſubiectum cratera per cribrum exprimito, quod ita ex cucumeribus expreſſeris, in puluim parstam demittito, cuaceruata autem in cribro, omnia quæ inciſa fuerius, aqua dulci perfundantur: Et vbi expreſſeria abijciantur: Humor verò qui in palue eſt, agitandus & ſubigendus eſt, ac linteo contectus, in ſole ſtatuendus, vbi conſteteris, tota aqua ſupernatans, Et quod in ſummo concreuit, effundatur: quod identidem facies, vſquedum aqua ſupernatabit, quam cum diligenter extorſeris, tum ſubſidentia in mortarium coniecta contere, & in paſtillos redige. Videtur autem præſtantiſſimum elaterium eſſe, quod cum candore leuiter humectum eſt: ac liuorem & ievitatem babet: guſtúque amariſſimum: & lucernæ admotum faciiè accenditur: contra vero quod porri colorem babet, aſperúmque eſt & aſpectu turbidum ſordidúmque ac cineris pienum, id & graue eſt & vitioſum. Duorum autem annorum vſque ad decem annos purgationibus accommodatum elaterium eſt, perfecta menſura eſt obulus, minima ſemiobolus, pueris ærei duo copioſius datum periculum affert. Continet autem obolus lupinum & ſemis, & identidem, æreos octo: lupinus ergo quinque æreos cum tertia, obolus ſemi ſcrupulus eſt, ideſt grana X I I. Lupinus grana V I I I. igitur continebit, quare æreus granum cum dimidio, libra autem noſtra libræ veterum ſexquitertia eſt vt apud Budæum. Er ideo Lupinus pendet ſex grana tritici: obulus ergo eſt granorum nouem, æreus granum & octauam partem: duo ærei grana duo cum quadrante. Meſuæ autem inquit, quod & Galenus affirmat, eſſe amariſſimum, addit quod pituitam potenter purgat per inferna, & etiam per vomitum & interdum biiem ſi parata ſit: & humida ſeroſa vehementer, vnde hydropicis confert, & iecur ac iienem ab obſtructionibus liberat: Trahit etiam ab articulis, Alphos quoque ſi afficietur tollit. Abſtractum per nares diuturnos capitis dolores & comitiales ſanat, cum

ſtercore

ſtercore capillo ex aceto impoſitum ſtrumis eas diſſoluit, ſed & tumores alios durtos, imo etiam cicatrices fædas & calloſas, tenuat. Dicit ſeruari ſolum triennio cum Dioſcorides ad decennium, & Oribaſius Plinius ad C. & C C. annos ſeruari contendant. Forſan quod in callidioribus regionibus minus durat, Princeps in *ſecundo canonis cap.* 180. dicit quod etiam educit ſanguinem. Dico ergo quod iuuat in omnibus morbis, qui ex pituita & aqua fiunt; hæc autem cum frigida ſint longos efficere ſolent, tum etiam in aquaio qui longus eſt, licet à bile fiat. Ergo conferet capitis doloris diuturnis comitialibus, arthritidi podagræ, coxendicum dolori aſciti regio morbo, vt dictum eſt. Præterea deſtillationibus, malo habitui, duritiebus viſcerum, retentionibus menſium, obſtructionibus, doloribus per circuitum, lachrimis oculorum, omnibus morbis cutim fædantibus, ſcabiei, prurirui, alphis vitiliginibus etiam. Nucet autem in febribus quod multum concutiat corpus, & exſiccet, & patum educat humores putridoſos, ac febribus obnoxios, ſed etiam quod tardè & cum difficultate purget. Secundo obeſt ſanguinem educendo, quod non tam violentia agit, ſed quod velut Aloes ora venarum reſerat, ob id igitur verendum. Tertio quod ob nimiam amaritudinem eſt inimicum omnibus membris naturalibus, præcipue ventriculo & iecori, quæ dulcibus gaudent: ob id febricitantibus minimè vtile, quorum intereſt, vt naturalia membra ſint valida, à quibus concoctio & expulſio fit materiorum quæ peccant. Detrimenta autem iactis & vtilitatem in lungis morbis videte, *Quinta Aphoriſmorum*.

TEXTVS IV.

QVi vero ſecundum adornauerunt librum, hi medicè magis quæ ſingulis exhibenda ſunt percurrerunt.

COMMENTARIVS.

Appellat librum ſecundum Cnidiorum medicorum eum, qui poſt primum maxima arte confictus eſt: hos igitur qui eum conſtruxerunt plura medicamenta inueniſſe ac tradidiſſe refert: ſcilicet præter elacterium, lac, & ſerum, & modum exhibendi diligentiorem, vt pote electionem, quantitatem, occaſionem, modum, præparationem adornauerunt. Galenus exponit addendo, detrahendo, permutando, hæc enim ſunt quæ in vnoquoque fieri poſſunt, exemplúmque affert Galenus de ſecundo Eupolidis Autolyco, qui etiam ex priore adornatus fuit, noſtris temporibus eſt nimis frequens, vt bis ter ac quater eundem librum edant. Inter quos Andreas Matthiolus Senenſis à pluribus vt nimius in hoc reprehenditur. Fuere duo Eupolides ambo comædiæ Authores & Athenienſes. Primus priſcæ comædie author, qui vitia populi magna cum libertate reprehendit. Horatius in *primo libro ſermonum: ſatira 4 in princ.*

Eupolis ac Cratinus Ariſtophanéſque poeta,
Atque alij, quorum comædia priſca virorum eſt:
Si quis erat dignus deſcribi quod malus aut fur.
Aut Mœchus foret, aut ſicarius aut alioqui.
Famoſus, multa cum libertate notabant.

Scripſit decem ſeptem comædias, in quibus nouem victorias meruit. Periit prælio nauali contra Lacedæmonios iuxta Heleſpontum, cuius mors adeò luctuoſa populo Athenienſi fuit, vt cautum ſit edicto publico, ne Poëtæ militarent. Secundus autem Niciæ filius, qui prima nocte nuptiarum interiit ruina thalami, cum ſponſa Medilla, in Epigrammatibus.

TEXTVS V.

SEd de diæta, ideſt victus ratione nihil quod effatu dignum ſit conſcripſerunt veteres, quanquam id magnum eſſet.

COMMENTARIVS.

Cum propoſitum ſit Hippocrati ſupplere, quod deficit in medicina, animaduertit Cnidios medicos nihil ſcripſiſſe de victus ratione, iſtud poteſt intelligi & in acutis ſolum, quod videtur magis conſentaneum propoſito, ſcilicet volenti tractare de victus ratione in Acutis: vel de nullo morbo. Et hic ſenſus eſt magis conformis verbis præcedentibus, cum dixit quod non vſi ſunt niſi tribus medicamentis in morbis non acutis. Ex antecedentibus igitur non poteſt diſcerni, an de acutis ſolis intellexerit, ſed poſtquam generaliter protulit, & de medicamentis etiam non acutorum morborum egit, palam videtur intellexiſſe antiquos omnium morborum victus rationem omiſiſſe. Dicit, quamquam id magnum eſſet: victus ergo ratio magno emolumento eſt in acutis morbis & diuturnis, non tamen liquet in quo plus ſit obſeruanda. Neque etiam an plus poſſit medicamento & venæ ſectione. Et de primo reſpondeo quod Hippocrates *Prima Aphoriſmorum 4. & 5.* videtur velle quod tenuis victus ſit periculoſior tam in longis quàm in acutis craſſiore,

ſiore,

ſiore, ſed in longis peccatur ex tenuitate in acutis, ex craſſitie igitur in longis maior eſt neceſſitas, obſeruandi rationem victus, quàm in acutis. Dico quod periculum eſt maius in acutis, propter maiorem mutationem & propter maiora incrementa, in longis autem eſt magis neceſſaria ſemper obſeruatio, propter ſtatum. Ad rationem dixi alias, primum quod ex debita qualitate & quantitate ſi detrahatur æqualiter, deterius eſt, ratione tamen generali, cum plus poſſit addi quàm detrahi, maius eſt periculum in additione. Et etiam ratione qualitatis debitæ; quod quotidie obſeruamus: Nam à Ptiſana tranſitus, ad panem lotum minus eſt periculoſus quam ad mulſam, in quantitate autem non ſic, vt in *ſecundo huius text.* 37. & 48. Ad primam dico, quod aliud eſt de febribus, aliud eſt de abſceſſibus interioribus, cum enim febri vt febris eſt nunquam venæ ſectio debeatur, vt oſtenſum eſt alias, maximè in opere *de dentibus*, *lib.* 2. ideo in tumoribus maius eſt periculum, in ſectione venæ, In febribus, in errore rationis victus. Sed purgatio cum non conueniat niſi in febribus & cocta materia, niſi turgeat periculum, maius eſt in purgatione, quàm in ratione victus, ſeu purget in quieta, ſeu non purget in turgente. At quia purgatio ſeu valida ſeu mediocris, non habet eaſdem differentias, neque tantum diſcriminis vt ratio victus: Ideo concludo generaliter, quod in magnis erroribus rationis victus eſt maius periculum quam purgationum generaliter: in paruis, in purgationibus, in ſectione venæ maius in omittendo ſi debeatur, par in intempeſtiua ſanguinis miſſione.

Galenus autem docet triplicem in commento Medicinæ partem ſeu inſtrumentum, ſeu operandi modum, ſcilicet rationem victus, & chirurgiam & pharmaceuticam, ſcilicet quæ per medicamenta fit, cumque Cnidij medici omnes vt par erat atigerint, tamen longè copioſius & diligentius de aliis partibus ſcripſere, maximè in ſecundo libro quem adornarunt, quàm de victus ratione: quanquam victus ratio ſit omnium præſtantiſſima propter ſex cauſas. Prima quod eſt generaliſſima omnibus morbis, aliæ in multis non ſunt neceſſariæ: ſecunda quia aliæ non agunt nec adminiſtrari poſſunt ſine hac, at hæc ſine illis poteſt. Tertia quia iſta conuenit ſanis & ægris: illæ ſolum ægris. Quarta quoniam hæc ſemper conuenit, illæ non niſi per interualla vt ſemel in die, vel etiam in pluribus diebus. Quinta quoniam hæc habet duos ſcopos per ſe, morbum & quicquid eſt præter naturam, ac vires: ille ſolum affectus præter naturam per ſe & vires non per ſe, ſed ſolùm quatenus ſufficere poſſint. Sexta quia eſt de pluribus vt aëre, cibo, potu, ſomno & aliis, non autem pharmaceutica aut chirurgia videatur. Spectat autem ad medicum non vt olim & etiam nunc de chirurgis omnes partes calere, deterius verò agebunt, qui vnam partem aut duas tantum ſufficere exiſtimarunt. Media via quam nunc obſeruant, qui Chirurgos diſtinxerunt ab aliis, vt hi duas partes tenerent pharmaceuticam & diateticam, mutuis tamen officiis ſe iuuantes. At rurſus pharmaceuticam antiquo tempore indiuiſim tenebant medici & adminiſtrabant: cum hodie alij medicamenta conſcribant & imperent; alij quærant, præparent, componant atque exhibeant quos vocant Pharmocopolas. Ideo videndum, quantum interſit hos à medicis diſtingui: id verò factum à Romanis duplici cauſa, cum antea apud græcos ijdem eſſent ſcilicet vt tutiores à fraude eſſent. Dicebat enim Cato vereri græcos, ne quos non potuiſſent armis vincere, medicina perimerent. At ſi cautum eſt, ne id facere poſſent, & omnino facientes deprehenduntur; cum alij medicinas ordinarent, alij darent. Nam ſi venenum ordinaſſent, deprehendebantur ex ſcripto, ſi vellent permutare non licebat, cum medicamentum eſſet in alterius manibus. Altera cauſa fuit magnitudo prætiorum, cum quicquid vellent extorquerent, tum quia pauci medicinam factitarent: tum quia ſubijciebant medicamentis prætioſiſſimis vilia, vt commercari & illorum luco cogerentur. Vnde Plinius Charmidis exemplum ſubijcit, qui prouincialem ægrum precio conduxit, quod ad noſtram monetam traductum, quinque millibus coronatorum æquipollet. Inde etiam inquit Manilium Cornutum ex Prætoriis legatum Aquitanicæ Prouinciæ locaſſe curam C C. H-S Budæus legit, ducentis ſeſtertiis ideſt. V. M. coronatis, Archontium autem Medicum Vulnerarium, cum à Claudio Imperatore redactis in fiſcum bonis C C L M. coronatorum amiſiſſet, paucis annis ex arte tantundem recuperaſſe. Quintum quoque Stertinium ex vrbica opera curando lucrari ſolitum X V. millia coronatorum in annos ſingulos, ideóque obieciſſe Cæſari quod X I I M. ac DC. ei locaſſet, verum alias dixi neminem ſuperaſſe Iacobum Gottiorum, qui dum curandum ſuſcepit Ludouicum Gallorum Regem eius nominis X I. in ſingulos menſes pactus eſt X M. aureorum coronatorum, tantum ferme aut forſam plus ex ſacerdotiis gratia Regis adeptus. Sed contra ex hac diuiſione factum eſt, vt nil in medicina rectè adminiſtretur, cum quid pro quo vt dici ſolet exhibeatur. Exeſum carie, vetuſtate imbecille, incuria marcidum, male præparatum, loſite miſtum atque confectum, cum Galenus vt medicamenta dignoſceret teſtetur, ſe tot peragraſſe regiones, annisque propemodum X X. perpetuis. Vnde admirandæ illæ curationes fiebant.

Concludo tandem quod vbi Medici probi eſſent, melius foret, vt ijdem medicamenta factitarent, more antiquo græcorum, ad ſecuritatem tamen improborum meliorem eſſe modum hunc.

TEXTVS

TEXTVS VI.

FVerunt verò, qui varios morborum ſingulorum modos diuerſaſque eorum ſectiones diuiſionéſque non ignorauerint.

COMMENTARIVS.

Libri tales ad Galenum peruenerunt, non ad nos: ideo Galenus melius de illis dicere potuit, & esponere verba Hippocratis: quàm nos. Dicit ergo Hippocrates, quod Cnidij explicarunt diuiſiones ac diſtinctiones morborum, & modos eorum, licet non attigerint poſtmodum rationem victus, quæ eis debebatur. Galenus addit, quod non ſolum nouerunt omnes morborum differentias, ſed nimis plura de eis ſcripſere, nimis minutim eos diſtinguentes, vt inferius declarabitur, ſcilicet in Quarto, ſed & circa ſignorum enarrationem nimis moroſi, adeo vt illa verba (vltra quam decet) non minutim quod ad morbos attinet, ſed diſtinctiones & ſigna interpretanda credam: locus autem ille proprius eſt cum dicit in ſequenti textu.

TEXTVS VII.

VErùm morborum ſingulorum numeros clarè pronunciare volentes, non rectè ſcripſerunt; quippe cum non facilè numerari queant, ſi quis languentium morbos alterum ab altero quadantenus differre, nullúmque morbum eundem videri, quin idem quoque nomen habeat; coniectauerit. Mihi verò placet omni in arte animum tuum conuertere, tum adpellere. Nam quæ probè vel rectè procedant officia, probè & rectè ſingula peragere oportet. Quæ item celeritatem deſiderant, celeriter adimplere, & quæ ſinceritatem ſincerè. Et quæ ſine dolore adminiſtrare poſtulant, citra dolorem omnem adminiſtrare; Cætera quoque huiuſcemodi omnia ſecus quàm hi, qui rem propius ſunt contemplari, ad meliorem formam nos redigere conuenit.

COMMENTARIVS.

Primam hanc partem ne per ſomnium quidem videntur attigiſſe, ſed eadem aliis verbis explicarunt, qui modus cum vitioſiſſimus tamen à pleriſque explanatoribus impudenter obſeruatur, etiam ab Auerroe & nimis frequenter quam vellemus. Sententia igitur eſt, Cnidios malè numerum morborum enarraſſe, cum non facilè numerari queant: ſi quis duo hæc præſupponat, primum quod morbi qui diuerſi videntur, in diuerſis languentibus ſint diuerſi verè: velut tertiana quæ in vno citat vomitum, in alio ſeceſſum, in alio neutrum, in alio vtrumque, non ſit tertiana: tali modo fient innumera morborum genera, & ita de ſudore, dolore capitis, vigiliis & aliis ſymptomatibus, ſecundum etiam, ſi quis morbos à diuerſis diuerſo nomine nuncupatos, diuerſos eſſe credat, erunt innumeri: velut comitialis, Epilepticus, ſacer Herculeus magnus, nam eſt idem: tum verò in quibuſdam adeſt febris, in quibuſdam non, & ille qui ad aduenit infantibus, eſt alius. Sed ex hoc apparet, medicorum ſycophantia, qui diuerſo nomine appellant eundem morbum, velut Mirachialem affectum flatuoſum, & ſymptomata pathognomica ſeparant à morbo velut comitialis conuulſionem & oris torſionem: & flatum mirachialem dicunt, cum ſit affectio flamoſa ipſa mirachialis (*Mihi vero placet*) ſubiungit bonum eſſe medico, vt animum conuertat ad morbum, ſeu adhibeat (interpres duo ex vno fecit) vt rectè cuncta adminiſtret, ideſt vt ſanitatem pariat, hoc eſt in genere. (*Quæ item celeritatem*,) tres conditiones declarat in hac parienda ſanitate neceſſarias, eumque tres aliæ declarentur *Quarto decimo Methodi cap.* 13. in duabus concordat ſcilicet quod celeriter & ſine dolore, hic addit ſincerè, ſed libet verba Galeni ibidem dicta hic aſcribere, vt ex comparatione melius ſententia hic Hippocratis intelligatur: inquit enim ſanè curandi rationes optimæ tripliciter iudicantur, tum ex curandi temporis breuitate: tum ex curando citra dolorem: tum ex maximè tuto curando. Rurſus vt tutò cures, tria ſunt quibus intentus ſit oportet. Vnum, primumque vt omnino abſolutionem operis conſequaris: Alterum vt ſicubi hunc non conſequaris, ſaltem cubantem non lædas. Tertium vt vitium non facilè reuertatur. Cum ergo hic & de celeritate & ſine dolore, vt fiat, ſermonem habuerit, tuto vt fiat loco ſyncerè coniecturali nota haberi ac ſubijci poterit. (*Cætera quoque huiuſmodi*) Hoc alibi Hippocrates docuit his verbis, cum docuiſſet tria eſſe morborum genera ſanabilium, in melius mutabilium, inſanabilium, verba ſunt hæc in libro de *Arte Medicinæ pag.* 2. morbos in totum ab ægris tollere. Et morborum vehementes impetus obtendere, & eorum qui victi ſunt à morbis, curationem non aggredi. Hoc igitur eſt quod appellat in melius mutare, vel ſanando qui ſanari poſſunt, vel vehementes impetus obtundere. Sed reuertor ad

textus expoſitionem ſecundum Galenum commentarium. Enumerat ergo ille morbos X X X V I I. deſcriptos à Cnidiis : Et quamuis primi tres libri de morbis ſub ea forma ſcripti ſint ; & Quartus etiam, & duo de affectionibus, nullus tamen ad vnguem huic numero ſatisfacit. Sed ſi quis conſideret rem ipſam, ſeu quod in commento Galeni multa deſint, in hac tamen ratione, ſeu quis velit libros huius farinæ enumerare, erunt ſanè plures centum. Plinius dicit ; *lib. 26. cap.* 1. Quid hoc eſſe dicamus aut quas Deorum iras ? Parum enim erant homini certa morborum genera, cum ſupra C C C. eſſent, niſi etiam noua timerentur. At ego in Promptuario Febrium ſpecies X L. numeraui : morbos communes X I V. proprios C X V I. vt omnes eſſent C L X X X. Quomodo poſſint eſſe trecenti id facile eſt coniectari, ſi genera morborum permembra numerentur, velut tumor iecoris, tumor ſplenis, tumor renum, tumor ventriculi, & ita de vlcere, de dolore, de intemperie calida, frigida, & ſic de ſingulis, cito peruenies ad eum numerum. Plinius tamen intelligit de morbis differentibus, vt metagralichen, Tenaſmon, cœliaca. Differunt ergo genere, & ſunt X V I. aut loco, aut vtroque. Dicit Galenus hunc numerum non poſſe inueniri, niſi ex methodo quæ explicatur in *Primo Methodi cap.* 5. ex diuiſione autem habetur. At verò viſa ſunt plura, quoniam ijdem morbi in diuerſis regionibus, & varia ratione victus vtentibus, tum temperaturis ætatibus ac membris diuerſa nomina cum ſortiantur, etiam diuerſi eſſe videntur, velut carcinoma in capite vocatur, noli me tangere, infra vſque ad crura nomina generis in cruribus Lupa. Et in quibuſdam regionibus non inuenitur, in aliis cum ſit frequentiſſimus alius eſſe creditur, cum ob varietatem vt in *libro de alimento* de Elephantiaſi ac lepra. Adeſt in hoc commento præclara Galeni authoritas, quæ aliter accipi ſolèt (vt pleraque alia) quam ſit prolata. Ea eſt : ſed hoc in loco dictiones proſequi eſt opus, nempe is expoſitionis ſcopus exiſtit. Nam ſi quis inter exponendum, demonſtrationes ſcripſerit, ſermonem protrahet ; & præcipua quæ ſanationis morborum cauſa exiſtit, dimittet partem, partem inquam quæ maximè ad morborum læthalium curationem excellit. Vnde hic offenduntur in duobus : primum quod Galenus voluerit adhibendas demonſtrationes in explanatione. Alterum quod læthales morbi curationem recipiant, cum id abſurdum videatur & ſit. Sed hoc voluit Galenus neque in prima parte, neque in ſecunda. Nam in prima ſolum hæc tria comparat, in hoc dumtaxat libro, qui ad curandum morbos inſtitutus eſt, interpretationem verborum Methodum curandi, & demonſtrationem eorum quæ ab Hippocrate dicuntur. Ex his primam affirmat eſſe maximè neceſſariam, quippe quæ ſit per ſe & primò. Interpres enim voces & ſenſum, non voces tantum, ideſt etymon (in hoc enim decipiuntur) explicare debet, & in hoc interpres à grammatico differt. Poſt eſt vtilitas ex curandi Methodo, vltima ex demonſtratione ; vult ergo ſolùm quod vbi non poſſint haberi omnes, vt omittatur quod eſt nimis vtile ac neceſſarium, & eſt demonſtratio. Sunt ergo duo iam quæ cum falſa videantur, vera ſunt. Primum quod interprætis officium eſt explicare voces, ſed non vt grammaticus per etymon, & vt declinantur, verùm ſenſus. Secundò non omittendæ ſunt demonſtrationes eorum, quæ dicuntur, ſed ita agendum vt properemus ad finem, vel ſi demonſtrationes ſint vtiles admodum ac neceſſariæ ad curam. Tertium morbos lethales vocat, qui cito perimere poſſunt, non quod ſint perempturi. Nam cum his in genere tradatur curatio, nullus fermè morbus ſponte adueniens eſt inſanabilis genere : ſed vel propter magnitudinem, vel modum aut ſubiectum aut caſum. Subiectum velut infans, decrepitus, vigil, crapuloſus. Caſus poſſunt eſſe plures ignorantis medici aſtantis, defectus neceſſariorum, magnitudo quomodo poſſit occidere ; ſed diuerſis modis, in morbo per ſe deſtruendo operationes naturales vitæ, neceſſaria, cauſæ : quia non poteſt ſanari morbus, ideo tandem interficit. Symptomatum vel naturam debilitantium, vt dolor vel opera neceſſaria vitæ, impedientium vt conuulſio reſpirationem, vomitus coctionem cibi. Morbos igitur læthales appellat, qui maiore ex parte perimunt, vt in *Primo de morbis* : læthales morbi dicuntur qui vbi facti ſint, hominem perimunt & enumerat tres, Tabem, aquam, intercutem, & in vtero gerente morbum acutum. Ex illatis autem morbis, ab externa cauſa multi ſunt, videlicet vulnus cordis, vulnus trunci venæ magnæ, aut arteriæ, confractio cerebri, cum partes partibus commiſcentur, aut oſſa, illi ambo ventriculi ſimul vulnerati, ſecta medulla ſpinalis per tranſuerſum, ſupra iecur, & ventriculus, & inteſtina gracilia magno vulnere affecta, aut punctim cæſa, non tamen iecur neceſſariò, vt ſint in vniuerſum X L.

TEXTVS VIII.

MAximè autem Medicum laudauero, qui in morbis acutis vi quorum plurimi hominum enecantur, ſecus quàm cæteri in melius procedat. Sunt hi igitur acuti morbi, quos Priſci nominatim perſtrixerunt pleuritis, peripneumonia, Phrenitis, lethargus, cauſus, & quicunque alij hos conſequuntur, morbi quorum febres porſus continuæ interficiunt.

COMMEN

COMMENTARIVS.

Quamuis morbi læthales vt antea dictum eſt ſint ex diuturnorum genere, nihilominus Hippocrates affirmat plures homines ex acutis mori, quàm ex aliis: cum enim tria ſint morborum genera, acuti, diuturni & mites, vt tertiana ephemera, tuberculum externum, abſceſſus in grandulis, ex his niſi magnus caſus ingruat, nemo perit. Ex diuturnis autem pauciores pereunt, quoniam vt Hippocrates affirmat in *libro de arte morbi pag* 2. perimunt, quia non dignoſcuntur, ideo morbi quantò breuiores hac cauſa, tantò pernicioſiores: cum antequam dignoſcantur, aut mors aut ſtatus morbi aut ſaltem incrementum, quo in tempore medicari, aut ſanguinem niſi raro mittere non licet, ſuperueniat. Ideo tum contra in diuturnis, quia initium prælongum eſt facile è medico in initio deprehendere morbum, & ei auxiliari. Ideo auari homines ſæpè ſibi mortem accerſunt, & multis modis incommodi ſunt medicis. Primum enim eos ſero aduocent, ſi pereant, quod culpa illorum accidit propria, contigiſſe videtur. Deinde conqueruntur de aliis: voluntque has querelas eſſe pro præmio. Vnde inter medicos inimicitias graues ferunt. Tertio vrgent ob auaritiam medicum, vt ea agat quibus vita in diſcrimen agatur, velut purgando ante coctionem, reficiendo corpus; nam exiſtimant celerius robur recuperaturos adhibendo fomenta opportuna & ſimilia. Quarto vitando medicos celebres ob præmij magnitudinem: adduntque malum malo: quoniam vt vitent auatitiæ ſuſpicionem, infamant illos, & deterioribus poſtponunt aut ſaltem æquant. Quinto quoniam neque aſtantes adhibent aut imperitos: neque auxilia præclara fingentes abhorrere guſtum aut odorem, quorum precium oderunt. Sexto quia ante tempus ſurgunt laboribus & curis ſe exponunt, medicum ablegant: ita ſi recidant queruntur de illo, & ſuo facto eum infamia aſpergunt. Septimo quoniam & ſi te retineant; vt meliorem ſaltem aliis ablegatis, nec ſine quærela illos tibi reddunt hoſtes. Ex morbis ergo acutis plures pereunt, tum ob naturam, quia habent febres continuas vehementes coniunctas: Et quia medicus morbum dignoſcere nequit tempeſtiue: Tertio quia habent motum materiarum, quo ſymptomata praua gignuntur. Sed cum enumeret quinque hoc ſolum Phrenitiden, lethargum, morbum lateralem, peripneumoniam & febrem ardentem, ſcilicet duos capitis oppoſitos, nam lethargus fit à pituita, phrenitis à bile, ita etiam peripneumonia à pituita lateralis morbus à bile, febris ardens vtrumque contrariorum amplectitur, vt *Quarto de victu in acutis*, vt intelligeremus acutos morbos non fieri tam ratione generis humoris, quàm modi, vt ſi inflammationem pariat humor, aut ob vehementiam putredinis & locum: vt cum humores illi in venis magnis peruenerint: neceſſe eſt enim ſi ibi putreſcant, vel valde multos eſſe, vel valde prauos, vel vires fore imbecilles, aliter expellerentur, & facerent intermittentem, aut ſi ante putredinem vt decumberent in aliqua parte. Porrò de his morbis agit in *Primo de morbis* Et loco lethargi habet vnam & anginam, nam & Cornarius Lethargum omiſit in ſua interpretatione, cum tamen habetur in vtroque Aldi Codice. Dicebat in *Primo Epidemiorum ſect.* 3. In continua febre, morbi acutiſſimi grauiſſimi & maximè lethales. Hic verò contingunt tres dubitationes, prima circa tres morbos, lateralem, lethargum, & peripneumoniam, an ſint acuti: ſecunda quid intellexerit per ea verba. Et quicunque alij conſequuntur morbi..... Braſauolus vertit, *inhærent*, neuter ſenſus videtur ſatis opportunè adiectus, neque enim video quomodo angina conſequatur aut inhæreat phrenitidi. Tertia quia videtur velle Hippocrates, quod hi morbi occidant ratione febrium vehementium, potius quàm natura ſua, Hoc autem videtur non ſolum falſum, ſed abſurdum, cum phrenitis corrumpat cerebrum & peripneumonia pulmonem & exinde cor: Et lateralis morbus inhibeat reſpirationem, neque videmus tantam febrem, quæ in aliis cum ſola eſt, occidere poſſit in tam breui tempore. Imo febris per ſæpe eſt exigua & tamen moritur æger. Propterea dico quod ob duo adiecit illa verba, primum vt intelligeremus eſſe illis ſermonem hic de acutis morbis, qui cum febre ſunt, non autem de aliis, vt attonito morbo, doloribus coli, aut renum. Secundum vt intelligeremus morbos acutos habere febres coniunctas ſecum, quæ per ſe occidere poſſent, licet non neget maiorem etiam non eſſe vim occidendi in morbo ipſo: illa tamen eſt propria cuique, ſed in febre conueniunt; quod non ſolùm lethalis ſit, ſed etiam eodem modo perimit. Et ideo etiam curandi ratio per victum eſt vna & eadem in omnibus, quod ad hoc attinet. Ad primum autem dicet quis, morbum lateralem non eſſe acutum, ex Anaxione *Tertio Epidemiorum*: Ideo hic intelligit de acutis vſque ad L X. diem, qui tamen impetus ratione intra X I V. terminantur, vt in contradictione. De lethargo etiam eſt difficultas, Quia fit ex materia pituitoſa frigida, cum lenta febre, Paulus *libro tertio.* Dico quod eſt acutus quia lethalis & breuis, licet non ſpecie vehementer videtur. Et febris illa praua eſt licet lenta videatur. Peripneumoniæ aliquæ videntur comprehendi ſub diuturno morbo, quia fiunt per deſtillationes à capite pituitoſas: quæ tamen propriè ſunt ſcilicet pulmonis phlegmon, vt Paulus deſcribit *libro tertio, cap.* 30. Ille ſunt non ſolum è genere acutorum ſed acutiſſimorum. De ſecunda autem quæ-

ſtione dico qnnd per... intelligit vim aut naturam..... ſcilicet obtineotia. Qund eſt ſenſum non verbum reddere verbo, quæcunque ex hnrum natura ſeu eſſe etiam his ſcilicet breuibns, quorum febres continnæ interficiunt.

TEXTVS IX.

CVm enim nullus communis peſtiferi morbi modus paſſim graſſatus fuerit ſed morbi & ...... ideſt ſparſim priuatimque prehendentes & ſimiles fuerint: ab his plures quàm ab aliis omnibus intereunt.

COMMENTARIVS.

Cum dixiſſet in textu præcedenti (in morbis acutis vi quorum plurimi enecantur) videbatur quod plurimi ob morbos acutos interirent, cum tamen ex longis etiam vagantibus plutimi motiantur: Ideo non ſolum hnc vult, quod ex mnrbis vagantibus poſſint plures mori, etiam quod acuti nnn ſint, ſed etiam qnod ex motbis acutis vagantibus nnn neceſſatio plutes intereant, adeò vt velit fieri cnmparationem morborum acutorum ſolum ad..... ideſt ſparſos ſeu ſpartim vagantes. Dicit ergo ioter .... acuti plures occidunt, quaſi dicat, nec neceſſe eſt vt plures occidant quam patrij ſeu Epidemij, nam hos vagantes appellamus latinè, illos autem græcè Eudemios. Sunt igitur quaruor morborum geneta, vagantes minimè lethiferi quos Epidemins appellamus: lethiferi quos peſtilentes. Vnde videtur peſtilens morbus ſpecies eſſe Epidemij: ſed & Endemij ideſt pattij, quorum etiam quidam familiæ communes ſunt velur podagra, comitialis, attonitus, Calculus, Elephantiaſis. His omnibus oppoonntur ſporades, ſed quia Hippocrates dicit. Et ſimiles fuerint ſcilicet ſporades, dubitat Galenus, quoniam tum Epidemij erunt, aut etiam peſtilentes aut Endemij: Inquit enim *in ſecundo de Humana natura* Morbi communes non poſſunt fieri niſi ab aëre: quoniam victus tatin non eadem poteſt eſſe in omnibus, neque etiam idem operati in ſenibua, iuuenibus, maſculis, fœminis, neque comedonibus, aut vini potoribus, aut exercitatis, aut contraria cnnſuetudine vtentibus. Vnde etiam meritò quis nbijciat: ſed neque aër debet operari idem in diuerſis temperaturis, aut ætatibus, aut moribus, citca res non naturales. Sed duplex afferre npnttet reſponſum, vt ex duplici vnum fiat. Primum quod ſi fuetit victus ratio, & errnr circa illam vnus, contingent etiam morbi ſimiles, vt Galenus ibi dicit in commento, quoniam, in Aereo comedebant legumina crutibns inualidi euaſernnt: vbi autem eruca veſcebantur, dnluerunt genna, Et qui frumentum putte comederunt eodem morbo laborarunt. Difficile eſt autem cauſam adeo communem inuenite vt eſt aër: Ideo Epidemij morbi & peſtilentes ab aëre ſæpius & magis communes fiunt. Secundum qund reliquæ cauſæ, dicit Hippocrates, etſi ſimiles ſint, nnn adeò pnſſunt eſſe ſimiles, neque adeò potentes, vt non varient nb diſſimilitudinem inter ſe, & ſuperentur à diuerſitate ætatum, naturarum & reliquotum, aër autem vinci non poteſt: quoniam vt dixi homn haurit in ſingulos dies pluſqnam 300. corbas ſeu menſuras magnas vini, Mediolani *brentas* vocant, quamuis brenta Mediolanenſis ſit aliqnanto maior corba Bononienſi: Nam LXXV. hentæ Mediolanenſes ſunt L X X X I V. cotbæ Bononienſes. Dicit ergo Galenus ad primam dubitationem, qund nnn poſſint eſſe ſimiles tales mnibi. Sed debet legi litera cnm præpoſitinne non. Alia reſponſio eſt adeò abſurda, vt neque Braſaunlus diuinare potuerit, quis eius ſenſus eſſet, qui tamen genuinus eſt, vt ita legatur litera. Cum enim nullus morbus enrum graſſatus fuetir, ſed moibi ſporades, & ſimiles ſupradictis, ſcilicet phrenitidi, & motbo laterali; ideſt acuti, ab his plures homines pereunt quàm ab aliis.

Norandum quod tam in Epidemiis, quàm peſtilentibns mutari ſolent morbi, quia cauſa communis illotum variatut, vel magnitudine, dum augetur aut minuitur, vel natura, ſeu ab aſtris & conſtellationibus, ſeu hic ex conſtitutionibus, ſeu nb temporum ſucceſſionem, vt ſi hyeme patiat morbos latetales, ver pariet febres putridas, æſtas dyſenterias, vnde tecitat Beraſauolus, quod in peſtilentia illa anni M. D X X V I I I. quæ fuit communis toti nrbi, primum mntbi latetales incæperunt, inde phrenitides, poſt catochi, denique in varios diuiſa eſt peſtilentia morbos, & hoc in ſpacio quatunr menſinm. Et nota quod per nomen peſtis vt alias demonſtratnm eſt, nnn intelligo niſi morbum qui interimit ſeu ob aſceſſus: quns facinnt ſeu nb putredinis magnitudinem, ſeu quia rapiatur materia ad membrum valde neceſſarium vitæ, & maxime imbecille, vt ad laryngem, cerebrum & pulmonea, Nam cor & iecur licet ſint neceſſaria vitæ, ſunt tamen rnbuſtæ: vel quoniam materia ſit venenoſa, quod rariſſimè accidit, cum frequenniſſime, à medicis credatur. Notandnm ſecundò quod ſicut in peſtilentibns motbis acuti fiunt deteriores ſporadibus, ita quandoque accidit, vt in Epidemiis fiant mitiores, & licet appateant multa ſigna lethalia, ægri, tamen plutimi ptæter ſpem ſanantur, vt egn obſeruaui in qnodam Mediolani, puto circa M. D. LVII. in pleriſque.

TEXTVS

TEXTVS X.

IDiotæ verò non admodum cognoſcunt eos, qui in huiuſmodi ab his differunt, qui rem propius ſunt contemplati.

COMMENTARIVS.

Imperitus illius rei oon omnium intelligitur: imperiti itaque rei medicæ non norunt, quantum ioterſit inter prauam & bonam inſtitutionem victus, quia illa cognoſcitur vel ab artis præceptis, vel authoritate præcipientis, vel ratione quadam vulgari, vel ab exitu. Quod ad artem attinet, cum eius iam ſupponantur ignari, dubium non eſt neſcituros illos diſtinguere inter peritum & imperitum, bonam & malam victus rationem. Quod ad rationem vulgarem attinet, illa pendet ex tribus: ex vſu plurium ex eo quod ſanis eſt vtile: nam idem etiam ægris conuenire debet. Et ex eo quod eſt tanquam principium; velut quod vires ſiot inſtaurandæ. In hoc decipiuntur, quia non interponunt medium inter languidas vires & validas: ſcilicet remotionem cauſæ vires deijcientis, ad quam tollendam tenuitate victus opus eſt: cum ad reſtituendas illas ſecus opus eſſet victu pleno. Tanti eſt hoc medium, quod pericliſitantur languentes, & medicis ſeu dederint cibum, ſeu non dederint, infamia accedit. Nam ſi dederint infamiam ſubeunt ex ægri morte, quæ eſt fini contraria ipſius medici: ſi non dederint videntur contra primum principium egiſſe. Quantò magis ſi mors ægri ſuccedatur. Vſus etiam & ſanorum victus aduerſantur huic tenuitati, & ideo omnibus modis Idiotæ malè opinantur de illis medicis. Ab authoritate præcipientis, illa eſt potius in imperitis quam peritis: tum quia ſunt audaciores: tum quia laborioſiores, tum quia blandiores: demum aliis rebus melius ſtudere poſſunt, velut ornatui, ſalutandis ciuibus, compoſitioni domus, familiaritatibus. Bonus enim medicus cum ſex aut ſeptem ægros habet, præſertim ſi ſtudiis vacare velit aliquantiſper, eſt totus impeditus. Quod ad finem attinet, medicus imperitus licet plurimos occidat, tamen eos quos ſanat videtur ſemper ex grauibus morbis ſanaſſe, ob tres cauſas: prima quoniam exhibens carnes & oua videtur vires arte ſuſtinuiſſe, Ideo dicunt vulgares, ſi æger cum hoc præſidio ad tantam imbecillitatem peruenit, certè ſi quis non adeò diligenter ſuccurriſſet, interijſſet. Secunda, quia vtitur tot medicamentis perperam, ideo cum perſuaſum ſit omnibus, quod contraria contrariis curantur: Igitur morbus debuit eſſe multiplex, difficilis ac magnus, qui tot præſidiis ad ſanandum indiguerit. Tertia quoniam ex tot præpoſitis actionibus medici imperiti, ambitioſi, & improbi, æger ſemper deuenit verè ad magnum morbum. Vnde probus medicus & peritus, ab initio illius radices præſcindens, illum ſanat ex leui morbo, nec eſt aliud auxilio bono medico, niſi cum deploratos quaſi io manus ſuſcipiendo, & à tot perperam factis abſtinendo, ſimul oſtendit, & morbum fuiſſe ab initio paruum, & prauè curatum.

TEXTVS XI.

ALiáque auxilia magis laudant, vituperantque.

COMMENTARIVS.

Hic textus multiplicem poteſt habere interpretationem vt alia referatur ad partes rationis victus, ideſt pharmaceuticam & chirurgiam: quaſi dicat rationem victus contemnunt; quia non agnoſcunt vim eius: alia autem auxilia modo laudant, modo vituperant. Secundus ſenſus eſt, Idiotæ alia præſidia laudant, praua ſcilicet, & vituperant bona, non tamen ita, vt ſemper mala bonis præferant: iſtud enim eſſet nimis, nec caſu errarent; ſed quaſi ex compoſito. Tertius vt laudent potius non conuenientia, ex quo neque laudandi ſunt, neque vituperandi, (& eſt Galeni interpretatio, quoniam cum amplectantur deteriora, non ſunt laudandi: cum ignorent, non ſunt culpandi, ſcilicet niſi de audacia. Quòmodo autem intelligenda hæc ſint ex ſequenti textu indicat.

TEXTVS XII.

MAgnum antem rei argumentum, quod vulgus morbos huiuſmodi, ſanationémque, vt pote rude planè ignoret, eſt hoc: nempe qui medici non ſunt, medici eſſe ob huiuſmodi morbos videntur facilè, ſiquidem nomina diſcuntur quæ apud ægros vſui eſſe exiſtimata ſunt: ſi enim quiſpiam, Priſanæ cremorem vncumque hoc vel illud & melicratum nominaverit, referre omnia eadem medici tum boni tum mali plebeis huiuſmodi videntur: ſed re ipſa ſecus habet. Nempe hi quantum ad hæc attinet ſupramodum inter ſe differunt.

COMMENTARIVS.

Oſtendit Idiotas facilè decipi in dijudicando de auxiliis & medicis, quoniam auxilia eadem velut Ptiſanæ cremor, mellicratum vinum, tam nominantur à malis medicis quam bonis, quia diſcere nomina facile eſt, igitur quod ad rem attinet non poſſunt dijudicare: neque quo ad rationem, quoniam illius non ſunt capaces, igitur non poſſunt ferre iudicium de bonis medicis neque malis: quare nec probare illa, aut alia damnare, ſed æquale iudicium de omnibus ferunt: ex quo liquet ſuperiora verba intelligi ſub quatto ſenſu, ſcilicet de ratione victus: vt ſit ſenſus: Aliaque auxilia ad victum pertinentia laudant magis aut vituperant, vt Ptiſanam quam vinum, mellicratum Ptiſana: quod cum putent non magni intereſſe, tamen dicit hæc ſupra modum inter ſe differunt. Atque hic eſt finis ſecundæ partis proœmij: ſicut tertio ibi. *Nempe & ægris.* ſic & prima pars in Quatto textu, vel ſecunda inquirat ibi reſte Galeno: ſed de Diæta vt ergo non medicum eſſe exiſtimet, narrat Braſauolus hiſtoriam huiuſmodi. Nonnunquam in Ferrarienſi foro circulator quidam penitus ignarus, omnibus futuram ſanitatem promittebat: & de quibuſdam morbis mentionem fecerat: Idiota quidam morbos illos audiens, ſtatim putauit hunc egregium eſſe medicum, vt eius vxorem ſanaret: itaque illum acciuit & domum verſus ducebat, eram ego & alij non pauci in Pharmacopolio pro inſigni columnam habente, ſimúlque aderat excellens Leonardus Bonus, vir apprimè facetus, qui plebei circulatorem ducentis amicus erat: tunc Bonus plebeium coarguit, qui circulatorem vocaſſet, cum tot ſint Ferrariæ probi medici: At plebeius ſtatim reſpondit, hunc circulatorem vxoris ſuæ morbum recenſuiſſe: & ſe illam ſanaturum ſpopondiſſe. Tunc Leonardus illi ſuadebat, credenda non eſſe quæ à talibus viris referuntur. At plebeius reſpondebat id non poſſe non credere, cum dixerit ſe & ſcire ſanare, & poſſe vxoris ſuæ morbum, addebàtque ſe nunquam dicturum, quod ſoleas vel calceos conficere ſciter, cum id neſciat. Vides igitur quomodo ex ſolis verbis popularis hic non medicum eſſe medicum indicauit. Sed reuertamur ad magis ſeria. Quærit enim Braſauolus, quomodo in manibus præclari medici aliqui moriantur, & imperiti ſeruentur atque ſanantur? Et reſpondet quod hoc eſt ob varietatem morborum, & ita de ægrotante poſſet dici, vt pote ſenex cacochymus & non parens medici præceptis: ſed ſunt aliæ cauſæ etiam, neque enim hanc eo modo expoſitam refuto, in qua etiam ſub meliore medico æquali ex morbo poteſt periclitari æger, & ſub imperito ſanari) velut quomodo medicus præſtantior non eſt præſtantior alio in omnibus, ſed in pluribus, in quibuſdam autem eſt longè inferior vt de chirurgo & phyſico. Tertia quomodo medicus imperitus poterit dignoſcere temperaturam Ægri, mores proprios, & vrbis, & aërem habere, arcanum quàm quod ignoretur præſtantius. Quarta ob maiorem diligentiam, nam medici etiam clari nominis plures ex conſueto ægros habent, & cum in plura diuiditur, fit minor ad ſingula. Quinta quia aberrant in præſtantiore: nam appellant ſæpè præſtantiorem medicum Principis, alium quia profitetur medicinam, alium quia pluribus nobilibus manum adhibet, alium quia ditior, comptior, prudentior, quæ omnes cauſæ ſeu coniecturæ potius imperitiæ cauſa ſunt. Nam medici Principum non poſſunt ſtudere, non audent ſuper debita auxilia, de prædictione ad poſthumum. Et nemo audet eis contradicere vel reprehendere, vnde manent in ſua ignorantia, ſunt etiam ambitioſi & de ſe plurimum pollicentes, ſapientia autem noſtra à Domino Deo eſt, qui præſtat illam humilibus, Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Et ergo nihil mihi prorſus tribuo, ſed omnia dono à Deo benedicto accepta recognoſco. Profeſſores verò deterius magis interpretando quam medendo intenti, & ob ſcholares contradicendo aſſueti, ſunt interfectores hominum, & nunquam aut valdè ſerò medendi artem diſcunt. Vnde hoc nobis fælicitet contigit, vt ab exercitatione artis contra communem vſum ad profitendi munus tranſierim, quod & quibus ceſſit bene omnibus fuit: ſaltem quod ad artem & curationem licet aliquibus malè quoad profitendi munus: ſicut de quodam caballo Patauij ab Illuſtriſſimo Venetorum ſenatu contigit dum ad profitendum vocatus eſſet. Similiter qui nobilibus medentur, plerunque ob verba pulchra & lenocinia quædam, ac fucos, in victus ratione præferuntur: dum ergo ſunt intenti inutilibus ad artem, neceſſe eſt, vt tantò inferiores ſint in neceſſariis ad artem. Sexta cauſa eſt quoniam vel quia tardius vocatus, vel quoniam obſcutior morbus non intelligetur tempeſtiuè à claro medico, & ab alio facilius intelligetur, qui minus obſcurus eſt: vel quoniam celetius vocatus, vel admonitus. Septima cauſa, qua medicus imperitus non veretur infamiam in magno morbo, cum ratione magis agit præſtaoribus auxiliis vtens, clarior, dum torpet ægrum, mori ſinit. Debemus enim in valde dubiis ac ſecus conclamatis audere, *Decimo artis curandi cap.* 10. *pag.* 3. Octaua eſt etiam in eodem ægto, & in diuerſis, medicus clarus inhærebit vni rationi medendi malè, interptæratur illud Hippocratis 2. *Aphoriſ. ſect.* 2. omnia ſecundum rationem facienti & non euenienti ſecundum rationem, non eſt tranſeundum ad aliud, ſtante eo quod à principio viſum, eſt, cum non intelligatur vbi

morbus

morbus verè augeatur, aut vires collabantur. Nona eſt quoniam Braſauolus credit curationem fieri à medico, cum fiat à natura. Et ideo quædam proueniunt vt etiam in plantis melius non cultis velut abies, pinaſter, quam cultis, vt Theophraſtus docet, vnde clarus medicus dum putat ſe ſequi artis præcepta, errat & fallitur.

TEXTVS XIII.

Digna autem ſcribi mihi maximè videntur, quæ quamquam medicis vtilia exiſtant, tamen ignorantur: quæ inquam inſignes profectus & inſignes offenſas afferunt, Quæ autem ignorantur, hæc ſunt: Cur in acutis morbis medici quidam Ptiſanas non colatas perpetuò exhibeant, & rectè curaſſe ſe exiſtiment: Alij omnino contendant, hordeum vt nullum æger voret, ſubſequuturam inde offenſam veriti, ſed cremorem linteo colatum porrigunt. Alij vero neque craſſam ptiſanam neque cremorem exhibeant, atque ex his quidam, quoad æger ad ſeptimam vſque peruenerit diem: alij perpetuo donec morbris iudicatus fuerit.

COMMENTARIVS.

In hac tertia parte procemij, cum in duabus prioribus reprehendiſſet generaliter Coidios medicos, inde omnes veteres medicos, docet quid facturus ſit in hoc libro, ſcilicet quod docturus eſt ea, quæ medici ante ipſum ignorarunt, cum eſſent ſcitu neceſſaria, vnde hæc ipſa recenſet. Nam ob id inquit, quidam vtebantur tota Ptiſana, quidam ſolo cremore: Alij demum neque vno neque alio vtuntur. Et hi quidem diuiſi ſunt: quidem enim vſque ad ſeptimam diem, quidam vſque ad extremum morbi finem. Et licet Hippocrates hanc controuerſiam diſſoluat ſolum in acutis morbis, tamen ipſa eſt inſtituta de omnibus. Docet autem quod debent ſcribi ea, quæ tres conditiones habent, quod ſint vtilia ægris, non contentioſa aut perperam commemorata, vt originum hiſtoriæ, & vt vtilitas ſit inſignis. Demum vt ignorentur à medicis: vulgare enim nihil dixit Galenus *ſecundo de ſpirandi difficultate cap.* 7. ſcripſit Hippocrates. Quæ autem eſſent ſubiungit, non ipſam exhibitionem, illa enim neque ignorabatur à medicis, neque vna erat, ſed cauſæ, ex quibus vtiliter poterat conſici vna regula, ſcilicet quando eſſent danda pro tota Ptiſana, quando cremor, quando nihil.

Galenus hunc locum exponens, primum dicit hanc quæſtionem eſſe logicam, non rationalem aut medicam: non quod cauſæ inquiſitio non ſit medico neceſſaria, ſed non eſt neceſſaria cauſæ inquiſitio, cur medici hi ſic aut ſic operentur. Verum licet ad tractationem non ſit neceſſaria, vt erat conſuetudo medicorum, eſt tamen vt res ipſa, ideſt cur aliquando ſit neceſſaria exhibitio vnius vel alterius vel neutrius, hoc enim eſt medicum quaſitum & principale. Nihilominus demirari ait Hippocratem, quod medici auſi ſint ea probare, quæ habent euidentem offenſam, & vituperare quæ plurimum conferunt. Nam hoc ſanè videtur mirabile. Ait autem Hippocratem ſolum proponere quæſtionem, Eraſiſtratum autem explicaſſe illam hoc modo in primo de febribus, cum quidam in illis longis mediis ægros conficerent, alij vt petrones contra darent vinum & carnes, neutri bene conſulebant illis, ſed nec tamen perimebant omnes ægros, nam ſi omnes peremiſſent omnes illos deſeruiſſent: ſed quidam eorum cum alterutra ſanabantur: alij cum exquiſitè tenui, alij cum omnino plena. Et non ſolum dicit Eraſiſtratus qui eam diffiniuit, ſed etiam Hippocrates, qui eam adinuenit, laude digni ſunt. Et non ſolum quæſtio hæc de morbis acutis, ſed etiam diuturnis agitata eſt inter medicos.

Addit præterea vnum pulchrum, ſcilicèt quod medici errantes in victus ratione, non cognoſcentes errorem, confugiunt ad ſuſpitionem, quod æger non ſeruauerit præcepta. O quam iſtud verum eſt ac generale noſtris temporibus, & hoc præuidit Hippocrates in *libro De fracturis*, dum dixit.

De Petrona autem libet breuibus rationem victus & totius curationis, prout à Celſo, in febribus propoſita erat, explicare: inquit enim fuit Petro quidam, qui febricitantem hominem vbi acceperat, multis veſtimentis operiebat, vt ſimul calorem ingentem ſitímque excitaret. Deinde vbi multùm remitti cœperat febris, aquam frigidam potui dabat, ac ſi mouerat ſudorem explicuiſſe ſe ægrum indicabat, ſi non mouerat, plus etiam aquæ frigidæ ingerebat, & tum vomere cogebat. Si alter vtro modo febre liberauerat, protinus ſuillam aſſam, & vinum homini dabat. Si non liberauerat decoquebat aquam ſale adiecto, eámque bibere cogebat, vt monendo ventrem purgaret, & intra hæc omnis eius medicina erat, eáque non minus grata fuit his quos Hippocratis ſucceſſores non refecerant, quàm nunc eſt his quos Erophilij vel Eraſiſtrati æmuli diu, ... tractos non expedierunt. Neque ideo tamen non eſt temeraria iſta medicina, quia plures ſi protinus à principiis excepit,

cepit, interemit: ſed cum eadem omnibus conuenire non poſſiut feré quos ratio non ceſtituit, temeritas adiuuat, ideóque eiuſmodi medici melius alienos ægros, quàm ſuos nutriunt. Inde tranſit ad docendum, quomodo ex doctrina collecta à ſingulorum cognitione tranſierit ad vniuerſalem, quod| commune eſt omnibus diſciplinis, vt habetur à Philoſopho *ſecundo poſteriorum cap. vlt.* Dicebat inquam ex multis ſenſibus generatur memoria, ex multis memoriis experientia, ex multis experientiis dicit tanquam vna, generatur notitia, quæ eſt principium ſcientiæ ſi ſit immutabilium, aut artis ſi mutabilium: ſed modus Hippocratis non eſt eiuſmodi, & Galenus valdè decipitur: quoniam ſic (quamquam hæc vera ſint) loogo tempore indiguiſſet, ideóque compendioſior eſt: Ec eſt declaratus à nobis in Dialectica.

Deinde accuſat fruſtra Eraſiſtratum, quod amplexus ſit in ſuo libro duo extrema in ratione victus, quæ ſunt extra medicinam diuturnam mediam & victum Petronæ, quorum nullus conuenit: Hippocratem autem ſolum mediocrem, ſed detinere ægrum ſine cibo non eſt|diæta mediocris. Ideo melius eſt dicere quod Hippocrates loquitur hic ſolum de diæta ægrorum, non de mediocri. Eraſiſtratus autem de diæta communi ſanis & ægris, cum prior ſit extra propoſitum volenti tractare ſolum de morbis acutis: neque Eraſiſtratus volens tractare ſolum de ratione victus febricitantium.

Notandum igitur quod Hippocrates docet nos tres rationes victus antiquorum: prima in qua vires ſuſtinebantur protſus cum opus eſſet illis, vt cum vires ſunt imbecilles, vel morbus reſoluit eas, vt in ſycopoli & peſtilenti, vel cum indigemus viribus animalibus, vt in morbo laterali: vel cum ſit eductio perpetua, vt in diarrhæis & dyſenteriis: vel cum morbus eſt leuis vt in Ephemera, vel cum morbus eſt diuturnus vt *prima Aphoriſmorum. tex.* 5. Et dicit mediocris victus *prima Aphoriſmorum com.* 4. qui fit per Ptiſanam non colatam, nec auget nec minuit vires. Aut qui leuiter minuit vires vt qui fit per cremorem Ptiſanæ, & dicitur tenuis, & eo indigemus in morbis explicatis *prima Aphoriſmorum*, & hic explicabuntur. Aut vt nihil demus aut ſolam mulſam, & vocatur tenuiſſimus, quo vtimur in morbis extremis *prima Aphoriſmorum. text.* 7.

TEXTVS XIV.

SAnè quæſtiones huiuſmodi proponere medici non conſueuerunt, neque forſan ſi proponantur ſoluuntur.

COMMENTARIVS.

Docet ſe inuentorem fuiſſe talium quæſtionum. Et quia aliquis dicere poſſet, quod etiam alij potuiſſent inuenire: vult Hippocrates quod non poterant quia pondus earum non intelligerent, ſed ſi modo intellexiſſent, ſoluere poſtmodum neſciuiſſent, quia ſunt quæſtiones difficiles & multiplices & profundæ, vnde cum has quæſtiones in hoc libro ſit ſoluturus, patet hunc librum eſſe maximè neceſſarium.

TEXTVS XV.

CAlumniam verò vſque adeo grauam patitur apud vulgum ars tota, vt nullo pacto medicina eſſe videatur.

COMMENTARIVS.

Auget neceſſitatem & vtilitatem operis, docendo quod ex contemptu harum quæſtionum & diuerſitate opinionum ſuperſcripta, in ratione victus medicina tota iniuſtè cum medicis infamatur. Dicit Galenus artes quæ controuerſiam patiuntur, vt poſtmodum declarabit, ſolent contemni: eò quod diſcordia minuit authoritatem, cum homines neſciant cui fidem debeant? ideo deſperantes poſſe cognoſcere veritatem, negligunt inquiſitionem, & ex neglecta fit contemptus, & rurſus diſcordia oſtendit non ſubeſſe fundamentum ſolidum, & ideo eſſe ex coniecturalium genere. Tertio quia contendentes formantur in turpem figuram, vt deſpectui habeantur. Contra Mathematicæ cum ſint certiſſimæ ſunt in maximo precio non ſolum apud ſapientes ſed apud vulgus. Et hoc dicit Galenus in commento. Notandum quod quis poſſet obijcere quod philoſophi ſunt in maiore exiſtimatione, quàm mathematici. Et mathematicorum ſtipendia ſunt denarij; philoſophorum autem aurei: Et Princeps vnuſquiſque habet philoſophum, pauci habent mathematicum: & etiam quod habeant non vtuntur conſuetudine illorum. Cauſa eſt quoniam ſubiectum philoſophiæ eſt longè nobilius ſubiecto mathematicæ: Et ſcire modicum de rebus nobilibus eſt magis iucundum & præſtans, quàm multum de ignobilibus dicebat Philoſophus. Alia cauſa adducitur ab Auerroe quoniam ſcientiæ mathematicæ non faciunt ad vltimam perfectionem hominis velut Philoſophia. Tertia eſt quia philoſophia eſt de rebus veris vt anima, cælo, elementis. Et ſi quid confictum eſt accidit ob errorem: At mathematicæ poræ cum abſtrahant à materia, ſunt de rebus imaginatiis non veris, ideo contem

contemnuntur. Quarta quoniam mathematicæ non efficiunt hominem prudentem & cautum, vt Philoſophia maximè moralis. Ideo iuriſconſulti ad imperia deueniunt. Et in manibus Philoſophorum eſt poſita vita hominum: naturalium quidem propter medicos, & moralium ob Iuriſconſultos. Verè tamen & apud vulgus ob controuerſias mathematici philoſophis anteponuntur.

TEXTVS XVI.

QVa propter acutiſſimis in morbis vſque adeò diſſentiunt inter ſe artifices, vt quæ alter porrigit optima eſſe exiſtimans, ea alter mala eſſe putet, atque fere ob id vaticinationi quam Græci...... vocant ars ipſa ſimilis eſſe videatur, augures ſiquidem alitem eandem ſi ad ſiniſtram volauerit, bonam fauſtámque eſſe putant: ſi ad dexteram malam infauſtámque. Talia quoque in aruſpicina quam.... dicunt videntur, alia in aliis: ſed vatici nantium nonnulli contraria ſentiunt. Dico autem ſpeculationem hanc eſſe & pulcherimam, & germanam, propter quam plurima & comodiſſima, quæ in arte comperiuntur.

COMMENTARIVS.

Oſtendit quomodo diſſentiant medici & ob id medicina negligatur apud vulgus quoniam in eiſdem morbis videor Idiotæ medicos non eadem ſentire; ſed contraria, vt medicina hac de cauſa non ſcientia ſed coniecturalis notitia habeatur, velut Augurum & Aruſpicum. Siquidem ... ideſt augures qui ex auibus diuinant, vnde nomen ſumpſerunt,& Aruſpices qui extis... ideſt arte ſacra cum in ſacris olim immolarent,& ex hoſtiarum cæſarum viſceribus diuinabant vſquedum ſcilicet Hippocratis ætate: vt etiam Xenophon in Cyri aſcenſu, nihilominus cum vnus optima, alter peſſima ex eiſdem prædicat, coniecturalem eſſe diſciplinam conſtat; aut etiam falſam, quod non eſt ita in medicinæ parte curatiua, cum plura ſint in ea, & germana ideſt propria arti, neque ab aliis deſumpta & pulcherrima; proprerea quod ſunt commodiſſima ad finem aſſequendum, ſcilicet ad tollendam mortem ſummum malorum in homine,& reſtituendam ſanitatem, quæ eſt ſummum bonum teſte Hippocrate. Adeo vt etiam ſi ſit Rex magno morbo laborans, non poſſit eſſe felix: contra pauper incolumis ſi non aliter opprimatur Rege ille longe beatior erit.

Galenus in commento tria docet: primum quod nomine.... ſoli Augures non ſomniorum interpræetes intelliguntur: quamuis ex Homero hi tres diuinandi principales modi ſint, auſpicium, aruſpicina, & ſomniorum interpretatio. Secundo ſubijcit quod Arabs Augur dicebat aues dextra volantes, ſeruare fæminas laborantes, ſeu altè ſeu humiliter volarent, ſiniſtra viros: contra Græcus dextra viros, ſiniſtra fæminas; & moderatas altitudines aſtruere ſalutem, immoderatas deſtruere. Adducebátque plures dignos teſtes ſuæ opinionis, inter quos Artemidorum & Phocam & Arbenæum duo ad concordiam afferens: primum quod ſi moderata diſtantia in dextris viros ſeruat, immoderata ſeruabit fæminas, & perdet viros, plures autem immoderatè ideſt altius aut humilius volant: quàm moderatè ergo ex regula Græci Arabs bene diuinabat, quoniam auis à ſiniſtra volans ſalutem viris, à dextra fæminis plerumque portendebat. Atque ita ex eadem regula ijdem diuerſa & contraria proferebant iudicia & vera. Secunda diſtinctio quia Græcus dicebat eos viros, qui eſſent effæminati, & molles, pro fæminis habendos, & de illis cenſenda eadem regula: ſed & alia adijciebat quæ licet ab Arabe non intelligerentur,tamen id oſtendebant, artem eſſe Græci, exercitationem ex his regulis collectam, Arabi fauere. Tertio proponit verba illa, in quibus diſſident per.... ideſt huiuſmodi non ſic ſcribitur ſed...... quod etiam huiuſmodi ſignificat poſſe intelligi quadrifariam, vel de ſola Ptiſana, quæ eſt deterior interpætatio, vel de victu in acutis, vel de victu in omnibus morbis, vel de tota curatione ſingulorum quam vt generaliſſimam omnibus præfert.

Dubitatur quod longa diſputatione proſequitur Cicero *in libris de diuinatione* an ſit aliqua diuinatio maximè per ſomnia, & volatum auium: & extra (omitto quod fortuita ſint & aliena ab his de quibus eſt interrogatio, & fortuitò offeruntur præter ſomnia) Et reſpondeo quod eſt non vt ars, ſed vt ars eſt in ſubiecto: velut ſi anima mea conſtituat ſecum quodcunque videro viride ſpem oſtendet, atrum malum, album vanum; cæruleum mutabile, liuidum exitiale, croceum ſucceſſum: vado vt experiar, anima me mouebit ad obiectum veritati congruens, non quod ars ſit in regula, neque quod illa occurrant remota ab anima: ſed quoniam anima ea regula inſtituta, quaſi ex pacto, vel cum dæmone,vel natura,vel genio ad id mouetur. Ideo cum ſimpliciter ſe offert, & præter naturam eſt aut ex naturalibus principiis, amplecti ſine crimine poteſt,ſed ſi fortuita & ex conſtituto vt in ſortibus ad Idololatriam pertinet.

TEXTVS XVII.

NEmpe & ægris omnibus ad ſanitatem magnum quippiam poteſt, ſaniſque ad ſecuritatem ſeſeque ad bonum habitum exercitantibus, atque ad quod quilibet voluerit.

COMMENTARIVS.

Quadtuplicem oſtendit victus rationis vtilitatem, adeò vt forſan melior ſit tertia expoſitio Galeni, quam quarta aſſignata in commento præcedente, vt intelligatur de ratione victus, & non de tota curatione: quia nemo dubitaret de illa, quin melius eſſet bene quàm malè curari: ſed ſic habet plurimum grauitatis in ſententia vt ſit ſenſus. Ratio victus in ægris affert ſalutem, in ſanis ſecuritatem à morbo: & ad exercitationes vtilis eſt: intelligit præcipuè ad artem militarem, vbi coguntur ſe immodicè exercere & vigilare: & ad alia ideſt ad vitam ciuilem, contemplatiuam, voluptuoſam & ocioſam. Quinque enim ſunt vitæ genera laborioſa militaris, nautarum, ſeruorum, gerulorum, agaſonum, agricolarum: ciuilis contemplatiua, voluptuoſa & ocioſa, quibus omnibus conducit dicit Hippocrates ratio victus. Atque ita habet ſenſum perfectum. Dixit autem magnum quippiam vt neceſſitatem eius intelligeremus.

Relinquebatur dicendum de ſententia Galeni in hoc textu, qui aliter eum introducit, quaſi continuando cum illis verbis. Calumniam vero vſque adeo grauè. Quaſi velit Hippocrates docere hoc exemplo, in arte medica, quod ſicut ex controuerſia in medicina malè audit medicina, & ex præceptis in curatione recta ægri ſanitatem adipiſcuntur, ſani ſecuritatem à morbis, & alia comoda dicta, ita etiam in aliis artibus & diſciplinis ex controuerſia artes parui penduntur, & malè audiunt, cum ipſis artificibus: ex concordia & doctrina vera in pretio ſunt, & bene audit ars, & artifices & emolumentum magnum hominibus aduenit. Quæ expoſitio nec à Braſauolo nec à nobis, licèt credatur multum conformis opinioni Hippocratis, quia tamen ad artem ipſam detrimentum nullum affert, & generalis eſt & vera, ideo admittatur tanquam Hippocratis, & reliqua in commento proſequamur. Nam hic liber cum ad artis exercitationem pertinear, in qua tum methodo tum iudicio & etiam aliqua experientia excelluerit Galenus multum commodi & vtilitatis afferemus, ſi etiam illius placita in commentariis expoſuerimus, vt etiam longè magis in Chirurgicis, velut de medicatrina, & fracturis, & articulis. Nam reliqua quæ non ad exercitationem pertinent vt alias dixi, ſatis ſicco pede pertranſiuit, nos magna ex parte omiſimus aut leuius attigimus. Dicit ergo primum quod verba hæc non ſolum de Ptiſana, ſed omni ratione victus, itemque omni curandi ratione & non ſolum in acutis ſed etiam diuturnis intentio eſt Hippocratis. Itémque de omni genere cuſtodiæ corporis, ſeu ſanorum ſeu ægrorum, & ita etiam de omni exercitatione. Inde addit quod non ex Hippocratis ſententia, ſed ex modo probandi, extenditur ad omnes artes ac diſciplinas, quia ex ſingulari (vt vocant) ideſt propria & vna deuenit ad regulam generalem. Addit demum quod cauſa erroris eſt, quia procedendo ex vno ad regulam generalem, fiunt controuerſiæ in diſciplinis. Et hoc eſt quoniam duæ particulares vt vocant propoſitiones poſſunt eſſe ſimul verè vt aliquis homo eſt albus, aliquis homo non eſt albus. Si igitur ex his concludantur vniuerſales, vtpote omnis homo eſt albus, & omnis homo non eſt albus, apparebit quod repugnant. Et ideo hoc non eſt argumentum Hippocratis, ſed antiquorum. Perinde ac ſi diceret aliquis, antiqui aiebant ptiſanam hordeaceam conuenire febrientibus, ex hoc inferebant, quod omnibus aliis pariter de ſolo cremore in aliquibus cum experiti eſſent, aliqui de nullo eorum: ſeqnebatur vt omnibus febrientibus conueniret tota Ptiſana & cremor, & nihil horum. Et cum ſinguli vellent tueri ſua placita veniebant in contentionem, & ars cum ipſis medicis infamabatur.

Dicit ergo quod proprium eius qui conſtituit artem, eſt vt diſtinguat quæ omnibus conueniunt, quæ pluribus & quæ paucis, & quibus. Vel ſi confundat, ars nulla erit, ſed contentioſa res. Hoc autem docuit *in primo de conſtitutione artium cap.* 10. quæ non habetur, vt teſtatur in ſecundo eiuſdem, qui habetur & ſupereſt. Quod verò ſubiungit non eſſe has diſputationes ſimiles illis, in quibus litigant quidam, an dormiamus, an vigilemus, an ſciamus, an inſaniamus: Hoc more conſueto quorundam pertranſit Braſauolus per eadem verba, mutato ordine, ſimulans ſe explicare: velut etiam facit Auerroes & Alexander ante illum non ſemel: ſed intendit Pyrrhonicos qui contendebant contentione non artificioſa, cum in principiis ipſis diſſiderent vtpote quod nihil ſciremus: Nam hæc contentio eſt inartificioſa: At contentio Arabis & græci de auſpicio erat ex arte, & digna vt de illa haberetur ratio.

Proponit autem quatuor genera malè ſentientium in arte: vel quoniam ex vno experimento voluit condere regulam generalem, ideóque veniunt in contentionem: vel quia ſunt Atechni, & Pirrhonici, diſcordantes in principiis, vel quoniam quærunt noua, ſed nequaquam vtilia ex

arte

arte vt qui vocabantur Methodici: vel qui prodebant blanda vt Aſclepiades vinum qoi dabat ægtis, & in lectis penſilibus illos collocabat æſtate, ob publices, muſcas, auram & motum. Dicit ergo quod ſolus Hippocratea rectè inſtituie medicinam neque conſulens doloſè ad captandam admirationem, neque vt aliorum dicta aut facta damnaret, neque vt blandirentur. Præcipuas autem duas cauſas refert conſtituendi noua dogmata, ſine vtilitate; refert vnam vt admirationi ſint aliis; aut vt externa ab eo inuenta, & ideo aliis ignota licet non digna admiratione. Vt hic rurſus labatur Braſauolus. Ita quidam callidi medici tanquam aduenæ vtuntur inuſitatis auxiliis, ne qui poſſint illos imitari. Differunt ab his qui quærunt admirationem, nam hi circa maiora verſantur, velut ſectionem venæ, purgationem, frictiones, illi autem vtuntur exercicis, & in rebus leuibus momentum ponunt, vt quod gallina nigra ſit aut gallus decolletur, nemo autem ſanæ mentis victum Petronæ probabit, qui vinum nigrum & carnes aſſatas acutè febricitantibus dabat. Ex quo liquet vinum nigrum eſſe deterius albo, & carnes aſſatas elixis in huiuſmodi morbis. Hippocrates autem probatur, quod peritis ſcripſit, & à peritis probanda & vtilia ægris, & nil callide neque ad voluptatem: demum eam ſeruauit mediocritatem, vt ſi non prodeſſent non obeſſent; quæ omnia probo medico cordi eſſe debent; non dicit ergo quod non noceant. Quæ ergo inquit parum differunt, experientia difficilè dignoſcuntur, quæ autem valdè, facilè, quaſi dicat ſi aberres, iuxta illos facilè deprehenderis erraſſe, ſin autem etiam iuxta Hippoctatis placita, difficile erit vt quis poſſit te, ratione reprehendere, quia error circa mediocritatem non poterit eſſe maximus, neque euidens, & hoc commodum conſeqoitur ex doctrina Hippoctatis, quod tamen non eſt omnino magnum apud probum virum, neque forſan illi Hippocrates ſtuduit. Galenus tamen cum non agnoſceret verum Dei cultum, & ſequutus morem hominum non ſolum illius ætatis, ſed etiam præcuris connumerauit inter principalia emolumenta viæ & doctrinæ Hippocratis. Demum concludit, quod diſtinguere in quibus acutis morbis conueniat ptiſana, videtur velle frumenti, aut quibus hordacea, aut quibus ſolus potus quaſi dicat, cum inter hæe parum interſit, ſunt enim hæc omnia circa mediocritatem ad ſolam Hippocratis doctrinam pertinet, ſed hoc neque verum videtur, quando quidem ptiſana frumentacea ferè nutriat quantum panis, & ideo multum, vt ipſe infra teſtatur, neque Hippocatis litera conſentit, qui loco ptiſanæ ideſt frumentaceæ legit totius ptiſanæ: loco hordeaceæ ptiſanæ cremorem. Et ideo hæc litera eſt verior. Braſauolus autem & hunc errorem vt reliquos non animaduertit, ſed ſicco pede literam vt iacet legit. Interpres potius Obeliſco interpoſito ambiguitatem declarauit.

TEXTVS XVIII.

PTiſana igitur frumeotaceis guſtamentis rectè præferri mihi videtur in acutis morbis, eóſque qui eam prætulerunt laudo. Nempè viſcoſitas eius leuis, continua, iucunda, lubrica & mediocriter humens, ſitim minimè iofert, & ſiquid ablui eget, probè abluit. Non aſtringit, non malè turbat, neque io ventre tumeſcit. Nempe inter coquendum quoad maximè potuit, intumuit.

COMMENTARIVS.

Vt in omnibus quæ dicentur deinceps vnus modus ſeruetur: primum cum Ptiſana quiddam ſit artificio confectum, quod non eſt, antequam ab homine factum ſit, ratio ſimplex conficiendi edocebitur. Secundo de viribus illius (quod in textu proponitur) generaliter agemus. Tertio oſtendemus illius vires ex compoſitionis ratione. Quartò modi varij componendi, & ob id ad varios morbos vtilitas. Quinto ratio compoſitionis ex his vtilitatibus ad varios vſus & detrimenta, ſiquis delinquat. Sexto eméndabimus detrimenta illa. Vltimo ratio dandi cremorem aut totam Ptiſanam & quantitatem pro vnoquoque morbo, ſed hoc longa tractatione indiget, & ſparſum eſt per magnam partem libri. Et poſt tractabimus etiam de aqua hordei vulgari. Faciam ergo quinque lectiones neceſſarias. Dico igitur primo, quod cum Ptiſana conſtet aqua, hordeo, & coctione, propter quod tria capita facit author libri de Ptiſana, quem Galeno aſcribunt eo ordine quo dixi, quorum primum tractat de aqua, quæ debet eſſe probata iuxta tres ſenſus: viſum vt ſit clara, munda, & abſque colore, & in ea coquuntur celeriter duriora, quia penetrat & diſſoluitur. Addit quod citò caleſcit & refrigeratur, vt inquit Hippocrates in Aphoriſmis. Talis dicit poſtmodum facilè coquetur, & in ventriculo & venis, & celeriter deſcendet ab hypochondriis, & etiam diſtribuetur per vniuerſum corpus. Erunt autem huiuſmodi aut pluuiæ recentes: vel ſi non, præparare potes ex fontibus ad orientem ſpectantibus, aut ſaltem ex fluminibus paruis, aut puteis. Et indicium etiam ſanitatis aquarum eſt ſinceritas coloris rubri, in carnibus iumentorum, & candor eximius adipis, & ſoni, & quod non adſint lapides in pulmonibus, neque iecore, neque renibus, nec ouum in ventriculo,

triculo quanquam hoc tarius: talia enim comitantur aquas fætidas, fædas, turbolentas, prauas, & quauis ratione corruptas, aut alienas à naturali diſpoſitione bonarum aquarum. Et ſimiliter viri & mulieres & pueri ſint boni coloris, agiles, carnoſi, ſani.

Sequitur de hosdeo quod habet tres partes, farinam, corticem, craſſum, quem appellamus furfuraceum, & medium quem vocat paleaceum: ſed vel non cognouit hordeum author ille, vel hordeum ſuæ regionis à noſtro eſt alienum, vel error in tranſcribendo incidit, vel oſcitanter hiſtoriam narrat. Sed cum de re conſtet, ſatis eſt quod hordeum habet corticem externum, craſſum ſiccum valdè aſperum & furfuraceum, colore, qui tamen ſubſtantia eſt craſſior, intus eſt farina, in medio palearis forſan ob colorem, ſed ob ſubſtantiam tenuis & minus ſiccus, externo frigidus fermè æqualiter. Farina ergo eſt frigida & humida, & totum ob id manifeſtè eſt frigidum, ſed declinat ob cortices ad ſiccitatem non magnam, ob quos etiam detergit cum etiam ipſa farina, ſed minus omnibus, vt exterior cortex plus aliis partibus medius medio modo ipſum etiam & præcipuè illius farina flatum excitat. Eligit ergo medium inter nouum & vetuſtum, quod tamen ad vetuſtatem, declinat, longè deterius eſt: id verò minimè rugoſum eſſe debet. Et ſit ponderoſum, & quod inter coquendùm magnam in molem attollatur. Tale enim humidum habet lentum, miſtum benè, ac tenue plurimonque, & ideo dum bene feruet attollitur. Braſauolus addit quod ſit candidum.

Circa modum coctionis vult, vt primum maceretur in aqua, detrahatur gluma, ſeu cortex exterior, cui ariſta iungitur, & exinde etiam exquiſitius, donec medius auferatur ac decidat. Vult ergo detrahi, quod facies calefaciendo prius hordeum, inde aqua aſpergendo, deinde linteo aſpero fricando. Ideo intelligendum eſt, tres eſſe cortices, vt intimus qui farinam continet maneat, inde eadem aqua decoctum prius aut alia, ſed melius eadem coquere, & primum vehementi igne inde mitiori, donec nullas ampullas mittat. Hoc docet in textu Hippocrates. Antea quidem Priſana cruda dicebatur: loquitur autem de libra vna hordei vt Braſauolus longo experimento didicit. Deinde decem proponit conditiones Priſanæ in morbis acutis, quæ in nullo alio edulio inueniri poſſunt: prima quod lentor eius leuis ſit, nam lenta proculdubio eſt Priſana, præcipuè hordeacea, de qua nunc eſt ſermo, nam de illa loqui illum ſignificant antecedentia, ſed lentor videtur eſſe vitium non laus: reſpondet Braſauolus quod ipſa eſt minus lenta inter omnes alias, vt pote triticeam ex oriza, chondro, & lentibus, & crudam ordeaceam, dicit enim Priſana........ ideſt à pinſendo & excorticando, propterea dicit, cum poſſit fieri ex omni non ſolum ſegite, ſed etiam legumine, hordeacea cocta eſt minus lenta omnibus. Verum iſtud non eſt laudare ſed accuſare Priſanam. Dico ergo quod lentor modicus facit ad meliorem coctionem, quia magis adhæret, & ad alimentum firmius. Dicebat enim Galenus friabilia quantò excellant facilitate coctionis, tantò celerius diſſipantur, & infirmius præbent alimentum. Iuuant & lenta in vomitibus, ſed de hoc non eſt propoſitum, leuis ergo lentor facit ad meliorem coctionem, dum adhæret parietibus ventriculi & firmius alimentum. Forſan cauſa eſt, quod in acutis conueniunt quæ aluum deijciunt, talia autem ſunt lenta *Tertio de alimentorum facultatibus. cap.* 4. Et propter hoc etiam ſubijcit quod eſt lubrica, ſed melius eſt diſtinguere primam hanc conditionem à quarta.

Continua nam qualitas partium facit, vt melius coquatur, non vt alica quæ fit ex Zea iucunda dicit Hippocrates. Parum deterior cibus aut potus ſuauior quidem melioribus ſed minus ſuauibus eſt præferendus. Et in *libro de affectionibus.* Quodconque cibos aut obſonia aut potus ægroti concupiſcunt, exhibeto, ſi non corpori damnum inde acceſſurum eſt. Eſt autem iucunda trifariam vt primò quia commoda: ſorbitiones enim maximè conueniunt ægris in libro de medicina veteri. Et ideo hac ratione placent. Secundo quia contraria placent in intemperie præter naturam in naturali ſimilia, ideo in acutis conuenit Priſana quoniam eſt frigida & humida. Tertio ob præparationem de qua inferius.

Lubrica dicimus quod ob vehementem calorem aut ſiccitatem aluus aſtringitur, & ideo lubrica confert in acutis, deducendo materiam & feces inferius: Dicebat Paulus *lib. ſecundo cap.* 18. putrida per aluum & ſudores expurgare conuenit, ſed intelligit de fecibus & ichoribus, non de materia faciente morbum, ideo ſubiungit; cæterum materiæ deligi debent quæ neque calefaciendo, neque ſiccando valenter prædictas vacuationes moliri poſſunt, velut Priſanæ cremor. Cum ergo lubrica ſit, aluum non ſolum lenit, ſed etiam celeriter à præcordiis deſcendit, quod maximè optat Hippocrates vt viſum eſt ſupra. Quinque enim cum ſint cibi loci vnus vt in ventriculo maneat, alter vt deſcendat in ſuperiora inteſtina, vtrumque refugiunt Hippoc: & Galenus, nec multum intereſſe putant: Tertius cum deſcenderit ad inferiora inteſtina; quartus cum deijcitur: hos ambos probant nec inter illos multum intereſſe putant, modo feces non ſiccentur: quintus optimus, vt diſtribuatur. *Et mediocriter humens:* Hippocrates prima Aphoriſmorum victum humidum febricitantibus omnibus confert, maximè vero pueris & his qui ſic conſueuerunt refici: Cur autem adiecerit *mediocriter humens*,

nam

nam ſuperfluè humida ventriculum labefactant. Hinc habetur diſſolutio quæſtionis, quia Ariſtoteles *prima Problematum* dubitat, an Priſana hordeacea ſit commodior ſanitati, an triticea, cum pictores farinæ tritici ſint coloratiores. Reſpondet valdè ad hoc propoſitum, quod ſanis Priſana triticea eſt melior, & maioris alimenti, atque ſulidioris ac præſtantioris: Hordeacea autem ægris eſt melior, quia paucioris alimenti, ideo minus eos fatigat ac replet, & frigidioris ac humidioris, cum febris ſit calida & ſicca.

Et ſitim tollit. Poterat contineri in hoc quod humida ſit: ſed non omnia humida ſitim extingunt, ſi ſalſa ſint aut calida: at Priſana neutro horum vitiorum prædita eſt. Ideo plurimum obſunt qui ſalis plurimom addunt in Priſaoa: ſitis autem tollit appetitum, exſiccat os, & linguam arefacit, & vigilias auget: Vnde & febris & imbecillitas magis torqoent ægrum, & ſitis eſt quaſi ſymptoma proprium in acutis, propterea dicit Princeps, ſi ſuperflua fuerit, & dicit quod ſi fiat à ſiccitate ſedat eam ſomnus, ſi à calliditate vigiliæ: ſi ergo fiat ab vtraque cauſa, à neutro ſoluitur, ſed à Priſana. Et quia dicit *tollit* non de ſiti generaliter intelligit, ſed ea quæ per aliquot horas aſſumptionem cibi ſubſequitur. Et hoc plerumque non ſemper; & propè abluit inteſtina ſcilicet à materiebus facientibus morbum, vt bile & materia putrida: Vnde redduntur tuti ægri à diſenteria, in qua incidunt laborantes febre & morbis acutis, ex qua moriuntur, vt Princepes *prima quarti Tract. 4. cap. 6. in fine* & hoc nimis frequenter accidit, licet Princeps ibi intelligat de variolis ſolom, com dixit; *Et quandoque moriuntur:* per caſum virtutis cum abraſione inteſtinorum, & fluxu ventris, ſed hoc generaliter iam declarauit antea. Et ſcias qood periculum maius eſt (quod etiam experimento deprehendimos, in habentibus abſtrictam aluum, quam lubricam. Nam in febribus fluxus ventris ſubſequi ſolet, ſed præcipuè diſenteria & fluxus lique factiuus in peſtilentibus. Generaliter autem ſubſequi ſolet ob hoc vel abſceſſum, qui debilitauit iecor, vel ob aſtrictam aluum, cum bilis retenta putroſcit & acuitur. Et licet Princeps vtatur in cura fluxus ad febrem, conſequendis aſtringentibos, aliud eſt cum iam cepit fluxus & impetus. & rimemus de imbecillitate virium, aliud ante, nam palam eſt quod quæ abluunt ſont neceſſaria. *Non aſtringit:* Philoſophus *Prima Problematum* oſtendit quod ratum opportet efficere corpus, quod ad bonam valetudinem præparatur, ſed hoc non propriè facit ad hunc ſenſum, cum loquatur potius de cutis raritate, & laxitate pororum, & in ratione victus ad cuſtodiam quàm ad curam: vnde notandum eſt duplicem eſſe apud Galenum obſtructionem, quæ eſt cauſa febris, ſcilicet pororum de qua *in Octauo & vndecimo Methodi cap. 2.* agit, poſt initium, ad quam Priſana parum aut nihil confert, quia non ſic administratur, aliam meatuum, de qua inferius, & de hac eſt ſermo. Dicebat igitur Galenus *Octauo de compoſitione medicamentorum cap. 4.* ſecundum locos obſtructio, maximè fit in venis, quæ ſunt inter ſima & gibba iecoris, quoniam ibi ſunt venæ valdè ſtrictæ, & eam potredo conſequitur, breui quidem ſi fiat ex humoribus calidis, poſt tempus aliquod ſi ex frigidis. Cumque obſtructio dicit fiat à craſſis len[illegible]que humoribus, *vndecimo Methodi cap.* 10. vbi docet indicationes inueoire, cooueſáque via modum curandi (dico etiam multis) pro quibus vide *Quinto de tuenda ſanitate c. 6.* manifeſtum eſt alimentum Priſanæ neque eſſe craſſum, neque multum, neqoe etiam lentum, ob quæ refugit chondrum etiam, quamuis aliqui perperam concedaot in acutis.

Non malè turbat ideſt: neque flatum, neque rugitum, neque nauſeam neque dolorem, neque anxietatem gignit: hoc eſt malè turbare. Vt etiam cum murmur ventris commouet aut grauedioem, aut ventriculum, lædit vrigioem, aut malos ructus aut ſiogultum excitans, quæ omuia moleſta ſuot ægro, & ſingultus etiam pro lethali ſigno interpretari ſolet. Animaduertere ob hoc oportet, quod ſi ſiogultos eueniat cum languore virium, & circa finem morbi, lethalis eſt: ſed ab initio validis viribus fit, ab humido & lento humore, atque crodo, & tales plerumque ſanantur. Rarò enim homo patitur à cauſis contrariis ſimul, vode contigit viris claris nomine erubeſcere. Alij impudentius etiam, dum tueri ſe volunt, manes bene meritos accuſant. Aliud eſt quod licet flatus ex ſe malos non ſit, coontingit tamen vt malè vexet ægrum, primo dolores excitando, ſecundo vigilias ob motum: Tertio qoia deducit materias ad locum, vt fiant tumores, qui facilè contingunt in febribus; demum qoia ſi ſob imo veotriculi ſit, aut in cauitate, impedit coctiones. Flatus tamen raro interficit vapor, ſæpè ideo diligentur animaduerte.

Neque in ventre tumeſcit. Hoc eſt animaduerſum à Plinio ſecundo dicente, quod Priſana ſi non fuerit optimè cocta, inflat Hypochondria. Idem *in conſilio pro puero epileptico*, docet abſtinendum, vbi apprimè cocta non fuerit. Alexander quoque Trallianos *libro ſexto c. 5.* dicit, quod oiſi bene cocta fuerit, non minus ioflat quàm legumina. Vnde animaduertendum eſt, quod Hippocrates intendit hanc rationem, quæ non intumeſcit amplius in alieno, non intumeſcit in ventriculo: ſcilioet quia non habet cauſam flatus in ſe. Nam com calor igois ſit potentior & ſiccior, ideo flatus magis excitat quàm febrilis, & hic qoam purè naturalis: quare flatus non à calore humido ſed ſicco excitatur, & ob id multi non patientes flatum, perperam vtentes diſſoluentibus flatum, illos ſibi aſciſcunt: Ideo non omnia omnibus conueniuot. Fit autem flatus attenoato humido, & rarefacto eo quod incaleſcit, velut aqua in lebete: ſed

quod coquitur condenſatur, ergo quod coquitur non generat flatum. Sed quia in eo quod coquitur reſoluitur ſemper aliquid, illud neque medicus neque Philoſophus appellat flatum: ſic enim perpetuò eſſemus in illius generatione, ſed cum cogitur, vt poſtmodum neceſſe ſit erumpere. Si ergo paulatim generetur diſſoluitur, & non dicetur flatus: oportet ergo plurimum ex eo gigni. At ex calore humido non poteſt multum gigni, ſed potius ſicco, quoniam actio illius eſt vehementior: & tum magis, ſi materia ſit mixta ex tenui, quæ facilè tranſeat in flatum, & lenta aqua retineatur. Ideo has tres cauſas videmus, dum ius pingat, feruet à multo igne in aheno, ſtatim enim increſcens effunditur. Cum ergo dicit Hippocrates quod non intumeſcit ptiſana, non eſt ſic intelligendus, vt non prorſus intumeſcat, nam id fieri non poteſt, ſed quod parum & per longa interualla, & quod tota moles ſubſidet, quia iam nil ex flatu retinetur, quod & ſi callida & ſicca valdè diſſoluatur, flatum contingit, cum intemperies frigida & humida impedit calorem naturalem ſine materia: aut quia adeo attenuant, vt prodeant, ideo trifariam nocent vel augendo intemperiem, præter naturam calidam & ſiccam, vel plus generando de flatu quam diſſoluendo: vel flatum attenuando, vt adeò dilatetur, non hunc exitum vt diſrumpat. Propterea bonum eſt adijcere diſſecantia, & prius aperire exitum, quo in caſu tutiſſimum eſt, cum iam prodire cæperit, & ita etiam euacuare materiam, & procurare ſomnum, & fomenta expinguibus, & coctionem: hæc enim vera cura.

Quoniam igitur Priſana vt dictum eſt, eſt multiplex, cruda & ex aliis granis, tum vero multa alia ſunt ei ſimilia, ſcilicet puls polenta, maza, cyceon, Alica, Chondrum, pulmentum, ideo de omnibus his dicere oppottet breuiter. Quid enim Ptiſana in genere ſit dictum eſt. Puls autem & polenta & omnia talia cum fiant ex farina, non ex grano, in hoc conueniunt, quod ſicut edulia facta ex carne marcida, aut ſalſa, aut ſiccata, aut putrida, ſunt inſuauia & inſalubria, ex recenter tractata victima, ſuauia atque ſalubria; ita cibaria omnia ex farina ſunt inſuauiora & inſalubria. Et licèt non adeò malè oleant nec ſint corrupta, vt quæ ex carne conſtant; portionem tamen illis reſpondent in ſapore, & odore & natura, licet in natura magis ſint corrupta, quàm in ſapore, & in ſapore rurſus magis quàm in odore ad carnes ſalites comparatione, quia carnes cum ſint humidæ, niſi ſiccatæ ſint, aut ſal addatur, valde fætent. Omnia à tergo eiuſmodi; & etiam Ptiſana facta ex hordeo contrito, aut iam diu excorticato, ſunt praua. Quæ ergo habent rationem Ptiſanæ, vt etiam ex tritico & oriza, & pannico & milio ſunt bona, quia fiunt ex granis viuis, & breui antequam putreſcant, vllo modo conuertuntur in Ptiſanam. Hæc igitur eſt ratio talium eduliorum. Et ſi quis obijciat quod panis deberet eſſe malus, dico quod velut & maza & polenta, quantò ex farina diuturniore tempore molita, tantò eſt deterior. Nihilominus non eſt adeo malus, vt reliqua edulia humida, quia eſt pinſitus & diu ſubactus, & poſt in furno ſiccatus. Vnde panis piſtorum quòd eſt ex recentiore farina, eſt melior quàm domeſticus.

Polentæ igitur & cæterorum docebimus naturam, ob ſimilitudinem quam habent cum ptiſana. Et ideo cum ptiſana cuius confectio vt viſum eſt ſit operoſa, aut quia æger abhorret eam, non vtemur: oportet videre quid illi proximius natura & facultate ſit. Vſus etiam ptiſanæ malus eſt ad vitæ longitudinem, vnde Braſſuolus in hoc errauit pro ſemetipſo, & non potuit implere primom ſenſum. Dicebat enim Hippocrates *6. epid. par. 5. text.* 21. cibaria imbecillia breuem efficiunt vitam: Ptiſana autem cum imbecillis ſit, tum quia non multum nutrit, tum quia frigida, inquit enim Hippocrates in eodem libro, imbecilli victus frigidi, validi vero calidi.

Polenta ergo ſeu .... dicit Galenus, fit ex hordeo recenti mediocriter frixo, Plinius *lib. XVIII.* inquit, pluribus fit hæc modis: Græci perfuſum aqua hordeum ſiccant nocte vna, ac poſtero die frigunt, deinde molis franguot, Inde vbi alios modos conficiendi adiecit, ſubijcit. Quocunque autem ordine præparato vianis hordei libris, ternas ſeminis lini, & coriandri ſelibras ſaliſque acetabulo, torrentes ante omnia miſcent in mola. Vnde liquet quod Galenus dixit: cum autem omnis polenta quæ rectè ſit facta boni ſit odoris, ea eſt ſuaueolentiſſima, quæ ex optimo ac recenti hordeo quod ariſtam non admodum habet ſiccam, eſt confecta, parum nutrit teſte eodem. Cum verò polenta liquore aſpergitur atque ſubigitur maza appellat, Galeno ibidem teſte. Paulo poſt imo ſtatim eam valdè damnat, vt quæ valdè parum nutriat, & multò minus panibus hordeaceis & ægrius conficiatur, & flatuoſa ſit: negat tamen lentum humorem illam gignere ſed ſubactam per aluum mouere, ac magis multò etiam, ſi mel adijciatur. Fuit autem etiam Romanis nota non ſolum, ſed in vſu. Puls autem vt Plinius inquit *lib.* 18. *c.* 8. videtur tam ignota græcis fuiſſe, quàm polenta Italis. Vnde Atheneus inquit *lib.* 14. *c.* 3 a. *pag.* 4. maza à pinſendo dicta eſt, cum ab initio ex ſola farina conſtaret: cum autem aliis multis nobilioribus cibis additis, ad delitias & voluptatem varietate & ſuauitate nobilitata, mattya à madendo appellata eſt. Pultem nutrire plurimum teſtatur idem. Non eſt igitur vt naturam aut compoſitionem à græcis quæramus in pulte. Fiebat ergo ex farina quauis maximè triticea, & nobilior ex ſimila, vt etiam Paulus obiter teſtatur *lib.* 7. Conſtabat ex farina, aqua, & melle, aut caſeo, & ouis, & ideo erat edulium potens & nutriens, quod tamen graue erat & obſtruebat. Quod inſpergebant capiti hoſtiæ mactandæ.

mactandæ. Cyceon autem meminit Hippocrates *in ſecunda de diæta*, vbi etiam mazæ, & docet mazam fuiſſe ſiccam per ſe, ſed ſubigi ſolere aqua vel vino dulci, & tunc naturam mutat, cum ex ſe ſiccet, tarde ſecedat, multum nutiat, non tamen flatum gignit neque eructatur: ſed Cyceonis compoſitionem narrat Homerus vt cani in tempota Troiana reijciat.

At Cyceona valent, infundit Prandia vini
Munera, caſeoloſque addens è lacte caprino
Æreo ſecuit cultro. tum grana minuti
Pollinis aſpergens commiſcuit atque bibendum,
Appoſuit Cyceona auidè potantibus ipſis,
Protinus extincta eſt ſitis arida.

Conſtat & notam fuiſſe Orpheo, vt Adrianus Iunius commemorat.

ſeu vt Arnobius

Inde manu poclum ſumit, riſúque ſequente
Perducit totum Cyceonis læta liquorem.

Meminit & Athencus carminum Homericorum, ſed interptes neſcio qua ratione pro Cyceone Cinnum vertit, fretus falſa Ciceronis authoritate. Eſt igitur potus ſimul & edulium multum alens, ac valde ſuaue, ex vino Prannio; caſeo caprino, & farina: Cui quaſi ſimile eſt quod fit Mediolani ex ouis, ptane, iure & vino dulci, vocantque Zabaionum, quod alludit ad nomen Cyceonis corruptum. Eius meminit Galenus *Quinto in ſextum de morbis vulgaribus* vbi & Hippocrates in ipſo texto.

Chondrus noſtris temporibus non inueniri exiſtimo, cum ex Zea olim fieret, dicocco ideſt duo grana habente, vt Author eſt Oribaſius *in Duodecimo collectaneorum iuxta finem*. Vnde vno principio incognito, tot accidunt errores, vt nunquam ſe poſtea poſſint explicare. Id autem eſt cum à Galeno accipiamus vires alimentorum, non diſputandum quid illæ voces apud alios niſi deficiat authoritas; tum verò ad proximos & eius linguæ ſcriptores, & qui diligenter cuncta proſequuti ſint, veniendum. Fieri enim poteſt vt gratia exempli Chondrus Galeni non ſit, Hippocratis Chondrus: & Plinij, Chondrus Galeni: & ſic deinceps; quod ſi in vnum conſenſerint dubio procul & nobis ipſis & aliis ſatisfactum erit, ſtudioſis magis auræ popularis; quàm veritatis ipſius: ſi non idem tamen momentum habebit, ſola Galeni Authoritas quod omnium aliorum adiuncta. Sufficit ergo docuiſſe Chondrum fieri ex dicoco Ideſt Zea duo grana habente vnius loca nota Dioſcoridi, non nota Plinio, cum in Græcia naſceretur, ideo etiam Hippocratis tempore notum Chondrum fuit. Zea eſt quam ſpeltam vocamus, proximior naturæ frumenti, & ſimilior hordeo, vnde etiam granum quaſi per excellentiam appellabatur:. & vtile etiam in Etruria dicocum habetur. Alica tamen in vſu eſt, quia Zea vnius grani copioſa naſcitur in Italia, cum ſit antiqua, & Plinio nota, Chondrum non, quoniam dicocum non: ob id Chondri nomine & alica & Chondrum vt genus ſignificatur, quandoque Chondrum ſolum vt ab alica diſtinguitur. Nutrit Chondrũ vtrumque melius hordeo, & plus, & ventriculo ſalubrius, ſi vt Priſana præparetur, magis tamen aſtringit ventrem, & imbecillius eſt tritico: neque igitur chondrum far eſt, ſed far quo vtimur, & ex Zea fit, & ex hordeo, & ex frumenti quodam genere. Ob præparationem igitur malum eſt far, Alica autem vt Galenus teſtatur, diutius in ventriculo manet, & bilem ipſam comprimit, nec ab illa corrumpitur, vt *Duodecimo Methodi* dum de febre agit, quæ ſyncopem excitat, ex tenuitate humorum & exhalatione. Nam inquit: non priſana cremorem dabis, ſed alicam cum aſtringentibus, ſeu auſteris, qui non facilè corrumpuntur.

Dico verò, quod Priſana ipſa multiplex eſt triticea, cuius meminit Ariſtoteles loco adducto, & Dioſcorides in *ſecundo libro*, Fit & ex oriza, Horatius *ſatyrarum ſeu ſermonum ſecundo ſatyra tertia*.

——————— *Sume hoc Priſanarium oriza.*

Plinius quoque id affirmat; ſed & ex chondro: Galenus *Primo de alimentorum facultatibus lib.18.cap.7.* ſed inter potus lapſus eſt, alicam pro chondro vertens, vbi etiam phacoptiſanæ meminit, ideſt factæ ex lente, ſed & crudæ antea vbi de Priſana loquitur: ſed licet mirari de Braſauolo, qui putat Galenum & antiquos vſos fuiſſe Priſana cruda in cibis, & mille circa hoc commenta fingit, cum dubium non ſit, nil aliud intelligere Galenum per Priſanam crudam, quàm materiam coctæ Priſanæ, ex qua ſcilicet cocta fit. Et ideo de illius natura ac viribus dicere quicquam ſuperfluum arbitror. Priſana autem lentibus miſta multum à Galeno laudatur, cum autem Priſana inquit contrariam in eo ſcilicet in ſiccitate & craſſitie lenti habeat facultatem, ex amborum miſtione præſtantiſſimum edulium componitur: vtrumque haud æquali portione miſcentes, ſed Priſanæ minus, vt potè quæ in ſuccum vertatur, & in molem magnam attollatur; lens autem in coquendo exiguum quemdam tumorem aſciſcat. Sed de facultatibus diuerſis Priſanæ, melius eſt vt in ſequenti lectione agemus: vbi de eiſdem præparatione ſermo erit.

Relinquetur dicendum de modo conſtitutionis priſanæ proprio, itemque de varietate eorum, & iuxta antiquos, & iuxta præſentem conſuetudinem, tum verò de ſingulis modis vt morbificis affectibus, tum naturalibus conueniunt: Demum de his quæ loco Priſanæ exhiberi poſſunt, è quibus tria ſunt Galeno olim nota; alica, panis lotus poſt chondrum, cuius loco habemus ferculum ex pane & peponum ſeminibus, nobis nũc in vſu, antiquis autem ignotum. Circa quæ reuocare in mentem oportet tria principia antea commemorata. Primum quod edulium vnumquodque eò præſtantius eſt, quò res ex qua fit eſt recentior, &

morti

morti proximior, excepto eo modico interuallo, quod exigitur ad hoc, vt quod lentum eſt paululum exſiccetur, & ficabile euadat: vnde & Priſana, & alica, & panis lotus, & oriza, & ferculum è ſeminibus peponum debent fieri ex bis, quæ dudum, & non longe tempore deglubata ſunt. In pane autem obſeruandum, vt loco eius ſir recens. Panis enim ſic coctus à coctione initium ſumit, velut à mola reliqua. Illa enim tum primum intereunt, panis formam aliam ſubir, & ab eo tempore inueteraſcit: ſecundum fuir quod vnumquodque æſtimari debet & reponi ſub eo nomine, ſub quo repoſitum eſt ab authore, deſcribente illius vires: aut proximo eius tempori; & qui eadem lingua vteretur. Ideo omnia erunt interpręţanda ex ſentētia Hippocratis aur Galeni: & propinquiorum Hippocrati quidem Theophraſtus, poſt Dioſcorides Galeno Oribaſius. Tertium vt ſciamus non omnia omnibus conducere: ſed vt Priſana acutis vtiliſſima eſt, ſanis corporibus mala (loquor de hordeacea) ita diuturnis morbis medio modo ſe habet. Et pro natura eorum velut hecticis vt febrem patiuntur idonea, vt nutrimento ſolidiore egent, parum congrua, in hectica ſenectutis prorſus mala.

Dico igitur Priſanam Hippocratis nil aliud recepiſſe quam hordeum & aquam, quoniam quæ de illa protulit & ſoli conueniunt: Neque ſi aliud eſſet ei neceſſarium, id ſilentio præteriiſſent. In *libro etiam de affectionibus* licet non ſit ſuus inquit, ſorbitiones in morbis dato Priſanam, aut milium, aut alicam, aut farinam: & quæcunque ex his dederis, ad ſeceſſum tenuia dato, & percocta, & dulciora potius quàm calidiora aut ſalſa. Quæ vero ad robur craſſiora, piguiora, moderatè cocta, vt ſalſis aut acribus aut calidis locus nullus relinquatur. Et infra, dum Priſanæ conditiones refert, ſolius hordei & coctionis meminit, non aliæ alienius rei. Hæc igitur ſola eſt, quæ conuenit in morbis acutis, qui cum febre vehementiſſima ſunt. Cremore autem ſi quando contingat vti, etiam Galenus oſtendit *Octauo methodi*. Priſana autem Galeni recipit, poſtquam intumuerit, acetum, cum verò cocta fuerit, ſalem tenuem: addit autem & oleum ab initio, nec id vnquàm reijcit, exiſtimans ad coctionem prodeſſe. Admiſcet nonnunquam anethum & porrum. Idem quoque repetit infra dicens, ſed ſolo porro anethóque ſit contenta. In *Quinto* autem *de tuenda ſanitate* præparat Priſanam pro ſenibus, cum pipere. Dicebat in libro *de Attenuante victus ratione* piper Priſanæ adijci debet, quia deterget validius: melli autem iungi non debet, niſi in pectoris affectibus, quoniam nocet iecori & lieni. Collaudat autem vt Priſanæ hordeaceæ in regimine ſanorum, pedes ſuilli coquantur, vt tam Priſana quam pedes meliores reddantur, *Primo & Tertio de Alimentis.* Cum autem in *Tertio decimo Methodi* agens de iecinoris inflammatione dicat, quod Priſana detergit abſque morſu, de Priſana pura intelligit. *In Decimo quoque Methodi* dicit Priſanæ cremorem conſtare illis quinque, oleo, ſale, aceto, anetho & porro, & agit de hecticorum cibo. Galenus quoque infra piſces petroſos condit eodem iure, quamuis laterali morbo laboranti exhibeat, quam ob cauſam ſolum amittit in eius confectione (album enim ius vocat) acetum, Oribaſius *in Quarto ſynopſeos* ea habet quæ.....

Cætera deſiderantur.

COMMENTARIA
IN LIBROS EPIDEMIORVM Hippocratis.

PROOEMIVM.

ANnus vertens fermè exactus eſt, ex quo in hanc feliciſſimam academiam, ex patria non tam voluntate, quàm fati acerbitate compulſus, veneram, Antiſtes Illuſtriſſime, Senatores ſplendidiſſimi, Doctores celeberrimi, Diſcipuli dilectiſſimi, vóſque omnes reliqui qui honoris mei cauſa huc conueniſtis viri ornatiſſimi. Quo verò tuo optime Gubernator, vóſque ſapientiſſimi ſenatores, ampliſſimo beneficio ornatus ſim, non eſt vt referam, eum me mihi ipſi reſtitueritis loco dignitate, honorario, ciuitate, immunitate, tantiſque veſtrum omnium tum vniuerſim, tum etiam priuatim officiis honoribus, gratia, vt beatum illum diem prædicare ſemper poſſim, quo lembus ille meus me miſerum & egentem veſtræ appulit vrbi. Ita enim bonis omnibus me repleuiſtis, vt cogar velut Romani in glorioſiſſimis victoriis, eum inter ſacros & religioſos connumerare. Quamobrem ex ea ipſa die, qua me dignum tanto honore exiſtimaſtis, non aliud cogitare, non reuoluere cœpi, quàm vt eum penſare veſtra beneficia non poſſem, ſaltem gratus viderer. Et primum quidem Deum optimum maximúmque exorando, vt propitius eſſe vellet huic ſanctiſſimæ vrbi, quæ ſemper religionis cultrix, ſingularis omnium ſtudiorum mater benigna, omniſque ſplendoris in ornamentis humanitatis in miſeros & egentes rarum fuit exemplum. Deinde conuerſus ad munus mihi impoſitum, optimum auctorem Hippocratem ſcilicet, optimúmque illius opus Aphoriſmos, quam poſſem lucidiſſimè atque copioſiſſimè, quæ fermè duo præcipua ſunt in profeſſoribus, explicarem. Nec hoc ipſo contentus, præter ordinem etiam libros de venenis ſcripſi, legi, docui, quoad melius in tanta negotiorum multitudine licuit. Demum & illud curaui vt veſtro omnium nomine Patres ampliſſimi, noſtraque vrbis non præterito beneficio prodirent hæc omnia, atque multò maiora in publicum, vt per quos ſalus orbi vniuerſo procurata eſſet, eis etiam debitus honos haberetur. Tum verò & in medendo hac de cauſa vt priuata beneficia priuatis etiam officiis compenſarem, tantam adhibui curam, diligentiam, induſtriamque, vt toto hoc anno vix vnus aut alter in manibus meis obierit, cuius rei quam vos alios requiram teſtes? nam cum eandem mihi fortunam in arte fuiſſe prædixiſſem, ridebant æmuli quod teſtimonium è patria quærere oporteret; nunc hæc acta ſunt in oculis veſtris. Quod, & ſi diſcipuli ipſi omnes dignati eſſent id ſpectare, nec plures feciſſent lenocinia blanditiaſque à quibus ſemper abhorrui, quàm veritatem ipſam, & ego pluribus externis teſtimoniis (nam conciuium non indigeo, magna enim copia eſt) abundarem, & illi aliquanto doctiores euaſiſſent Nunc verò pacatis veſtra vt dixi ſingulari humanitate atque benignitate, rebus meis, nihil reliquum fuit quod ad vires meas attineret, quàm vt eiuſdem abſque controuerſia medicinæ principis Hippocratis libros difficillimos & ordine ſcribendi primos hoc anno explicarem, vt ſimul initia artis & diſciplinæ ac contemplationis paterent, & vos in arduis exercerem. Quapropter libros Epidemiorum, quos ille vir ſapientiſſimus iuuenis conſcripſerat, peragrando ſenex & quietus, licet & ipſe extra patriam, imo magis quàm ego, ſiquidem profugus & exul in Lariſſa Theſſaliæ emendauerat, explicandos in manibus ſumpſi. Iam verò quis fructus ſit huius operis, quanta vtilitas, qualis ſplendor, vix fieri poteſt vt referam. Ex innumeris tamen laudibus eius pauculas, ne omnino mutus viderer, referre pretium operæ eſſe duxi. Et primum quidem, quod ad autoris ipſius dignitatem atque nobilitatem attinet, quid

eſt quod dicam niſi ſolis ſplendorem, aut ſyderum claritatem ſuperare, nedum æquare poſſe ſperem. Quod ſi omnino aliquid dicendum eſt, ſuperiore anno me memini de hoc luculenter verba feciſſe. Id demum cogitet qui hoc conetur aut audeat, cum Hippocratem dixerit, ſe extremum naturæ conatum dixiſſe, à quo quiſque eruditus multò plus vincitur, quàm plebeius homo & ineruditus à quouis eruditiſſimo.

Quæritis forſan vtilitatem huius libri, quæ ſanè tanta eſt, vt recenſenti ſupra fidem forſan videri poſſit. Nam cum vniuerſum opus prognoſticum ſit totum, ad futurorum expectationem ac diuinationem ſpectat, quæ pars etiam diuina eſt. Etenim cum præterita ſint memoriæ pollentium, præſentia prudentium, atque ſolertium, futura ſunt diuinorum: atque ille probè diuinus etiam videtur; qui futura præuidet: Endoxum aurea lingua finxerunt Athenienſes, quod verax futuri nuntius eſſet. Quid quod de Anaximandro Mileſio & Phorecide Pythagoræ magiſtro interrogat Plinius, ſi vera ſunt quantum à Diis dum viuerent diſteterint. Res diuina eſt prorſus diuinatio, quæ à diuinitate originem nominis ſumpſit. Eo nomine oracula omnia illuſtrata tum Sibillas tum verò Aſtrologi, Medici, Phyſiognomi, Metopoſcopi, Aruſpices, Augures, Chiromantici, Brixomantes, Nautæ, agricolæ, bellique duces: tum ſinguli quique è prophetarum genere ac vatum: atque alij multi in clariſſimos viros euaſere, & pro diis habiti ſunt. Quid ſingulos commemorem Philoſophos, aut artifices, aut ciues, qui diuinationis opinione inclyti euaſerunt, cum vnuſquiſque mortalium tantum præcellere alijs, tantum vtilis videatur in arte, quantum in prædicendo valet. Sed ne ſingula commemorem, illud non præteribo, medicum eundem eſſe optimum in medendo atque in prædicendo. Quomodo enim primum quos curare debeat ſciet, ſi qui curari poſſint neſciatur. Deinde in his quos curare oportebit, vndenam primo cognoſcet ſymptomata, quæ ad ſe curam vocent aut non: namque cum plura ſint ſymptomatum genera, pathognomica, & aſſidentia, & tempora morbi conſequentia, tum critica, nullam habent indicationem: Quæ verò vim illius, aut caſum, aut prauitatem, aut errores conſequuntur, curatione indigent. Rurſus quonam pacto dicebat Galenus, libro de totius Morbi temporibus *ignoto ſtatu morbi rationem victus ordinare licebit? Itaque perſpicuum eſt nullam adeò partem eſſe tam nobilem, aut tam neceſſariam medico, quàm prædicendi: quo & gloriam illius augeat, & ægrorum ſalutem pariat. Sed heu tempora & medicorum mores! & hominum ſtultitiam in ſua mala pronam! ſemper enim vitia & maledicta improborum in pernitiem mortalium exarſere. Olim vnus relictus eſt diuini cultus defenſor Moſes, & tempore Heliæ ſolus ille contra tot falſos Prophetas, contra populum ſeductum, denique contra regem ipſum pro Deo, pro veritate ſtetit. Philoſophorum ætate ſemper vnus aut alter, contra falſos Deos veritatis propugnator ſolus inuentus eſt. Tempore Hippocratis ſolus ipſe medicinam legitimè exercebat, vnde tot querelæ illius aduerſus perſonatos ſui temporis medicos: Galeni ætate & ipſe ſolus fuit, adeo vt aliquando deſperauerit homines ad ſanam doctrinam reduci poſſe. Conquerebatur inquam ille 2. methodi cap. 5. in fine & 3. lib. cap. 2. Demum etiam diffiſus, actum eſſe de medicina ſuo tempore ait, niſi Deus aliquis opituletur. Quid hoc malum cum etiam Hipocrates teſtetur, fulmine ictum Æſculapium, quod nimium faueret hominum generi, quod totum improbiſſimum eſt & Dijs aduerſiſſimum. Quamobrem tot Theſſali qui medicinam ad duo vel ad tria capita conantur redigere: tot Themiſones, qui carnificinam pro medicina exercent. Inde tot calumniæ & iurgia contra bonos, nobis autem id ſufficiat, Hippocratem cum Galeno expoſuiſſe, quandoquidem fautoribus horum hoc ſufficiat, vt nihil ſit eorum amicitia miſerius, qua ipſi ſuique perdantur. At in hoc ipſo opere exponendo tria nobis erunt præcipua, vt Hippocratis aureas explicemus ſententias, tum verò vt non in Aphoriſmis Galeni clariſſimi viri expoſitiones declaremus: Tertia eſt, vt oſtendamus in ſecundi libri interpretatione, ita nos egiſſe, vt Galeni commentariorum amiſſorum immenſam iacturam non ſentiatis. Eia igitur diſcipuli dilectiſſimi, alacri animo rem hanc capeſſatis, vt tandem intelligant homines, quo duce profeceritis, nec inanibus verbis quorundam ſeducamini, ſed cum ſectemini qui verbo atque opere potens eſt, pluréſque eſt aſpernatus oblatos honores, quam tot alij non minus inaniter quam anxiè quærentes ſperare potuerint, mecum conſequamini: ſcilicet vt ob ſatietatem honorum & laborum ſolum ceſſetis.*

PRÆFA

PRÆFATIO
ſuper præmittendis.

SEquuntur reliqua ſeptem, quæ præfari docet expoſitorem, & primum circa nomen dicitur ἐπιδήμιος popularis aut populariter ſparſus: δῆμος enim per ſe ſignificat: cum ἐπὶ propoſitione eum duplicem habeat ſignificationem, hoc in propoſito, vel exuperantiam vt valdè popularis ac valde ſparſus, ſeu per totum populum, aut contrariam qualitatem, in vtroque ſenſu accipi poteſt. Aduerſatur enim populo: atque ſic popularis dicitur. Quemadmodum bellum dicitur cum turpe ſit, & Parcæ quæ nulli parcunt, & leonem formicarum vocant, qui formicas deuorat, animal exiguum & in puluere latitans. Vnde in primo ſenſu malè appellarent ἐπιδημιῶν librum, libros ne hoc opus, cum nil ad tractationem contineatur in titulo niſi addatur περὶ νούσων. At cum conſtet ſic inſcriptum eſſe vbique περὶ ἐπιδημιῶν dubium non eſt, quin ἐπὶ pro aduerſo intelligatur. Rurſus quid intelligendum ſit hoc nomine vagantium morborum ſeu popularium, ſæpius dubitatum eſt: nam Tertianæ quæ in æſtate abundant morbi ſunt populares: neque enim ſunt ſporades σποράδες enim ſparſæ nec eiuſdem generis: ἐνδήμιος autem publicus, at ideo ἐνδήμια quaſi publici, non ἐπιδήμια hoc enim nomen ad peſtilentes etiam transfertur. ſed ſeu ἐνδήμια ſeu ἐπιδήμια dicantur, ſub latina voce ad populares pertinent. Fuerunt autem quinque abſque dubio libri: quomodo autem inferius dicam, oportebat certè Galenum declaraſſe. Quatuor tamen Hippocratis eſſe oſtendemus.

Porrò duplex eſt vtilitas ſingularis ac præcipua horum librorum: vna eſt vt propoſitis plurimis continentibus, diuerſa humo ſciat inuenire communia. Exemplũ ſunt Quadraginta duo ægri deſcripti in duobus libris Primo & tertio: licebit inuenire ex vrinis multis aut paucis, nigris, albis, ratione dierum criticorum, rigoribus ac talibus, rationem generalem vniuſcuiuſque ſigni: vtpote quod vrinæ boni coloris bonæ ſunt: quod multi pereunt. Secunda collectio eſt vt ex his qui habuerunt vrinas crudas ſeu coctas, faciamus ſpecialem ſelectum albarum multum parum crudarum, non adeò crudarum, tenuium & reliquarum, & iudicemus per ſingulas ſpecies. Tertia eſt vt hæc collectio fiat in comparatione ad morbos, ad temperaturas, ad alia ſigna coniuncta, & iudicemus per illa. Secunda vtilitas eſt qua ego vtebar in iuuentute, experiendo me, & erat vt legerem quicquid acciderat ægro abſque exitu, & dijudicarem, an obiret, an non, & quando: & ſi in paucis homo hos aſſequitur, quid ſperabit in exercendo gloriæ, & ſi in multis melior eſt, & ſi in omnibus, & plenè, tunc notit ſe iam eſſe perfectum. Sunt & aliæ vtilitates generales, ſed præcipua eſt, vt ex conſtitutione temporum ſciamus prædicere morbos futuros, longè melius quam ex aſtris, ſi poſſit aſſequi conſtitutionem aëris, aſſequetur etiam morbos, vt in illo Encomio Albumaſaris.

Ille aſtra, polos, cælum ſeptémque planetas
Conſulit Albumaſar, terriſque reportat eorum
Conſilium: armans illas, firmanſque caduca
Contra cæleſtes iras ſuperumque furorem.

Sententia ſatis pulchra, ſed orationis phraſis penè rudis ac barbara. Sed tranſeamus ad alia, nimis enim curioſi eſt, velle vtilitatem declarare, velut lucernam afferre in ſole.

Sequitur intentio, neque enim in hoc ſequimur ordinem, & intentio declarat ſubiectum & cauſas, & quæ ſunt circa ſubiectum ipſum, & proprietatem libri. Fuit ergo intentum Hippocratis in hoc volumine multiplex. Primum vt doceret illa tria, ex quibus conſequitur vtilitas maxima vt dictum eſt, ſcilicet prædicendi in morbis, & conſtituendi artem prædictionum, & prædicendi in temporibus. Secunda fuit, vt recordaretur in ſenio eorum, quæ in iuuenta obſeruauerat. Dicebat Galenus *Septimo Methodi cap. 1.* ego

non compoſui libros gloriæ cauſa, ſed vel rogatu amicorum, vel ob obliuionem in ſenio, vt mihi reponerem: vel vt meipſum exercitarem: quæ tria poſſunt applicari hic in propoſito intentioni Hippocratis. Tertia intentio fuit, vt conſtitueret fundamenta artis ex experimento, vt illi crederemus, præcipuè autem fuit, vt doceret vim dierum decretoriorum vt *ſecundo de diebus decretoriis cap.* 5. Galenus teſtatur. Et quoniam intentio eſt ad finem, & vtilitas eſt ipſe finis, ideò videtur quod intentio ſit vtilitas. Et bene feciſſet Auerroes hoc diſtinguere. Dico ergo quod Auerrois non eſt hæc inuentio. Deſinant ergo gloriari de hoc philoſophi, quia eſt inuentum Haliabbatis, *in primo Theoricæ cap.*3. qui eadem enumerat excepta proportione, cuius loco ponit excellentiam, & hoc quia præſupponit librum ſuum continere totam artem, & ita non indiget proportione: ſic Auerroes ſuſtulit ab Haliabbate, cum Auerroes floruerit annis abhinc ſupra quingentos: nam ætate Alhaſen quem vocamus falſo Auicennam, at vt Hieronymus Rhannuſius in ſua epiſtola teſtatur, edita Damaſci, Alhaſen natus eſt anno CCCLXIII. à fuga Muhamedis ſeu Mahumeti, anni autem Arabum conſtant ex duodecim congreſſibus lunæ cum ſole, ideſt diebus circiter CCCLVI. erunt anni CCCLXXIII. Arabum CCCLXIV. ex latinis. Annus autem MCCCCLXXXIV. à Chriſto nato fuit DCCCXC. à fuga Mahumetis, ex Arabibus: ex latinis autem DCCCLXVIII. detractis XX. ob annorum breuitatem: quare fuga Muhamedis incidit in annum noſtrum DCXVI. quibus ſi addantur CCCLXIV. fiet ortus Alhaſen anno Domini DCCCCLXXX. Quibus ſi addantur anni XL. cum florere cœpit, & eſſe in exiſtimatione, cúmque Auerroes floreret, erunt anni Domini MXX. circiter. Galenus autem vt alias declaraui, natus eſt anno Domini CXXXVIII. floruit circa annum domini CLXXVIII. detractis ergo CLXXVIII. ex MXX. relinquuntur à Natiuitate Galeni, ad natiuitatem Auerroin & Alhaſen, & à nominis celebritate ad nominis celebritatem anni DCCCXLII. Ideo Auerrois accepit vel ab eo, à quo Haliabbas accepit, ſcilicet à Galeno: nam Haliabbas nihil dixit niſi acceptum à Galeno, quanquam deſit liber ex quo acceperit. Verum Galenus ab alio Philoſopho accepiſſe non potuit, quia Alexander Aphrodiſeus floruit ſub eodem Antonino, temporibus Galeni; dico Antonino Philoſopho, cui etiam libros nuncupauit· ac Aphrodiſeus fuit primus, qui Ariſtotelis libros exponendos ſuſcepit, vt omnes teſtantur, ita vt Themiſtus, qui fuit ætate Iuliani, Olympiodorus, Ammonius, ſimplicius, & Io: Gramaticus fuerint multo poſt: & ideo etiam multo poſt Galenum, liquet hoc inuentum eſſe Galeni, niſi quis traducat ad Theophraſtum. Sed non eſt credendum, quia licet expoſuerit Ariſtotelem ſeptem libris, vt docuimus, alias nihilominus non congruebat ibi ponere illa octo, cum conſtaret librum eſſe Ariſtotelis, cuius ipſe fuerat diſcipulus. Solent enim iſta adnotari, cum dubium eſt de nomine authoris. Sed dubium eſt an ſemper debeant iſta octo præmitti, pro quo videre *decimo contradicentium*. Exponatur: Deuenio modo ad quæſtionem propoſitam, & dico quod intentio omnis eſt ad vtilitatem, eſt enim ad finem, & finis eſt bonum, vt vult Philoſophus, aliud ergo eſt finis vt intenditur, & vt ex eo aliquid deriuatur: Non eſt ergo quod intenditur vltimus finis, ſed vtilitas eſt vltimus finis ſeu vtile. Exemplum diximus, quod intentio Hippocratis in hoc libro eſt docere principia medicinæ, & confirmare illam: ſed ex his habetur vtilitas, vt legamus libros illius & confirmemur in bono opere: ergo vtilitas non eſt intentio ſed ex intentione. Proportio autem veluti fundamenti domus ad totam domum. Nam vt habetur *ſecundo Poſterior cap. vlt.* Artes conſtant ex experientiis multis diuerſorum generum, experientia autem ex experimentis multis eiuſdem generis: velut dato rhabarbaro huic atque illi, video quod flaua bilis euacuatur, colligo quod rhabarbarum purgat bilem. Idem facio de ſcamonio: idem de cnico quod purgat pituitam: atque ita conſtituitur ars. Verum vt dixi quia hic tractatur de parte ſolum coniecturali, ideo erit fundamentum ſolum eius partis, at illa pars tamen extenditur ad exercitationem, quo fit vt hic liber ſit fundamentum to-

tius

tius medicinæ, prout eſt ars non vt eſt ſcientia. Et ad hoc facit optimè Galenus *libro de ſubfiguratione Empirica cap. 9.* dicens: duo deficiunt ad tradendum totam artem medicam, Empiricè & ex experimentis: primum quia non poteſt tradi per viam doctrinæ, niſi vt rationali modo etiam tradatur: alterum quia oporteret, vt illa experimenta eſſent tradita, cum ſuis diſtinctionibus, & etiam rationali methodo, vtpote ab ipſo Hippocrate caſtigata. Manifeſtum eſt igitur quod conſtituunt partem artis.

Diuiſio ſequitur: Et eſt quoniam cum ſint vt dixi quinque libri ſolum veri, ſcilicet, Primus, tertius, Quartus, & ſextus & ſeptimus Nos tamen declarabimus ſecundum ob ordinem. Sed circa hanc diuiſionem contingunt duæ dubitationes: prima eſt, quoniam ſi legimus ſecundum, non legimus principalem, cum ſextus ſit magis completus. Secunda quia multa inueniuntur in ſecundo, quæ non inueniuntur in ſexto, igitur ſextus non eſt ſecundus perfectus. Ideò dico quod ſextus fuit collectus ab vno filiorum Hippocratis, ſcilicet Theſſalo, ob id magis ordinatus; ſecundus verò ex eiſdem fragmentis ſed non omnibus, ſicut nec Theſſalus, & hæc eſt coniectura verior, per vnum tamen alterum declaratur. Sunt ergo primus, inde tertius, deinde ſecundi & ſexti farrago, ex quibus operæ pretium feciſſet, qui vnum conſtituiſſet completum ex duobus imperfectis. Quintus autem & ſeptimus ſunt vnus, & ipſi ex eadem farragine, ſed ab Hippocrate, dum iunior eſſet compoſiti: ſed Quartus fuit meo iudicio Draconis volentis imitari Hippocratem, ſed longè latéque ab illo diſcedit, vt etiam Galenus dicit: Videtur tamen ibi tum alibi Galenus repudiare omnino Quintum & ſeptimum tanquam ſpurios, ſed vt dixi fuerunt facti ab illo iuuene. Multa etiam paſſim adiecta etiam in genuinis, ſcilicet Primo & Tertio, ab aliis, docet Galenus *ſecundo in Tertium Epidemiorum.* Narrat etiam paulò poſt à medico Pamphilo in codice Ptolomei Euergetis multa addita eſſe. In eodem quoque libro approbat ſecundum maximè & ſextum. Sed quomodo in mente venire potuit Galeno, cum eadem repetantur in vno & altero, Theſſalum fuiſſe adeò obliuioſum, vt vtrumque conſcripſerit. Quare vt dixi veriſimilius eſt quod vnus à Theſſalo, alter à Dracone coaceruati ſint. Porrò an ſextus liber Epidemiorum appellari debeat, Theſſali conſtitutiones, non eſt præſentis inſtituti, cum ſecundum non ſextum librum ſimus expoſituri. Si cui tamen placeat ſcire, videat *Decimo contradicentium cap. 25.* Hoc vnum non prætermittam exiſtimare me ſecundum fuiſſe interiectum inter primum & tertium, vt homines intelligerent prorſus ſecundum eſſe genuinum Hippocratis. Quam etiam ob cauſam Galenus conſcripſit in eundem ſecundum, ſex libros comentariorum, vt ipſe refert in *libro de libris propriis cap. 6.* qui omnes deſiderantur iniuria temporum.

Circa ordinem: ille eſt triplex ordo conficiendi, & ita vt dixi compoſuit Quintum & ſeptimum, ideſt farraginem eorum, ante omnes poſtmodum quartum, ſi modo eius eſt, poſt ſecundum & ſextum, ideſt illorum farraginem, vltimi fuerunt primus ac tertius, quos ſolos emendauit, reliquos vel tædio exilij vel vt nimis imperfectos omiſit, omnes tamen ante libros prognoſticorum & Aphoriſmorum vt *ſecundo de diebus decretoriis. cap. 6.* Secundus ordo eſt in comparatione ad alios libros: ſunt autem libri Hippocratis trium generum, introductorij vt ſeptem primi, & hi præcedunt alios omnes; Theorici ſecundum locum habent, vltimò practici. Sic ergo inter theoricos primus eſt de natura humana, quia demonſtrat quatuor eſſe partes in compoſitis, quas vocant elementa: poſt eſt liber de Aere, Aquis & locis: poſt de Natura ſeminis & infantis, de ſeptimeſtri & Octimeſtri partu, de ſuperfœtatione, de Alimento, de humoribus; poſt quos diſſectionum libri, velut de corde, de carne, de glandulis, de corporum diſſectione, de oſſibus, de locis in homine: tertio loco ſunt. De flatibus, de morbo ſacro; vltimo loco ſunt Epidemij, in quibus ſolum narratur eſſentia rei, nil agendum docetur, vnde Theorici ſunt. Prædictionum autem libri velut de decretorio, de diebus Decretoriis, Prognoſtici, & ſimiles practici ſunt: libri enim omnes medicinæ & aliorum artium

tium diſtingnuntor trifariam: nam vel ſunt cum cauſa, quæ eſt in noſtra poteſtate, & ita ſuut practici, vel cum cauſa quæ non eſt in noſtra poteſtate, aut ſine cauſa & tunc ſunt Theorici. Quod ſi quis obijciat ex *ſecundo primæ Philoſophiæ* quod finis ſcientiæ contemplantis eſt veritas, practicæ autem opus, dico quod eſt triplex diſtinctio: vna generis ſcientiarum, & hoc modo medicina tota eſt practica ratione ſumpta à fine: alia eſt in eadem ſcientia, vt practicus diſtinguitur à contemplante, & ita pars quæ eſt ſine cauſa, tota eſt practica: & quæ eſt cum cauſa tota eſt Theorica. Et ita etiam practica eſt Theorica. Tertia diſtinctio eſt ſpecialis, & eſt quod licet ſcientia per cauſam ſit Theorica, quæ tamen eſt per cauſam in noſtra poteſtate, quia poteſt dirigi ad opus, eſt practica: Et quæ non eſt in noſtra poteſtate eſt contemplans. Et ideo cum morborum cauſæ ſint conſtitutiones, quæ non ſunt in poteſtate noſtra, ideo pars illa, quæ tractator in libro Epidemiorum eſt Theorica. Poteſt igitur tota medicina dici practica, tota Theorica, & partim Theorica, & partim practica, & tractari tota vt Theorica, & per modum ſcientiæ; & tota vt practica & per modum artis. Tertia ratio ordinis eſt in partibus, & ita Primus eſt omninò prius legendus, quia primò ab Hippocrate abſolutus. Poſt tertius eadem ratione, poſt ſecundus, inde ſextus, inde Quintus & ſeptimus, poſt Quartus. Perfecta enim priora ſunt natura & cognitione, ideò præcedere debent; nos tamen poſt primum exponemus ſecundum, ne videamur nos fraudare; & tot velle contra vſum inuertere, quanquam magnum ſit incommodum, quia verè illa ſecundi fuerunt poſt tertium.

Sequitur via doctrinæ. & hæc eſt duplex in ſcientiis & in artibus. In ſcientiis eſt duplex, vel à cauſa ſuper effectum, vt in mathematicis, vel ab effectu ſupra cauſam, vt in naturalibus. In artibus autem triplex, vt etiam in principio artis Medicæ. Reſolutiuus à fine: compoſitiuus ab his, quæ per diſſolutionem inuenta ſunt, & diffinitiuus. Patet autem quod Hippocrates procedit hic non tradendo artem, ſed illam conſtruendo, ideò illi modi à Galeno traditi, ſunt artis tradendæ, non autem demonſtrandæ, & conſtruendæ. Erit ergo vt dictum eſt ex ſecundo Poſteriorum ex experimentis atque experientiis. Conſtituit namque vt dixi ſcientiam, non artem: ſcientia autem non conſtituitur à fine, ſed demonſtratione, ab effectu ſupra cauſam.

PRÆFATIO
ſuper Procemio Galeni.

NOn hoc quidem, In hoc prooemio quidem Galenus ſex facit, atque in tot diuiditur partes: In prima nomen libri exponit, in ſecunda intentionem ibi. *Cum igitur tres ſint cauſæ.* Tertia ibi *Hæc igitur Quicunque,* vbi vtilitatem exponit. In quarta ordinem ibi: *Quamobrem qui lectionem.* Iu Quinta oſtendit rationem nominis diſtinctè ibi, *At verò nec hoc:* In ſexta demum oſtendit modum doctrinæ ibi: *Atque hæc quidem prius.*

In prima igitur parte Galenus intendit declarare cauſam nominis libri, dicens cum tria ſint genera morborum ἐνδήμια ſeu qui regioni vni conueniunt, ſed ſemper familiares ſunt incolis, de quibus tractauit in *libro de Aere & aquis & locis:* vbi notandum, quod ibi tractat de duplici eorum genere generaliter, primum velut cum dicit quod ciuitates ſitæ ad ventos calidos, faciunt mulieres fluxionibus obnoxias & ſteriles. Specialiter autem vt cum de Nomadibus agit gente Scyticba, quod ſunt ſubiecti loxationibus & ſterilitati. Sunt & ſporadici morbi in quibus explicare licet dictum Hippocratis, *libro de victu in acutis com. 9.* vbi dicit quod ex his ſporadibus acotis plures pereunt, qoàm ex omnibos aliis morbis: & videbatur meminiſſe peſtilentium. Galenus hoc ibi prætermittit, & aliam addens difficultatem, nec illam diſſoluit niſi quod cum ibi dicat Hippocrates ſporades & ſimiles fuerint, dicit Galenus, cur dicit ſimiles, cum ſporadum morborum proprium ſit, vt ſint diſſimiles. Docet ergo

legen

legendum, & non ſimiles. At ſic facile eſſet ſoluere omnem difficultatem, mutata in contrarium littera. Addit igitur ſecundam expoſitionem, quæ eſt vt ſint ſimiles Epidemiis, vtpote ardentes, quod ſint periculoſiores. Sed duo obſtant, primum quia non reddit cauſam: ſecundum quia Hippocrates habet in textu peſtilentes, non epidemij. At quomodo ſimiles peſtilentibus poſſunt veris eſſe pernicioſiores? dico ergo quod intelligit Hippocretes hoc modo; verba autem ſubnectam ὁκόταν γὰρ μὴ λιμώδης νόσος τρόπος τῆς κοινὸς ἐπιδημήσῃ, ἀλλὰ σποράδες ἔωσιν, αἱ νοῦσοι, καὶ μὴ παραπλήσιοι, ὑπὸ τουτέων τῶν νοσημάτων ἀποθνήσκουσι πλείους ἢ ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν ξυμπάντων. Sententia igitur Hippocratis clariſſima eſt, demirorque Galeni hac in parte ſtuporem, nam cum dixerit Hippocrates antea, Quod morbi acuti ſunt pleureſis, peripneumonia, phrenitis, febris ardens, lethargus, dicit ſi ſporades fuerint his ſimiles, plures moriuntur quam ex omnibus aliis, ſcilicet non acutis, ita quod comparat ſporades inter ſe, non ad Epidemios. Excipit ergo peſtilentes, quia ex leui febricula poteſt homo mori magis ac facilius, quam ex pleuritide. Ideo in clariſſima luce Galenus tantam offudit caliginem, vt reddiderit Cymerias tenebras. Nihil ergo plus vult Hippocrates, quàm quod inter morbos ſporades acuti ſint periculoſiores, quod facit ibi ad propoſitum oſtendendum. Sed rurſus dicet quis: Hippocrates *Primo de Morbis* dicit quod hi morbi ſolum lethales ſunt in prægnantibus, non enim enumerat inter ſimpliciter lethales, ſed tabem & hydropem dicit eſſe ſimpliciter lethales; vide *Quinto contradicentium*. Concludit ergo quod hic tractat de Epidemijs, ſicut in *libro de Aere & aquis* de Endemiis, & in *libris Prognoſticorum* & *de victu in acutis* de ſporadibus.

In ſecunda parte declarat, quod morbi Epidemij fiunt ab ambiente, & ad hoc declarandum duo ſunt neceſſaria: primum quod ambiens poſſit efficere morbos multos; ſecundum quod aliæ cauſæ non ita poſſunt efficere. Hoc igitur vt differret, aſſummit pulchram propoſitionem, quòd morbi vel fiunt à cibis & potibus, vel operationibus, ſcilicet tam corporeis quam animalibus, vel ambiente: ſed operationes & cibi & potus non poſſunt eſſe adeò communes, vt ambiens: igitur patet primum, Et in quo eſt prima propoſitio notatu digna explicata. Secundum quod aëris conſtitutiones faciunt morbos. Hoc probat ſic per Hippocratem *libro de humana natura* primo æſtate augetur bilis, verè ſanguis: ſed morbi fiunt ſuccis auctis illis correſpondentes, & hæc eſt ſecunda propoſitio, igitur per conſtitutiones aëris fiunt morbi. Sed quia aliquis potuiſſet dicere, quòd non per conſtitutiones aëris, ſed per naturam temporis generarentur, dicit quod hoc non eſt verum, & eſt tertia propoſitio quàm probat ſic: quia in vnaquaque temperatura diuerſi morbi progignuntur, aut etiam non læduntur, igitur hoc fit à conſtituttione, & non natura temporis. Deinde probat idem ex illo Aphoriſmo; In temporibus quando eadem die modo calor modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet. Dicit ſi ex natura temporis ſolùm fierent non in omni tempore fierent.

In Tertia parte dicit, quod hæc cognitio morborum futurorum per tempora trifariam nobis eſt vtilis, ad exercitationem etiam propter ſcientiam ipſam. Primo vt poſſimus cognoſcere futuros morbos, & ab eis præcauere, Dico maximè fugiendo. Secunda vt cognoſcamus etiam morbos per cauſas ipſas. Tertia vt poſſimus ei occurrere, & hæc eſt Quarta propoſitio, & in hoc damnat Quintum expoſitorem, qui dicebat euentum horum morborum eſſe cognitum, non ratione ſed ſolo experimento. Probat quod non: Quia inquit ſeparare cauſam ab effectu eſt deſtruere doctrinam. Dicit ergo non occurremus his morbis niſi cauſam cognouerimus, ideo oportet cauſam cognoſcere. Deinſie adijcit Quintam propoſitionem: officium expoſitionis eſt ſenſum libri explicare, & quæ condueunt ſcilicet ad artis finem, docere.

In Quarta parte docet, quoſnam libros prælegere oporteat, & nominat ex Hippocrate De Humana natura, librum de Aere & aquis, & locis Aphoriſmurum, tertiam particulam Aphoriſmorum & libros præſagiorum. Sed inter

hos

hos maximè librum de Aere Aquis & locis, & reddit rationes ſatis elaras, & eſt ſexta propoſitio notatu digna.

Deinde mouet contradictionem in dictis ſuis, quam etiam diſſoluit, & eſt quod hic docuerat morbos communes fieri ex ambientis natura, ſed in libro de Aere & aquis ponitur etiam aquarum natura vt ibi: Calculo verò maximè laborant. Reſpondet Galenus in commento hic, quod aqua poteſt etiam morbos communes gignere, ſed vni genti, & in caſtris, & hoc contingit frequenter, ſed tamen non poteſt vni regioni. Etſi regioni vt de Phaſide dicit Hippocrates, tunc erunt ἐνδήμιοι non ἐπιδήμιοι, Et eſt ſeptima propoſitio.

In quinta oſtendit rationem huius nominis πάνδημος ſeu communis & vernaculi ſeu ἐπιδήμιοι & ἐνδήμιοι ſumptis verbis ex *libro de Aere & aquis*. Concludit tandem hanc diuiſionem, quæ loco octauæ propoſitionis haberi poteſt. Morbi communes, opponuntur ſporadibus. At communes diuiduntur in Epidemios & Endemios, Epidemij verò rurſus diſtinguntur in peſtilentes & non peſtilentes.

In vltima parte docet modum doctrinæ. Empirici qui omnia ſumebant ab experientia, iactabunt his ex libris inuentam eſſe ab Hippocrate artem abſque ratione; Galenus autem opinatur inuentam ab Hippocrate artem ratione, confirmatam verò experientia: vbi habetur notabilis illa propoſitio, eſt nona in ordine, & in mathematicis, vbi certa demonſtratione res habentur, plurimum confert experimentum, quantò magis in remedica. At ego cum neutro illorum concors ſum, nam nec puræ experientiæ innititur Hippocrates, neque ex principiis naturalibus artem deduxit, ſed quemadmodum oſtendi in Dialectica: ex experimento medium inuenit, ex medio demonſtrationem confecit, & ex ſpeciali generalem doctrinam: velut vidi quod purgata materia non concocta, læduntur ægri, quia vidit quod in abſceſſibus externis nihil educitur, ſed irritatur natura, colliquantur partes ſanæ, dolores excitantur. Sic ergo argumentatur; Materia non concocta naturæ nec medicamento paret, ergo æger vexabitur & debilitatur fruſtra ſi tentes: ergo non eſt educenda ante concoctionem. Et hæc ſunt quæ confusè ſatis, & prolixè non multum autem artificiosè à Galeno pro proœmio ſcripta ſunt. Eſt autem animaduertendum pro intellectu eorum quæ dicentur in ſequentibus, quod vt habetur *primo methodi* tres fuere ſectæ Aſclepiadarum nobiliſſimæ, Rhodij qui ante alios deſiere, Cnidij & Coi, quos euexit fortuna ſuper alios Hippocrate duce. Quarta fuit Italicorum, qui quamuis fuerint nobiles & ipſi ac famoſi, inter quos numerantur Philiſtion & Empedocles, non tamen dicit, quod fuerint è genere Aſclepiadarum Præterea vt habetur in *libro de his quæ in medicatrina*. Duo fuere, qui vniuerſos libros Hippocratis expoſuere, Zeuſis & Heraclides; duo verò quoſcunque difficillimos Aſclepiades & Bacchius, nullus tamen ex his fuit Hippocratis diſcipulus. Illius enim diſcipuli fuere Polybius, qui & eius gener, & Apollonius ac Dexippus, *primo de victus ratione in morbis acutis*: quod etiam confirmat in *tertio*. Hoc volui meminiſſe, ſi forſan aliquando horum aliqua fragmenta inuenirentur, & ne quid deeſſet ad cognitionem hiſtoriæ Hippocratis.

COMMEN

COMMENTARIVS PRIMVS IN PRIMVM Epidemiorum Hippocratis Librum.

TEXTVS I.

IN Thaſo autumni tempore, circa ęquinoctium, & ſub Pleiadas, aquæ multæ aſſiduè molles velut in auſtrinis: Hyems auſtrina parui venti, aquilonares, ſqualores & omnino hyems, quale ver fieri ſolet. Ver autem auſtrinum frigidum, pluuiæ paruæ Aeſtas plerumque nubila, aquarum inopia. Eteſiæ parum modicè ſparſim ſpirarunt. Quum autem totus hic aëris ſtatus ad auſtrina vergeret, ac cum ſiccitatibus fieret: ante ver quidem, ex priore ſtatu ſub contrario & aquilonio emergente.

COMMENTARIVS.

Scribit Thaſus per vnum. S. Plinius tamen vbique geminato S. ſcribit, nec tamen ob hoc dubito, quin idem ſit, eodem illam collocante è regione Abderis, quæ hodie Polyſtilus in Thracia & eſt *in*ſula in noua Europæ Tabula, in Melane ſinu, iuxta Samothraciam, prope in maris littore Aenos, vt in Thracio Boſphoro Perinthus: dixi hos omnes, quoniam eorum meminit ſæpè Hippocrates in his libris, ſicut Cranon oppidum in Theſſalia ſeu Magneſia. Theſſalia autem eſt in decima Europæ Tabula, in medio vbi Thermopylę fermè inſignes Lacedæmoniarum clade. Fermè in eadem longitudine Cranon & Thaſſus, ſed Cranon multò eſt borealior Muneris hoc fuerat Galeni quo tempore, & quia prope oriundus erat huiuſmodi diligenter declarare, nam comparatio illa ab eo propoſita eſt duarum vrbium, quæ C C M. paſſuum fermè diſtant à meridie in ſeptentrionem. Certè Cranon in medio montium poſita eſt. Ex hoc patet quod Hippocrates ſcripſit Tertium librum poſt primum, & non ſecundum, quia quando ſcripſit Tertium, erat etiam in Thaſo: quando autem ſecundum in Cranone, nec eſt veriſimile quod ex Thaſo reuerſus ſit in Cranonem, adeò vt dixi diſtantem, venerit rurſus in Thaſum. Apparet etiam ex initio Tertij, eum non apponat locum fuiſſe vicinum Thaſo, vt in Abderis aut Lariſſa. Circumuagabatur enim Lariſſa quidem inſignis vt dixi eius ſepulchro, & ipſa in Theſſalia iuxta ſinum Pelaſgicum; in iuuenta circumuagatus eſt illis locis cum Herodico præceptore ſomniis monitus vt ait Soranus Cous tum primum curauit Anaxionem, cui venam ſecuit. Atque hæc de primo & Tertio. Multò antea fuerat in Cranone, alias etiam in Perintho, vt in *ſecundo Epidemiorum*. Ibidem dixi conſcripſit ſextum. Iiſdem diebus etiam in Aeno. Materia ergo Primi & Tertij libri fuit Thaſus, Abderis, & Lariſſa; ſecundi ſiue ſexti Cranon, Perinthus, & Aenum, *ſ*eu Aenos. Abderis autem inſignis Democriti ortu, vnde non valde mirum quod ad Democriti curam tam glorioſè vocatus ſi fuit enim antea ibi, & artem exercuit, vnde ob amicitiam tanto in honore habitus eſt, nam tum neque adeò ſenex fuit Hippocrates vt ea eſſet apud omnes autoritate. Medicus ergo vt ipſe docuit in libro qui lex vocatur, debet circuire multas vrbes & regiones, vt fiat clarus; nam non quieſcendo vbi ſint alij medici, deuitat inuidiam, quæ maximè aduerſatur gloriæ incrementis. Vbi autem medici non ſunt, ibi fit glorioſus: ſic Hippocrates, ſic Galenus, & Oribaſius, & Paulus, Dioſcorides & Princeps..

Nunc ad declarationem textus: ***Autumni tempore circa æquinoctium***; nam ab ortu Arcturi initium ducit Autumnus, finis occaſus Pleiadum: declarat ergo tempus circa æquinoctium, & ſub Pleiadas idest menſe vno cum dimidio continuarunt. Non dixit ſub Arcturi ortu, quia non voluit indicare quod ab initio Autumni, Aequinoctium tunc erat circiter ſextum Calendas octobris, Arcturi ortus eadem tempeſtate circiter quintam diem ſeptembris. Pleiadum occaſos circiter decimam diem Nouembris. ***Aqua multa aſſidua molles*** ideſt ſine tempeſtate. ***Hiems auſtrina*** ideſt mollis non aſpera nec frigida, ***parui venti aquilonares***: nam ſi magni neceſſario aſpera fuiſſet, ſqualores hoc nomine *αὐχμώδε* ideſt ſicca non vt æſtas, ſed ſe explicat vt ver, hoc fuit ex inopia linguæ antiquæ. Coactus enim eſt ponere nomen magis ſignificatiuum, quàm pro re, inde ipſum declarare. ***Ver autem auſtrinum frigidum, pluuia parua.*** Hic tota difficultas iacet in hoc verbo auſtrinum, quod nec pluuioſum vt in hyeme, cum dixerit ſiccam, nec

ab auſtiis ventis deducit, cum dixeris aquilooares: nec tepidum cum ver dixerit eſſe frigidum. Per auſtrinum ergo intelligit vt in hoc textu cum dixit *Aqua multa, aſſidua, molles, velut in auſtrinis.* Sed obſtant duo quia dicit *hyems Auſtrina & ſqualores:* Et turſus *Aeſtas cum aquarum inopia* & ſubiicit *cum totus hic aeris ſtatus ad auſtrina vergeretur.*

Dicendum quòd Hippocrates præſupponit tempus auſtrinum ideſt in quo flant auſtri, omnes autem tendunt ad calidum, non itidem ad ſiccum, ſed aliqui, alij autem humidi imo pletumque magis humidi, attamen vt dixi contingit eſſe ſiccos *vigeſima ſexta Problematum*: cum autem dicit frigidi vel aquilonij venti flatunt, intelligit de aquiloniis, quod interdum nec continuata fuit conſtitutio auſtrina, cum dixit frigidum vt de vere eſt, ac ſi dicat etiam quod flatent auſtri, adetat tamen cauſa refrigetans, atque has difficultates refugit Galenus tranſiens ad impertinentia. Indicium ergo huius eſt, quòd in ſecunda conſtitutione ponit oppoſitum, ſcilicet annum totum aquilonarem. Dicit igitur *Autumno aqua aſſidua multa molles velut in auſtrinis.* Erat enim tempus conſentiens effectui & conſtitutioni. De Hyeme fuit auſtrina, ſicca ideo, ſqualida, flabant tamen interdum venti, ideo fuit ſimilis veri ideſt temperata ſed ſicca. Ver autem auſtrinum frigidum ideſt non frigidum quia auſtrinum: dixiſſet enim vt in Autumno pluuiæ aſſiduæ multæ molles quales in auſtrinis, ſed hoc non poterat dicere, quia oportuiſſet dicere calidum. Et ita æſtas plerunque nubila aquarum inopia, erat enim auſtrina. Ob id dixit, *Eteſia parum modicè ſparſim ſpirarunt*, parum ad tempus refertur, modice ad vim, erant enim leues ſparſim ideſt non continui, tunc enim minorem faciunt effectum, quia vis diſperſa minus poteſt quam vnita. Par autem erat Eteſias parum ſpirare, cum ſint venti boreales, vt viſum eſt in expoſitione *tertia particula Aphoriſmorum.* Sed cum dicat ver auſtrale fuiſſe ac frigidum, quomodo potuit eſſe, cum auſter ſit calidus? Reſpondeo quòd ſolutio colligitur ex dicto, quia fuerunt pluuiæ paruæ, & auſter fuit paruus, vt colligitur à philoſopho loco præcitato, in problematibus. Et tandem concludo quòd mens Hippocratis fuit deſcribere quatuor conſtitutiones annorum: vnam & eſt hæc auſtralem, vnam borealem & eſt ſecunda, vnam miſtam & eſt tertia, & vnam peſtilentem quam deſcribit in *Tertio libro.* Et ita patet ratio ordinis, & numeri, quæ ſi animaduertiſſet Galenus, certè clariorem feciſſet expoſitionem, & à tot ſuperfluis abſtinuiſſet. Galenus in commento declarat quatuor præcipuè, primum diuiſionē anni in ſeptem partes, ex libro Hippocratis de ſeptimanis dictam, *in tertia Aphoriſmorum* ver ab Aequinoctio ortum, vergiliarum æſtatis principium, caniculam æſtatis partem poſteriorem, Autūnum ab ortu Arcturi, tres hyemis partes, ſementem, brumam, & phitaliam. Tractat & de diuerſitate menſium, & per Paleſtinos Iudæos intelligit, qui annum habent CCCLIV dando ſingulis menſibus dies XXIX. cum dimidio. Sed & in bis errant, nam vt Arabes qui rectè numerant annum à duodecim nouiluniis, patet quod efficiunt dies CCCLVI. duos ſcilicet plus quàm ponat Galenus. Itaque Galenus errauit cum Iudæis. Et decipiūtur Iudæi, quia faciunt duodecim menſes alternos XXIX. & XXX. dierum, craſſo computo vt narrat Galenus. Docet autem cauſam quare ab aſtrorum exortu & occaſu Hippocrates anni conſtitutiones enarret, tum ab Aequinoctiis non menſibus, vt ſcilicet omnibus gentibus ſatisfaceret (Itaque quando hæc peteurtis) Hæc eſt ſecunda pars in qua docet tres upiniones, de morborum aduentu: primam vt non poſſint cognoſci, ſecundam vt ſola experientia, Tertiam vt ratione etiam præuideri poſſint, quam ſolum approbat: laborat autem in declarando, quod ſtatos aëris ſunt plures quam quatuor, at nos docuimus in libello impreſſo *de prouidentia* ex anni conſtitutione, quod ſunt pluſquam mille non autem quatuor.

(Proinde & quæ ſtatuum elementa ſint) hæc eſt tertia pars in qua declarat per coniugationes naturam temporum, conſiderat autem præcipuè naturalem & præternaturalem, & præternaturalem diuidit in diuturnam & breuem: ſingulas harum comparat ad res naturales, ſcilicet ſexum, ætatem & temperamenta, & duo non naturalia, regiones & victum, vt ſint tres generales, & quindecim ſpeciales, quarum ſingulæ diuiduntur in multa capita. Sed ipſe non animaduertit diuiſionem in generalibus per tempora duo vel quatuor, quod erat magis neceſſarium. Sed ſi ei hoc addatur, fiet ſatis perfecta doctrina. In omnibus ſimilia ſimilibus ſuperuenientia facilius lædunt, contraria minus.

(Referet etiam ſi alterutra) hæc eſt quarta pars, vbi declarat textum & vbi Thaſus cum canone, & quod aſſiduæ pluuiæ.

In octauo commento vult dicere infirmum caput, pro firmo aſteriſco, rectè locus illuſtratus. In frigido autem ſtatu caput quidem leue erit, ſed thorax & pulmo laborabunt: propterea qui partes eas habent imbecilles, cauere debent talem aërem, maximè humidum. Hic docet duo, primum vnum quomodo fiant nubes candidæ, rubræ, nigræ: poſt quod velut aër eſt nubiloſus, ita ſpiritus etiam noſtri in corpore redduntur & hoc probat ex aphoriſmo illo Auſtri auditum hebetantes, caliginoſi. Et hoc ad medicinam pertinet. Deinde dicit quod nubes eleuantur proprio calore, & frigore condenſantur. Quod vero dicit in textu *Aquilonio* emergente, intelligit quod aliqui venti Aquilonares tum apparuerunt, neque enim ad ver, nec ad æſtatem referri poteſt: Et quod hi fuerunt cauſa morborum concuſſa natura.

TEXTVS

TEXTVS II.

PAucis obortæ ſunt febres arden-tes: atque bis omnino boni ſtatus: & paucis ſanguis erupit, neque ex bis moriebantur. Tubercula verò circa aurem alteram multis erant, plurimis ex vtriſque citra febrem erectè ab ambulantibus: quibuſdam verò etiam parum incaleſcebant. Extincta ſunt omnibus abſque nocumento, neque cuiquam ſuppurarunt, quemadmodum ea quæ ex aliis cauſis ſunt oborta. Erat autem natura ipſorum hæc: laxa erant, magna, diffuſa, non cum inflammatione, doloris exortia: omnibus obſcurè euanuerunt. Fiebant autem hæc adoleſcentibus, iuuenibus, in vigore conſtitutis, & ex his plurimis qui circa palæſtram & gymnaſia exercebantur: Mulieribus vero paucis fiebant. Plurimis vero tuſſes ſiccæ, qui tuſſiebant & nihil reiectabant, & voces non longè poſtea raucoſæ. Quibuſdam verò etiam interpoſito tempore inflammationes cum dolore, in altero teſticulo, quibuſdam in vtroque: & aliis quidem febres, aliis non. Hæc autem plurimis laborioſè fiebant: de cætero vero, quantum ad ea attinet quæ in officina medica ad chirurgiam pertinentia fiunt, ſine morbo degebant.

COMMENTARIVS.

Diximus in *libello de Prouidentia* ex anni conſtitutione, tempora aliquando efficere morbos ſubito, aliquando in ſuccedente propter mutationem: maximè in fine vt hic: nonnunquam in tertio tempore, vt In *tertia Aphoriſmorum*, aliquando poſt quatuor, vt in *Tertio libro*. Ideóque hic aucupatur finem hyemis φιτανίαν vocatam, vt etiam in illo Aphoriſmo, ſi vero Hyems auſtralis. Ergo hic declarat quatuor genera morborum, quæ ſuccedebant ex hac temporis conſtitutione, Febres, Parotidas, Tuſſes, Teſtium inflammationes; atque in his quatuor obſeruat, ſcilicet in ſingulis qualitatem morbi, finem, naturam patientium & connexionem.

Primum igitur ſubijcit febres, & quatuor proponit, ſpeciem primo ſcilicet *ardentes*: conditionem, *omnino boni ſtatus*, Iudicium *paucis ſanguis erupit*: finem, quod *non ex his moriebantur*. Circa primum igitur dicit quod paucis euenere febres ardentes. Conſtat vt Galenus autor eſt, illas fieri à bile coaceruata circa os ventriculi, totumque ventriculum, nec non circa iecoris ſimas partes. Atque vtinam dixiſſet, quomodo ex tali coaceruatione ferueret ſanguis in venis, nam ardens febris ex huiuſmodi cauſa fit. Febrem ardentem ſecundo & tertio de morbis non à ſanguine ſed à bile fieri per ſigna propria declarat Hippocrates. Duo tamen eius genera facit in *libro de ratione victus in acutis*: vnum quod à bile flaua, aliud quod à pituita ſalſa; vbi Galenus punit febrem ardentem, cuius ſedes eſt in pulmone: At hic vult vt dixi, quod fiat in ventriculi, aut iecoris venis. Et idem confirmauit *Tertio in Tertium Epidemiorum & ſecundo in primum*, Quamuis in *Quinto de locis* quatuor genera ſtatuat à iecinore, à ventriculo, quas vehementiſſimas eſſe dicit, tum à bile in ambitu totius putreſcente: Demum à Pulmonis eryſipelarode. Quid autem cenſuerit Galenus in hoc, viſum eſt *Quinto contradicentium*. Sed de ardente febre quid intelligat loco, non certius habemus exemplum, quam in virgine Abderæ *Tertio Epidemiorum*: Inquit enim febris acuta & ardens, erat autem ſiticuloſa & inſomnis, menſes tum primum ei deſcendebant, rubor in facie ſexta die. Declaraui in ſumma, quod non omnis febris ardens, apud Hippocratem acuta eſt, tum illud quod tria ſunt illius genera, ſecundum Galenum: fit febris ardens ſecundum Hippocratem à bile flaua, in qua ſentitur calor mordax, ideóque ſemper tertianæ comparatur. Ergo cum in æſtate ſoleat generari bilis, nec in ſequentibus temporibus fuerit aucta vel diminuta, ideo ſub vere per aquilonios flatus fuere factæ febres ardentes, bile intro coacta, ſed neque ſæuæ neque multæ, quia conſtitutio fuit auſtrina, & venti illi pauci, ideo nec vehementer intro coacta bilis, nec plurima fuit, atque hic etiam à Galeno in commento declarantur. At non illud, cur quanquam ſæuæ non multæ, quandoque multæ non ſæuæ, & ita de reliquis duobus membris accidunt. Reſpondeo ergo, quòd cum multa bilis generatur ob conſtitutionem neceſſario in pluribus contingit, non tamen pernicioſus eſt morbus cum verò pauca fuerit materia genita, ſed cauſa agens valida, vt aquilonares calore præcedente, tunc paucis accidunt, ſed periculoſæ & exitiales etiam. (Atque his omnino boni ſtatus) Hæc verba aliter legit Galenus aut non omnino legit. Sed nos proſequamur Hippocratis ſententiam: Dicebat *Tertia Aphoriſmorum* In conſtantibus temporibus cum tempeſtiuè tempeſtiua redduntur, morbi conſtanter & boni iudicij fiunt, in inconſtantibus autem inconſtantes & mali iudicij. Fuerunt autem tempora conſtantia non tamen tempeſtiuè tempeſtiua reddita, cum hyems non fuerit frigida, ſed ver. vt ergo ibi declarauimus, debuerant morbi eſſe boni ſtatus, ſeu mites & ad iudicium peruenire, non tamen

bonum. Sic dicuntur morbi boni ſtatus, qui decernunt velut illud infra: ctuda vero & incocta & ad malos abſceſſus conuerſa fine, iudicatione, & teliqua. Oſtendit autem quomodo eſſeot boni ſtatus (*Et paucis ſanguis erupit*) pauci ægrotaruut ex ardentibus febtibus, ex illis rurſus paucis ſangnis e naribus erupit. In commenti hnius partis fine legi debet præſentes ardentes febtes non (admodum) eſt comitatum, aliter à textu & ſuperiore expoſitione diſcreparet. Cæterum quod febres ardentes comitetur iudicium pet ſanguinis è naribus fluxum docet Galenus *Tertio de criſi*, ex vebementi enim calote ſanguis feruet, & abrumpit, vt cnm effunditur è lcbete aqua bulliens, venas. Sed quoniam calor ad ſuperiora fiet, ideo è capite magis quam hæmorrhoidibus fluit. At in capite nullæ ſunt venæ apertæ niſi in naribus, ideò profluunt in huiuſmodi febtibus ſanguis narium, & ſudor. Sudor autem cum ſit magis familiaris non illius meminit, (*Neque ex his moriebantur*) Referri debet ad cos à qoibus ſanguis ernpit, ſolom: nam de omnibus ſufficiebant verba illa (*Atque his omnina boni ſtatus*, Iofra enim dicit Quibus qnidem bene ac large ſanguis è naribus, hoc ipſo maximè ſeruabantur: neque aliquem noui in hac conſtitutione cui rectè ſanguis fluxetit, & mortuus ſit: porrò ſanguinem narium eſſe decretorium & bonum in ardente febre declarat Hippocrates *Quarto de victu in acutis.*

Tubercula vero circa aurem alteram multis erant, Hic eſt ſecundus morbus: nam non potuit eſſe ſymptoma ardentium febtium, cum ſubijciat, febre catebant. Ptoponit quinqne conditiones. Per pzimam oſtcodit qund is motbus fuit magis enmmunis, quam febris ardens: quia dicit multis ſecundnm alterutram aurem, plurimis ſecundnm vtramqne extiterunt, cauſa quod frequentior fuerit morbus his quam febres, eſt qnòd auſtrina fuit conſtitutio, quæ replet capita: *Tertia Aphoriſmorum.* Auſtri auditum hebetantes, caliginoſi, caput grauantes; & rurſus Auſtrinæ conſtitutiones capita aggrauant. Tria verò obſeruate bie oportet vt quicqnid eſt intelligatur: Primam qnòd multis euenere tubercula poſt aures, vt dixi quia conſtitutio tota fuit auſtrina; oou tamen praua, quia ſenſim facta eſt coottactio: nam venti aqnilonij fuere pauci. Secundum quod aliquibus in alterutra parte acciderunt, quoniam robnſtiore fuerunt capite, & modetati in ratione victus: plurimis in vtraque, quoniam plurimi oon recta vtuntur victus ratione: & plnrimi rurſus habent imbecillia capita velut pueri, ſenes, mulieres, ocio dediti, loco obſcuro aot frigido degentes, maximè dotmientes, & magis ſi humidus fuetit. Pituitoſi morboſi atque huiuſmodi. Tertium quod materia hæc fuit licet ex omni humorū genere, tenuis & bene temperata tū citra putredinem. Vnde ſobijcit (*Citra febrem*) neque enim febres nedum humores putruerant (*ſed recti obambulabant*) nec decumbebant. Atque hæc eſt tertia pars. Potuiſſent enim eſſe ſine febre, tamen aliis de cauſis non contemnendæ, citca tamen tempus coctionis ſi quid reſidebat, febriculam accendit iuxta illud: Dum pus conficitur, dolores ac febres fiunt magis, quam iam confecto. (*Nemini tamen ſuppurarunt*) ideſt nil relictum eſt, quo neceſſe fuerit effundi pus, ſed dum pus creabatur etiam diſſoluebatur. Dnobus enim modis contingit ſupputationem fieri in tumore, & tamen non diſrumpi. Primus eſt cum dum gignitur pus euaneſcit: Secundum eum aliquid relinquitur, ſed adeò exiguum vt inflata tantummodo cote paucis diebus diſcutiatur. In vltima parte proponit ſex conditiones communes omnibus, laxa, diffuſa, magna, ſine inflammatione, ſine dolore, & quæ obſcurè euanuerunt. Laxitas fiebat ob materiæ tenuitatem tum paucitatem: hæc paucitas non erat, quia verè pauca eſſent, ſed quia in amplum ſpatium diffunderetur: diffuoditur autem dominante natura: colligitur autem, cum adeo craſſa fuerit, vel glutinoſa, vel confertim expellitur: hoc autem contingit, cum materia praua eſt, ſtimulatque naturam. At cum non adeſſet inflammatio, nec tenſio nec mala qualitas, dolor qui ſemper ex horum vno trium fit, adeſſe non poterat. Erant autem magna, quia materia vt dixi plurima erat: ſed obſcurè euanuerunt. Abſceſſuum enim quadruplex tum omnium tumorum terminus eſt, durities ſeu ſcirrhus, teſolutio, ſuppuratio & tranſmutatio, quia ergo deerat inflammatio non poteraot ſuppurare, quia materia craſſa non poterant ad ſchirrum conuerti, quia vires erat validæ, erant enim alioquin ſani, & materia obediens non poterat tranſmutari, neceſſe igitur fuerit, vt euaneſcerent obſcutè, ideſt ſine inflammatione aliqua vel febre, ſed quaſi deliteſcerent. Sed obijcietis ex *ſexto Epidemiorum ſect.* 1. Tubercula extra exuberantia & acuta & faſtigiata æqualiter matureſcentia deorſum vergentia, non ob dura neque bifida meliora, contraria verò mala, & quantò magis contraria, eò peiora. Dico loquitur de tuberculis, quæ cum febre coniuncta ſunt, vt in Textu. Quemadmodum quæ ex aliis cauſis ſont oborta. Dicetis rurſus. Tubercula quæ repente diſparent maligniora ſunt 2. *Epidem*: Et rurſus *in ſexto*. Tubercula circa aurem, quibus citra iudicationem exorta non ſuppurata fuerint, his diſparentibos recidiua fit. Dico loquitur vt clatum eſt, ex ipſa verborum emphaſi in morbis.

(*Fiebant autem hæc in adoleſcentibus iuuenibus.*) Docet in quibus hæc fierent, & eſt tertium quod conſiderat in illis, & enumerat quatuor genera, adoleſcentes, iuuenes & in vigore conſtitutos; quartum genus quod non erat obnoxium ſcilicet mulieres. & ex his qui obnoxij erant maximè dicit his, qui in paleſtra exercebantur.

tur. Canſa erat, quia materiæ deferuntur ad caput ob caliditatem, hæ verò tres ætates cæteris ſunt calidiores, & maſculi fœminis, & exercitati otioſis. (*Plurimus verò tuſſes ſiccæ*) hoc eſt tertium genus morbi. Quia autem tuſſes ſiccæ dicuntur in quibus nihil reiectatur omnino, vel cum poſt longam concuſſionem aliquid, ideo adiecit, quod erant ex primo genere, in quibus nihil reiicitur. Harum rurſus quædam fiunt vitio materiæ deſcendentis, ſed non ad cauitatem aſperæ arteriæ, quædam nulla prorſus materia deſcendente, ſed vel ex ſola intemperie, aut pulmonis vitio, velut tuberculo. Declarat quod non ſine materia fuit, ſed deſtillatio: verba illa (*Et voces non longè poſtea raucoſa*) Par erat tuſſes ſuperuenire ex mutatione ventorum Borealium & auſtralium, maximè autem accidunt, ſi nimboſa ſit conſtitutio *ſexto Epidemiorum*. Dicebat Hippocrates *libro de Aere & aquis ac locis Phaſiani*: obſcuras maximè habent voces, quia aër eorum tenebroſus eſt & humidus; nam auſtri ſoli perflaut eos & peculiaris ventus, quem indigenæ Cenchrona patria lingua vocant. Eſt etiam raucedo veri propria *tertia Aphoriſmorum*. Et plerumque humore in ſubſtantiam faucium & aſperæ arteriæ deſcendente, ſed cum hac vox manet. Aliud genus eſt deterius, quod conſequitur deſtillationem in muſculos mouentes laringam. Fiſtula eſt hæc ſeu oſculum in initio aſperæ arteriæ, vt à Veſſalio libro primo habetur, cui ſuperſtat epiglotis: hanc neſcio quomodo noſter Veſſalius primum vocis facit inſtrumentum. Eſt quidem certè quod eam definit & dearticulat, non tamen in genere cauſæ principalis ſeu agentis. Verum *in ſexto cap.* 4. vbi rem ex profeſſo tractat, principalem cauſam appellat aſperam arteriam, & ob id cartilagine vt re leui ac dura conſtructam, talia enim bene ſonant; quam adiuuat Gargareon, inde palatum quaſi fornix, vt non ſolum ſonet, ſed reſonet, tum cauitas narium quam apertè videmus in grauedine laborantibus vel per iocum etiam variare vocem, tum cauernæ oſſis, mandibulæ ſuperioris lingua, dentes, labia. Sed quid? nonne etiam muſculi intercoſtales, cum exſufflationem ex qua fit vox variare ſoleant? Eſt autem gargareon columella ſeu vna quę in iſthmo oris poſita eſt, vbi larynx & fiſtulæ, rima & epiglottis & finis foraminis narium definit, & gula incipit, & os hyoidis v figuram exprimens, multáque alia. Verùm muſculi, aſperæ arteriæ qui mouent, quique adiuuant, ſeptem ſunt, vnus enim ſub cute communis eſt: laryngis autem octo & duo operculi, etſi X I I. proprios & V I. communes faciat Veſſalius, primum tamen par à ſecundo diſtinctum neget. Falloppius hâc in tractatione diligentiſſimus. Quartum autem non in hominibus eſſe ſed ruminantibus peculiarem.

Neque diſcordat Galenus *libro de muſculorum diſſectione cap.* 1. in arteriæ muſculis coumerandis, quamuis quatuor tantum faciat, nam ſi biſidi duo pro pari adnumerentur, adiiciatúrque ſubcutaneus, fient omnes ſeptem. Intercoſtales autem muſculi numerantur viginti duo in vnoquoque latere, cum vndecim in ſpatiis duo tantum ſint muſculi, vt Falloppius notat, licet Veſſalio viſum ſit tres eſſe, atque ita numerat in vnoquoque latere triginta quatuor, laryngis autem cartilagines tres à Galeno numerantur propriè præter epiglotidam *libro de diſſectione vocalium inſtrumentorum cap.* 4. quod & Veſſalius approbat. Porro quot ſint cartilagines, quibus aſpera arteria præter laryngem conſtat, cum nemo dixerit, (nunc dico partem illam aſperæ arteriæ quę laryngē & pulmones interiacet, & in ſignis negligentiæ notam eſſe reor, cum dentes, & vertebras numerauerint, niſi inconſtantem illum eſſe quis dicat. Ego in quibuſdam ſecante Folcherio viro Germano perito quindecim in vno inueni.

Vnum hoc dubitatione dignum inſerere mihi nunc viſum eſt, qui fiat, quod cum humana vox in ſingulis hominibus ad bis diapaſon ſoleat peruenire, & perſæpe ſuperare, cum videamus in fidibus teſtudinum ac lyrarum, tum etiam monocordorum appellatorum inſtrumentorum atque organorum fiſtulis eam eſſe ſemper proportionem longitudinis cum latitudine fiſtulæ ad fiſtulam, ſeu chordæ ad chordam quæ ſoni ad ſonum in grauitate. Quo fit vt in bis diapaſon neceſſe ſit quadruplam eſſe rationem gutturis ſeu aſperæ arteriæ in longitudine ac latitudine ad ſeipſam ante hoc autem fieri non poteſt, tum præcipuè ob hoc, quod quantò magis dilatatur, eò fiat breuior, atque ideo acutior ſonus. Aliqui eò recurrunt, quod rima arctior quàm ad laringem poſita eſt, cauſa ſit acutioris ſoni, ſed hoc in elymis falſum videtur; nam occluſo foramine inferiore vox grauior redditur, tum verò ſi quis ſuper coxam extremum elymæ premat, ſic vt dimidium foraminis occludatur, vox fit grauior ea, in qua omnia foramina obſtructa ſunt, quæ extra ordinem eſt. Ea verò cauſa eſt, quod obſtructis foraminibus grauior vox euadat, quia longior eſt canalis, quàm antea eſſet. At verò hoc ſic habetur: conſtat enim in elymis medio modo occluſo foramine poſteriore, & maiore impetu efflando, fieri diapaſon ad vocem priorem; qualiſcunque ſit immotis digitis. Et rurſus ſi etiam minuatur magis foramen, & ſpiritus contentio maior fiat ad bis diapaſon peruenire: ergo conſtricta glottide ad dimidium efflando cum impetu aërem, fiet diapaſon, & duplo magis contentione partim ſpiritus, tum coarctata rima bis diapaſon, vt artificem illum nihil latuerit. Porro de aliis vocibus intermediis grauiſſimæ fiunt non ſolùm dilatata ſed longiore facta aſpera arteria, adeò vt videamus hos qui grauiſſimè intonant longum habere collum, & plerumque ipſi

magni ſunt. Quibuſdam ob id dum has edunt graues vuces, vltra id qund natura fert ſtangitur vas in pulmone & motiuntur, quod accidit ſacerdoti cuidam amico meo.

Voces itaque graues vt experimentum oſtendit in pulmnoem deferuntur, & in profundum deſiuunt: acutæ autem conſtricto pulmone, & breuinte facta fiſtula vncis ex ſumma illius parte vbi eſt larynx. Tam mirabili artificio Deus ornauit hominem, vt duobus ſenſibus diuinis, qui ſunt viſus per admirabilem pulchritudinem, & auditus per vocis modulationem, ſolus ſine auxilio vllo ſatisfaceret. Docet etiam Ptolemæus in ſua Muſica, quod concentus conueniunt cum animi virtutibns & motibns cœlorum. Verum vt ad rancedinis hiſtnriam reuertar, Ariſtoteles in *libro περὶ ἀκουστῶν* dicit, qnod in raucedine impeditur vnx, quia nec exit denſa nec cnm impetu, nec pura: nno pura dicit, quia inſtrumentum eſt inæquale, nec cum impetu, quia membrum id eſt aſpera arteria eſt durum, & ideo non poteſt moueri cum impetu, & boc prnbat exemplo inſtrumentorum flealium, vr neruotum, qui cum duri nnn ſunt facile nec bene mnuentur, tum aliis.

(*Quibuſdam verò etiam interpoſito tempore*) Hic eſt quartus morbus, defluxio ad teſtes, meminit Galenus conſenſus teſtium cum membria ſpiritus pulmone, pectore & reliquis, vt par eſſet tuſſi aſſiduè teſtium ſuccedere inflammatinnes in vno vel vtroque, provt materia etiam in pulmone aut pectnre toto, aut altera tantùm parte continebatur, dicitque hunc conſenſum ab Hippocrate eſſe ſcriptum, ſed nnn affert locum. Eſt in *ſecundo Epidemiornm ſect. princ.* his verbia: Neque tuſſes diuturnæ, quoniam vbi teſtis intumuit, ceſſant; Et teſtis tumor à tuſſi ceſſat & alleuiatur, quæ res commonefacit nos conſenſus pectorum, mammarum, genituræ vocis. Et rurſus *in quarto in fine libri.* Tuſſiunt tuſſim ſiccam, qui teſtes affectos habent, & ex tuſſi vena ſecta ad teſtem fit ſolutio: Et inflammati tuſſiunt, & in febribus ex Inguinum tumoribus inſuper tuſſiunt, Et in *lib. de Natura pueri. pag.* 7. Et à pinguedine alba & calida, quod dulce factum eſt nb caliditatem ab vteris procedentem defertur ad mammàs, & in vterum quoque partum venit per eaſdem venas. Tendunt enim & in mammas & in vteros vennlæ hæ: & conſimile eſt in maſculis, de quo alias in Aphoriſmis egimns. Cur ergo Galenus hoc nnn dixit? At reſpondent nunc maiorem copiam eſſe librorum, & bene conſcriptorum, tabulis etiam adiectis. At ſi ita eſt cur etiam non patientur, qnandoqnidem ingenia & labores ejdem ſunt, & maior rerum cognitio |& librorum copia, vnde maiua iudicium hominibua vt veritati lncus fit. Oſtendimus enim aliàs eos bomines ortos ſub infantia reditus nrbis, nos in inuentute. Sed redeamus ad expoſitionem: paucis boc cnntingit, qunniam tenuis & leuis erar materia, qoæ peccauit, ideo non facilè deſcendebat ad teſtes. Clarum eſt autem quod eſt continuans ſermo, & cum diaiſſet, qnod ex tuſſi peruenerunt ad raucedinem, ſubijeit, quod quibuſdam ſcilicet ex his tuſſientibus ſuperuenerunt inflammatinnes teſtiū; iden boc rarum fuit, inflammationes cum dnlnre: nmnis inflammatio eum dolore eſt in teſticulo, ſed intelligit maiore quàm prn inflammationis magnitudine, erat enim flatus ac vapor coniunctus.

(*Et alijs quidem febres, aliis non*) Abſceſſus comitatur calidos febris ſemper propter vnam ex his cauſis, aut qunniam eſt in principali lncn, vel etiam propè, imn acuta ſi ſit in interioribus partibus, *vt quinto artis curandi cap.* 15. aut ob magnitudinem illins, aut ob puttedinis vehementiam, vt in peſtilentibus, aut ob dolores, ad temperaturam calidam & ſiccam, vt *octauo artis curandi. cap.* 2. pot abundantiam humoris puttidi, vt etiam in *eodem cap.* 4. Quo circa Galenus ſatis breuiter hanc partem tranſit, ſicut & illud qoibos febricitare contigerit, nam locus erat vnus, & ſi ex magnitudine phlegmonis id contigiſſet, baud ſilentio prætermiſſurus erat. Color etiam cnmmunis fuit, ſed neque differentia in putredinis magnitudine caoſam fuiſſe credendum eſt: propterea quod ſubijcit κατὰ ἰατρεῖον ſeu ἰατρεῖων non indiguiſſe, id eſt manuum operatione in prima lectinne quæ veriſimilior eſt, aut medicamentis iuxta ſecuodum, poſteriotem Scripturam concludit quod tamen hæc labnrioſa fuerunt plurimis, veriſimile eſt febrem habentibus, vel etiam non habentibua, quoniam ob procliuem lncum difficulter ſanantur.

TEXTVS III.

AT verò ante æſtatis initium & per æſtatem ac hyemem, multi ex his qui lungo iam tempore ſubcorrupti erant, tabidi decubuerunt. Nam & multis qui ambigui erant, tunc tabes confirmata eſt; quibuſdam verò primum cœpit, & his natura ad tabem vrgebat.

COMMENTARIVS.

Veriſimile eſt priores morbos vſque ad finem veris perduraſſe, cum dicat ante æſtatis initium alios ſuperueniſſe. Tum verò qund nulla fuit cauſa, quin morbi hi minus deſæuirent. Dicit tamen in hos morbos tria genera hominum incidiſſe; eos qui ſubcorrupti erant, ideſt mali habitus: & qui iam antea ſemitabidi fuerant, atque

in his dicitur confirmata tabes;demum hi qui natura ad hoc parati erant, atque in his tum primùm cœpit ideſt qui facti ſunt tabidi repente, hi natura ad hoc parati erant.

Qui ſenſus adeò clarus eſt, vt demirer cur Galenus eum voluerit inuertere, & in difficillimam interpretationem traducere. Cauſa fuit, quia durum videbatur Galeno, quòd tabifici natura tardius euaſerint tabidi, quàm qui non erant parati. Sed aliud eſt eſſe paratum tabi aliud deſtillationi: celerius enim incurrerunt tabem per accidens, qui erant proni ad deſtillationes, velut imbecilli ventriculo tardius incurrunt leuitatem inteſtinorum, quàm validi, vbi leuitas contingat ex fluxione pituitæ ad ventriculum in conſtitutione talis fluxionis. Qui vero natura tabidi fuerunt, declarat Galenus in commento ex duobus ſignis, primùm ex forma pectoris, quod ſunt tam anguſto pectore, vt à tergo promineant in formam alarum ſcoprulæ: & à capitis natura quoties impletur, facilè & deſtillationes demittit. Huiuſmodi diſpoſitio maximè prona eſt ad tabem. Infra definiet *libro tertio* alio modo tabidos:

Forma tabidorum erat lenis ſubalbida, lentis colorem referens, ſubrubra, caua, pituita alba referti, ſcapulas alarum modo eminentes habentes: Et mulieres ſic. Plurimos enim cum ſcapulis bis vidi fluxionibus laborantes, ſed quia pituita quæ deſcendebat, neque acris, neque ſalſa neque amara erat, ideo euaſere. Princeps *Decima tertij* deſcribit illos per octo ſigna ſpeciatim, quorum prima tria ſunt principalia hoc ordine: pectus anguſtum cum ſpatulis in formam alarum quaſi auulſis, ita etiam vt ſint nudæ à carne, & totum etiam pectus carne nudum, collum longum ad anteriora inclinatum, & magis ſi vbi eſt larynx promineat. Deſtillationes frequenter à capite cum illius repletione. Et ſi quod deſtillat ſit vt dixi acre ſalsúmve. Quæ verò ſunt poſt hæc, & primum eſt quaſi omnium principaliſſimum iracunda natura ex quauis re cum habitu bilioſo, adeò vt adoleſcentem nullum ſic diſpoſitum euaſiſſe viderim, vbi cum hoc fuerint macilenti, & vini potentis potu gauderent. Secundum eſt vt habitus ſit glaber, albus, lenis, rubro ſparſo maximè circa genas, ſeu maxillas, vbi prominent in roſarum formam miſtus: poſt quos ſunt dura denſáque corpora, in quibus facilè franguntur venæ. Tertium ætas à decimo octauo anno ad trigeſimum quintum vſque, vt inquit Hippocrates *quinto Aphoriſmorum cap. 9*. Quartum tempus anni; Autumnus, & poſt ipſum ver propter ſanguinis ſpiritum. Quintum regio frigida, & maximè circa lacunas aquæ marinæ, veluti Venetiis: liquet igitur, quod tales illo tempore tabe nulla alia præcedente præparatione, & hoc eſt primum, corripi potuerunt. Noſtra ætate aliud eſt firmius iudicium, lues indica, ex qua plurimi aliàs minimè ad tabem natura parati inciderunt. Non intelligit autem de vera loe: nam inferius eum dixit. Tuſſiebant autem pauca condenſata, & reliqua non meminit ſanguinis neque ſaniei: quomodo ergo potuit eſſe Phtoes vt Galenus credidit, ſed fuit conſumptio corporis magna cum malis ſputis, ſine tamen pulmonis aut pectoris.

TEXTVS IV.

MOriebantur autem multi & plurimi ex his: Et de his qui decubuerunt haud ſcio an quis etiam medio tempore ſuperuixerit. Moriebantur autem citius quàm tales morbi tranſigere ſolent. Nam alios & longiores & cum febribus coniunctos facilè ferebant, etiam non moriebantur, de quibus paulò poſt ſcribetur. Solus enim & maximus ex his qui tum vigebant, tabidus morbus multos occidit.

COMMENTARIVS.

Superius dictum tabem infeſtaſſe homines. Eſt autem tabes lethaliſſimus morbus vt *primo de morbis* habetur, vbi dicit, quod tabes & aqua intercus ſunt morbi lethales, cum phrenitidem & lethargum ac peripneumoniam non ponit inter illos qui lethales ſunt. Dicebat ergo primùm, quod moriebantur, hoc nil mirum; poſtmodum ſubiunxit, neminem ſuperuixiſſe, Exiſtimandum eſt fuiſſe plurimos vt ad numerum quadragenarium; cum enim ex eo numero nullus eximitur perinde eſt ac ſi mille eſſent. Aggrauat dictum citius mortuos quàm pro natura morbi tabifici. Ideo conſtitutio hæc peſtilens fuit; vnde notandum morbũ aliquem poſſe eſſe peſtilentem in conſtitutione non peſtilenti, vt hic: nam tabes hæc peſtilens erat: quicunque autem alij morbi vt Hippocrates teſtatur erant ſolùm populares. Ad hoc ergo vt conſtitutio ſit planè peſtilens, oportet vt maxima pars ægrorum moriatur, ſeu ex vno morbo plurimos occupante, ſeu ex pluribus. Docet autem hoc cum dicit, Nam alios & longiores & cum febribus coniunctos facilè ferebant & non moriebantur, de quibus paulò poſt ſcribetur, ſcilicet ibi (Cæterum æſtate iam) Diuidam autem in poſterum textus ratione materiæ & minutius, non vt ſuperius cum initia integra ſimul ſcripſi, vt exemplo pictorum oſtenderem membrum integrum constructum ab Hippocrate, modò ſi quis in adeò longis periodis conetur idem facere, laborioſiſſimam reddet explicationem, adeò vt vix intelligi poſſit. Cauſa ergo cur celerius

rius moreτentur eſt vt rectè Galenus inquit morborum vehementiorum, de quibus in ſequenti textu agit Hippocrates. Sed cur hi morbi coniuncti ſint, fuit, quoniam vt ſuperius viſum eſt æſtas fuit nubiloſa cum aquarum inopia, nec Eteſiæ ſpirarunt more ſolito. Cum enim quatuor ſint cauſæ corruptionis aëris, vt ſit calidus hoc ei euenit ob æſtatem, turbidus ob nebulas, tum verò vt careat pluuiis, quæ partim aërem purgant, partim refrigerant, & ſalubribus ventis, qui præter quod aërem expurgant, etiam mouent & mutant:omnes affuere, ideo nihil mirum eſt ſi magna corruptio ſubſecuta ſit. Verùm cur alij morbi tabem concomitati ſint, quamuis clarum ſit, in ſequentibus tamen declaraturus ſum. At cur tabes hæc euenerit, nondum perſpicuum eſt, tametſi multa Galenus dicat. At ſi attendiſti, quæ in ſuperiori expoſitione dixi, tum etiam in antecedentibus ante textus expoſitionem, locus maritimus obnoxius eſt tabi ob ſalſedinem & frequentem ventorum mutationem, vt alias dixi ex *ſexto Epidemiorum ſect.7*.Cum ergo Thaſus fuerit inſula, iam habuit cauſam, vt tabi eſſet obnoxia,& maximè quod fuit inſula parua. Prima ergo hæc eſt cauſa:ſecunda verò fuit, quoniam conſtitutio auſtralis perpetua ratione principij eſt cauſa repletionis capitis, vbi perſeuerauerit deſtillationis, vbi confirmata fuerit toto anno etiam tabis. Quod ſic demonſtratur: cum enim *Tertia Aphoriſmorum* dicat,quod Auſtri grauant capita, ratione caliditatis cogunt aſcendere materiam cum vaporibus: & ratione qua humidi fouent illam & multiplicant. Cum ergo perſeuerauerint neceſſe eſt vt aliquò ob multitudinem deriuetur. Sunt autem ſeptem loca, per quæ fiunt deſtillationes, vt *in libro de locis in homine*. Docet autem Hippocrates cur magis fiat ad pectus, oſtenditque duas cauſas, vnam ibi quia guttur eſt detectum,aliam *in libro de flatibus*,quia eſt è regione loci,vnde pituita defluit.

Sed dicet quis, guttur contegitur à gargarione & epiglotida, igitur non eſt detectum?ideo dubitabit aliquis rurſus,cur non magis in gulam, quæ detecta eſt? Reſpondeo ad primam, quod guttur eſt detectum in comparatione ad alia loca, ad quæ permeat pituita ex cerebro, velut aures, oculos, ſpinam dorſi, nam ad illa non defluit per manifeſtas cauitates vt per guttur,ideo dixit guttur eſſe detectum, ideſt cauum,& aliquando detegi vt in loquendo. Ad aliam dubitationem dico, quod prouenit ratione ſitus, & plus facit ſitus, quàm quod gula ſit detecta, & guttur contectum. Et ſit A foramen palati,os inferius BD & B larynga & C foramē ſupremū gulæ quicquid ergo deſtillat ex A in totum B D, ſi debet tranſire ad C. oportet vt ſuperet B,ideo etſi B contectū ſit, non tamen adeò, quin tenuis pituita tranſeat, & maximè hora ſomni, propter moram tranſit



tamen aliquando pars ad ventriculum, vt mihi perpetuò à pueritia, ideo patior ſempiternum affectum. Modò vide cur facta ſit tabes ex longa mora pituitæ, tam in cerebro quàm pulmonibus, facta eſt putredo magna, ſed putredo magna corrumpit bifariam pulmones, qui ſunt calidi, humidi, molles, & multùm diſtenduntur, & maximè accedente tuſſi; primùm ob putredinem ipſam: demonſtratum enim eſt in Hypirchen, quod omnia generant ſibi ſimile nulla facta exceptione:ſecundò propter acredinem, quæ putredinem comitatur,erodit ſubſtantiam illorum. Liquet igitur cur tabeſcerent.

Hic dubium cadit, quis ſapor magis erodat, amarus acris vt piperis, an acris enim acido miſtus vt aceti, an ſalſus? quæſtio hæc vtilis valde eſt ad prædictionem ad cuſtodiam, & curam. Et dicit Hippocrates *libro de Affectionibus*: acida attenuant, morsúmque inducunt, hoc non dicit de ſalſis, cum tantùm ea nominat. In libro autem de flatibus dicit, quod acris deſtillatio erodit.Dico breuiter quod acria magis erodunt ſalſis,quod videmus in erodentibus medicamentis vt ærugo, ſed quia vt dictum eſt in *primo de venenis* putredo fit à calore moderato, & acre ab immoderato, ideo acris ſapor non fit à putredine vt ſalſus: quia ergo ſalſus putridus magis erodit quàm acris, ideo creditum eſt falsò, quod ſalſus magis erodat, quàm acris:acris præterea ob dictam cauſam rarò fit in corpore humano, ſalſus frequenter; diſtingue ergo de ſalſo ob putredinem & ſalſo ob exuſtionem. Et quamuis Galenus *quarto de locis cap.* 8. dixerit, acris defluxio exulcerat pulmonem, nihilominus per acrem intelligit acrem vel ſalſum vtcunque diſtinguitur ſapor à dulci pingui & inſipido, vt etiam intellexit Hippocrates *ſecundo de diata pag* 10. vbi opponit pinguia & dulcia acerbis acidis acribus & auſteris, intelligens poſtmodum per humida inſipida. Et de ſalſis ſeorſum agit. Videtur autem Galenus velle quod veriſſimum eſt, acria maximè erodere, & quæ craſſæ ſunt ſubſtantiæ: vnde *tertio de ſimplicibus medicamentis cap.*21. numerat chalciridem calcem æruginem & talia, quamuis non dicat eſſe acria, & *in quinto cap.*15. dum enumerat ſandaracham canthardes, dynopterim, non potuit dicere quicquam de ſapore, quia non norat verè res,ſed voluit videri, cum non haberet principia vera.

Et ipſe ferme nihil ex ſuo ſcripſit, ſed ab aliis accepit: ideo confundit, nec auſus eſt proferre ſententiam, voluitque videri, ſcire credens ſe Ariſtotelem imitari. Sed in talibus non eſt locus, cum non de cauſis agatur, ſed quid ſint, vt in Dialectica docuimus, nam chalcitis neque acris neque ſalſa eſt, aut parum, ſed potius aſtringens & tamen erodit. Dico ergo, quod erodens valdè, eſt acre valde, & craſſæ ſubſtantiæ, vt videmus in argento ſublimato, & præ-

cipitato

cipitato: Et ſi objjcias quòd vt dixi chalcitis erodit, & tamen non eſt artis, dico quod cum incaleſcit & attenuatur, fit valde acris. Si dicas quòd aqua ardens eſt valde acris imo ignea, & tamen rem erodit: dico quòd eſt nimis ſubtilis ſubſtantiæ, adeò vt ardeat illæſo linteo ex ea madefacto. Si objjcias quòd aqua ſeparationis metallorum erodit, & tamen eſt tenuis: dico quòd non, imo deſcendit in alia aqua & in vino, adeò vt ex hoc venenum deprehendatur, non enim poteſt miſceri alicui liquori ob grauitatem, cum aqua ardens etiam oleò ſupernatet, & ipſa eſt valde acris, ſicut & oleum Chalcanti & ſulphuris, quæ mirum in modum erodunt. Vnde patet acria eſſe maximè erodentia etiam quanto magis fuerint craſſæ ſubſtantiæ, vnde qui nolunt ferrum ſculpere, delineant quod volunt, & partem quam erodere non expedit, cera oblinunt; intermediam implent argento ſublimato, & aqua ſeparationis & ſtatim erodunt; qui autem volunt diligentius figuras inſcribere, nec curant de tanta celeritate, imponunt argentum ſublimatum cum aceto, & in viginti quatuor horis erodunt. Salſum autem vix erodit, imo ſiccat potius: inditio eſt quod Eluetij vulnera ſua ſale implent: quomodo ergo comparari poteſt ſalſum acri, cum ſalſa nec erodant carnem detectam & ægram, acria autem erodant cutim ſanam & ſtatim. Quædam verò erodunt alio modo ſcilicet vrendo, vt alias dixi de cantharidibus, quæ impoſitæ aquæ ſeparationis ilico excitant veſicas, & ita frangunt cutim & erodunt, & hoc modo euphorbium erodit interiora & longè celerius, quàm erodentia propria. Ex quo apparet vt dixi, Galenum in huiuſmodi nugas agere, quia non habuit principia iſta, quæ experientia conſtant, de factis ab igne. Dico ergo concludendo, quod ſi materia craſſa acris deſcendat in deſtillatione, ſtatim ſequitur eroſio & tabes, & de hoc mirum medici expectantes materiam ſalſam, cum illa ſit deterior etiam ſalſa per putredinem, poſt periculum imminet ex ſalſa per putredinem. Ideo oportet anteuertere comedendo inſipida valde, tenuis ſubſtantiæ, & valde cocta. Et ita me ſeruaui anno MDXXX. cum perueniſſem ad deſtillationem craſſam & quæ in aqua dulci deſcendebat, nam tunc neſciebam experimentum de aqua marina Hippocratis, ſalſam & male olentem, experientia doctus, quod viderem ex eduliis craſſæ ſubſtantiæ & exercitatione deterius me habere. Porrò ſalſum ex putredine cognoſcitur plerumque, quia comitatur febris,

TEXTVS V.

ERant autem plurimis ipſorum affectiones huiuſmodi: febres horridæ, continuæ, acutæ, in totum non intermittentes. Modus autem erat ſemitertianus, vna die leuiores, altera amplius exacerbeſcentes, & in ſumma acutiores increbeſcentes.

COMMENTARIVS.

Facilior eſt dictio Græca ὁ δ' ὁ τρόπος ἡμιτριταῖος ideſt ad formam hemitritæi, qualis ſit hemitritæus declarauit *ſecundo de differentiis febrium. cap. 7. & 8.* Per horridas non intelligit ſimpliciter, quæ horrorem habent ſed in quibus horror diu durat, continuæ; non eſt proprium illarum horror, quantò minus acutarum: ideo addidit hæc. (*In totum non intermittentes*) duo ſignificat per hoc; primum quod mirabile eſt cum eſſent horridæ, quod non deſinerent: ſecundum quod alleuiabantur, adeò vt viderentur non febricitare ſed tamen febricitabant. Et ſimiliter cum dixiſſet (*altera amplius exacerbeſcentes*) ne quis crederet augeri ac minui viciſſim, ſubjjcit (*& in ſumma acutiores increbeſcentes*) id eſt licet exacerbaretur, & declinaret, alternis diebus, attamen totus morbus perpetuò augebatur in immenſum. Verum non dicit in qua die exacerbarentur, an in die horroris, an in ſequenti. At iſtud eſt etiam dubium, quod deficeret ad hoc, vt eſſent veræ ſemitertianæ, ſi alternis diebus horreſcebant. Iuxta primum horum dicendum eſt ergo, quod cum morbus ad mortem tenderet vt dixit, prius neceſſe erat, vt quo ad tempora vniuerſalia ſemper creſceret, & multum etiam: cum hoc tamen ſtat, quod ad proprias acceſſiones declinaret, & adeò vt in principio vniuerſali aliquando videretur mundus, quanquam non eſſet: in vigore tamen etiam in die deſtilationis multum febricitabant. Quod ad ſecundum attinet, Galenus in commento, quòd difficile eſt tamen ſi quis attendat, cauſam tertij docet, ſcilicet quomodo non eſſet prorſus ſemitertiana: nam in illa per diſtinctionem longorum interuallorum, bis, ter, quatérque adueniente horrore reduplicatur febris. At in conſtitutione reduplicabatur horror ſæpius per exigua interualla, & tunc vocatur febris horrifica non hemitritæus. Erat tamen illi perſimilis in tribus, primum quod cum eſſet continua, erat cum horrore: ſecundo quòd ille horror repetebat: tertio quod alternis diebus ſæuiebat. Ad ſecundum igitur dico, quòd Hippocrates conſulto tacuit diem exacerbationis, nam talis exacerbatio quandoque contingit in die

 horroris,

horrotis, quando acceſſio fuerit matutina, & breuis, alitet eam diem, ſi veſperi horror inuadat, m. horem appellant: non ſolum quod ante acceſſionem ſit remotiſſimus æger à ſtatu acceſſionis & incremento, ſed quod per ſex horas ante nouam acceſſionem videatur ſatis bene ſe habere, & in pulſu & reliquis, quoniam contrariæ ſunt affectiones caloris, & frigoris, & motus, intro & extra, & caloris quidem vis iam ſeneſcit & inclinatur, frigoris autem nondum adulta eſt. Galenus tamen ſecundum ſic interpretatur, quod in die in qua miteſcunt, habent tamen acceſſionem horroris, & longam in hoc, antequam incaleſcant: horror tamen breuis eſt, & reduplicatione caret. Sed ſic non eſt ſimilis ſemitertianæ, cum ſemel ſolum illi frigeant alternis diebus, qui ea corripiuntur. Itaque hoc modo facilior eſt explicatio ſententiæ Hippocratis, ſed patitur difficultatem quam dixi. Vltimo docet Galenus, quod referendo ſimilia ſimilibus, ſemper morbus creſcit & augetur, vt hodierna dies grauior ſit quam oudius tertius, & craſtina quam heri.

TEXTVS VI.

SVdores vero ſemper, non per totum: frigiditas extremitatum multa, & quæ vix recaleſceret.

COMMENTARIVS.

Poſtquam propoſuit eſſentiam morbi, adijcit nouem ſymptomata, è quibus duo ſunt hæc, quæ in vnum coniunxi, Galenum ſecutus. Enumerat igitur *συνδρομὴν τῶν σημείων* concurſum ſignorum tam prognoſticorum vt hic, quam demonſtratiuorum in laterali morbo, vel etiam cauſarum, ſine quo non contingit concludere aut fieri morbum aut prædicere mortem aut ſalutem. Sed hic neque concurſus mortem ſignificare potuiſſet niſi fuiſſet in tabifico morbo, cum plerique ex his qui hoc morbo non laborarent, quamuis peſſimis cum ſignis, vt etiam infra ſuo loco oſtendemus ſeruarentur. Ideò hæc ſigna ſunt lethalia per ſe, ſed non valdè lethalia, aut prorſus non lethalia, ſed ſolum mala, vt in *Quarta Aphoriſmorum*: Sudor multus calidus vel frigidus ſuperfluens calidus minus frigidus; magis ſignificat morbum. Et rurſus: Febricitanti ſudor ſuperueniens febre non deficiente malum; protogatur enim morbus; & multum humidum abundare ſignificat. (*Non per totum*) Hippocrates *Primo Prognoſticorum* dicit, quòd ſudores, (ſupple mali) alij fiunt ob exſolutionem virium, aliqui ob vehementem inflammationem: ſed cum ſudores quadrifariam vtiles eſſe credantur, aut quia ſoluunt morbum, vel ſaltem minuunt, vel quia in die decretorio, vel quia per totum, vel quia calidi nihil, mirum fuit hos eſſe malos, quibus ſolum ineſſet id quod calidi eſſent, nec id perfectè, cum etiam frigiditas firma adeſſet extremitatum. Conſtat autem quòd ſudores eſſent calidi, & in ſuperiore parte, quia tales eſſe ſolent: in febribus enim calidi ſunt generaliter ſudores., ob febris calorem, & in ſuperiore parte ob id, quod calor ſupra fertur. Hippocrates autem vel vbi res inſueta eſt, vel magni momenti, ad artem non ſolum adijcit vt intelligamus, ſed quia ſit valde neceſſaria, etiam repetere non dedignatur: In reliquis vſus eſt ſumma breuitate, propter ea quæ dicta ſunt in principio Dialecticæ noſtræ: tum etiam quia olim ſcriberent, nondum inuenta charta, nec papyro, ſed in tiliæ lignis vt teſtis eſt Galenus *In primo de his qua in Medicatrina* etſi poſt aliqua ſcripta ſint in membranis, vt ibidem docet. Ergo quòd ſudor qui totum non occupat corpus, etiam ſi calidus ſit malus ſit, vt ibidem dicebat Hippocrates, & qui circa caput tantummodo, vultum & ceruicem, dicit ibi Galenus, etiam ſi non ſit frigidus, minatur ſyncopem: nam ſi frigidus ſit iam incipere ſyncopem declarat. Videndum eſt igitur an ſemper ſudor qui totum non occupat corpus malus ſit? multa enim obſtant: primum quod homines plerique ſani degunt, tum maximè cum ſoli pedes ſudant, & partes illis propinquæ. Deinde quia Hippocrates dicit vbi ſudor ibi morbus: tum verò qua in parte maximè hoc verum ſit. Demum cur ſudor qui non toti corpori vniuerſalis ſit, aut lethalis eſt aut malus ſaltem, numquam bonus; huiuſmodi ſi explicuiſſet Galenus nos à magno labore vindicaſſet. Verùm videtur ſolum aliorũ dicta collegiſſe in inueſtigandis rationibus, & perſæpe probaſſe deteriora. In explicanda autem dictione admirabilis fuit ob linguarum cognitionem. Sed iam propoſitum aggrediamur: fieri enim poteſt vt in his qui perierunt libris hæc & multa alia adiecerit. Dico ergo primum, non eſſe generalem doctrinam de ſudoribus, non ſolum ſanis, ſed neque ægris omnibus, ab Hippocrate traditam; propterea adiecit in acutis: vidi in tertiana ſudantem totum ſudore frigido Hiſpanum Petrum de Sotto, præfectum machinarum Cæſaris, poſtridie conualuiſſe. In dolore colico in eculeo omnes regulæ de ſudore falſæ ſunt, quoniam de illis non ſcribuntur. Dico etiam neque in continuis omnibus, licet multa vera ſint, intelligenda eſſe. In acutis verò de quibus intelliguntur, eoque magis in ardentibus ſudor ſi fiat in ſuperiore parte, non ſemper malus eſt, nec hoc dicit Hippocrates: ſed non tam bonus quam ſi in toto corpore: at in ceruice & vultu ſemper malus eſt, & valde malus. Nam cum pectus ob cor longè ſit calidius capite, & ceruice, fieri non poteſt, vt ſudet quis in parte illa ſuperiore,

niſi

niſi illa ſit calidior pectore : at ſi calidior ſit pectore ſebrieitantis, vel abſceſſus in eo crit, vel ſuffocatio vtrouis modo ſignificat, vel exſolutionem, vel vehementem inflammationem illarum partium, vnde mors declaratur. In exſolutione enim ſudant partes ſuperiores, vt in his qui torquentur aut ſuffocantur, quia tenuiſſimus ſpiritus ad ſaciem defertur, qui facilliſſimè & alio reſoluitur. Seu igitur ob caloris vehementiam, ſeu quia exſolutio incipiat, quam neceſſe eſt propter cauſam dictam prius ibi detegi, couſtar ægrum in maximo vitæ diſcrimine verſari: In ſenibus autem ſudor capitis eſt res familiaris, imò in curſu & laboribus ſudat primo facies, quia pars ea eſt humidior & vapor ſurſum ex imis fertur: & præcipuè accidit ob capillorum illuuiem. Sed qui fit in vna parte, non tamen in illa, vtpote ab vmbilico ſuperius, aut in ſolis cruribus, non eſt bonus, licet non ſit neceſſario malus. Dico quòd ſignificat abſceſſum ibi aut copiam ſaltem humoris humidi, aut calorem naturalem, inualidum, ſed vtrumque horum eſt non bonum : igitur omnis ſudor non vniuerſalis eſt non bonus. Multi tamen cum illo ſanantur, quando ſudor ille prouenerit ex copia humidæ materiæ. Ideò iſtud cognoſcitur ex facilitate ſudoris & ferendi : cum enim hæc affuerint bonum erit, non ratione ſudoris non vniuerſalis, ſed alterius condicionis adiectæ. Ita ex aduerſo cum eſſet non vniuerſalis, & hoc quia frigebant extrema, ideò erat valdè malus ratione ſigni, quia ſignificabat intus vigere calorem febris, extra extinctum naturalem : at ratione effectus, quia calor mouebatur, ſimul & à centro ratione ſudoris, & ad centrum ratione frigoris : natura autem ſimul omnino ægre fert contrarias mutationes. Ideò dixit Galenus quod hoc eſt ſignum malignæ ſebris.

TEXTVS VII.

ALui turbatæ, bilioſæ, ex paucis, puris, tenuibus, mordacibus : frequenter ad exonerandos ſe ſurgebant.

COMMENTARIVS.

Signa omnia ſecundum genera commemorat, & in his à ſudoribus qui fiunt ex toto venarum genere : ab vrina, à iecore, & ab alui deiectionibus, ventriculo, & ſima iecoris. Facultas enim quæ totum corpus regit, tota in iecore eſt conſtitura, ab hoc in ventriculum & meſaraei venas, tum reliquas omnes diffunditor, proprium iecoris excrementum eſt vrina : venarum omnium in ambitu corporis ſudor, ſicut ventriculi & meſaraei feces. Sed ex eſſentia caloris naturalis calor & frigus, ex operationibus propriis eiuſdem naturalis facultatis velut illud, cibum faſtidiebant, non ſitiebant. A facultate pectoris tuſſiebant. Sex igitur in alui excrementis adnotauit, & ſeptimum ex illo ſubſtantiam, *pura tenuia*. Qualitatem *biliosa mordacia* : quantitatem *pauca*, modum *turbata alui* & quod ex aliis erat neceſſarium, præcipuè quod quæ excernerentur mordacia eſſent, & pauca, neceſſarium erat vt frequenter ſurgerent. Ex quo imbecillitas virium ſequebatur. Quæ verò deſcribuntor non valdè mala ſunt, ſed nec bona, vt habetur in prognoſtico, præter illud de meris, de quibus egimus in Aphoriſmis.

TEXTVS VIII.

VRinæ tenues, & crudæ, & decolores, & paucæ : aut craſſitudinem habentes, & ſubſidentiam paruam, non probè deſidentes, ſed cum cruda quadam ac intempeſtiua ſubſidentia.

COMMENTARIVS.

Vrinæ malæ ſunt, quia vel crudæ vel paruæ, niſi ſudor multus profluat, vt in his, vel in principio ſolum : ſunt enim propriæ initio morbi : quanquam etiam ab initio illas concoctas eſſe velit, de quo *In ſexto contradicentium* actum eſt, ideò exponatur. At cruda dici poteſt cum alba fuerit, & tenuis, vel alba & craſſa, vel alba & cum pauco ſedimento, ſi multa fuerit vrina, vel rubra omnino, præcipuè autem in pueris cruda mala eſt, vt *ſecundo Prognoſticorum* habetur. Ibidem : & vrinæ ſedimentum ſi prauum fuerit, velut vt farina etiam cruda habetur. Dicamus ergo quòd vrina mala eſt, vel quia pauca, & nõ cum ſudore: etiam hoc modo mala ideſt contumax, ſic enim inde intelligi volo malum: non fuit vel quia cruda : & ſi cruda vel ratione ſubſtantiæ, cum fuerit tenuis vel mali coloris ideſt alba vel rubra, vel vtrumque : vel ratione contentorum, & tunc vel ratione ſubſtantiæ illorum, vel paucitatis in comparatione ad vrinam, vel vtriuſque. Patet igitur eſſe vrinæ contumacis quinque modos & ex his mala fuit ſeu contumax, quatuor vltimis. Modi ſunt *pauca, tenuis, mali coloris cum pauco ſedimento, vel crude* : omnia enim affuerunt, cum per totum morbum perdurauerit : præter primum quia ſudabant aſſiduè. Qui autem hæc volet diligentius aſſequi, *primum librum de vrinis* legat. Cæterum omnia hæc vt dixi ſolum longitudinem morbi per ſe ſignificabant: ſed quia morbi erant acuti, ideo malam indicationem decernebant : nec tamen ob id neceſſario mortem, ſed cum eſſent tabidi, ſignificarunt morbum neceſſario lethalem.

TEXTVS IX.

TVſſiebant autem, pauca, condenſata, concocta, paulatim vix educentes. Quibus vero violentiſſima accidiſſent, his neque modicè concoctio aderat, ſed cruda ſpuere perſeuerabant.

COMMENTARIVS.

Hoc eſt quintum ſignum ab excrementis propriis, non tamen naturalibus: naturalia enim propriè ſunt duo, ſtercus & vrina, non propriè autem ſudor, vel ſi cum ſudore halitus coniungatur, qui per totum corpus exit, erit hoc totum ſudor vel halitus, excrementum proprium, iuxta tres coctiones, totidem excrementa. Screatio autem propria eſt, ſed non naturalis coctioni, quæ in pectore fit: neque enim neceſſe eſt ſubſtantiam pectoris affici in tuſſi, & excreatione. Pus autem & ſanies neque propria ſunt, neque naturalia excrementa, cum neceſſe ſit laborare ipſam particulam, quæ pus vel ſaniem emittit. Horum excrementorum omnium communis eſt triplex diuiſio, vt ſint cocta, vel cruda, vel mala: & cocta quidem nulli iungi poſſunt, cruda verò & mala per ſæpe, vt fiant quatuor membra. Dicit ergo quòd *tuſſiebant*: iam hic erat affectus præter naturam. Quia ergo tabidi erant, tuſſiebant, erant enim tabidi propriè id eſt pulmonis vitio quem phthoem & affectum phthiſim vocant & quia ex deſtillatione, ideo aliquid excreabant. Vnde deterior eſt tabes in qua cum tuſſi nihil excreatur, ſed eſt ſicca prorſus: huiuſmodi enim morbo plures maximè adoleſcentes interiire vidi: & eſt ſphacelos pulmonis, atque ideò morbus omninò lethalis. Et videtur veriſimile, quod is de quo egit Galenus *Quarto de locis* anica cæperit quam expueret, poſt ex deſtillatione & ruptura: cum verò morbus mitior erat, concocta apparebant, quia locus ille pectoris & magis pulmonis calidiſſimus eſt: cum vero mors prope eſt, pauca & cruda extuſſiunt: cum non longè multa, nec concocta. Primum ergo in tabidis cum mitius ſe habent, cocta & pauca extuſſiunt: poſt multa nec cocta, cum rurſus pauca & cruda, prope mors eſt Ideò duo illorum genera edocet. Ex quo patet, quod hic Hippocrates non loquitur de tabidis, qui ſunt ex vlcere pulmonis, vt putat Galenus.

* * *

TEXTVS X.

FAuces autem plurimis horum ab initio, & perpetuò dolebant, ruborem habentes cum inflammatione: fluxiones paruæ, tenues acres. Breui colliqueſcebant & affligebantur.

COMMENTARIVS.

Hic docet ſignum omnino præter naturam inflammationem faucium, quam par erat eſſe cum dolore: ad quam conſequebantur fluxiones paruæ, acres, & tenues non enim erant coctæ ſed crudæ. Adeò autem anceps erat origo vnius, atque alterius vt videtur *in libro de flatibus* apud Hippocratem, ibi. Pituita autem miſta acribus humoribus, & deinceps vbi agit de circuitu fluxionis acris & inflammationis: nam altera alteram cit. Breui autem ex hoc colliqueſcebant, & affligebantur: quoniam cum adeſſent reliqua generaliter, & tabes eſſet communis, ſuperueniens hic morbus febrem accendit, cerebrum lædit, & ad mortem præparat. Quinimo hoc eſt vnicum in tabidis proximæ mortis ſignum, cum faucibus ægrotant; namque ſignificat morbum eſſe adeò parum vt ex pulmonibus ad fauces perueniat. Illum verò locum natura defendit, quantum poteſt, vt maximè vitæ neceſſarium, vt colligitur *Quarta Aphoriſmorum*: cum ergo materia eo peruenit ob inflammationem primum morbus ille habet rationem ſynanches, quæ cum per ſe mortalis ſit & cito perimat, quanto magis laborantes tabe & febre acuta præter id correptos. Deinde inflammata particula à deſtillatione irritatur, & non poteſt ſe mouere ob inflammationem, nec materia expui ob id, nec inflammatio quieſcere propter deſtillationem; pauca autem materia deſcendebat non ſimpliciter, multa enim ex aſſiduitate colligebatur, ſed paulatim, quoniam deſcendebat per ſe non propellente natura, quæ confertim ſolet euacuare: at hanc non poterat cum eſſet acris ac tenuis, & ideò cruda. Plurimis autem hoc contigit, ſi quidem valde humidis, & frigidis talia non eueniebant, quamuis enim cerebrum eorum incaleſceret, non poterat tamen materia attenuari, multò minus acris euadere.

TEXTVS XI.

OMnes cibos perpetuò faſtidientes.

TEXTVS

COMMENTARIVS.

Hoc eſt ſeptimum ſignum quod à functione naturali læſa ſumitur. Per hoc autem quod dixit *faſtidientes* plus intellexit, quàm non appetentes. Sunt enim tria genera abominationis cibi, leuiſſimum; cum fame non corripiuntur, ſed deſiderant cibos non præſentes, & deguſtant, ſed non edunt. Secundum præſentes renuunt, & tertium cum non omnino deſiderant: contingere potuit ob materiam in ventriculo, ob conſenſum pulmonis ſanioſo humore repleti, ob vim naturalem in iecore extinctam, ob febris, quæ naturam peſtilentis ſapiat malignitatem; *ἀσίτους* vocant Græci, non appetentes, *ἀποσίτους*, qui etiam faſtidiunt. Galenus in deſtillationem refert, quod verum eſſe potuit. Veriſimilius quòd propter omnes cauſas maximè in morbo lethali. Et quod ſigna alia facultatem naturalem imbecillem & corruptam eſſe oſtenderent. Raro enim eo deuenitur, vt prorſus faſtidiant cibum niſi vitiato iecore, nam ſi ventriculus deficiat, apparent alia ſigna, velut dolor aut extenuatio, ſitiſque. Si verò ob materiam prauam, vomitus, nauſeæ, quæ non aderant.

TEXTVS XII.

SItis exortes.

COMMENTARIVS.

Declarat hoc duo ; & quòd vt dixi cibum non appetiſſe contigerit, non ob humorem acrem deſcendentem, ſitiuiſſent enim ſed ob extinctam facultatem totam in ore ventriculi, cum non ſolum cibum faſtidirent, ſed etiam non ſitirent: & quòd tam praua eſſet materia, vt extingueret vim naturalem, adeò vt acutè febriens & acri deſtillatione laborans ; non ſitiret. Hoc autem tum alias inferius repetit, & Galenus docet, vt ſi cum arida lingua, idem accidat.

TEXTVS XIII.

ET plerique circa mortem deliri: & circa tabidos quidem hæc.

COMMENTARIVS.

Non de eo delyrio communi agit, quod prope mortem omnibus ferme accidit: ſed de eo quod prauas febres comitari ſolet: nam merito tabis haud delyrant ægri. Significat ergo febris prauitatem. Quippe delyrium fit euicta vi cerebri ob intemperiem: febris autem hæc ſemitertianæ perſimilis erat, nam ſemitertiana vt inferius docebit tabidos enecare ſolet. Igitur febris hæc aliquanto etiam deterior ſemitertiana fuit. Quærendum eſt igitur cur non in omnibus febribus delyrium accidat, cum in omnibus febribus calidius & ſiccius euadat cerebrum, imo multò citius in hecticis quam in cæteris, cum tamen in ea cerebrum calefiat, & exſiccetur manifeſtè. Videtur enim quod debilitato cerebro & perturbatione facta in motu ſpirituum, fiat potius delyrium quàm ex intemperie. Verùm de hoc alibi diffuſius.

TEXTVS XIV.

CÆterum æſtate iam & autumno, febres multæ, continuæ, non violentæ, diu quidem ægrotantibus, non autem aliàs ita malè habentibus oboriebantur.

COMMENTARIVS.

Hic comparat morbos æſtatis morbis veris, dicens morbos fuiſſe leuiores: & primò comparat non tabeſcentibus & ibi (*Paucis oborta ſunt febres*) nam demum ſubijcit laborioſè ſe habebant; hic ergo dicit præter longitudinem nullum aliud fuiſſe incommodum, quod oſtendit ex quatuor ſignis, quæ in ſequenti textu enarrat. Et cauſa fuit quòd licet æſtas eſſet nubiloſa & cum paucis Eteſiis, per calorem tamen æſtiuum ſiccata & attenuata materia mitior facta eſt natura morborum. Erant autem longæ ob multitudinem materiæ & imbecillitatem virium, quæ ſolet conſequi conſtitutionem auſtralem.

TEXTVS XV.

PLurimis alui turbatæ, ita vt valde toleranter ferrent, & nihil memorabile lædebant. Vrina item plurimis boni quidem coloris & puræ: verùm tenues, & poſt tempus circa iudicationem concoctæ. Tuſſiebant autem non valde, neque ea quæ per tuſſim reiectantur, difficultatem exhibeant: neque cibum faſtidiebant, ſed etiam valdè licebat ipſis offerre.

COMMENTARIVS.

Hoc eſt ſingulare exemplum ſignorum quatuor, vt dixi principaliorum mitiſſimi morbi;

morbi: In quibus generale eſt hoc, vt ſolum defectum oſtendant, in quarto verò nec illud. *Aluus turbabatur plurimis*: Galenus non eſt auſus hoc exponere, cum ſcribat *Quarta Aphoriſmorum com.* 22. impoſſibile eſſe vt non concocta materia aliquid vtiliter excernatur: cum tum frequens experimentum oſtendat oppoſitum: cum enim materia iuxta cauam iecoris fuerit, & cruda nec multum lenta, & vires validæ, expellitur ab initio & eſt bonum ſignum, & bona cauſa: ſignum quidem validarum virium, & naturæ operantis rectè, quæ ſe exonerat ne acceſſio fiat hoſtili putrido calori: & quod materia obedit & eſt tenuis: tum verò quod meatus ſunt aperti & locus non intimus. Quod ergo dicitur à Galeno, ibi intelligendum eſt de materia, quæ iam putruit. Signum eſt autem omnium horum quod ferrent bene nec læderentur vlla ex parte. Ex hoc patet Galenum multis in locis, dum nimis ambitiosè ſcribit, potius tenebras quam lucem attuliſſe arti. Nam multos vidi ægros imo & vulgus lætatur, qui cum turbarentur aluo in initio febris nil paſſi ſunt incommodi, nec hoc malum eſt, modo materia nec viridis nec nigra, vel huiuſmodi, excernatur, aut conſtitutio peſtilens ſit. Vrinæ item plurimis boni coloris. Quatuor ſunt maximè ſpectanda in vrina; color, ſubſtantia, quantitas, & contenta: ſunt & alia atque in his quatuor; coctio, cruditas, proportio ad tempus, & peruerſio. Hippocrates nouit optimè quòd vrinæ ab initio non poſſunt eſſe perfectè coctæ, vt in *ſexto contradicentium* declaraui: ſufficit Hippocrati, vt ab initio ſint bene coloratæ, quod repetit millies. Fuerunt ergo bene coloratæ, & proportione reſpondebant temporibus; in initio crudæ bifariam, & in ſubſtantia, & quia ſine contentis ideſt puræ, hoc enim proponit: Ergo fuerunt optimæ.

Nam quando ſunt ab initio coctæ, ſignificant aut febrem putridam non eſſe, aut nil excerni ex materia peccante, aut eſſe peſtilentem. Fuerunt ergo crudæ in ſubſtantia bene coloratæ, puræ ſiue contentis, & ab initio, & circa iudicationem concoctæ, ideo optimæ: bonus enim color nunquam deſinere debet ſubſtantia, & contentis poſſunt vitiari, & non oſtendunt niſi cruditatem. Ergo color aqueus plus ſignificat quam cruditatem iuxta Hippocratis ſententiam.

(*Tuſſiebant autem*) Hæc pars & quæ in ſequenti textu habetur, tantam confuſionem peperit, vt vix omnes expoſitores cum Galeno potuerint ſe explicare; quod videatur hucuſque Hippocrates locutus de tabidis. Sed ſi ita eſt, vbi illa verba (*de quibus paulo poſt ſcribetur*) Propterea nimis longum eſſet, ſi vellem referre opinionem Galeni, deinde confutare, atque illum imitatus facere expoſitionem infinitam: ſufficiat more Ariſtotelis dicentis, rectum eſſe iudex ſui ipſius, & obliqui commutatis partibus ſermonis veritatem eruere. Dicta quidem ſunt hæc: primum, *Multi ex his qui iam longo tempore ſubcorrupti erant, tabidi decubuerunt.* Et poſt *& de his qui decubuerunt haud ſcio an quis modico tempore ſuperuixerit, moriebantur autem celerius quam tales morbi tranſigere ſoleant. Nam alios & longiores & cum febribus coniunctos facilè ferebant, nec moriebantur de quibus paulo poſt dicemus.* Poſt cum narraſſet de tabidis quales eſſent, ſubiungit: *Et circa tabidos quidem hæc.* Poſt loquitur de morbis æſtatis & Autumni, *Tuſſiebant autem non valde, nec ea qua per tuſſim emittebant difficultatem exhibebant. In ſumma qui tabeſcebant leuiuſculè ægrotabant.* Demum concludit pro toto anno: *Inter omnes quorum fecimus mentionem, in hac tempeſtate ſoli in lethalia tabidi incurrerunt, febricitantes alia febre nequaquam.* Si quis rectè perpendat, Hippocratis ſententia eſt clara: dicit enim quod qui verè ægrotarunt ſub æſtatis initio illi tabe correpti ſunt, & mortui: qui vero æſtate & autumno tuſſiebant & non vera tabe correpti ſunt: & ideò euaſerunt. Oſtendit autem hoc clarè in ſequenti textu dum dixit.

TEXTVS XVI.

IN ſumma qui tabeſcebant, leuiuſculè ægrotabant, non more tabeſcentium, febribus horridis parum inſudantes: alias alij, vt quos inuaderet febris non ſtato circuitu. Et vt paucis quos numquam febris relinqueret: ſed inuaderet more febris tertianam referentis.

COMMENTARIVS.

Oſtendit hoc clarè, quia ſuperius dixit febres tabidorum fuiſſe continuas, acutas cum modo ſemitertiano. Vtar enim ſumma breuitate. Hic ſubiungit quod apparuerunt genera febrium: *horrida cum modico ſudore* ſupple non continuæ; nam hoc declarat per illa verba, *& vt paucis quos numquam febris relinqueret*, non acutæ cum deſinerent, nec ſimiles illis in quibus erat ſudor, non per totum. Secundum genus etiam erat non continuatum ſed erraticarum. Paucis autem dicit fuere continuæ febres per modum tertianæ extenſæ, non autem ſemitertianæ, vt in illis. οἱ φθινώδεες, οἱ δὲ φθινώδεα τρίβοντες. Quis non videt φθινώδεες ſignificare tabeſcendis ideſt qui extenuabantur, non autem tabidos verè: quia ſubiungit non more tabeſcentium: velut ſi quis dicat profiteretur non more profitentium, non profeſſorem dicit, ſed profiteri: actionem confeſſus eſt, non rem. Simia hiſtrionicam exercet, non eſt hiſtrio.

hiſtrio. Alind eſt verbum & eſt affectionis, nomen aotem paſſionis. Hæc ſi expoſuiſſet Galenus nec iuiſſet venatum, non coactus fuiſſet dicere literam eſſe mendoſam: ſic enim facile eſſet omnia exponere. Quamuis obſcurè in ptima expoſitione appropinquaueris, ſed tationem noo adiecit,:& oblitus eſt textum quod ftequentet facit, dum inſectatut fugientes alios expoſitores declarare. Per tabidos ergo ſeu verè tabidos intellige, qui cum tuſſi inommodicè extenuabantur,& febre tabidis familiati ægrotabant: per tabidos teliquos eos, qui tuſſi non immodicè macteſcebaut.

TEXTVS XVII.

IVdicabantur autem quibus inter hos breuiſſimæ eſſent, circa vigeſimum diem, plurimis circa quadrageſimum, multis circa octuageſimum. Quibuſdam neque ſic, ſed vago modo & circa iudicationem deficiebant. Horum autem plurimis febres rurſus non multum tempus intermittentes reuerſæ ſunt. Ex recidiuis autem in ijſdem circuitibus iudicabantur. Multis verò ipſorum producebantur, vt ſub hyemem ægrotarent. Ex omnibus porrò in hac conſtitutione deſcriptis, ſolis tabidis lethalia acciderunt: In aliis autem febribus non.

COMMENTARIVS.

Cum declaraſſet quòd morbi vernales fuerunt omnium deterrimi, vt in quibus veta tabes ſolum abuodauerit, quoniam ex ventorum aquiloniotum flatu puttedo genita eſt, & aucta pet ver auſtrale: in æſtate cum fuerit ſicca, nec cauſa aduenetit vlterioris corruptionis, exhalante humido putrido, non contabuerunt, ſed ſimilia tabidis apparuerunt, mitiora multò. Nuuc ttanſit ad tertium, quod obſeruat ſcilicet Iudicium. Memento autem verborum illorum; nam alios longiores & cum febribus facile ferrebant. *Fuerunt hi morbi pleramque longiores ſolito.* Et illud *febres multæ continua non violenta diu quidem ægrotantibus:* vt intelligamus dictum hoc de his qui tabidi non erant dictom eſſe, nam tabidos morbus breui abſumebat. Proponit antem quinque genera: paucis quibus morbus erat breuiſſimus iudicabatur circa vigeſimam ideſt In vigeſima & vigeſima quarta: multis circa octogeſimam, velut in centeſima etiam, plutibus circa quadtageſimam vt etiam in trigeſima. *Quibuſdam circa indicatorium diem morbus deſiciebat abſque decretorio:* & infra declarabitur quod boc cootingit vt Hippoctates ait cum materia concocta non fuerit. Qoorum duo ſunt genera: quibuſdam euim morbus finitus eſt ſic pletiſque reuerſus eſt,& in tecidiuis notatu dignum, indicati ſunt ijſdem circuitibus à teditu, non a morbi initio, quibus ptiores vt vigeſima, quadrageſima, octuageſima & tamen io deſcribendis ægris in tertio libro ab initio morbi totius dies computat. Et fuere inter hos, quibus productus eſt morbus à recidiua, vt ſub yemem ægrotarent. Et hoc eſt ſimileh ei, quod dicitur *libro de Iudicatione* p.4. Ardens febris in lipytiam cum abſque decretorio deſierit, die decretoria ideſt in ſeptima vel quartadecima die tranſmutatur. Et à die tranſmutationis lipyria durat diebus quadtaginta & tranſit in Epialam. Et hoc eſt ſolum ex contumacia humotis. Cauſa autem huius diuerſitatis erit, de qua ſermonem faciemus. Atque hic finit Galenus Primum ſuum librum ſatis breuiter. Et quamuis diuiſio ſit ad arbittium, propter tamen moroſos quoſdam, volo oſtendere Galenum nulla ratione hoc feciſſe, quia ſi conſtitutiones tres conſiderauit, cur ſecundam & tertiam poſtmodum in ſecundo libro amplexatus eſt? nos autem vt æquaremos magis lancem, ex ſex partibus huius primi libri, duas ſingulis libris commentariorum diſtribuimus. Et ita primos liber continebit primam & ſecundam conſtitutionem: ſecundus autem præcepta & dogmata quæ ſequuntur ſecundam conſtitutionem, tertiamque ſimul. Tertius quod reliquum eſt præceptorum poſt tertiam conſtitutionem, deſcriptionemque quatuordecim ægrorum.

CONSTI

CONSTITVTIO temporis ſecunda.

TEXTVS VIII.

IN Thaſo ante autumnum tempeſtates non tempeſtiuè, ſed derepente in aquiloniis & auſtrinis multis humidæ & præerumpentes. Huiuſmodi verò durabaut vſque ad pleiada, & ſub pleiade. Hiems autem aquilonia. Aquæ multæ largæ, magnæ: Niues. Plerumque mixta aëris ſerenitas: & hæc quidem fiebant omnia; frigora verò non admodum intempeſtiua. Iam verò poſt brumale ſolſtirium, & quando fauonius ſpirare incipit, poſterior hyems magna erat, aquilonia multa. Niues & aquæ aſſiduè multæ, & cœlum procelloſum ac nubilum. Hæc autem durabant & non remittebant vſque ad æquinoctium: ver autem frigidum, aquilonium, aquoſum, nubilum. Aeſtas non valdè æſtuoſa fiebat. Eteſiæ aſſiduè ſpirarunt. Mox circa arcturum in aquiloniis, aquæ valde multæ. Quum autem annus totus humidus & frigidus & aquilonius eſſet.

COMMENTARIVS.

Frigora non tempeſtiua verbum χειμῶνες pro frigoribus Hermanus Cruſerius Catapenſis, Cornarius autem tempeſtates: quæ difficultas ſeu ambiguitas etiam eſt in Galeni commentariis. Quòd ſi ad frigora transferatur, male congruit prærumpentia: quomodo enim frigora in pluuias prætumpere poſſunt. Sic enim Galenus & rectè exponit verbum περιερρηγνύμενα. Sed neque tempeſtates in humidum & pluuiam erumpere conueniebat dicere. Hoc ergo ex inopia à latinæ linguæ, non expoſitorum, qui nihil habent par ad χειμῶνας Græce χειμὼν, eſt habitus temporis hyemalis & hoc conuenit, ſed puduit interpretes adeò longè abire & circum ambire. *Non tempeſtiua quia ante Arcturi exortum.* Diſcrimen largarum aquarum & magnarum, eſt quòd largæ confertim veniunt, magnæ autem diu durant. λαίλαπας procellas vocat, ventos multos cum imbribus magnis: per pleiades poſt autumni initium intelligit occaſum, cum exortus initium faceret æſtatis. In ſumma tota conſtitutio maximè poſt pleiadas fuit frigida, & humida & Aquilonia ideſt in qua aquilo perflabat. Oportet autem intelligere per Aquilonem, non ſolum eum, ſed Boream & Cæcian: velut per Auſtrum lybicum & Phæniciom. Et generaliter omnem ventum qui ex plaga auſtrali defertur. Poterat annus eſſe frigidus & humidus cum auſtro, non tamen conſtitutione auſtrali, ideo adiecit & aquilonius frigido & humido: eſt enim conſtitutio perſeuerans ventorum ſitus, vnde poſſunt eſſe conſtitutiones boreales, & auſtrales, & miſtæ. Rarò autem præter has fiunt conſtitutiones, quòd frequentius hi venti ſpirent quam reliqui omnes vt *vigeſima ſexta problematum:* atque hi etiam efficaciſſimi, cum in his partibus cœlum ſtat ad polos, ideò impreſſiones ſunt & firmiores ſunt atque validiores. Sed dubitatur quomodo conſtitutio fuerit frigida & humida ac Borealis, cum apud nos Boreas ſit ventus ſiccus & aërem ſerenat, quod etiam videtur ſenſiſſe Hippocrates *tertia Aphoriſmorum 5. & 17. & in libro de ſacro morbo p.* 8. Reſpondeo, quod ſolutio ibi colligitur, quia Thaſus eſt inſula & magis auſtralis nobis, ideo Boreas per ſe humectat, ſed quia validus eſt exſiccat ob propinquitatem. Manifeſtum eſt ex hoc, quod vbi meminit ventorum borealium, ibi adiicit, quòd validas tempeſtates adduxerunt. Ideo intelligit, quoſcunque tales, vt Corum & Circium. Vtitur autem Hippocrates diuerſo loquendi modo: in primo enim dicit. Status ad auſtrinum vergeret, & cum ſiccitatibus fieret: in ſecundo annus frigidus, humidus & aquilonius.

TEXTVS XIX.

PEr hyemem ſani plerumque degebant.

COMMENTARIVS.

Conſtitutio naturalis non affert morbos, ſed eos admittit, qui familiares ſunt tempori: hi autem ſunt endemij non epidemij. Quæ verò præter naturam eſt, eò minus

minus affert nouos, quò minus genete & quautitate à uarutali illius temporis teeedit: Et quo minus calida & humida fuerit, nam hæ duæ qualitates morboruui ſunt cauſæ, & inter has magis calor, quam etiam humidum, quòd magis atque celerius agat. Cum igitur hyems naruta ſua ſit frigida, humida, aquilonia, quod ad genus attinet fuit ſecundum naturam, nec calor peccauit: verùm quia exceſſit in quantitate ſolum, & defuit principium agendi, calor ſcilicet, apparet quòd leuis fuit impreſſio: quare per demonſtrata in *libro de prouidentia* ex anni conſtitutione morbi non potuerunt generari ante tertium tempus, & ideò non ante ver: conuenit igitur vt hyems ſana foret.

TEXTVS XX.

ANte ver autem multi quidem, & plurimi morbidè degebant. Primum igitur cœperunt lippitudines fluidæ, doloroſæ, humidæ, crudæ, lentæ, paruæ, & multis difficulter erumpentes: Plurimis reuertebantur: defecerunt ſero ad Autumnum.

COMMENTARIVS.

Cauſa maxima erat maximè in hyeme abundantia pluuiarum, frigus, niues, & reliqua, vt iam ſub fine illius meritò corpora grauarentur. Propterea dicit *Multi quidem & plurimi morbidè degebant.* Comparatiuum aut ſuperlatiuum dum poſitiuo copulatur, firmum retinet ſignificatum, & non tantum effusè ſignificat. Dicimus candidior coruo, ioco dicitur. Candidior Petro nihil eſt, & vim non retinet ſuperlatiui: Candidior niue ſuperlatiuum euadit. Plurimi ſuperlatiuo genere effertur, ſed non eſt ſuperlatiuum perfectum. At vt etiam minus ſignificaret quam per ſe, præpoſitum habuit poſitiuum multi, vt euaderet in comparatiuum. Atque hæc difficultas ex modo loquendi neceſſario orta eſt. *Degebant morbidè:* nondum ægrotantes adhuc deficiente calore, ſed ægrotaturi. Quo admonemur in frigidis temporibus ſufficere laſſitudines, & quam vocant neutram diſpoſitionem, ad declarandum morbum ſuperuenturum, vbi calor expectetur.

Superuenerunt igitur in vere duo tantum genera morborum, quòd quanto abundabat humidum vt putreſceret, maior calor deſiderabatur, quòd humidum copioſum per ſe frigidum ſit, atque eò magis quando frigiditati conſtitutionis, & temporis coniunctum fuerit: ea autem conſtitutio grauis fuit, & longè ſæuior prima vt videbitur.

(*Lippitudines*) Hic paululum cogor contra Galenum, imo non Galenum, ſed potius quoſdam qui cum Galenicos ſe dicunt, omnis ſcientiæ & doctrinæ hoſtes atque inimici ſunt capitales. Sed, noti enim authoritate quadam illius, *Primo de victu in Acutis*, putant noluiſſe Galenum demonſtrationes afferri ab expoſitoribus, quanquam hoc ſolum in arte curandi ſenſerit obſeruandum. Sed neque ibi cenſet, & ſi omnino cenſet, ne prioribus vtar verbis, ſane perperam. Quod enim dicat verborum ſolam habendam eſſe rationem, adeò turpe eſt, vt etiam inter Grammaticos Seruius magno in honore præ cæteris habeatur, quòd rationes dictorum à Virgilio attulerit. At in artibus quod execrandum conſilium, & quàm alienum à viro celebri qualis eſt Galenus. Quid Alexander Themiſtius, Simplicios, Philoponus, & præcipuus Auerroes aliud agunt? an ſenſa an verba quærimus? at ſi ſenſa? quomodo illa ſciemus eſſe vera, niſi per demonſtrationem. Proponamus vt autor dixerit, quæ ſecuritas quòd verum ſit, quomodo ſciemus, quomodo intelligemus, niſi ex demonſtratione habita? Quid ait ipſe de Hippocrate, ſe non illi credere niſi ob demonſtrationem? At dices in medendo: Quid agit in tota methodo aliud? aliudque agentes tantopere reprehendit. Si Hippocrates omnia cum demonſtratione conſcripſit, quomodo Hippocratem explicabimus ſine rationibus, quæ ipſum ad ſcribendum compulerunt. Denique quæ expoſitio, & quam vtilis erit, ſi dicamus annuam tempeſtatem frigidam & humidam, ac Aquilonarem ſubſecutæ ſunt lippitudines humidæ, quandoquidem talem pluribus forſan in vita videre non continget? & ex pluſquam mille vt diximus in *libello de Prouidentia* ex anni conſtitutione, quatuor tãtum deſcriptæ ſint ab Hippocrate? At ſi rationes adduxerimus paucis, vt ex paucis etiam ſimplicibus omnes illæ ortũ habent, omnium illarum prædictionem docere poterimus. Et quicquid in ſingulis futurum ſit, etiam præuidere.

Dicit ergo lippitudines fluidas, humidas, crudas, dolorificas ortas eſſe. Primum demonſtremus neceſſarium fuiſſe, vt fluxiones ex capite fierent, inde ad oculos, demum quod huiuſmodi quales hic deſcribuntur. A capite primum materia fluit, quod ipſum magis repleatur: habet enim latas vias, per quas recipit primo aërem, quoniam apertè reſpirat, vt *in libro de vſu reſpirationis cap. 5.* Et quod quicquid tenue eſt atque tenuius eſt, in toto corpore ad ipſum aſcendit: nam leuium eſt aſcendere. At eadem cauſa primum ex illo fit deſtillatio, nam & repletum & tenui materia, & per nares, palatum, aures, vel aërem recipit, vel afficitur: & etiam quia facies & tota cutis ibi rarior eſt, ideo prima deſtillatio ex capite fit: tum etiam loci ratione. Eſt enim in ſublimiore corporis parte poſitum. Ad oculos autem quia ca-

lidiſſima pars ſunt totius capitis, & pars itidem calidiſſima anterior, & venarum ad oculos abundantia, & neruorum opticorum cauitas maxima: ideò ad illos fluxio, quanquam ex cauſa fit, vnde etiam lachrymæ. Cur verò lippitudines potius per venas, quam extra venas, vel ad os non feratur, pituita craſſa in cauſa eſt, quod materia, quæ eſt in cerebro, ſi liqueſcat ad palatum fertur per infundibulum, ſeu calicem, & ad nares commodius: nec eſt via lata niſi nerui concaui, per quos ſi feratur viſum auferet, ob id tanto incommodo natura proſpexit. Quod autem tenue eſt per venas propellitur: & facit lippitudines, & quod pituitoſum per muſculos delatum ac neruos, lacrymam: ideo lippitudines lachrymæ comitantur. Eſt etiam maior calor in venis, quam extra, & humor qui intus continetur tenuior, & ad fluxum natura paratus, cum quotidie etiam in ſanis fluat ac refluat, ideo lippitudines factæ ſunt. Et humidæ, quia materia aderat: non ſolum frigoris ex vento boreali læſio, quæ ſi ſola affuiſſet, fuiſſent lippitudines ſiccæ. Sed erant crudæ, quoniam & cauſa earum erat frigidus ventus, qui non ſolum concoquit, ſed concoctionem prohibet, & multitudo materiæ vt dixi, quæ prohibet coctionem, ideò per æſtatem tandem concoctæ ſunt: ideo ſubijcit *defecerunt ſerò ad Autumnum.* At dolorificas neceſſarium eſt fuiſſe non ſolum ob materiæ multitudinem, ſed quod vt ſcribitur *Quinta Aphoriſmorum* vlceribus frigidum mordax, habens cauſam omnium.

(*Lenta*) ſunt vel lachrymæ congelatæ aut cruentæ ſuffuſiones, vt à Plinio colligitur, quo in ſecundo ſenſu interpraetari debemus eas, quòd materia illa exprimeretur à frigore, & propter idem etiam non poterat erumpere, ideò lentæ gignebantur, quæ eadem ratione vt dicit Hippocrates eodem tempore ideſt ſub Autumno ſolutæ ſunt.

Notandum autem eſt pro intellectu non ſolum præcedentium, ſed & dicendorum, quòd non ſolum ob conſtitutionem hæc acciderunt, ſed loci naturam: Quia aliquis dicere poſſet quotieſcunque accidet annus Aquilonius, omnia hæc dicta quæ pauci ſunt momenti, & dicenda rurſus quæ non ſunt pauci momenti, nec mediocris expectabo? Reſpondeo non. Sed memento quod vt dixi Thaſus erat inſula, & ideò valde expoſita ventis, & parua, ideoque etiam magis & frequens populo, quod coniectura colligitur, & modo loquendi Hippocratis: & altitudinem habebat partium Quadraginta vnius, vnde ſatis calido cœlo fuit. Viuendi autem ratio tum vt colligitur *libro de veteri Medicina*, tum etiam in ſecundo huius & ſeptimo ferina magis quam nunc, vnde morbi magis ſæuiebant, & eo magis etiam ante tempora Hippocratis, nam & illius ætate Ciceon res duriſſima ad concoquendum in vſu erat.

TEXTVS XXI.

AEſtate iam & autumno, lienteriæ, & dyſenteriæ, & teneſmi, & alui profluuia ex biliosis, tenuibus, multis, crudis, & mordacibus; quibuſdam verò etiam aquoſis. Multis autem & vrinæ fluxiones cum dolore bilioſæ, aquoſæ, ramentoſæ, purulentæ, cum ſtillicidio, non renales, ſed his alia pro aliis. Vomitus pituitoſi, bilioſi, & ciborum crudorum reiectiones: ſudores: omnibus vndiquaque multa humiditas. Fiebant autem hæc multis erectè obambulantibus, non febrientibus: Multis item febrientibus, de quibus paulò poſt ſcribetur.

COMMENTARIVS.

Connumerat morbos ſequentium temporum, qui quamuis innumerabiles videantur, ad tria tamen rediguntur capita, fluxiones, febres intermittentes, & continuas: à leuioribus ad peſſimos procedens, vt etiam conſtitutio ipſa proceſſit, quæ ſæuior vſque ad Autumnum facta eſt. A fine hyemis cœperunt morbidi degere, poſt factæ ſunt lippitudines, ſed potius ophtalmiæ. Differunt enim à lippitudinibus vt in Aphoriſmis declaraui. Poſt fluxiones; inde febres intermittentes, demum continuæ, cuius cauſam aperiemus. Generaliter autem pro intellectu omnium ſcire ac meminiſſe decet, eorum quæ in præcedenti commento, tum antea diximus. Et primum quidem, quod in corporibus Thaſiorum, erat multa materia frigida, & humida: quo circa neceſſe fuit, vt tandem multi morbi ſequerentur. Tum verò magis quod vt dictum eſt, erat in inſula exigua, & viuebant victu quaſi ferino. Tertio quod dictum eſt ſupra, ſi cauſa quæ præparat materiam potens fuerit, erunt morbi multi, non magni, vt hic in Thaſiis: fuit enim annua conſtitutio, frigida & humida, ſed non affuere in fine cauſæ validæ permutationis. Et quia hi morbi varij erant, potuiſſent dici ſporades: vt ergo eſſent epidemij, neceſſe erat vt inuaderent multos: cum ergo eſſent multa genera morborum, & ſingula inuaderent multos, neceſſe fuit, vt tota ciuitas ægris plena eſſet, atque ita comprehenditur ſtatus Thaſiorum, qualis fuerit eo anno ex verbis Hippocratis.

Docet autem quatuor genera fluxionum; per aluum, vrinas, vomitum & ſudores in æſtate. Et circa hæc ſpeciem

&

Digitized by Google

& motem, ſcilicet quòd eſſent mites, & quod quibus febres non aduenerunt, omnes ſeruati ſunt. Hoc non adijcit, quia ex narrationis modo & morbi qualitate manifeſta erat. Nam de febrientibus infra dicet. Proponit ergo qnatuor genera affectuum inteſtinorum, lenitatem, difficultatem, teneſmum & profluuium: leuitatis quidem multa copia humorum: cruda enim humida prohibent coctiones. Dictum autem eſt ſatis de hoc in expoſitione Aphoriſmorum. Omnium enim fluxionum cauſa fuit communis abundantia humidi: cum enim aër maxima in quantitate, & per aſperam arteriam ad cor, & per nares ad cerebrum, & per os communiter, & per meatus cutis ad arterias trahatur, totque ſint momenta in bora, & horæ plures die noctuque, & in toto anno dies ac noctes plurimæ, neceſſe fuit adeò repleri non ſolum venas & arterias, ſed etiam omnia vaſa cum illis, & cauitates abundanti aquoſo humore, adeò vt contineri nullo modo poſſet. Et frigida quidem fluxio, & humida, è capite quæ tecta eſt, & ipſa aëris intemperies concoctionem ventriculi diſſoluit ac deſtruit: vnde inteſtinorum leuitas orta fuit. Fiunt autem leuitates inteſtinorum plerumque deſinentibus aliis morbis, Hippocrates *libro de Aere Aquis & locis*: Et inteſtinorum leuitates & aqua intercus, fiunt plerumque deſinentibus aliis morbis, præcipuè tamen ex dyſenteria, *ſeptima Aphoriſmorum*. At repleri venas & cauitates corporis immodicè ex ſtatu aëris humidiore, declarauit illa puella de qua alias dixi, quod minxit, plus quam ducentas libras, vltra pondus eorum quæ comedit & bibit in eo tempore: & plus etiam qnam eſſet pondus totius corporis: At dyſenteriæ vt *in eodem libro de Aere & Aquis* docuit, fiunt ex fluxione à capite. Cauſæ igitur diuerſarum fluxionum fuerunt præcipuè tres: natura ſcilicet temperamentum, ſexus & viuendi ratio: robur membrorum, vt quibus inualidus fuit ventriculus, hi deiecerunt incoctos cibos: quibus iecur imbecille, hi diarrhoas ſunt experti: & qualitas humoris ac locus: Quibus enim natura hnmoris fuit biliosa, aut exputredine aëris & in ſima iecoris parte, his factæ ſunt dyſenteriæ & teneſmi: ſolent enim teneſmi dyſenterias comitari. Sed ſi fuit in gibba per renes humor expurgabatur, factæque ſunt vrinæ fluxiones cum dolore bilioſæ, ſtillicidia & talia. At verò quæ in diarrhæis profluebant, bilioſa dixit, tenuia, multa, cruda, mordacia: talia enim fiunt, cum concoctio bilioſorum humidorum fruſtratur. Sed cum dixerit tenuia, cruda, cur ſubiecit quibuſdam etiam aquoſa? Quoniam aquoſa & cruda ſunt & tenuia, ſed non colorata, neque mordacia. Horum omnium cauſa fuit humidum multum corruptum, circa ſimas iecoris, ſequentium autem circa gibbas.

(*Multis autem & vrinæ fluxiones*) ſecus longè interpretatur Cruſerius & obſcurius, (*Multis præterea Offuſiones dolorifica, bilioſa, ramentoſa, purulenta* : vt per vrinæ fluxiones offuſiones verterit. πολλοῖς δὲ καὶ περίῤῥοιαι μετὰ πόνου: Ita habet vterque codex. Itaque ex Galeni etiam interpretatione: & quòd ſenſus ſit clarus, de vrinæ defluxione intelligit, quæ ſimilis fuit nephriticæ ideſt quoties renes abſceſſu detinentur, ſolent emitti vrinæ bilioſæ, aquoſæ, ramentoſæ, purulentæ, cum dolore & ſtillicidio, iuxta diuerſa tempora abſceſſus. Eadem fiebant tunc: ſed non erant hæc nephritica, quia morbus non erat per ſe in renibus, ſed ex concurſu & purgatione totius corporis per partes illas. Adnotat Galenus illis verbis. κατ' αὐτὸν τὸν ἱπποκράτην βουλόμενον κατ' ἀπόστασιν, ἀλλὰ καὶ κατ' ἔκρουν ἀπόστασιν γίνεσθαι ideſt: Non ſolum abſceſſus ſecundum Hippocratem ſit decumbendo ſed etiam effluendo. De purulentis igitur, ramentoſis, bilioſis, cum dolore, non eſt magna difficultas: bilioſa enim erodendo, & putrida in venis collecta hoc conuenienter agere poterant: at aquoſa defluebant per initia, quoniam tenuiores partes expelli à natura primo ſolent. Veniunt & aquoſæ vrinæ, mediæ inter purulentas, cum natura aliquando impedita & fatigata, craſſorum deiectiono tenuia emittit. Sed vnde hæc omnia? ex iecore principaliter, & omnibus his, quæ in toto corporis ambitu per venas & arterias continebantur, Quæ prius natura excernebat, quam vehementius affligerent corpus. Iuxta ergo naturam diuerſorum; non enim omnibus omnia, defluebant aliis, purulenta, aliis ramentoſa, aliis aquoſa: pleriſque tamen plura ex his aut omnia: ſed alia aliis: non ſolum quod non omnia omnibus, ſed quod vni plura aquoſa, alteri ramentoſa, alij purulenta; differentiam tamen aquoſi & crudi ac tenuis iam diximus. Fluxerunt autem talia magis exercitatis, & habentibus venas, quæ ad renes latiores.

(*Vomitus pituitoſi bilioſi*) vomitiones fiebant primum, quod æſtas eſſet: ſcripſit enim *Quarta Aphoriſmorum* medicari æſtate ſuperiores magis, hyeme verò inferiores. Secundum in his quibus ventriculus erat imbecillior, in concoquendo, & validis fibris ad expellendum: Tum verò in conſuetis magis quam inſuetis, & quibus humores erant liquidiores ac tenuiores. Videmus enim inundante ventriculo protinus vomitiones ſubſequi. Et hoc adiuuabat aſſumptio cibi & potus copioſi, iam facta cruditate: nil enim magis vomitum excitat. Et vbi flatus multus abundat, & vbi latior eſt via, meatus illius qui ex veſica fellis inſeritur, duodeno aut aliquibus etiam ventriculo. Quo minus mirum eſt vt dixi, redundante iam bile atque pituita, factas fuiſſe vomitiones ciborum, potuúmque. Liquet autem huiuſmodi expurgationem, licet cum faſtidio multo fiat, maximè leuem eſſe & perutilem, vnde

nauigantibus cum ſit familiaris, facilè ſoluitur,& eos præſeruat à multis incommodis, quæ ſecum nauigatio præſertim longa afferre ſolet. Cum verò dixit *bilioſi & pituitoſi*, per bilioſos à flaua aut pallida intelligit, quoniam hæc eſt naturalis & conſueta: per pituitoſos coloris albi & muci cum lentore, aliter naturam adiecisſet.

Sudores. Non eſt vt aſcribat qualitatem coloris, reliqua ſi affuiſſent vt dixi docuiſſet. Quibus igitur humidum illud iam per totum corporis ambitum ſparſum erat, non collectum circa iecur, id calore ambientis & naturæ ſimul per venulas & arterias ex maioribus ad capillamenta & venarum oſcula in cute diſiectum eſt per ſudorem. Vnde bene dixit Galenus *in arte medica* Quæ in ſima iecoris per aluum, quæ in gibba per vrinam, quæ in ventriculo per vomitum. Adijcit *ſeptimo artis curandi* quod iecur & per vomitum etiam purgatur. Et quæ in ambitu per ſudores ſi materia tenuis ſit. Quæ autem in pectore & pulmone per excreationem: ſicut quæ in renibus & veſica per vrinas: Et quæ in cerebro per nares & palatum:& quæ in vtero per menſes. Atque hi ſeptem modi expurgandi corpus, quorum quatuor ſunt ſecundum naturam, tres præter: Etenim purgatio cerebri ſecundum naturam eſt: melius igitur dicemus hos eſſe ſpeciales, illos generales. Quatuor ſcilicet generales, tres ſpeciales. Primæ enim coctioni duo modi tribuuntur, vomitus & egeſtio, Quam ſententiam confirmat ferme *in fine libri de conſtitutione artis medicæ*, licèt non idem vnquam vlſibi dicat: neque perfectè ſed ſemper diuerſa. Namque parùm curioſe ſcripſit, attentè minus. Illud non eſt prætereundum, quòd dicat tenuia tantum per ſudorem excerni: cum in Indica lue nulli melius ſanentur, quam qui ſolum & bene ſudant, at in his maxima eſt copia craſſiſſimi humoris: quare huius viri manes venetor, qui multum laboris impendit in ſcribendo, ſed quantum vtilitatis attulerit in his, quæ inconſideratè ſcripſit (ſunt autem ſanè plurima) Deus nouit. Itaque optarem, vt hi qui ſe Galenicos ob ſolam auaritiam profitentur, etiam ſi lucrum affuerit teſtaturos ſe Sardanapalicos, & Epicureos, vt vellent illum in ordinem redigere:& quæ cum demonſtratione attulit, non ſolum probare ſed corrigere atque ornare, reliqua vt confuſa ſeorſum edere, vt non tot mortales illius autoritate decepti fallerentur, maximo damno eorum, qui vitam ſuam illis credunt. Malè enim agerentur cum Indica lue laborantibus, ſi ſolum tenuia effunderentur, atque ſudoribus euacuarentur. Liquet igitur Hippocratem quatuor generales purgationes complexum eſſe.

(*Fiebant autem hæc*) Docet duplicem modum harum excretionum: vnum ſcilicet omnino innoxium, cum ſecus non laborarent, ſed munia ſua obirent: alium vero formidoloſum cum febres his iungerentur. Hoc igitur conſtituto, quod vt dicit multa in omnibus ſcilicet exuberans admodum humili copia adeſſet, querendum eſt meritò, cur tantum diſcriminis inter hos & illos intercederet, vt quidam pene nõn laborarent, alij ferme ad mortem? Cauſa omnium fuit putredo, & vt febriens à non febriente differt ſola putredine, ita omnes de quibus locutus eſt immunes fuerunt à putredine. Cauſa autem putredinis fuit caliditas temperaturæ cum calore naturali raro, & obſtructiones & craſſities humorum. Et ſicut eſt differentia in toto genere putredinis, ita & in magnitudine & qualitate humorum, qui facile poſſunt putreſcere aut magis aut minus: aut loco, circa cor enim minus quàm circa iecur putreſcunt, ſicut facilè iuxta anum viscera non ita circa oſſa & articulos, quia locus eſt frigidus & ſiccus. Et ita corpora quæ exercebantur, & quæ vtebantur victu tenuiore ac ſicciore, & quæ humido aqueo non abundabant, fuere magis ſana.

Dubitatur cur hic annus, cum adeo humidus & frigidus eſſet atque borealis non laborauerint Thaſij attonitis morbis comitialibus, diſtentionibus, lethargis, morbis lateralibus, peripneumonius? Reſpondet Galenus hic, quod contigit id, quoniam non fuit admodum abundans copia humidi, ita vt ad extremum deuenerit. Dico quod conſtitutio frigida & humida non eſt cauſa talium morborum maximè attoniti: Primum quod videamus in infantibus non accidere, quorum capita ſunt humidiſſima, & etiam ob id frigidiſſima. Neque enim vnum infantem vidi vel audiui deprehenſum attonito morbo, ratò etiam imò rariſſimè lethargo, morbo laterali vel peripneumonia: comitiali frequenter, quia fit ex humida materia, & aquea ob flatum. Mediolani etiam rariſſimè corripiuntur attonitis morbis & rarius quam Bononiæ, & Bononiæ quàm Florentiæ, & tamen Florentiæ aër multò ſiccior & etiam calidior eſt quàm Mediolani. Neque etiam in imbribus hæc accidere videntur, ſed potius in ſiccitate vt Florentiæ viſum eſt anno M D X L I I I. Præterea Hippocrates dicit hic oppoſitum in textu ad vnguem, cum dixit multos vndequaque plados. Sed quod decepit Galenum, eſt quia Hippocrates *tertia Aphoriſmorum*, connumerat hos morbos inter morbos, qui contingunt in pluuiarum multitudine & in morbis hyemis: verùm id fecit quia poſuit cauſam materiariam, efficiens autem & principalis ſunt venti frigidi & ſicci. Indicio eſt quod qui emungunt materiam etiamſi multam claram, non corripiuntur attonito morbo, ſed qui turbidam, terream, ſpiſſam, cinerei coloris ètſi paucam: & hoc patet ratione & authoritate: ratione quidem ſi talis ſit à calore colliquatur ſcilicet aquea, & defluit per loca fluxionum, maximè per infundibulum ſeu calicem in palatum & nares, & ita euacuatur; at terrea

rea non ita, ſed replet crebri venticulos & venas, & facit alteram ex ſpeciebus attoniti morbi. Authoritate: quia apoplexi fiunt, à quadrageſimo ad ſexageſimum annum, vt teſtatur Hippocrates *ſexta Aphoriſmorum*, ideo fiunt ab atra bile magis. Dico ergo quod Galenus adduxit cauſam bonam, ſed omiſit principaliorem, & ex hoc habetur indicium tam in ſanis quàm in ægris futuræ apoplexiæ, & hoc eſt quòd cum coniungitur raritas magna pulſus & ſemper eſt cum inæqualitate, ſi cum dolore vehementi capitis aut vertigine, iam imminet apoplexia: & ſi cum hoc prolabatur ſupinus è ceruicali certius eſt. Et cum his etiamſi retineantur excrementa, maximè vrina & mucus & quod exit, eſt vt dixi ſpiſſum & cineres coloris, iam illicò eam expecta. Non negauerim ergo diuturnas & magnas pluuias eſſe cauſas talium morborum: non tamen Thaſij ipſis non laborarunt, quia tempus non fuerit immodicè humidum, ſed quia non ſunt ſubſecuti venti validi & frigidiſſimi.

TEXTVS XXII.

IN quibus autem omnia hæc præſcripta apparebant cum dolore tabidi fiebant.

COMMENTARIVS.

Cornatius ita legit, quoniam ſequitur. φθινώδεες, ἤδη δὲ φθινοπώρου καὶ ὑπὸ χειμῶνα πυρετοὶ ξυνεχέες. At Galenus cum Cruſerio φθινώδεες μὲν ἤδη δὲ φθινόπωρον καὶ ὑπὸ χειμῶνα, id eſt. Tabidi quidem iam autem autumno & ſub hyemem. Quæ locutio præter id quod repugnat rationi, qualis enim ſenſus? *quibus hæc omnia cum dolore fiebant autumno & ſub hyemem contabuerunt*: vt verò coniungerent, μὲν quidem addidere. Sed volo contendere de dubiis, cum in ſequenti commento Galenus legat, coniungendo vtrique, vt infra ſtatim docebo. Sententia ergo eſt vt antea dixi de tabidis & cum Galeno non propriè dictis ſed ſolùm conſumptis. Galenus in commento adducit tres cauſas, deducentes ad tabem, deſtillationem ſcilicet, abſceſſum pulmonis & vaſis ruptuiam: quarum nulla cum adeſſet fieri non potuit, vt verè tabeſcerent. Cum verò vlterius non proceſſerit, intelligere oportet communem finem ſortitos, ſiquidem obirent. Atque cum in his multa dixerit, caput rei non attingit, id eſt cur dolor ad tabem deduxerit? Illud forſan ſatis conſpicuum, vt legamus ſic literam. *In quibus autem aliquid horum præſcriptorum cum dolore apparuit, tabidi euaſerunt.* Neque enim veriſimile eſt cuiquam omnia illa accidiſſe, quæ in priore textu ſunt connumerata,

Conſtat apud Hippocratem *in libro de Glandulis* ſeptem eſſe fluxiones è capite, quarum tres quaſi ſunt ſecúdum naturam: quatuor præter naturam, duas per os in guttur & gulam, & duas per venas in ſanguinem & ſpinalem medullam, quæ omnes tabem efficere ſolent, præter eam quæ eſt in ſanguinem: materia enim illa, ſi ſuper membra ſenſilia fluat dolorem facit & conſumit dolore corpus, tum per vigilias, tum quia mala eſt, tum quia tranſit ſuper membra nobiliora & ſolida lædit. Aliam cauſam aſſignabat *libro de internis affectionibus* propiorem propoſito noſtro, dum docet cur morbus renalis, qui cum magno dolore eſt, & fluxione terminetur ad tabem: dicit, quia venulæ rumpuntur exit ſanguis, inde ſanies, atque ita niſi rectè ſuccedat curatio, tabeſcunt. Inquit enim Hippocrates; ſi ſanguis in ventrem præter naturam effluxerit, neceſſe eſt ſuppurari. Duabus igitur his cauſis tabidi ex dolore cum vehementi fluxione euadunt; quod etiam experimentum docet: ſed tabidos generaliter cum Hippocrate intelligere oportet.

TEXTVS XXIII.

IAm verò autumno & ſub hyemem febres continuæ, & quibuſdam ipſorum paucis ardentes, diurnæ, nocturnæ, ſemitertianæ, tertianæ exactæ, quartanæ, erroneæ.

COMMENTARIVS.

Quia vt dixi prius poterat hic textus bifariam legi: Galenus qui gloriæ potius quàm veritati ſtuduit, (quis enim aliter ſentiat) tertium ſenſum, ex vtroque compoſitum inuenit; lectio Cornarij φθινώδεες ἤδη δὲ φθινοπώρου, καὶ ὑπὸ χειμῶνα πυρετοί. Galenus vtramque iungit. καὶ κατὰ τὸ φθινόπωρον, ἤδη τινὲς ἐγένοντο φθινώδεες ὡσαύτως δὲ καὶ κατὰ τὸν χειμῶνα, καὶ μέν τοι καὶ πυρετοὶ συνεχέες, καὶ κατὰ τὸ φθινόπωρον ἐγένοντο, καὶ κατὰ τὸν χειμῶνα: ſeu Latinè ex Cornatio *tabidi fiebant*. Cum verò Autumno & ſub hyemem febres. Cruſerij: *Autumno & ſub hyemem tabeſcebant*. Galenus: *Autumno extabuerunt aliqui ſimiliter & hyeme*. Iam verò continuæ febres & autumno & per hyemem. Sed vt dixi Cornarij lectio omninò abſurditate vacat, reliquarum minus mala eſt Galeni. Sed hæc mittamus, cauſa continuitatis eſt ſuccenſio continua quæ accidit, quoniam materia eſt continua, quare & in venis nec expellitur: aut proxima cordi in cauitate velut pectoris aut pulmonis, vel abſceſſu, vel eſt in ipſo corde. Et tunc ſi eſt ſanguis putridus, continua eſt pernitioſa, ſi in ſolida ſubſtantia hecti-

ca. Cum ergo abundaret humidum adeò impletæ ſunt venæ & ichores, putruerunt & facta eſt continua febris; cum dixit *continua* propoſuit genus vt non eſſent ſynochæ continentes, ſed paucis erant ardentes; iam ſynochæ cum fiant à ſanguine & conſtitutio fuerit frigida, parum conuenit febris continens cum hac conſtitutione. Et licet minus videretur ardens, tamen conuenit, quia bilis facilius putreſcit quàm ſanguis, quia bilis eſt excrementum, ſi ad ſanguinem comparetur. Ideo non meminit continentium vllo modo, ardentes autẽ paucis eueniſſe dixit. Et licet author *libri de natura humana* dicat quod febris continens fiat à multa bile, intelligit per bilem ibi omnem humorem calefactum à putredine: nam dicit, quod etiam quotidiana & quartana à bile fiunt; cum verò dicit *plurima* intelligit per ſe. Plus enim requiritur ad continuam febrem humoris quàm ad intermittentem. Et ſimiliter non intellexit per continuas acutas, niſi quas expreſſit ſcilicet ſemitertianas. Erant ergo communes, continuæ, mites & pleræque ex his diurnæ atque nocturnæ, de quibus inferius aget. Ardentes ergo contigerunt non aucta bile imo imminuta, ſed in corporibus, in quibus iam natura, vel ætate, vel ob artem aut victus rationem abundabat bilis ichore adaucto illius ex conſtitutione, tum verò etiam occluſis cutis meatibus, ex frigore, & ob humidum putrefacta materia licet ſicca, (Quid enim ſiccius ligno, & tamen ob humidum locum putreſcit, ſtátque humidum infuſum cum natiua ſiccitate) factæ ſunt febres ardentes.

(*Diurna*) Febres fiunt vt Princeps docet à multitudine materiæ, & collocant vtramque tam diurnam quam nocturnam inter pituitoſas, & in hoc certe rectè, & ſequutus eſt Raſim, ſed perperam cauſa illa adducitur. Si enim eſſet ex multitudine, duraret etiam per noctem. Et dico quod cauſa eſt ſimilis dolori capitis quem nos vocamus ſolarem, quia incipit cum motu ſolis orientis & finitur cum illo. Et quia multi putant, quod ego adducam paradoxa, curaui ex eo in hac vrbe Odeſcalcum Auditorem ciuilium cauſarum, nunc factum Senatorem regium Mediolani, qui adhuc eſt in hac vrbe, vt illum interrogare liceat breui tamen abiturus, qui hoc morbo grauiſſimè (eſt enim vt ille narrabat acerbiſſimus) laborauit: cui è regione opponitur quaſi dolor Indicæ luis, hic enim incipere ſolet occidente ſole & finiri poſt illius ortum, ſicut podagra in me ſolebat incipere ante primam imò ferme ſecundam horam ante occaſum ſolis, & finiebatur tribus aut duabus horis ante ortum ſolis: & videtur modus vnus omnium, poſtquam tam firmo circuitu ſtatum tempus retinent. Ideo diligenter reddere cauſam horum oportet: neque enim eadem eſt quæ febrium, quanquam nec illa vera poſita *ſecundo de differentiis febrium* vt infra docebo. Sed motus hi ſunt vaporum, nam ſi materiæ mouentur motu ſolis, in his, etiam in aliis multis, hoc autem tantum ſymptoma. Conſtaret etiam eodem momento: at non conſtat, ſed quibuſdam à prima hora, quibuſdam à ſecunda incipit. Quibuſdam finem accipit vna aut duabus aut pluribus à meridie, ideo non propriè à ſolis motu, ſed à ſole initium ſumit. Cauſa igitur eſt vapor, qui ex robore ſolis eleuatur, idem enim contingit in vaporibus aëris in hyeme. Prima enim aut altera hora fit nubes & aër obtenebratur; non ante quoniam ſol eleuare non poteſt; non poſt quoniam diſſoluit. In podagra autem mouetur in horis ſuis; in me in hora bilis, & etiam cauſa concoctionis primæ, ſcilicet cum in ſecundo tempore, ideſt iuxta quintam horam ab aſſumpto cibo maximè laborat ventriculus. Et idem in lue Indica: nam veſperi Autumno comparatur, vt hyems nocti profundæ. Dicebat Hippocrates *ſecundo Epidemiorum*. In autumno morbi acutiſſimi & maximè lethales: Et omninò ſimilitudinem habent, eò quod veſperi exacerbantur, tanquam annus ipſe habeat circuitum morborum. Quale eſt dies morbi, quale eſt veſpertinum tempus ad exacerbationem, tale eſt morbi & vniuſcuiuſque conſtitutionis inter ſe, vbi non in ſuperiori ſpecie quid fuerit innouatum; ſin minus alia ſane conſtitutione hoc imperium obtinuerint. Deinde ſequuntur reliqua, vt conſtet iuxta diei partes humores atque vapores moueri tam in diurnis febribus & nocturnis, quàm doloribus capitis & articulorum & Indicæ luis. Diurna ergo febris, de qua ac nocturna principale intentum eſt hic loqui, fiunt ex pituita ſanguinea ac bilioſa, aut melancholica. In nocturna ſane quoniam empyema ſæuit in nocte, & febris empyorum fit grauior noctu vt dicebat Hippocrates *ſecundo Prognoſticorum tex.* 60. eò quòd minus exhalant ex vapore, ideò magis febricitant. Sed mirum eſt de Galeno, qui loco incrementi ratione temporis refugit ad incrementum ratione cœnæ, poſtquam hectica exacerbatur. Quid plura? videmus veſperi reſtringi reſpirationem manifeſtè, calorem contrahi, ideo denſior factus, maiorem repræſentat febrem. Duplici ergo de cauſa etiam in nocturna: & denſato calore & ob frigus & ob ſomnum, & ſi modo addas propter cibum, & retentis vaporibus, quia cutis conſtringitur fit maior febris. Sed quia hoc diſcrimen eſt in omnibus febribus, & tamen non omnes febres ſunt nocturnæ, intelligimus nocturnam eſſe vaporoſam, adeò vt diffletur per diem tanta pars vt non videantur febricitare: ergo vera febris nocturna eſt vaporoſa, ſed febris vaporoſa eſt ex humore tenui, & iam fuit ex pituita: igitur febris nocturna eſt ex pituita tenui, & contra diurna ex craſſa, quæ calore ſolis indiget vt diſſoluatur. Ideo vides Galenum relinquere difficillima intacta &

non

non ſe extendere, niſi in his de quibus alij ſcripſere, & illis poſtmodum contradicit; & ideo illum audiamus ſuo loco, nunc proſequamur.

(*Tertiana exacta quartana*) *In nono contradicendium ex arte parua noſtra* docuimus apertè, quod cauſa circuitus febrium non eſt noua generatio humoris intermedia, ſicut arbitratur Galenus *ſecundo de differentiis febrium* (ſed humorum natura, vt *ibi* : primùm quia non poſſent apparere ſigna lethalia ab initio morbi; nec ſalutis, quia non eſſent genita tota materia. Secundo quia abſtinendo à cibo intermittens curaretur. Tertiò quia vtendo pauco cibo tertiana tranſiret in quartanam, quartana in quintanam. Quartò quia cura tertianæ non fieret per euacuationem materiæ, ſed oportet temperare ſolum membrum quod bilem generat. Quintò quòd non daretur ſtatus vniuerſalis intermittentibus, ſed ſemper eſſent vrinæ aut coctæ ab initio, aut crudæ in ſtatu. Sexto quia totidem eſſent criſes quot dies morbi. Septimo quod nemo poſſet mori ex intermittente. Propterea dico breuiter vt ibi, quod continua fit, quia ſanguis nullam habet qualitatem, quæ putredini reſiſtat: quotidiana ſolam frigiditatem, quæ per vnam diem reſiſtit, tertiana ſiccitatem, ideo requiruntur duo dies; ſed quartana frigiditatem & ſiccitatem, ideo componitur interuallum ex vtriſque, & requiruntur tres dies. Adiecit *exacta* ob continuas & nothas, poteſt referri ad tertianas. Galenus qui ſequitur ſemper incerta, vult vt de vtriſque intelligamus: lis eſt de puncto. Sed exiſtimo ſi Hippocrates etiam quartanas voluiſſet intelligi, adiecturum fuiſſe coniunctionem, ſed condonemus hoc Galeno, vt ſit victor in hac re; nam quartanæ nothæ vel continuæ admodum raræ ſunt, quod etiam animaduertit Princeps.

(*Erronea*) Cauſam erronearum febrium docebat Galenus eſſe mutationem humorum: vt ſi ex bile fiat melancholia, generaliter autem ſanguinis aut victus rationem, *ſecundo de differentiis febrium cap.* 11. *in fine.* Adiicit quod etiam permiſtio humorum ad hoc multum facit, ſed facile eſt cognoſcere ibi Galenum tanquam cæcum tentare quid diceret, nihil habere quod diceret, repente tractabat difficillimam materiam. Illud tamen de victus ratione haud obſcurum eſt, ſed alia cauſa multas patitur difficultates, neque enim erronea febris caret circuitu, neque illum mutat, ſed ex vna in aliam mutatur, aut etiam intermittendo aliquot diebus ſub eadem forma reuertitur. Meliore iudicio licet, & parum ibi accuratè *libro tertio in primum Epidemiorum* dum de Cleonactide agit; Febres inquit errantes ex humorum qui eas gignunt diuerſitate contingunt. Intellige ergo natura vt bilis pura & melancholia adoſta, & miſtione, vt ſi pura ſit partim, partim miſta: Et ſubſtantia craſſa, tenuis cruda, cocta. Ibi explicabitur quid Hippocrates intellexerit per errantes febres; verùm rectè & ex compoſito modum docuit *libro tertio in prognoſtico Hippocratis comm.* 27. his verbis. *Sed ſi non in febribus natura excernat velut cinerem vehementer aſſatorum humorum, hic rurſus dum manet in corpore incaleſcens, putrem quandam recipit affectionem, & quoties id ei acciderit, feruendo excitat febrem, à qua rurſus eueniento ſudore pariter cum eo quod ferbuit atra bilis euanuit, tum rurſus alia reliqua feruentes aliam excitant febrem: ſeu igitur nondum vnam habeat omne corpus affectionem, ſed atra bilis in quibuſdam partibus inſuper moueatur: in quibuſdam immota maneat, in aliis putreat aut feruere incipiat, inordinatas fieri febres neceſſe eſt.* Et hoc eſt quod tetigit Princeps *prima quarti de ſignis quartanæ* cum dixit: *Et multoties perducunt febres diuerſæ ad febres permiſtas, in quibus non eſt ordo propter diuerſitatem reſidui humorum qui relinquuntur poſt febres.* Et Princeps videtur amplexatus hunc ſolum modum. Sed verè omnes ſunt vagati in incertum, & in febribus erroneis errarunt, quoniam non diſtinxerunt huius nominis ſignificata; nam quæ ſint febres erroneæ declarat Hippocrates inferius, nec eſt vt recitem locum, quilibet videre poteſt, nam erronearum febrium quatuor modos ponit: primum cum dies iudicatorios non ſeruant; ſecundum cum circuitum: tertium cum finiuntur abſque iudicio: quartum cum deſinunt, inde reuertuntur, & maximè ſi diſſimiles primis. Hic modus ſolus eſt facillimus quem Galenus & Princeps attigere. Habet tamen tres cauſas præcipuas, poteſt tamen habere alias: primam cum æger vtitur mala victus ratione: ſecundam cum quod inſtar cineris relictum eſt admiſtum alicui humori, denuo putreſcit, & hic modus eſt de quo dicebat Hippocrates. Quæ relinquuntur in morbis reuerſiones facere conſueuerunt; & hæc febris plerumque transfertur in quartanas *ſecundo de Criſi.* Tertiam, quæ frequentiſſimè accidit, cum membrum aliquod ſeu ob intemperiem, ſeu ob materiam, ſeu ob ſubſtantiam læſam, in certo circuitu temporis, qui tamen ſemper augetur aut minuitur, nouam materiam ad febrem paratam generat, eámque etiam diuerſam, quia non poteſt æqualiter affici membrum à prima & à ſecunda febre, ita non poteſt generari materia tertia ſimilis ſecundæ, vt nec ſecunda primæ. Et eſt argumentum ſimile Ariſtotelico, de generatione murium ex putrida materia, quod non poſſint illi mures propagari in perpetuum. De aliis modis dicemus ſuo loco. Satis conſtat ex hoc textu morbos magis fieri ex antecedenti conſtitutione quàm præcedenti, nam autumni ſubſequentis & hyemis quorum temporum morbos enarrat, conſtitutionem non poſuit.

TEXTVS

TEXTVS XXIV.

SIngulæ verò prædictæ febres multis fiebant. At ardentes & pauciſſimis obortæ ſunt, & ex ægrotis hi minimum laborauerunt: (neque enim ſanguis erupit, niſi valde parum, & paucis:) neque delirabant: aliaque omnia tolerabilia erant. Iudicabantur autem plurimis valde bono ordine, cum intermittentibus in ſeptem ac decem diebus, neque mortuum aliquem tunc in febre ardente noui, neque phrenitim tunc cuiquam factam ſcio.

COMMENTARIVS.

Cauſa quod facta ſint omnia pene genera febrium & nulla tamen ex ardentibus exitialia, fuit multitudo materiæ primùm, quæ in diuerſis natura, ſexu, vſu, ætate, corporibus effecit diuerſos effectus, & vt ille dicebat.

Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit
Vno eodémque igne.

Secundum fuit, quod conſtitutio fuit non vehemens nec calida, ſiquidem non vehemens, non fuit perniciosa ab initio, & quia fuit frigida non potuit parere febres vehementis incendij niſi per accidens; at quod eſt per accidens rarum eſt: igitur febres ardentes raræ fuerunt, & etiam mites, adeo vt neminem mortuum ex huiuſmodi viderit. Sed *neque fluxit ſanguis è naribus*, quod parùm vt dixi hic humor abundaret, *nec delirabant*, quod materia non ferretur ad caput, quæ etiam cauſa fuit vt ſanguis non erupetit. Porro oppoſuit hæc duo ſigna, tum quod in phrenitidem non inciderunt, nam delyria & phrenitis valde familiaria ſunt ardenti febre, quæ ex bile coacervata in venis & ſanguine miſta eſt, *vt ſecundo in primum de morbis vulgaribus*. Porro de ſanguinis influxione è naribus ſuperius dictum eſt: & *ex quarto de victus ratione*. Verùm infra apponit duas conditiones alternatim, vel tenſionem hypochondrij ſine dolore, vel colli dolorem cum capitis grauitate & oculorum caligine. Verùm ſuperius id declaratum eſt, quod ardens febris in phrenitim tranſit, & hoc declarauit tum etiam cauſam Galenus *tertio in tertium Epidemiorum*. Vbi enim decubuerit in iecur & ventriculum fit febris ardens, vbi in cerebrum phrenitis. Et paulo poſt ſubijcit, quod æſtus & ſitis ſunt propria ſymptomata febrium ardentium, neque aliud inſigne eſſe inditium ardentium febrium præter hæc duo. Poſt quæ ſunt excrementa inquit biliosa, & quod diebus imparibus exacerbentur, ſed hoc proprium illis non eſt. Dicit quod oportet illa duo ſigna eſſe perpetua per totum morbum in febre ardente.

(*Iudicabantur autem*) materia quidem multa eſſet, ac non craſſa, quoniam erant ardentes febres & intermittentes, etiam quoniam natura leuiores decima-ſeptima die. At Galenus ita legit, iudicabantur ardentes ſtato admodum ordine: & intermittebant ſeptem-decim diebus. Qui ſenſus valde durus eſt, ac quaſi continet paradoxum: legat tamen quiſque vt volet, cum non habeam quod contra opponam tantæ autoritati, quantæ eſt Galenus, nec diſcedendum eſt ſponte, nedum vltro à magnorum virorum ſententia: præſertim cum ad medendi exercitationem nihil conferat hoc: cur tamen recidiuiua facta ſit, non obſcura ratio, nam multos humor in corpore pituitoſus coctionem impediebat, & iudicatio non eſt facta per ſanguinem natium.

TEXTVS XXV.

AT verò tertianæ plures quidem, quam ardentes febres erant, ac grauiores; verum ordinatè in his omnibus, à prima acceſſione quatuor circuitus habebant, in ſeptem autem perfectè iudicabantur, neque vlli horum reuerſæ ſunt.

COMMENTARIVS.

Duo proponit vehementiam & multitudinem tertianarum, & illarum tamen ſummam ſecuritatem omnes habebāt, nam ordinatæ erant: & vſque ad quatuor circuitus intendebantur, & in ſeptem iudicabantur perfectè nec reuertebantur: horum quinque vnum tantum exponit Galenus facillimum ſcilicet, nec tamen veram reddit cauſam: dicit enim tertianam fieri ex excrementis retentis in carnibus ardentem; non omitto contradictionem cum ſuperius dictis, de qua *in Quinto libro contradicentium* egimus, quibus excrementa retinentur, facilius & frequentius incidunt in continuas, quam intermittentes: primum quia excrementa illa retinentur in venis, & materia in venis eſt cauſa continuæ febris. Quod autem iam ſparſum eſt extra venas, non ſufficit ad faciendam febrem: videmus enim tum, cum febris aduenit, ſpargi materiam extra venas ex illis, & ad ventriculum maximè. Vnde enim ex carnibus ad ventriculum?

Et

Et ſi diſſecetur tertiana laborans, manifeſtè inueniemus veſicam fellis affectam. Præterea retentio illorum excrementorum, eſt cauſa laſſitudinum ſecundum Galenum *Quarto de tuenda ſanitate*; at ex laſſitudinibus homines incidunt propriè in ſynochas, non tertianas vt experimentum docet, igitur retentio excrementorum ideſt vaporum totius corporis, eſt magis cauſa continuæ febris, quam tertianæ, imo fluxionum, phlegmonumque, vt idem teſtatur: vbi has laſſitudines maximè apoſtemoſas curat venæ ſectione. Sed quid laboro in hoc docendo? nonne cum in *Octauo artis medendi* docuiſſet, ex laſſitudinibus & excrementorum retentione, oriri diarias febres: *in Nono* oſtendit diarias non probè curatas, vbi confirmentur in hecticas aut ſynochas tranſire. Quomodo ergo venit in mentem, quod in tertianas? Obſeruaui præterea, ne quis putet velut Galenum de ſophiſticis diſputare, imo meris nugis ex vno malo cibo crudo, & perturbata vna coctione, vt in celeri ambulatione à prandio contrahi tertianas & quotidianas, ac id ſæpè ac ſæpius. Continuas autem ex valida exercitatione ſubſequente refrigeratione: talia ſunt docenda quæ ſunt ad vſum hominum, & non diſputationes nullius vſus.

Reliquum eſt igitur, vt de integro, horum quinque cauſam veram & non imaginariam deſcribam. Et primum cur pluribus & vehementes tertianæ acciderint. Dico quod ex longa conſtitutione frigida & humida impletum eſt totum corpus aqueo humore, & bilioſo etiam ob æſtatem non facta coctione, ob impedimentum humoris. Et etiam quia fructus ſunt magis aquei, ideò corpora ſunt repleta humore ſeroſo, quare computruit: Ex ſeroſis autem ichoribus fiunt febres intermittentes, vnde à fructuum horteorum eſu maximè fiunt tertianæ: ſicut continuæ ex carnium ac aliorum ciborum ſolidiorum. Sed enim ſi ab excrementis vaporoſis fuiſſent factæ tertianæ, nunquam minus factæ fuiſſent, fierentve quam in æſtate, cum tunc maximè illis excrementis pateat exitus. Sed procedamus: nam ex intellectu poſteriorum clariora reddentur, quæ dicta ſunt. Quod ad vehementiam autem earum, dico quòd fuit ob materiæ multitudinem.

Dicit ergo quòd ordinatè. Cauſa ordinis abſque dubio eſt obedientia materiæ, ad cauſam mouentem. Cauſa mouens eſt aut anima mundi, aut anima nutrix, aut vtraque. Sed videmus quod etiam in morituris ſeruatur ordo, modo materia ſit pura, etiam quod vires ſint debiles, igitur motus materiæ fit ab anima mundi, non propria. Præterea materia mouetur cum putreſcit, & putreſcit ordine qualitatum, vt dictum eſt ſuperius, igitur motus eſt ab anima vniuerſi. Cum ergo materia fuerit vnius modi quo ad naturam vt tota bilioſa, & quo ad ſubſtantiam, tenuem aut craſſam, mouebitur eodem modo, quia in æquali tempore putreſcet, & ideò iſtud erat argumentum æqualitatis materiei: at hoc contingit ex æqualitate conſtitutionis, cum non fuerit cum importunis procellis. Et contingit minor diuerſitas in tenui quam craſſa, quia ibi exiguum eſt diſcrimen, vbi parum poteſt eſſe differentiæ.

Sed dicit quòd iudicabantur in ſeptem ſcilicet periodis non diebus, quoniam idem duobus modis declaraſſet, & ſeptima non ſeptem dixiſſet. Et etiam dictio *autem* id oſtendit, nec eſt dubium, clàriua tamen in conuerſione Cruſerij. In ſeptem autem acceſſionibus, qui ſunt dies tredecim, perfectè iudicabantur: nam *Quarta Aphoriſmorum* Tertiana exquiſita in ſeptem circuitibus, quod longiſſimum eſt tempus, iudicatur. Hoc autem quia tertia pars anni ſunt dies C X X. in quibus finitur omnis putrida ſecundum naturam. Tertia pars huius eſt dies X L. in quo finiuntur acuti & pituitoſæ febres. Tertia pars X L. eſt tredecim, in quo tempore acutæ ſimpliciter & exquiſitæ, tum Tertianæ, quæ quo ad celeritatem ſimiles ſunt eis, iudicantur atque finiuntur,

Ruſus cur ad quatuor vſque circuitus intenderentur, quia cum tertiana res ſit leuis, par habet detrimentum incremento, igitur quarta acceſſio habet rationem ſtatus. Sed dicet quis ſi quarta acceſſio eſt ſtatus, igitur tertiana iudicatur in declinatione. Talium difficultatum ne vnam attigit Galenus cum tot occaſionibus: nos autem diximus de hoc in *Arte medendi*. Breuiter dico quod vt ibi habetur, quælibet acceſſio habet rationem integri morbi, & habet totidem tempora quot morbus integer, imo vnum plus, vt Galenus docet libro *de Morborum temporibus*. Conſtat autem quod iudicia fiebant in ſtatu acceſſionis, vltimum autem iudicium non erat in ſtatu morbi vniuerſalis, ſed non iudicabatur morbus totus in eo, ſed ſolum vltima pars. Cum ergo dixit quod perfectè in ſeptem periodis iudicabantur, intelligit quod ad ſolutionem morbi, non iudicium: qui mos eſt Hippocratis, velut in Chætione, cum dixiſſet bis iudicatus eſt, demum addit in vigeſima, perfectè iudicatus eſt: vbi illud perfectè ad ſolutionem morbi referendum eſt, non ad actum iudicandi. In intermittentibus ergo fiunt iudicia etiam in declinatione vniuerſali morbi.

Cur autem non reuerterentur cauſa eſt, quoniam vt optimè dicitur in *libro de Iudicatione Morbi* qui non relinquunt die iudicatoria, reuerti conſueuerunt: Idem confirmatur *tertio Prognoſticorum*, vbi dicit: morbi qui abſque indiciis ſolutionis, & non in die decretoria abſcedunt, reuertuntur. Galenus ſuo more ſubſannat Hippocratem, dicens alterutrum ſufficere, & experientia docet, videbitque de ægris in poſterum. Cum ergo morbi eſſent ordinati,

nati, & vehemeotes atque aperti, ideò ad reoetſiones non deoenete. Adde quod ſimpliciter Tertianæ ratò teuertuntur; & cauſa narrata eſt ſupta.

TEXTVS XXVI.

QVartanæ verò multis quidem ab initio ex ordine Quartanæ cœperunt, Quibuſdam autem non paucis ex aliis febribus ac morbis, abſceſſus ad quartanas fiebant: atque hos diu, quemadmodum ſolent, & adhuc diutius tenebant. Quotidianæ verò & nocturnæ, & erroneæ multæ, multis & multo tempore permanebant, & erectè obambulantibus & decumbentibus. Plurimos horum ſub pleiada, & vſque ad hyemem, febres conſequebantur.

COMMENTARIVS.

Hinc colligitur Quartanas & per ſe incipere poſſe, & ratò etiam. Quod ea ratione fit, quoniam fit ex melancholia, ea autem quandoque fit ex aduſtione humorum, & tunc alias ſequitur febres: quæ verò fit incipiendo plerunque fit ex ſanguinis, at ſanguinis fex cum ſit frigida & ſicca, difficulter putreſcit: vtraque enim qualitas eſt inimica putredini, quare quartana ratò fit incipiendo. (*Diu detinebant*) nam autumnales erant. Etenim dicir Hippoctates Autumoales quartanæ longę ſunt: *Et adhuc diutius quam ſolent.* Ideò illas exquiſitas fuiſſe credendum eſt, nam nothæ vt contrariæ tertianis, breniores eſſe ſolent. Illud dubitatione dignum, quod à Gordiano Gallo narratur, & nos ſæpius obſeruauimus, cur Quartana roties, coctione vrinarum, & morbis crudis, fallat medicos & ægtotantes? Reſpondeo qood vrina in intermittentibus ſignificat propriè ſuper tempora acceſſionum, non vniuerſalia, quia materia ſingulis diebus reſoluitur. Sed tertianæ, quia feruore ſuo quandoque aduruor ſanguinem, & præparant ad continentes, ideò medici putant quòd ſignificent cruditatem morbi: vel dic quòd ob longum interuallum acceſſionum, quemadmodum molta alia non immutara videntur à ſtatu in ſanis, non quod materia ſit concocta. Præterea Hippocrates in *libro de ſeptimanis* vt recitat Aetius, hæc habet: *Primum quidem quartana febre idem homo bis neque capitur, neque vnquam captus eſt, neque de cætero corripietur, ſi ſemel ſanus fiat, & hoc propterea: iuxta propriam vniuſcuiuſque hominis naturam & ætatem vigoris contingit. Neceſſe enim eſt ingentem hominis naturam in hoc tempore quartana febre corripi. Præterito autem vigore, exolutam eſſe & à quartana, & ab inuaſione.* Cæterum non eſſe factas Quartanas ex vi propria conſtitutionis, ſed generali, quia in ea omnia excrementa retinebantur, ideo etiam melancholicis melancholia adnotat rectè Galenus. Ego tamen dixerim præter id putreſcere talem humorem adiectione pituitæ madefactum, vt licet ſit cauſa generalis, alia tamen eſt ab ea quæ à Galeno redditur. Humores enim putreſcunt tribus cauſis, vel quia crudi nec abſoluti in iecore ac ventriculo & venis: vel quia ferueſcentes ob motum & exercitationem corrupti, vel quoniam humor ſeroſus & aqueus eis admiſcetur. Ideo putreſcit vnus humor in corpore non alius. Galenus bene annotat tum hic, tom ſuperius, Hippocratem hoc nomine *ἀπο-στάσιος abſceſſus* vti in triplici ſignificato, vel collectionis vel effluxus, aut etiam permutationis. Quidam etiam dicunt ſanguinem extra venas efficere quartanas. Solet dubitari an poſſit quartana fieri ex melancholia exuſta, ſeo mauis ex atra bile? Videtur enim quibuſdam, quod id quod ſemel computruit, omnino expers ſit putredinis, quomodo ergo fex humoris putridi in febribus, poſt quam abierint, febrem rurſus ac putredinem efficere poterit? Præterea circuitus duorum humorum non poteſt eſſe vnus: ſi igitur melancholia huoc habet circuitum, non habebit atra bilis: bilis etiam atra eſt omnino præter naturam, & ideo non poteſt manere diu in corpore, quomodo ergo generabit quartanas? Præterea ipſa eſt adeò acris & longe acrior flaua, vt docet Galenus in *libro de atra bile & prima primi*, ergo non faciet quartanam, ſed ſymptomata deteriora longè, quàm in tertiana, & maiorem æſtum, cuius oppoſitum videmus. Accedit quòd non poſſet concoqui, nam nullus abſceſſus ex huiuſmodi humore coocoquitur, igitor eſſet protſus inſanabilis. Galenus quoque *primo ad Glauconem* nec in declaratione ſignorum meminit niſi vnius generis quartanæ: & quod maius eſt nec in curatione: fuiſſet autem non ſolùm abſurdum ſed etiam impium, curare quartanam calida ex materia, velut eam quæ ſit ex fece ſanguinis. Et quod etiam ſit ex bile exuſta tenui, quomodo poterit generare febrem in circuitu tam longo? ideſt horarum ſeptuaginta duarum. Sed obſtare videtur dictum Hippocratis, quem omnes ſequuntur experientia confirmatum, quoniam quartana alia fit iocipiendo, alia ſequitur febres *in textu.* Et ob hoc videtur fieri ex humore ſuperaſſato, & videtur colligi ſententia à Galeno *tertio Prognoſticorum com: 17.* cum dixit fieri febres erroneas ex reliquiis humoris præcedentis febris, errantes autem febres in tertianas tranſeunt: & Princeps eam palam confeſſus eſt, diuiditque in plura genera, tum ſigna tum etiam curam. Dico datur quartana

tana ex cinere aliarum febrium, ſed non ex atra bile, bumor enim ille acris admodum eſt, ſed iam ad expoſitionem textus veniamus.

(*Quotidiana verò.*) Conſtat has febres factas eſſe, non ſolùm ex illa duplici generali cauſa, ſed etiam propria: fuit enim conſtitutio frigida & humida: & humores craſſi pepererunt diurnas febres, vt tenues nocturnas. Similiter patet cauſa, cur adeò fuerint loogæ, quia non poterant concoqui. Et quod Hippocrates vult, vt antea diximus, quod morbi proferantur in ſequentem conſtitutionem. Cum enim dixiſſet antea; Mox circa Arcturum, id eſt Autumni initium in Aquiloniis aquæ multæ valdè, ſubijcit ſtatum Autumni totius atque hyemis, & dicit quod perſeuerarunt hi morbi. Nam Autumnus facit imbecilles vires, & cum boc fuerat valde aquoſus, hyems ſua ratione eſt frigida & humida, fuit autem naturalis, quare nulla cauſa erat finiendi præteritos morbos, vt nec inchoandi oouos.

Illud ſolum mirum eſt, quod Galenns omittit vt ſolet facere omnia ſcilicet difficilia, quomodo in tam graui conſtitutione morbi poſſent eſſe tales, vt rectè ægrotantes per vrbem ire poſſent ad obeunda munia. Reſpondeo, quod homines decumbent aut ob ſæuitiam morbi, aut periculum, aut ob mollitiem: at verò cum fermè tota ciuitas ægrotaret, non poterant, qui non magno morbo detinebantur, decumbere. At plerique non laborabant graui morbo, nec quiſquam timebat ex his, cum omnes ſanarentur: ideo qui leuius laborabant, hi perambulabant vrbem. Ex quo voluit nos intelligere ob materiæ differentiam in multitudine & craſſitie fuiſſe magnam diuerſitatem in morbis. Poteſt autem legi quotidianæ & nocturnæ tanquam ſpecies, vt qootidiana pro vera quotidiana intelligatur ſolùm, & hic ſenſus eſt melior, aut tanquam genus ad nocturnam quotidiana ſit, & hoc eſt abſurdum. Poſſet & legi in tertio ſenſu, vt quotidiana eſſet epitheton declarandi nocturnas, non febris genus. Sed clara eſt lectio Græca, nec recipit niſi vnum ſenſum. Ἀμφημερινοὶ δὲ καὶ νυκτερινοὶ καὶ πλανῆτες πολλοῖς πολλοί.

TEXTVS XXVII.

MVltos conuulſiones, magis autem pueros ab initio: & febriebant, & in febribus conuulſiones fiebant: & erant hæc pleriſqve diuturna, verum innocua, niſi ad hæc etiam ex aliis omnibus pernicies adeſſet.

Tom. X.

COMMENTARIVS.

Sed & hic cum tot eſſent dubitatione digna, Galenus clariora proſequitur, omittit obſcuriora. Comitialem à flatu fieri tum aliàs ratione ſæpe declaraui, tum in Franciſco Patritio Morono vidi. Is demum aliquando apoplexia correptus concidit: videbamns & ſentiebamos à crure ſiniſtro & per ipſum deferri, tanquam per caroalem brachij magnitudine flatum perpetuum, qui vſqoe ad cerebrum ferebatnr & tunc accipiebatur acceſſione comitiali, & de hoc alias dixi ſuper *ſexta Aphoriſmorum*. Conuulſio autem puerilis eſt à flatu ob tenuitatem humoris: nam humor in muſculis & cerebro contentus diſtentionem non conuulſionem gignit. Et conuulſio vt ibi viſum eſt, non fit ſine affectu cerebri primario, igitur in coouulſione puerili impletur ventriculi flatu, & ideo eſt ſimilis morbo ſacro ſeu comitiali: nec differt niſi quia comitialis maiorem partem habet in cerebro, & ideo congregati illi vapores velut in deſtillatione redeunt in pituitam, & expellitur per palatum & nares vt ſpuma, & ita liberantur. In conuulſis autem materia tendit ad neruos, quare cum ampla non ſit via, in qua continetur humor, neceſſe eſt plerumque, vt finiatur ſine excretione, ant vt interficiat. Si verò finitur ſine exeretione, niſi ad neruos terminatur in reſolutionem aut ſyderationem, & remanent ſtrabi ant contracti. Ex quo ſequitur, quòd antiqui incerti quaſi fuerunt, & ambigebant, an morbus ille, qui pueris accidit ſit conuulſio aut comitialis, & ponebant eum ſub comitiali, & hoc quia perſuaſum illis erat comitialem conuulſione deteriorem eſſe, vt totum parte, nam omnes comitiales vt planum eſt conuelluntur, non tamen omnes conuulſi comitiali morbo laborant. Deterius erat cum diſtentos conuulſos eſſe exiſtimarent, cum conuulſi vt nec comitiales intelligent. Ego autem diſtentos & breui morituros intelligere & mentis eſſe compotes animaduerti: vt io Chriſtophoro Bolato, qui ex caſtratione interiit, & adoleſcente quodum vulnerato in digito medio. Aliud quod diſſoluit primnm eſt, quòd conuulſio eſt deterior loogè comitiali morbo, quia licet comitialis contineat conuulſionem, illa tamen conuulſio leuis eſt. Et ſimiliter licet ratione eſſentiæ comitialis ſit deterior, quoniam in cerebro, conuulſione, quæ maxima ex parte in origine neruorum, tamen quia flatus ille eſt io loco lato & aperto, deterior eſt conuulſio comitiali. Ex quo patet tertium, cur comitialis in reſolutionem finiatur: quamdiu enim ſtat cauſa ſub forma vaporis, fit conuulſio, & cum tranſit in humorem fit reſolutio, & ſi ingrediatur neruos fit diſtentio: & hoc primum non eſt intellectum ab aliquo vſque ad noſtram ætatem, & hallucinati ſunt in clara luce. Et per hoc

ſoluuntur omnia problemata, quæ accidunt circa hoc, quæ ſint pene innumerabilia.

Et ex hoc patet ratio expoſitionis textus: cum enim abundaret multus humor crudus, nam pituita quæ eſt humor conuulſionem non facit intra venas & extra: in habentibus capita debilia & arctas vias, vt maximè pueri, eleuabatur vapor ob caliditatem æſtatis & autumni, & fiebant conuulſiones, quibus febris ſuccedebat ob affectum membri principalis: aliis autem in quibus iam febris cæperat, & hoc erat certius, vbi capita eſſent debilia & viæ arctæ, ſequebantur conuulſiones. Vnde liquet quod ad conuulſionem requiruntur tria, humor crudus, collectus, caliditas; præter naturam ex temporis natura aut febre aut cibo aut venere, & imbecillitas cerebri maximè cum ſtrictiora viarum: cur etiam diuturna, planum eſt, quoniam ob copiam materiæ. At cur innocua mirum: primùm quia conuulſio natura lethalis eſt morbus, *ſecundo ex Aphoriſmo* conuulſionem febri ſuperuenire deterius, eſt quàm febrem conuulſioni. At hic ſupponitur multis conuulſionem ſuperueniſſe febri, igitur ſaltem in his debuerat eſſe lethalis. Reſpondeo quod in morbis minus periclitantur ægrotantes, quorum naturæ, aut ætati, aut habitui aut tempori magis congruit morbus, quàm quibus ſecundum nihil iſtorum congruit *ſecunda Aphoriſmorum* 34. Sed in hoc caſu morbus congruebat naturæ, ætati & tempori, ideo fuit minimè ſæuus. Alia ratio eſt, quod morbi epidemij cæteris paribus ſint minus ſæui, quia non habent præparatum corpus, vt morbi ſporades, ſed ex violentia aëris ſolùm accidunt, ſed vbi corpus non eſt præparatum, minus læditur, & magis reſiſtit, ſicut etiam videmus in vulneratis, in quibus cerebri partes & iecoris abſcinduntur, & inteſtina vulnerantur, & tamen euadunt, & alius ex minimo vlcere progenito ex morbo interno peribit. Quæ alia eſt cauſa niſi eucraſia vt ita dicam totius & partis, dempto vulnere in illis: talia oportuit tangi à Galeno.

TEXTVS XXVIII.

AT continuæ quidem in totum, & nihil intermittentes, exacerbaſcentes autem omnibus ad naturæ tertianæ modum, vna die ſubleuantes, & vna exacerbaſcentes, omnium quæ tunc fiebant violentiſſimæ erant, & longiſſimæ, ac cum maximis doloribus, leniter auſpicantes, & in totum ſemper augeſcentes, & in iudicatoriis diebus exacerbaſcentes, & in peius procedentes, parum alleuantes & ſtatim rurſus ex intermiſſione, violentius exacerbaſcentes, in iudicatoriis plerunque diebus peiores euadentes.

COMMENTARIVS.

Et hic eò deducenda res eſt, cum omnes alij morbi præter naturam etiam mitiores iuſto eſſent, cur ſolæ continuæ febres eſſent iuſto grauiores? Nam hoc intellecto patebit ſenſus Hippocratis, & qualiſcunque expoſitio, ex qua quod proponitur non clarum redditur, falſa eſt aut ſaltem imperfecta: imperfecta ſi non patefiat quæſitum, falſa, ſi ex ea potius oppoſitum eius, quàm propoſitum ſequatur. Certè mirum eſt de Galeno, qui tam longè modo Agathinum, modo alios proſequatur, rem omittat, quæ propoſita eſt, difficilem ſanè & ad artis opera pernecesſariam raramque. Sanè cum huiuſmodi loci mihi occurrunt, adducor in opinionem multa ſcripſiſſe Galenum, aut quæ non intelligeret, aut dum nimis contradicendo prioribus intentus eſt, quæ ab ipſo quidem intelligerentur, ab aliis autem adeò inuoluta, minimè. Nam rogo per Deos ipſo in hoc tam difficili loco mentionem facere ἡμιτριταίων, cum Hippocrates loquatur de τριταιοφυέα. Sed quia difficilis admodum eſt illius expoſitio, nam nititur ſimul & pugnare cum Agathino, & ponere differentiam inter has duas dictiones, & exponere Hippocratis ſententiam. Par autem fuiſſet eo derelicto, Hippocratem exponere. Sed cum Galeni autoritas multos trahat quæ obſcura cum ſit perſundare poſſit pleroſque, ipſa verò materia hæmitritæi perdifficilis & vtilis arti, non grauabor exponere, quid ſit hæmitritæus, inde reliqua. Hæc quidem cum horrore venit, atque cum reduplicationibus, quas vocant, fit: accedens non tantum priori die, ſed & poſtridie, quæ quidem acceſſio præcedente mitior eſt, minuſque horrifica, tum repetitionem vel minorem, vel certè prorſus habet nullam. Fit autem, cum flaua bilis parem aſſumpſerit crudum humorem, qui vna ſecum computreſcit. Primum illud ſanè mirum eſt, quod cum ſemitertianam ex flaua bile fieri ac humore crudo, pati velit, non vna die illi rigorem atque horrorem, altera ſolum rigorem adeſſe velit? Quòd ſi ex bile vt dicunt extra venas & pituita intra, ſufficiet rigor alternis diebus. Ideò tam confusè egit ac variè, vt neminem mea ætate viderim, qui hæmitritæum agnoſcat. Sed de hoc in contradictionibus. Summa rei eſt, quòd hæmitritæos febris eſt, quæ alternis diebus vt Tertiana, ſed cum horrore inuadit ſemel, inde habet reduplicationes, vnam, duas vel tres cum eadem: at in mediis diebus ſolam habet incompreſſam annotationem, quæ fit cum refrigeratione extremorum, & pulſus paruitate,

quæ

quæ ſunt initij exacerbationum indicia; nec intermittentem eſſe declarant, niſi cum fuerit horror vel rigor vel aliquis motus. Contingit tamen etiam in paribus diebus habere typum manifeſtum cum rigore vel horrore, cum adſuerint duæ tertianæ intermittentes, cum vna quotidiana continua. Quarta enim eſt hæc conditio. Quinta quòd acceſſiones ſint confuſæ, non ſolum tempore, ſed etiam natura ſignorum, vt pro rigore & rigore horror. Sextum cuius toties meminit Galenus, vt pituita & bilis flaua ſint æqualiter miſtæ, aliter reincidit in quotidianam aut tertianam.

Triteophyes autem ſeu ſimilis tertianæ quæ ſit, declaratur ab Hippocrate, cum dicit, quod eſt febris continua non intermittens ideſt etiam parum remittens, quæ tertio quoque die exacerbatur velut tertiana, quæ vt remittebatur ſtatim exacerbatur cum rigoribus inordinatis & paruis, tum verò longiſſima violenta atque laborioſa. Hic nullum meo iudicio relinquatur dubium, niſi quòd ſi erat tertianæ ſimilis, igitur rigores non erant inordinati? ſi inordinati non ergo erat tertianæ ſimilis? Dico quòd loquitur de Tertiana continua, quia ſe exponit & hoc, quo ad exacerbationem habebant tamen rigores, ſed inordinatos & paruos, an verò haberent alternis diebus, videtur quod ſic ex forma loquendi, cum dixit ſimpliciter: *Rigores quidem omnibus inordinati*, vt credendum ſit rigores quidem affuiſſe omnibus, ſed varios hora, numero & magnitudine. Galenus cenſet has febres in hoc diuerſas fuiſſe ab hemitritæis, quòd in his humor crudus principaliter, ſed cum aliqua bile admiſtus putreſceret, cum in hæmitritæis pari portione; ſed non ſic erat, verùm vt *in contradictione* dictum eſt, fuit vnus humor ſubſtantia, non miſtus, verùm ſubſtantia craſſa fuit copioſior tenui. Sed Galenus velle videtur has febres non habuiſſe rigorem neque horrorem ordinarium alternis diebus, quanquam infra exponat per tritæophyes continuas tertianas cum rigore continuo, cuiuſmodi apparuère ſine numero Mediolani annis abhinc ferme octo. Cæterum inter rigorem exiguum nunc atque horrorem, nullum facio diſcrimen, hac in parte Galeni expoſitionem ſecutus. Sed de hoc hactenus.

Ad primum reuertor inſtitutum, cur ſolæ hæ febres deteriores factæ ſunt, cum reliqua eſſent mitiora. In continuis febribus continua fit ſuccenſio, atque flammæ incrementum; ob id putredo, ſi plurimus adſit humor crudus, & quantò tenuior, velut ignis creſcit. In intermittentibus non ita, facile enim extinguuntur ab abundanti humore, quia ſuccenſio continua non eſt. Experimur id in magnis ignibus, in quos iniecta aqua incrementum affert, alios extinguit. Ob id febres illæ adeò ſæuiebant. Proprium vnum earum erat, vt in iudicatoriis diebus inualeſcerent, cum enim ſæuirent admodum, adiuta materia à cauſa, quæ iudicationes mouet, ſeu natura hominis, ſeu elementorum, ſeu cœli, ſeu alia quauis, neceſſario in deterius vergebant. Non eſt autem intelligendum de decretoriis morbi ſed communibus, aliter omnes periiſſent; ſed decretoriis communibus velut Quartodecimo, vigeſimo & quadrageſimo, cum æger ſit conualiturus, Octoageſimo, nec eſt præceptum Hippocratis, cum ex illius ignorantia Medici admirentur de permutationibus in peius dierum creticorum, & falſas prædictiones de euentu morbi plerunque proferant. Miror de Galeno hac in parte, qui nugas agit. verùm nihil dicit niſi quod falſum eſt, ſcilicet hoc eſſe febrium malignarum, at quomodo malignæ eſſe poterant, cum diu perdurarent, & plerique etiam ſeruarentur. Sed dixit ex ſuo boni prope nihil, ab aliis accepta in meliorem ordinem redegit: nam quid pronius eſſe poterat quàm dicere hoc eſſe multitudinis materiæ ſignum, dixiſſet vera dixiſſet conuenientia, dixiſſet quæ euidentem habent rationem. Nam quod ad malignitatem attinet, nihil remotius, niſi per malignitatem magnitudinem intelligas.

TEXTVS XXIX.

Rigores verò omnibus quidem inordinatè & erroneo modo fiebant, parciſſimè autem & minimè his, verum in aliis febribus maiores. Sudores multi, his minimi, nihil alleuantes, ſed ſub contrario modo damna inferentes: frigiditas extremitatum his multa, & lux recaleſcens, neque ſomni in totum, maximè verò hi etiam rurſus ſoporoſi. Ventres autem omnibus turbati & mali, his autem longe peſſimi. Vrinæ verò plurimis horum aut tenues, & crudæ, & decolores, & poſt tempus parum concoctæ iudicatorio modo; aut craſſitudinem quidem habentes, verùm turbatæ, neque conſiſtentes, neque ſubſidentes, neque concoctæ: aut paucæ, & crudæ ac malæ, & ſubſidentes. Peſſimæ autem hæ omnes. Et tuſſes quidem ad febres comitabantur. Verum non habeo quod ſcribam, an detrimentum aut vtilitas tunc ex tuſſi contigerit.

COMMENTARIVS.

(*His*) id eſt continuis; nam omnibus erant inordinati, ſed in his etiam parui. Intelligit autem comparatione intermittentium,

tentinm, ſed rigores tritæophyon minores erant cæteris. Recitat etiam genera febrium erronearum, ſeu modos, qui præter dictum enm reuertuntur & recidunt & fiunt ex commutatione de quo ſupra, tres omnino ſnnt: in circuitu, io decretoriis & in rempote ac modo exacerbationum, ſeu earum quantitate. Præterea ponit differentiam febrium illatum peſſimatum, quæ erant vnius generis ſcilicet *τριλαιοφύσ* ab omnibus aliis quæ erant in tredecim aſſidentibus: quorum primum dictum eſt de rigoribus, qui erant *inordinati in omnibus, ſed minimi in his febribus. Sudores* etiam *minimi* in eis fuerunt, eum in aliis eſſent multi, & *nihil alleuantes*, ſed potius *damnum afferentes. Frigiditas extremitatum, vigiliæ cum ſopore, ventres omnibus turbati, ſed in his longè peiores: vrina quoque mala vt licet videre, adeò vt etiam peſſima. Et tuſſes febres comitabantur*, quæ nec vtilitatem nec detrimentum auferreot. Reliqua ſex hic ſubiiciet.

TEXTVS XXX.

Diuturna igitur & moleſta, & valdè inordinatè ac erroneo more, & citra iudicationem, plurima horum perſeuerabant, tum his qui pernitioſè habebant, tum his qui non. Si enim aliquos ipſorum paululum relinquerent; ſtatim rurſus reuertebantur, quibuſdam verò paucis ipſorum iudicabantur, quibus breuiſſimè adeſſent, circa octoageſimam diem: & horum aliquibus reuerſa ſunt, vt plurimi ipſorum per hyemem adhuc ægrotarint. Plurimis autem citra iudicationem defecerunt. Hæc verò pariter acciderunt. Et his qui ſuperſtites manſerunt, & qui non. Quum autem multa & varia fieret iudicationis impeditio ex morbis, maximum etiam ac peſſimum ſignum perpetuo comitabatur, quod plerique omnes cibos faſtidirent, & ex his maximè hi, quibus etiam alia exitialia erant: Siticuloſi verò non adeò intempeſtiuè in his febribns erant. Quum verò tempus produceretur, & dolores eſſent multi, ac colliquatio mala, his abſceſſus ſuccedebant, aut maiores quam vt ferre poſſent, aut minores qnam vt quicquam prodeſſent: ſed ſtatim recurrerent & ad peius courgerent.

COMMENTARIVS.

Exponit reliqua ſigna, quæ ſunt, quod inordinatæ erant febres in acceſſioonm magnitudine & fonna, inde in decretoriis, quod cibos faſtidiebant, ſiticuloſi erant, ſed non intempeſtiuè, quod fierent colliquationes, & ex colliquationibus abſceſſus. Exponamus ergo vnumquodque ſignum ex his tredecim, & poſt docebimus, cur febres inordinatæ fiant, & cur hæ febres tales fuerint. Cum ergo inordinatæ fuerint trifatiam, & tria ex tredecim detraxerimus, relinquentur decem inprimis explicanda. Primum ergo ſudores erant minimi nec alleuantes, cum in aliis eſſent copioſi & alleuarent ſcilicet in intermittentibus. Erant minimi quia pars tenuis ſolum diſſoluebatur, & expellebatur magno labore propter humorum cruditatem. Et ideò non alleuabant: fit enim ſudor ex diſſolutione materiæ, quæ eſt in venis: quæ vbi tenuis fuerit, facilè ſoluitur & copioſus exit: at cum materia cruda eſt, paucus prodit & cum labore, quare non alleuat. Dicebat Galenns *primo Prorrheticorum* expulſiones quia natura tentantur atque deficiunt, ſub initiis illius oſtendunt imbecillitatem, & cauſæ vexantis moleſtiam, ideò omnes malæ ſunt. Quantò certius cum non alleuatent. Galenus tamen non legit minime, ſed ſudores multi qui minime alleuabant: vtcunque legatur verum eſt, placet tamen magis Galeni interpretatio. Frigiditas extremitatum ſemper mala eſt, ſeu ob caloris ionati inopiam: quæ difficilius redimitur, ſeu ob phlegmonis interioris vim ad ſe trahentem ſanguinem. Et generaliter cum ſemper ſit mala, deterior tamen eſt io acutis morbis, & iuuenibus, quam in ſenibus longo morbo laborantibus quibus eſt familiaris. Fit & propter humorem crudum, multum, vehementer frigidum. Et hoc eſt generalius aliis dnobus caſibus. Cum ergo hic humor abundaret, patet cauſa dicti. De ſomno dicit quòd vtroque vitio laborabant, erant enim vigiles nimium, inde delabebantur in ſoporem. Vigilia ſignum eſt ſiccitatis nimiæ, aot acredinis humoris, aut febris peſtilentis dicebat Farnelius, ſed, nunc nnn ſumus io caſu, quod ad effectum debilitat vires, & delirij cauſa eſt. Hippocrates *ſecunda Aphoriſmorum*: ſomnus atque vigilia vtraque modo magis facta malum, ſopor duplex eſt ſomniferum & vigilans. Dicebat Princeps *ſecunda Primi* media diſpoſitio inter ſomnum & vigiliam, ſemper eſt mala. Galenus *libro de Comate*, quæ cum vigilia ſit ad phrenitim tendere ait, contra reliquam qnam Hippocrates pigram appellat, ad lethargum. Nec tamen ſi diſcutiatur aut concoquatur humor id neceſſe eſt accidere, ſed ſanatur. Propior autem eſt lethargo dicit (Et hoc experimentum docet) quàm phrenitidi. Pariter ſi delabatur in alterutram, ex lethargo

thargo etiam facilius moriuntur. Et phrenitici ſæpius in lethargos conuerti ſolent, quam lethargici in phreniticos. Huius dicti exemplum habetis In *Tertio Epidemiorum* ægro Primo, poſt conſtitutionem in Thaſo, Parium quendam. *Ventres omnibus turbati, his verò peſſimi.* Dixi quid portendat turbatio, in triſcophiis autem peſſimi ideſt mali coloris excrementa, & malæ ſubſtantiæ: quæ indicabant corruptionem humorum, & naturam exonerantem ſe vndequaque. Vnde cum non tranſierint in profluuia, nec difficultatem inteſtinorum, aut leuitatem, ſeruabantur nihilominus: non enim dixit *peſſimi* ab exitio, aſcripſiſſet enim, ſed à re ipſa. Hippocrates *ſexto Epidemiorum ſectione 7. iuxta medium. Ventrium abundantia turbationem ferunt velut Poſidonia, & quæ animalcula in aluo inducunt verte dictum, turbatio in ventre fit vel propter abundantiam, ſubintellige humorum, maximè crudorum, & eorum, quæ animalcula inducunt ideſt vermes & lac & dulcia.* Poſt de vrinis agit. Vrinæ verò plurimis: tria genera vrinarum, quorum nullum bonum eſt, expoſuit primum tenuium in ſubſtantia & colore, & crudarum ideſt ſine contentis, quæ poſt tempus concoquebantur iudicatorio modo, & erant optimæ. Cum dicit *crudæ & tenues*, per crudas intelligit claras. Secundum genus erat non crudarum ſed turbidarum, quæ non ſubſidebant, & hæ erant deteriores primis. Tertium genus eſt adhuc peius, cum contenta continerent, quæ ſubſiderent. Aut pauca continebant, *ſed pauca*: vrinarum autem ſubſtantia cruda, ideſt tenuis & ſine colore, & mala. Poſtmodum quod dicitur. *Peſſima autem hæ omnes*; in alia verſione, quæ eſt cum commento, habetur; *Et quæ ſubſidebant peſſima.* Et ſi quis velit his referre. ad idem, facile erit. Peſſimæ autem hæ omnes, ſcilicet quæ ſubſidebant, deterrimum eſt enim ſignum ſubſidentia, cum praua vrina aut ipſa peſſima: deuictam enim naturam indicat, & morbum cum vita ad finem peruieniſſe.

Hic non poſſum niſi demirari de Galeno, qui in tot rebus ac tam vtilibus prorſus ſe excuſet, & nos ad librum prognoſticorum remittat, tanquam luculentum, vbi habuerit de vrinis tractationem, cum tamen exigua ſit & pene milleſima pars eorum, quæ illa exigit; quod apparet libros noſtros legenti de Vrinis. Sed ita ſit, quid poſtmodum? an licebat etiam ſi fuiſſet illa tractatio locupletiſſima, id agere? ac nihil hic dicere, ſed tranſire ſicco pede. Hoc operæ pretium fuerat in hoc caſu oſtendere, & illam etiam abſolutiſſimam, & talem, atque adeò connexam, vt præter concluſiones nihil omnino huc transferri poſſet. Quis non videt fugam hanc fuiſſe non defenſionem? At crimini dabunt quidam, quòd toties Galenum laceſſam. Quæro ab illis an hoc ſciant, ſua ætate Aſclepiadem quem ferunt, mortuum ſuſcitaſſe: Eraſiſtratum qui ab Antiocho centum talenta habuit, Archigenem qui glorioſiſſimus fuit: at nulli illorum Galenus conferri poſſit, vt qui apud Antoninum vel ipſo teſte potius pharmacopolæ quam medici nomen habebat, quanquam ſe dicat præpoſitum curæ filii, ſed quomodo, an vt Archiater non dicit, nec illi quicquam tale quale illis acciderit, multò præſtantiores Galeno habitos, quos ille vſque ad turpiſſima maledicta proſequitur, errauerint vel nè? ſi non, cur ergo ſuſpiciunt Galenum ipſi, homines rectè ſcribentes accuſantem, atque ideò etiam falſam ferentem doctrinam: ſi errarunt, an mihi non liceret ſi Galenus nunquam veniſſet, eos accuſare. An hoc debet eſſe priuilegium ſolius Galeni, poſſe iuſtè accuſare antiquos: ſi etiam mihi, ergo hoc licuiſſet tantos, ac tales viros accuſare: cur non licebit Galenum quem iam ex confeſſis minoris eſſe autoritatis conſtat. Magnum virum efficit veritas. Nullus eſt magnus, vir, niſi qui veram ſpargit doctrinam: vbi falſa comperiatur nullus ille eſt, imo ſycophanta, & prauus. At ego Galenum innumeris cum erroribus eſſe non contendo, ille tamen eos quo ad potuit euertit. Ego Galeni multa non ſolum admitto ſed probo, ille nihil prorſus ſcriptum nec ab illis, nec ab aliis antiquis admittit præter vnum Hippocratem, quem tanquam ducem ſibi proponit, & tamen hunc ducem toties quoties, (quia non adeò frequenter apertè audet) licet, calumniatur, modo hoc pro illo ſcripſiſſe, modo aliter quam oporteret, quandoque etiam falſa. Quis hunc ſanæ mentis hominem ferat, qui nobis perſuadere nitatur Hippocratem nihil perfectè & clarè ac ſine mendo ſcripſiſſe? aliorum autem neminem prorſus, nec ipſe parcit Ariſtoteli, euertit Marini ſcripta de Anatomicis, Agathini & Archigenis de pulſibus, conatus etiam Dioſcoridem euertere. At ſi periiſſent, cum iuramento mihi dicant, an præſtaret nugas illas de ſimplicibus medicamentis, dico ſex vltimos libros ſupereſſe, Dioſcoridis autem illuſtriſſimam hiſtoriam interiiſſe? Et tamen illum vt herbarium tractat, quantum poteſt fidei eripit in re medica: Et tamen conſtat Dioſcoridis auxilia euidentiora eſſe ac meliora, quanquam Galenus fuerit ætate illo poſterior. Sed ſequamur intentum, à quo Galeni aſtutia nos auertit, & dicamus primas vrinas cruditatis, ſolum fuiſſe ſignum vehementis, ideóque longioris morbi: & ob id in quibus vires fuerunt imbecilles, etiam mortis. Secundas difficillimi morbi ac longiſſimi, vt niſi vires validiſſimæ fuerint, ob vehementiam morbi interituros: vltimæ autem iam inſtantis mortis, & breui ſuperfuturorum.

De tuſſi: fuit ex deſtillatione ob calíditatem febris, & plenitudinem corporis, & præcipuè capitis, & humore crudo: ideo neque vtilem fuiſſe, neque inutilem. Erat enim inſipida materia & innoxia. Cum autem pituita non decumbit in pectus nec lædit fauces talis eſt Dicit autem quaſi per

iocum,

Digitized by Google

iocum, & ex more loquendi, an vtilitatem attulerit, cú conſtet tuſſim per ſe nunquam afferre vtilitatem, cum ſit ſymptoma omnino præter naturam niſi morbi comparatione. Subiungit quòd, faſtidiebant cibum, de hoc ſuperius actum eſt. Signum ex ſiti non improbat, quia intempeſtiua non erat: Et oſtendebat faſtidium cibi non eſſe ex facultatis imbecillitate, defeciſſet enim etiam ſitis, ſed humorum corruptorum circa iecur aut ventriculum abundantia. Demum ſubiungit vltima duo ſigna ſe conſequentia, ſcilicet colliquationem & abſceſſum: Abſceſſum dixi trifariam intelligi, colliquationem autem & humorum, ob copiam crudi ſucci, & ſolidorum, ob febrium longitudinem. Erant autem abſceſſus vel adeò magni, vt ſuccedens iam colliquatis illis enecarent; vel adeò parui vt non prodeſſent quicquam: nam illud parum quod prodeſſe poterant, in ipſa moleſtia & naturæ conatu abſumebatur. Sed iam hæc dilucidius exponentur, nunc oportet ſecundam partem aggredi.

Ea fuit, cur eſſent hæ febres inordinatæ trifariam & quoad acceſſiones, & quoad magnitudinem, & demum quoad decretoria. Equidem criſes *decimo ſeptimo de vſu partium cap.* 2. à natura fieri affirmat, hoc autem quaſi probat *tertio de criſi*, vbi docet quod criſis non poteſt fieri ſine naturæ certamine, quod demonſtrat ex hoc, quod multi ægri abſque criſi moriuntur, quia natura non ſe audet committere. Idem paulo poſt docet, criſim intempeſtiue fieri, quotieſcunque ſtatum morbi multò & coctionem anticipauerit; & quò magis periculoſiorem eſſe & pernicioſiorem, anticipare autem ob irritamentum. Quam ſententiam vberius proſequitur in *tertio de diebus decretoriis*, vbi docet cauſam criſis ſcilicet moleſtiam, vnde quandoque natura irritata criſim aut coctionem facit, ſicut criſim differt ob imbecillitatem virium, & dabat exéplum de ventriculo concoquente, qui & celerius exagitatus expellit quod continetur, & ſerius excrementa ob imbecillitatem. Prius verò antea docuerat & propter errorem ægrorum, & aſtantium, & medicorum, & caſus, perturbari ordinem conſtitutum. Sententia autem Galeni *tertio de criſi cap.* 4. *in fine* eſt, quod error poſſit aliquando transferre iudicium ex vndecimo die, & vltra quartadecimum. Vbi notandum, quod errores duorum ſunt generum, alij non praui, & illi retardant criſim, ad ſequentem diem criticam: alij corrumpunt eam, & tunc permutatur ad diem non criticam, aut omnino euertit, aut cum ea æger perit. Declarabat autem illa *primo de diebus decretoriis cap.* 11. & reducuntur maximè ad animi affectus principales timorem atque triſtitiam: ſimiliter corporis vigilias, dolorem, laborem: tum venerea & cibos, ſed hæc non addit tanquam per ſe nota. Atque vtinam illud adiecisſet, quomodo cum ex ſtimulo materiæ ad criſim natura incitetur, tunc maximè criſim tamen peragat, cum materia concocta eſt, quæ tunc minus irritat illam; ſed hæc tranſeant cum aliis. His igitur cauſa fuit impedimentum à multitudine humorum crudorum, qui non erant materia morbi nec coquebantur à natura. At verò cauſa perturbationis ordinis in acceſſionibus, iuxta ea quæ dicta ſunt, eſt impedimentum vel acceleratio putredinis & materiæ diuerſitas atque varietas, & ideo dicit, *rigores perturbabantur & erant inordinati.* Verùm cauſa peruerſi ordinis in magnitudine longitudine & qualitate acceſſionum, fuit ſolius materiæ quæ morbum faciebat varietas, pro quibus vide *nono contradicentium cap.* 13. Nunc ſatis dixiſſe ſit, cauſam peruerſi ordinis in decretoriis eſſe in natura principaliter grauata vel ſtimulata à multa materia, morbo non coniuncta. Acceſſionum autem propriè à materia morbum faciente; longitudinis autem & ſymptomatum à materia coniuncta morbo, & aliena ſeu copia crudi humoris.

TEXTVS XXXI.

ERant autem quæ his fiebant hæc: dyſenteria, teneſmi, lienteriæ & alui profluuia.

COMMENTARIVS.

Iam dixi nomine abſceſſuum etiam fluxiones intelligi oportere ſæpe Hippocratem: cauſæ autem iam ſunt ſuperius declaratæ, ad vnguem ideo ſuperfluum eſt repetere. Ibi enim propoſuit de his qui his morbis ægrotarunt generaliter ſine febre & cum febre, & quibus ſine febre fuit etiam ſine periculo, & non multa cum moleſtia, quandoquidem rectè obambularent: at de his qui cum dicturum ſe pollicitus, hic exequitur. At his à febribus contigit, nam non par erat, anticipantibus euacuationem febres superuenire præſertim adeò graues. Circa quod animaduertere expedit, tria eſſe genera fluxionum, ab initio, & ante putredinem, quod omninò minus malum eſt, cum putreſcit tardante natura, nec irritata vel ob imbecillitatem, vel loci & viarum anguſtiam, quæ prima longè deterior eſt, vel cum iam materia putruit, quæ peſſima eſt: ſiquidem putredo eſt è regione aduerſa naturæ noſtræ. Sed vnumquodque genus horum habet tres ſpecies. Aut enim fit effluxio, ideſt materia extra corpus recta fertur, & hæc eſt optima, & eſt quinque modorum, ſanguinis ſcilicet, vomitus alui, ſudoris & vrinarum: aut eſt fluxio ad locum effluxionis, ſicut cum materia fluit ad pectus excitata per tuſſim, & hæc eſt per ſe deterior

rior

rior primà per accidens, vtpote per tabis periculum peſſima: aut ad locum, vbi non habet exitum vt in abſceſſibus, & hæc eſt peſſima omnium. Et ita fiunt nouem modi, ex horum genere vltimo eſt quod ſubijcit.

TEXTVS XXXII.

QVibuſdam etiam hydropes partim cum his, & partim abſque his.

COMMENTARIVS.

Galenus refert hoc in abundantiam frigidi & humidi humoris, ſed ſi ex frigido & humido humore coaceruato fieret hydrops, conueniebat ante febres factas fuiſſe hydropes, non autem poſt. Et ideo negligentia Galeni in huiuſmodi maxima damna mortalibus attulit: cum ſequentes turba Medicorum omnes eum calidis ac ſiccis (atque id quidem rectè ſuppoſito admiſſo) curat; at non eſt ita vt dixi, ante febres enim magis aduenißet. Diximus autem de hoc, & magis confirmamur, hydropem eſſe morbum contrarium, quaſi febri, calidum & humidum, cuius demonſtratio ex hoc loco habetur, tum experimento ipſo. Non enim in illam incidunt, qui frigidis & humidis vtuntur cibis, ſed qui plurimis ac pinguibus. Habent etiam hi ſitim maximam, iuxta Horatianum illud; *Et retento ſanguine hemorrhoidarum excitatur*, vt habetur ab Hippocrate *ſexta Aphoriſmorum* dum dixit. *A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, & morbo regio laborant & colorem eiuſmodi habent*, &c. Quod ſi dicas etiam fieri ex multa illarum euacuatione, igitur, refrigerato iecore: ſed hoc concludit oppoſitum, non enim ex ſanguine ex vulnere copioſo manante, nec narium accidit; igitur non ex frigidate, ſed depulſa per malam intemperiem ab eadem intemperie gignitur. At dicent contra, igitur magis ante effluxionem? Reſpondeo, quod tunc non adeſt caloris naturalis imbecillitas, quæ neceſſaria eſt. Rurſus dicet aliquis, Aqua intercus *quinto de locis cap. 7.* maximè fit ex iecoris ſchirro, imo ea ſola eſt vehementiſſima inſanabilis, & ſchirrus nil aliud agit, quàm quod iecur refrigerat, igitur aſcites fit à frigiditate. Reſpondeo quod ob corruptionem ſanguinis fit retento excremento corrupto & ichoribus, talia autem ſunt calida & putrida, & Princeps non meminit huius cauſæ vt propriæ, ſed eam refert ad cauſam impedientem generaliter tranſitum aqueæ partis ſanguinis ad renes: & ſi homo minus comederet, aut quæ facilius concoquuntur, non incurreret aquam inter cutem: ſed per ipſum Galenum neceſſariò incurrunt, igitur cauſa non eſt frigiditas.

Sed eſt aliud fundamentum, aqua in hydrope eſt putrida, & putredo fit à calore, ex conſeſſo ab omnibus igitur hydrops fit à calore. Et ſi dices quod fit à potu multæ aquæ, dico quod non, niſi in corruptis corporibus: aquæ enim vnciæ ſex in vno faciunt hydropem, in aliis ſex libræ non faciunt, igitur non fit ex frigiditate. Aqua præterea poteſtate non eſt frigida, vt declaraui in libro de *aqua & æthere*, cum ſit potus optimus omnibus animalibus, de actu autem non eſt diſputatio. Non enim negauerim, quod frigidum actu cogendo humores corruptos non generet hydropem. Præterea ſi abundet ex frigiditate aqua, ſeu ichor expellitur per vrinam & ſudores: ſi dicas impediri obſtructione, igitur tota impediretur, non enim vt in morbis renum cum vrina fit ſola & ſimplex. Et ſi dicas quod deficit facultas, hoc pertinet ad renes non iecur, ſed per vrinam non trahitur ichor corruptus, vt Galenus declarat in *ſecundo de facultatibus naturalibus cap. 1.* igitur hydrops fit ex corruptione ichoris non frigiditate. Quod ſi quis dicat, cur ergo à potu aquæ fit hydrops, & hoc ſignificauit Princeps in *quartadecima tertij tractatu 4. cap. 13. in princip.* cum dixit: *Et prohibitio à viſione aquæ, nedum à potu ipſius*; & effectus hoc idem oſtendit. Reſpondeo quod aqua bilioſa eſt vt habetur ab Hippocrate *Tertio de victu in acutis tex. 40.* & auget iecur & lienem, tum flatus gignendo, tum ſiſtendo, non quòd generet malam intemperiem frigidam: aliter cur non magis à ſucco endiuiæ & cichorij, à quibus potius iuuantur parati ad hydropem & hydropici. Cibi etiam frigidi huiuſmodi maximè ſcilicet iecori amici, maximè conferunt in calida intemperie, æquando illam in frigida ſi naturalis ſit, quia ſimiles, ſi præter naturam confirmando calorem naturalem. Accedit quod Princeps inter cauſas aſcitis non ponit vnquam frigiditatem iecoris, ſed reducit ad duas: vnam ex renibus, qui non trahunt; alteram ex iecore, quam diſtinguit in tres, impedimentum ſeparationis, impedimentum tranſitus, & multitudinem aut cruditatem partis aquoſæ. Et hoc prouenit ex imbecillitate caloris naturalis iecoris, non frigiditate. Et breuiter Princeps ad abundantiam & obſtructionem potius reducit quàm ad frigiditatem, imò cum reddit cauſas aſcitis, ex potu aquæ non deducit hoc ad frigiditatem illius, ſed vel ad multitudinem vel ad cauſam ſitis, quam conſtat eſſe potius calidam quàm frigidam. Oppones forſan ex Alexandro, quod aſcites fiat ex refrigeratione iecoris. Idem Paulus; & ratio adeſt. Dicunt enim, ſi iecur ſit frigidum, non concoquit, igitur ſanguis euadet aquoſus, igitur fiet aſcites: dicò quod non, ſed modò non ſit imbecille, ſeparabit & tranſmittet ad renes. Quantò minus etiam concoquet, ob frigiditatem minus etiam trahet, & ita non fiet ſanguis aquoſus. Ad authoritates: poſſunt dicere,

quòd iotelligant per frigiditatem Imbecillitatem caloris naturalis, non qualitatem frigidam. Scd verè illi intelligunt veram frigiditatem, quia calida perpetuò exhibent, & ita enecant illos. Conſtat enim primùm experimento & authoritate eiuſdem Alexandri aſcitem fieri ex tabe vera, tum etiam ex hectica, vbi neceſſariò fit ibi à caliditate, idem etiam ab acutis eam fieri confitetur, quomodo ergo à cauſa frigida? Fiunt etiam hydropici ex vlceribus prauis conſolidatis, vnde apparet ex corruptione potius quàm frigiditate illam fieri, & curam eſſe debere cum exſiccantibus & refrigerantibus, facilis, coctionis, aut ſi medicamenta ſint tenuis ſubſtantiæ ob cauſam adductam.

Generaliter autem illius generatio ſic conſtat, vbi aqueum humidum corrumpitur, retinetur in iecore, quia renes non trahunt, atque ibi magis ac magis putreſcit, donec corrumpendo ſanguinem, & auctum expellitur inter omentum & peritoneum, & ibi vapores emittendo corrumpit iecur, & ad generandum ſibi ſimile compellit; eſt enim hoc naturale maximè vt inquit Ariſtoteles, ſed non adeò vt deberet plane intellectum, ſubſtantia autem corrumpit & adeſt omeotum ipſum.

TEXTVS XXXIII.

QVicquid autem ex his violenter accedebat, ſtatim vires deijciebat: aut rurſus nihil proderat. Papulæ paruæ, & non pro dignitate rationis excretionis morborum, & ſtatim rurſus euaneſcentes. Aut iuxta aures tumores, qui non ſoluebantur, & nullam de ſe ſignificationem præbebant. Quibuſdam in articulos, maximè vero, in coxendicem; paucis iudicatorio modo ceſſantes, & ſtatim rurſus ad habitum ab initio inualeſcentes.

COMMENTARIVS.

Poſtquam declarauit morbum, & dixit, quod quibuſdam cum his ſcilicet abſceſſibus hic eueoit, & quibuſdam ſine his, docet quod antea dixit, ſi violenter tales aduenissent, ideſt magni, nam ſe antea declarauerat, *vires ſtatim deycicbant*, ſin autem non violenter ideſt parui, *nihil proderat.* Et proponit tria exempla abſceſſuum tertij generis ſeu fluxionum, quæ tamen minores erant, quia licet ex tertio genere erant, tamen ad loca ignobiliora, *Papulas, parotidas & decubitus in coxendices & articulos.* Papulæ declarat Virgilius 3. *Georg:* quid ſint.

Ardentes papulæ: atque immundus olentia ſudor.

Puſtulæ ſunt paruæ quas ſolemus defricatas ſaliua abigere, cur in coxendicem aliqui decumberent abſceſſus, cauſa latitudo loci. Cauſa autem generalis, cur cruda magis io articulos decumbant eſt, quia lenta cum ſint, non poſſunt è corpore protrudi. Et quia natura prædominatur, fiunt tamen abſceſſus, & quia eſt attenuata ex longa febre materia, & tota pituiroſa, ideo decumbit in articulos, nam bilioſæ magis ſurſum feruntur ad aures & loca poſt illas, melancholicæ ad lienem & ſanguiocæ ad muſculos, pituiroſæ autem ad articulos, tanquam ad cognatos locos: in pluri enim materia praua, quæ tamen ad benignum reducitur, ſemper eſt aliquid boni quod membra non reſpuunt, facilius autem eſt naturæ tranſmittere ad loca noo obnitentia, quàm obnitentia, nec hoc Galenus vidit. Et ita attulit ex duodecim generibos abſceſſuum tria exempla. Dictum eſt autem, vt ad rem redeam in Aphoriſmis, abſceſſum in articulis fieri in febribus longis, & vt plurimum, cum copioſiore vtuntur cibo. Exiſtimandum autem eſt, huiuſmodi ægrotantes ſaoatos ex ratione abſceſſus, quamuis redierint. Raro enim cum hæc fiunt, ſi cætera rectè congruant, nec ſit admodum ſenex, moriuntur.

TEXTVS XXXIV.

MOriebantur autem ex omnibus, & plurimi ex his pueri iam ablactati, & maiores natu octennes & decennes, & nondum puberes. Fiebant autem hæc his, non ſine prius ſcriptis. Priora verò multis ſine his.

COMMENTARIVS.

Si Galenus non videt vllam difficultatem in tanta ambiguitate ſenſus, laudo hominem excellentiſſimi ingenij, qui difficillima intelligeret perfectè ac facillimè: ſi vidit laudo conſilium, qui prorſus non attigerit. Mihi res omnino tota difficilis videtur, præter illud quòd morbi hi cum eſſent ex copia crudi humoris,, magis pernitiosè vexauerint ætatem maximè humidam, quæ eſt ab ortu ad pubertatem. Præterea dicit *octones & decennes ac nondum puberes* ideſt vſque ad ætatem pubertatis. Atque hoc Galenus expooit: at cur eos qui lactabantur, quíque erant imbecilliores & humidiores non perdiderit, non dicit. Rurſus nec illud: *Fiebant autem hæc his non ſine prius ſcriptis.* Si intelligatur de morientibus, parùm appoſitè *fiebant* pro *moriebantur* ſubiecit. Malim intelligere hæc

octo

octo genera abſceſſuum ſeu fluxionum connumerata in præcedentibus textibus non fuiſſe facta ſine febribus illis triteophyis, at conſequentibus tredecim aſſidentibus ſymptomatibus aut ſignis connumeratis: multis verò contigiſſe febres illas cum aſſidentibus, non tamen ſucceſſiſſe profluuium alui, vel aquam intercutem, vel aliquid huiuſmodi. Ergo ad infantes primos redeamus, quos veriſimile eſt periculum ob nutrimentum, quod ſynceriſſimum erat & optimum, & quod tales infantes ſoleant ab aëre magis cuſtodiri, in calidioribus cubiculis, & quia tum denſiſſimæ ſunt cutes, *ſecundo de Temperamentis.*

TEXTVS XXXV.

SOlum verò bonum & maximum inter ea quæ fiebant ſignum, & quod plurimos in maximis periculis conſtitutos liberauit, quibus ad vrina ſtillicidio opuertebantur, & ad hoc abſceſſus fiebant.

COMMENTARIVS.

Per *abſceſſum* intelligendum eſſe ſolam effluxionem materierum quarumcunque morbi palam eſt, vt alias dictum: quodque ſi materiæ iam putridæ à febréque corruptæ cuiuſcunque generis ad locum illum anguſtum confluerent, dolorem ac ſtillicidium conſequi par eſſe, cum acres eſſent ſalsæque, & illud conſpicuum eſt, & Galenus hoc docet. Sed & cur omnes materias quandoque natura per vrinam excernere aggrediatur, nec nouum eſt, etſi omiſſum ſit à Galeno. At cur omnes non ex aliis excretionibus ſeruarentur, quod maximè etiam ad curationem rectam morborum feciſſet, ſiquidem vndecunque natura repit inde ducere per conuenientes regiones, Galenus dicere prætermiſit. Videtur hoc genus criſis tutiſſimum & abſolutiſſimum inter quinque illa, quæ ipſe enumerat *tertio de criſi*, quanquam more ſuo ſolito, qui nihil vnquam perfectè dicat aut rarò, criſis per vrinam deſit in textu, ſed forſan ex librario aut ipſe potius manu quàm mente aberrauit. Sed ſpecies has nemo etiam alius præter Principem ſolum ponere auſus eſt, qui omnes ſpecies enumerat, octo, ſcilicet, fluxus ſanguinis narium, hemorrhoides, menſes, vomitus, alui deiectio, vrina & abſceſſus; nec alibi Galenus hoc declarat, vt ſuſpicer non voluiſſe referre, quia non ſit ſubita mutatio, ſed debuit admonere, cum conſtat præcipuam alioquin eſſe & vtiliſſimam, vnde etiam quandoque & venena commodiſſimè per eam regionem ducantur, at de cauſa non adeò conſtat. Tum verò & illud diligenter animaduertere decet, dictum illud Principis *ſecunda primi*, vrina multa in acutis morbis cum eam non ſequitur requies, ſignificat hecticam aut conuulſionem non debere intelligi, cum fuerit cum ſtillicidio difficultate & dolore; ſicut nec illud ibidem: Quæ guttatim exit & inuoluntariè ſignificat læſionem in cerebro. Proprium ergo criſis optimæ, quæ per vrinam fit eſt vt ſit, cum dolore non inuoluntaria, & cum contentis multis ac craſſis; nam quæ multa eſt quaſi ſubſidentiam concoctam habet, cæterum nil aliud ſuſpecta eſt: at illa ſecuriſſima, & cùm Mediolani eſſem venturus proximè Bononiam in ſorore Patritij Bij, vxore autem Franciſci Vicecomitis, ſalutem ex periculoſiſſimo morbo prædixi, cum illa ab omnibus potius moritura exiſtimaretur, quàm ſecus, ex hoc ſolo ſigno, quod primùm tum apparuit. Igitur cauſa eſt, quoniam ad bonam criſim ſex conditiones neceſſariæ ſunt, vt materia peccans euacuetur. Si qualia enim purgentur, *qualia purgari oportet*, confert, & bene ferunt: ſi autem non, contrarium, & *quod tota*, quoniam quæ relinquuntur in morbis poſt iudicationes reuerſiones facere conſueuerunt, *& vt ſola, & quod per locum commodum* iuxta illud: *qua ducere oportet, vndecunque natura vergit, nec ducere per conuenientes regiones*: & *ſine nixu*, vnde Hippocrates laborioſas appellat quandoque ægre iudicari vt in *Coacis prædictionibus.*

Et, tutò ſcilicet abſque periculo. Hoc eſt quod vocat infra Hippocrates ſecuritatem. Per contrarium cum dixit in *Coacis prædictionibus. Rigor vna cum indicatione aliquatenus horrendus eſt.* In vrinarum autem criſi, quam non ſolùm ibi ſed vbique Galenus omittit, cum adeò frequens ſit & vtilis, & ab Hippocrate celebrata, ipſe verò de quo miror valde, ne verbum quidem; ſi materia expellatur, *tota* expellitur quia per ſudores *tertio Prognoſticorum*; ſolùm tenuis pars per aluum, non facilè tenuia nec quæ ſunt vltra gibbas iecoris nec in illis: at per vrinam craſſa, imo plerumque dicit Galenus & rarò per aluum efficitur, & eſt doctrina ſingularis *tertio prognoſticorum.* Quod verò *per locum commodum*, quia omnes venæ corporis in cauam facilè confluunt, & ex caua in renes eſt aditus rectus, & materia febrium eſt in venis ideo commodiſſimè. Et *ſola* non vt in fluxu ſanguinis narium & alio quouis, vbi quod bonum eſt cum malo ſecernitur, vnde noxa corpori accidit, hic verò ſuperfluum & ſolitum, quod excerni conſueuit. Et *ſine nixu*, vt in ſudore, vbi opus eſt, vt materia in vapores conuertatur, ideo tales criſes ſanguinis narium & ſudores tam ſunt ad malum, quàm ad bonum. Demum etiam eſt *tuta* ob tres cauſas, quia fit paulatim, & non incurrant illud periculum. Quicunque ſuppurati ſecantur, aut aquam inter cutem patientes ſecantur aut vruntur, ſi vniuerſim aqua aut pars effluxerit, omnes moriuntur. Secundò quod materia illa tranſit

per loca aſſueta acri humori & ſalſo, ideo non eroduntur loca illa tranſitus vrinæ, ſicut in alui fluxibus, quod non aſueta ſint inteſtina, ad mortem vſque eroduntur. Tertia quoniam oon ſit violentus motus & contra naturam, vt in fluxu ventris, in quo materiæ deferuotur à iecore ad inteſtina per venas meſaræi, cum in nutritione contrarium perpetuò fiat, eſt enim nutritio actio perpetua. Ob hæc etiam venena maximè per diuretica optimè curaotur.

TEXTVS XXXVI.

ACcidit autem pleriſque vrinæ ſtillicidium maximè his ætatibus.

COMMENTARIVS.

Cauſa eſt quoniam hi erant calidiores, & humidum habebant tenuius, & abundabant pluribus excrementis, vt demonſtratum eſt ſupra, cum dixit. *Moriebantur autem ex omnibus, & plurimi ex his pueri iam ablactati, & maiores natu octones & decennes, & nondum puberes.* Sed dices, ergo illi noo moriebantur, plures ex his mortui ſunt, quia plures ægrotarunt, *ex his* quod plures comparatione ad ægtos.

TEXTVS XXXVII.

FIebat & aliis multis tum erectè obambulantibus tum in morbis.

COMMENTARIVS.

Non intelliget hæc vnquam bene qui non meminerit, quæ ſuperius dixit, ſcilicet. *Multis autem vrinæ fluxiones cum dolore biliosæ, aquoſæ, ramentoſæ, purulentæ, cum ſtillicidio non renales. Fiebant autem hæc multis erectè obambulantibus* & reliqua, ne crederemus hæc ſolis febricitantibus tritæophyis facta fuiſſe.

TEXTVS XXXVIII.

STatim verò etiam magna quædam omnium mutatio his fiebat. Alui enim etiam ſi humectæ eſſent, maligno modo mox ſiſtebantur, cibóſque omnes libenter ſumebant. Et febres poſtea miteſerant.

COMMENTARIVS.

Par erat educta bile & pituita & ſeroſo humore corruptis per vrinam dyſenterias graues curare, qui modus curando eſt ſingularis & in his & in profluuiis malis, ac longè melior quàm nugæ illæ Galeni *primo ad Glanconem*, quo infinitam ægrorum multitudinem perdidit, Medicis illi credentibus, cum tamen vident ægros perire. Et eſt ſumptus ab Hippocrate hic, & ego docui medicos aliquos Mediolani, ſed non docui, quomodo ex Hippocratis authoritate eliceretur, verùm locum ſolum indicaui, & ita exercui, & rationem docui eius dicti. Si enim materia per amplas illas vias & cum excrementis naturalibus, & per loca vitæ minus neceſſaria & ſecutiora à læſiooe, noune longe melius erit quàm ſi per inteſtina quæ exeduntur, acriter dolent, & malum totum ventriculo communicatur, vnde coctio peruertitur, appetitus ciborum tollitur, & ita moriuntur multiplici malo. Non er[illegible] mirum, cur appetitus cibi rediret: c[illegible] febres miteſcerent, Galenus [illegible] neque cur cibum appeterent, c[illegible]faſtidirent, ſed circa iam dicta & manifeſta apertè nugatur, repeteos ſæpius & res nullius momenti. Cauſa verò cur febres miteſcerent, fuit, quod natura ſenſim cum facilitate ex humore excreto alleuiabatur: in fluxibus autem non materia, quæ febrem faciebat, ſed maiore ex parte crudi humores & cibi ex irritatione naturæ & doloris euacuabantur, nullo ægri emolumeoto & tamen magoa cum iactura.

TEXTVS XXXIX.

VErùm vrinæ ſtillicidium his diuturnum & laborioſum erat.

COMMENTARIVS.

Nihil mirum, ſed tantò ſecurius natura perſeuerante in recta operatione, nec ex dolore perterrita, nec cum periculo confertim materiam expellente; ideo cum eſſet diuturnum, & cum dolore laborioſum fuit, ita vt ægri conquerentur. Non laborioſum vt ſupra naturæ difficile & anceps.

TEXTVS XL.

VRinæ verò his erant multæ, craſſæ, variæ, rubræ, purulentæ cum dolore.

COMMEN

COMMENTARIVS.

Fit in venis velur in abſceſſibus, ex ſanguinis tenuiotibus partibus, qnæ iam ad humotnm natoram tranſennt, tes ſimilis non tamen ſimillima puri. Cur *varia*, ob humotum peccantium varietatem. Galenus refett ad vatios bomines. Sed tam appoſitè poterat dicere Hippocrates, varij etant homines, magni, parui, cum omnium vrinas ſex his conditionibus retnlerit ſingilatim, non vniuerſim. Ideo valeat Galenus cum ſua Dialectica, & viginti quatuot libris de demonſtratione, qui certè magna bona ſua fortuna interiere, ſi modò, ita eſt. Cur *cum dolore*, quoniam pus eſt acre & ſalſum, & ptopter bilem, qnæ cruda expellebatur, quod etiam in hyeme contingit, nam bene miſta aqneæ ſubſtantiæ & cocta ſioe dolore omittitur à ſanis quotidie per vrinas.

TEXTVS XLI.

ATque hi omnes ſuperſtites manſerunt, & nullum ex his mortuum noui.

COMMENTARIVS.

Concnrrentibus omnibus rationibus ad ſalutem docuit Hippocrates; ex hoc etiam in medicina poſſe fieri rationes demonſtratiuas, & certa etiam de futuris iudicia, vt in hoc caſu adeò notabili.

TEXTVS XLII.

QVæcunque verò non periculosè fiunt concoctiones excrementorum omnes vndequaque tempeſtiuas aut bonas, & iudicatorios abſceſſus conſiderare oportet.

COMMENTARIVS.

Galenus ioſtè & vt par etat dubitat an verba illa, *Quæcunque verò non periculosè fiunt*, debeant aduecti priotibus, an ſnecedentibus, ſiquidem poſterioribus ſenſus etit clariſſimus huiuſmodi. Quæcunque verò concoctiones excrementorum non periculoſæ ſunt, oportet vndequaqne tempeſtiuas aut bonas & indicatotios abſceſſus conſiderate, ita vt ſint tria conſideranda, *non periculoſæ concoctiones quæ fiunt, tempeſtiuè factæ aut bonæ*, & *indicatorij abſceſſus*. Aliter & facilius. Quæcunqne concoctiones excrementorum dum fiunt non periculoſæ ſunt in tempeſtiuas aut bonas ſcilicet maturationes ac iudicatorios abſceſſus, ſcilicet deſinunt aut terminantur. In primo ſenſu tempeſtiuum per bonum declaratur; bonæ enim ſunt perfectæ, tempeſtinæ autem etſi non perfectæ, vt ſi in incremento morbi mediocres ſint, & ad bonum tendant. Eſt etiam tertius ab hoc ſenſus hoc modo. Quæcunque non periculoſæ fiunt affectiones, ob id fiunt, quòd concoctiones excrementorum omnes vndequaque tempeſtiuæ ſunt aut bonæ, & iudicatorij abſceſſus, vt teferatur ad eſſentiam. Tune legere illa verba ab initio ſic conuenit. Conſiderare opottet, quod quæcooque non periculosè fiunt, concoctiones vndique habent tempeſtiuas aut bonas & indicatorios abſceſſus. Galeni ſenſus obſcurus eſt corrupta litera. Conſtat ſanè triplicem hunc ſenſum omnem finis ratione bifariam intelligi poſſe, aut ad prognoſticum, aut vt diriguntur ad operationem & auxilium à medio afferendum. Sed & vt melius intelligatur diſtinctio ſenſuum, & non verba multiplicemus in nugis ſophiſtarum refellendis, eum triplex ſenſus datus omnis vetus ſit, & eo cognito etiam triplex alius, qui ad operationem pertinet, diſcrimen inter illos declarare oportet. In primo ſenſu tria proponuntur conſideranda, an ſine periculo, an concoctiones tempeſtiuæ vndequaque ideſt in Principio, incremento, ſtatu & declinatione, an abſceſſus decretorij? In ſecundo ſenſu ex natura morborum venatur fines duos, illorum concoctionem tempeſtinam & maturationem bonam, ac abſceſſus decretorios, & eſt prognoſticum: in tertio cauſam, quòd quæcumque periculo carent ob id eo carent, quia vel adſunt coctiones, vel decretorij abſceſſus. Quòd ad opus attinet, in his decretoriis adiuuandam eſſe naturam ſimillibus, & in maturationibus. Maturationes iuuantur calore moderato, & humectante, naturalique. Dictum eſt autem de hoc in *Arte medendi parua*.

TEXTVS XLIII.

COncoctiones, celeritatem iudicationis, & ſecuritatem ſanitatis ſignificant: Cruda verò & inconcocta, & in malos abſceſſus conuerſa, aut iudicationis ſublationem, aut dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut eorundem recidiuas.

COMMENTARIVS.

Tria facere concoctionem breuiter docet, quorum omnium ratio non in operatione medici, ſed naturæ eſt conſtituta: ideo rectè Galenus in *commento* 45. nos admo

admonet contemplationem hanc eſſe Theoricam, quamuis ad exercitationem etiam trahi poſſit. Primum eſt celeritas iudicij, ſecundum ſecuritàs in illo, quæ cootingit abſque terribilibus ſymptomatibus; tertium eſt finis, ſanitas. Quæ tria in vnoquoque opere maximè probantur, vt cito, facilèque bonum aſſequamur finem. Quòd ergo celeritas iudicationis fiat, id pendet ex duobus, vt iudicetur, & celeriter: vt verò ſecurus ſit etiam finis ac optimus, omnia quidem ex vno pendent, ſcilicet exacto dominio virium ſupra morbi materiam. Oſtendere igitur oportet concoctionem non aliter fieri, & ſi illa adſint ſequi quæ proponuntur, vt ſit demonſtratio duplex: vna ſimplex à cauſa ſupra effectum, videlicet dominante natura, perfectè neceſſe eſt iudicare morbum, & celeriter, & bene ac facilè: altera eſt ab effectu, ad cauſam, vbi adſit concoctio, adeſt virium ſupra materiam exactum dominium.

Oſtendamus ergo primum ſyllogiſmum, nam is nobis notior eſt. Cum materia eſt in corpore, quæ putreſcit ſi vincitur à natura concoctio fit, hac enim per concoctionem nunc intelligi volumus, non ſigna, vel aliud quærentes, & ſi concoctio eſt perfecta, perfectum eſt etiam dominium: At cum dominium eſt perfectum, neceſſe eſt illa ſequi, nam quod aliquando hæc ſequantur, palam eſt ex ſenſu: at ſi fiunt cum perfectè dominatur natura, palam eſt quod quærimus: ſi autem cum non dominatur, multo magis cum dominatur, quare manifeſta eſt oratio dicta ab Hippocrate.

Vnde & illud clarum, quod quò maturatio fuerit abſoluta magis ac celerior, hæc omnia etiam erunt perfectiora; ſcilicet celeritas iudicij maior, & mitius iudicium, & ſanitas magis abſoluta: quò verò tardior & minus perfecta, ita & quæ ſequuntur tardiora & minus abſoluta, nam dominium naturæ ſupra morbi cauſam, non erit adeo euidens. Cauſa enim eſt quæ concoquitor, quæ expellitur, vt morbus ſanetur. Naturam autem dico animæ facultatem in corpore genitam, per vim quæ ineſt in iecore, tanquam in principio: inde in venis & ventriculo ſecundo loco: Tertio in toto corpore, quatenus eſt velut planta, & hanc vocant facultatem naturalem, cuius eſt concoquere, materias morborum ſeparare & expellere, vt Galenus *Quarto de Præſagio ex Pulſibus cap.* 12. Ideò qui iecur habet validum, magnum vitæ argumentum, nam in eo ferme tota vita conſiſtit: tum maximè ſi ventriculus non ſit vitiatus. Et qui credunt vitam eſſe in corde, aberrant, non enim eſt per ſe in eo, ſed in anima quæ eſt in illo. Quòd enim viuere appellat Ariſtoteles, ſcilicet quod cum motu eſt ſempiterno, vita non eſt ſed ſenſus. Senſus enim omnis cognitio eſt, vita autem ſine cognitione; quod ergo in corde eſt, maius eſt aliquid vita: nam vitam ſi conceſſit plantis, quæ eorde, motu, ſenſu carent, erit quod mouet ac ſentit vitam appellare vult, nec eſt vitæ genus, ſed quoniam aliud nomen proprium non habebat, ſic vocauit. Sępius enim declarauerat animal animal eſſe per ſenſum & motum, verùm quia in anima illa motrice, & ſenſus autore vis eſt viuendi, quonam digniore nomine vim illam poterat appellare? Apparet igitur cur dixerit, *Quæque verò non periculoſa fiunt*. Videamus modo quæ periculoſæ fiunt.

Quoniam loco concoctionis incocta habent: Et loco tempeſtiuæ coctionis incocta, & loco iudicatoriorum abſceſſuum malos abſceſſus, tunc in his par eſt contraria ratione ſequi quinque illa, quæ proponit per ordinem ab initio *acriſias*, antequam iudicentur: Et in ipſo tempore *dolores*, & vt futurum reſpicimus *diuturnitatem morbi*, Et vt finem *mortem*, & vt aliquod poſt finem *reuerſionem*. Videamus cur vnumquodque horum contingat & quando, ſimul & quomodo contingat, cum materia non fuerit concocta, verum eſſe quod dicit Hippocrates in his, qui bene iudicantur & celeriter. Quòd enim ita eſſe poſſit, experimentum docet, & ratio etiam oſtendit, quia ſi medicus per medicamentum id aſſequitur, vt *prima & Quarta Aphoriſmorum*, cur non & natura. Sed & id, ſi materia multiplex ſit, atque pars eius concocta, alia vero quæ concoctionem nondum eſt aſſequota, quid fiet? an expelletur quod ſolum exacte concoctum eſt. Demum cur non poſſit vis concoctrix valida eſſe, vt in infantibus expultrix, imbecillis, aut contra, vt in hominibus primi ſenij. Nonne quatuor ſunt illius facultatis naturalis, vel etiam quinque ſeruæ functiones, quas experimur adeo eſſe diuerſàs, vt in diabete vna ſit valentiſſima, alia autem imbecilliſſima. Ergo rectè Hippocrates dixit, *& ad malos abſceſſus conuerſa*, non quod intelligit hic Galenus idem per idem, ideſt abſceſſum, cum decumbit materia, hoc enim in illo continetur, acriſias, labores, & reliqua, ſed turgentem materiam, nam ea expellitur perſæpe feliciter abſque coctione, & à natura, & à Medico; alia nec à natura, nec à medico, atque ita ſoluta eſt vna dubitatio. Ex ea etiam conſtituemus dicta Hippocratis quaſi in tabula. *Quocunque non periculosè fiunt, maturationes tempeſtiuas, & bonas, & abſceſſus decretorios conſiderare oportet*. Atque his opponuntur *Quæcunque autem periculoſa fiunt, cruditates aut corruptiones, aut abſceſſus non decretorios habent*. Per *cruda* igitur non elaborata intelligit, per *incocta* autē corrupta, per *abſceſſus decretorios* qui fiunt iuxta ſtatus, *tempus* cum materia concocta eſt aut cum materia turget, *ab initio*, nam & illi decretorij dici poſſunt, & *mali* ſi male dirigantur. Ex his igitur neceſſe eſt, vt malè terminentur: nam cruda in acriſias & ſine iudicio manent, corrupta autem ad dolores ſeu malam iudicationem

perue

petueniunt. Iudicatio enim bona fit facta coctione, igitur cruda ooo habent iodicationem,& remanent non iudicata. Corrupta verò malam afferoot iodicationem. Diſponemus ergo clarioris exempli cauſa ſingula hoe modo vt io tabula.

Cruditas igitut prohibet iudicium, corruptio facit malum iudicium, abſceſſus malus alterum eorom. Ex vtroqoe horum ſi in extremo ſint mors contingit: ſi mitiſſima, ſanitas, ſed cum reuerſione motbi; ſi mediocria morbi diuturnitas, quæ turſus duplex eſt: alia cuius finis turſus eſt mors, alia cuius finis eſt ſanitas.

Rurſus videamus, cur & quomodo, & quandó acriſia fiat & mala iudicatio. Conſtabit hoc ſi declarauero prius, cur fiat iudicium, & à quo. Superius diximus, iudicium fieri à natura, ſed à morbi cauſa irritata, cur ergo non in principio? Quoniam in principio non à materia, ſed à ſymptomatibus potius motbi natura irritatur, veluti ſiti, dolore, æſtu, anxietate, ſic & in abſceſſibus: à clarioribus enim initium doctrinæ eſſe debet. Cum incipiont, iam non homo optat euacuationem, ſed quærit doloris ſedationem, & refrigerationem: at poſtquam iſta conquieuerint, oec aliud ſentit quam pondus & pruritum, tunc optar expellere materiam illam: & tunc vel ſponte abſceſſu rupto, vel auxilio medici exoneratur. Idem contingit in motbis internis, ſeu cum abſceſſu, ſeu à materia diffuſa.

Ab Initio & vſque ad ſtatum patiens ſentit ſymptomata qualitaris morbi, & ideo tunc oatura quærit ſolum, vt illa mitigentur, & dum concoquitur materia, ſentit febrem, & dolores, ſeu æſtus, ſi noo ſit collecta: & ab his obumbratur ſenſus materiæ: ideo dum concoquitur, non ſentit moleſtiam materiæ, ſed morbi. Ideo dicebat Hippoctates *ſecunda Aphoriſmorum*: Dum pus conficitur, dolores ac febres fiunt magis, quam iam confecto. Concoctio enim finit purredinem manente ſubſtantia, vt Galenus dicebat in *Arte medica*, nec addoco illum hac in parte ad talia confirmandom, quippe quæ dicuntut per ſe manifeſta ſuot, neqoe ille quicquam dixit præſertim In hac materia, oiſi pertritum & per ſe manifeſtum, difficilia autem & abſtruſæ ſcientiæ oe attigit quidem, ſed vt qui Galenicos ſe vocant perſuadeantur, vt cum Philoſopho *ſecundo prima Philoſophia, cap.* 13. collocentur inter illos homines, qui rationi noo credont, ſed exigunt aotoritatem viri, cuius nomini addicti ſint. Conſtat igitur, quod criſis fit ſui natura ſolum, iam ſedato morbo, cum natura non ſentit niſi moleſtiam ipſius materiæ, qui ſenſus impeditur à ſymptomatibus morbi. Et ideo licet fiat in ſtatu coctionis, tunc tamen ſymptomata omnia mitiora facta ſunt, quod Galenus fatetur ipſe *ſecunda Aphoriſmorum com.* 29. Et ideo criſes ſui natura, ſi non anticipauerint ſunt ſalubres, qoia fiunt ſedatis morbo & illius ſymptomatibus, & præterea coococta materia, quam concoctionem ſenor natuta, velut etiam abſolutionem pueri iu hora partus, & quærit illum protrudere, & ille exire.

Sed anticipat criſim natura quatuor cauſis, ob quas continuantur criſes malæ. Prima eſt motus materiæ, qui eſt cauſa vt materia ſentiatur, ideo natura expellere illam aggreditor, vt io materia turgente, etiam ab ioitio morbi, & in iocremento: & fiunt criſes bonæ: ſed ſæpius malæ, quia materia non eſt concocta, & natura imparata, & ex improuiſo illam aggreditur, & ideò idem licet facere medico.

Secunda eſt, cum materia eſt adeò multa, vt natuta ſentiat illam moleſtiam, & tunc cogitur aggredi: Et cum ſit ſine motu, & oon præparata, ſemper fit criſis mala: Ideóque medicus in hoc nunquam debet imitari natutam quia imitaretur naturam malè operantem. Tertia cauſa eſt, cum pars materiæ eſt concocta, & pars non: & concoctam ſentit natura & aggreditor, Et tunc ſi ſit ſeparata à cruda, bona ſequitur criſis, ſed non eſt perfecta criſis, & hanc debet imitari medicus, & porgare illam. Sed ſi materia cocta crudæ permiſta ſit, ſequitur mala criſis, quia vel maximo nixu natura etiam expellit materiæ crudæ partem, vel ob crudam fruſtrata voto, nec coctam expellere poteſt. Et ideo ſi non poteſt hoc natura, multò minus medicus in hoc caſu id facere non debet, quia etiam deterius erit. Quarta cum materia fuerit maligna, vel peſtilens: nam ſymptomata morbi adeò quandoque quieſcunt, vt natuta decepta aggrediatur pugnam, & ſuccumbat. Galenus putat ſymptomata aboleri, quia natura euicta non ſentiat morbum, ſed ſi ſic eſſet, ſemper vires eſſent proſtratæ ante criſim. Dico ergo, quòd ceſſant ſymptomata, quia ceſſat actio, & ceſſante actione, natura aggreditur materiam ex ordine ſuo, & ita cum materia illa praua ſit mota, extinguit naturam & ſpiritus, & occidit. Cruditas ergo per ſe eſt cauſa acriſiæ, vt corruptio mortis.

Cauſa autem cruditatis eſt vel imbecillitas naturæ, vel frigiditas, vel ſiccitas, vel craſſities, & denſa ſubſtantia. In iſtis tribus vltimis caſibus, ceſſat etiam operatio caloris putridi, & remanet materia cruda ſolum, ſed in primo caſu corrumpitur materia à calore putrido, & non concoquitur à naturali, & fit vt dixi corruptio. Et hoc declarabat Galenus *Primo de differentiis febrium cap.* 6. Cauſæ verò tarditatis criſis aut impedimenti eius, Prima eſt non ſentire naturam materiæ impedimentum, nam abſque illo noo poteſt vllo modo ſequi criſis. Secunda eſt imbecillitas eiuſdem: quæ & ſi ſentiat non poteſt peragere. Tertia eſt impedimentum externum, medicamentum, ſectio venæ perperam adhibita, frigus, dolor, timor, triſtitia, cibi onus ac ſimilia. Primæ autem cauſæ proprium eſt vt dixi ſæuitia ſymptomatum, motbi,

morbi, quæ impedit ſenſum materiæ, & cruditas, quæ iuncta frigiditati obtundit ſenſom illius. At dices fiunt nihilominus criſes ſæuiente morbo, & malæ criſes in ſtatu, quæ fieri non poſſent, ſi iam nihil eſt, quod naturam præter rationem ad criſim ante tempus compulerit. Dico quòd ante ſtatum vel in ipſo fiunt criſes ſæuiente morbo ob motum materiæ, & hoc eſt quod dixit Hippocrates *ſecunda Aphoriſmorum* cum dixit *Quibus criſis fit, bis nox difficilis ante acceſſionem: qua verò ſubſequitur leuior vt in pluribus.* Et ſi conſideres exempla ægrorum Hippocratis, plerumque vigebant & febre magna corripiebantur ante criſim, & hæc febris eſt ex genere quaſi ephemerarum, quia fit ex motu materiæ non putredine. Et hæc fit ad criſim, non criſis in illa vel ex ea. Et ideo criſim bonam neceſſe eſt vt præcedat quies à morbo, & criſis quæ fit non præcedente quiete, ſed continuato morbo, ob id etiam neceſſario eſt ſymptomatica, & plerumque mala. Et ſi obijcias quod Galenus dicit, quòd criſes plerumque fiunt in diebus acceſſionum, & hoc maximè cum in tertia, quinta, aut ſeptima vel vndecima, dico quod in intermittentibus & continuis, iam ſunt remiſſa aut ſymptomata, ſed in intermittentibus manifeſtius, aliter ſi ſubſequatur violenta eſt. Quæ verò contingit in vigore morbi, & eſt mala, non eſt ob motum materiæ, qui tum iam ceſſauit, etiamſi ſit turgens: neque ob multitudinem nimiam materiæ, nam non poteſt tunc tam multa eſſe materia, vt criſis ob id ſolum mala fiat: ſed ſi natura non poteſt eam ſuperare, corrupta iam eſt. Igitur talis criſis neceſſario mala eſt, quia materia planè corrupta eſt, aut quia pars illius ſolum eſt concocta. Igitur criſis mala tempore ſtatus eſt deterior omni alia alterius temporis, & plerumque lethalis: lethalis ſi ob corruptionem, mala eſt; valde mala; ſi ob miſſionem materiæ crudæ cum cocta. In aliis temporibus non adeò bona, ſed nec adeò exitij ſignificatrix: fit enim ob motum materiæ, vel quia ſolum pars concocta eſt, vel ob multitudinem, raro ob prauitatem, cum nondum perfectam corruptionem adepta ſit.

Solum id reſtat vt videamus, quod antea propoſitum eſt quare neceſſe ſit, cum facultates naturæ inſeruientes ſint diuerſæ, vt ſi materia ſit concocta, vt etiam poſſit expelli, & ſi non, non. Reſpondeo quòd materia ſi concoquitur, quia comparatio fit ad idem, etiam poteſt expelli, quia vires illæ eædem ſunt in radice, & ſi concoqui non poteſt, multò minus poteſt expelli: quia ante facilius potuiſſet, nam vires erant validiores & materia minus praua, quia nondum corrupta. Patet igitur quod ſi materia ſit cruda aut corrupta, vel ad malos abſceſſus deriuata, iudicationes aut non ſequi, aut malas, inde vel mortem, vel diuturnitatem morbi, vel reuerſiones. Demiror autem, quomodo cum Galenus hæc principia iudiciorum & concoctionum non nouerit, potuerit tot libros de Criſibus ſcribere. Sed palam eſt, quod pauca docuit in illis, & quæ experientia comperferat, pertrita & per ſe cognita: rem autem ipſam non cognouit, præſtitis tamen quod potuit, & multa circa propoſitum & adherentia declarauit.

TEXTVS XLIV.

QVod verò ex his potiſſimum futurum ſit, ex aliis conſiderandum eſt.

COMMENTARIVS.

Cruditas materiæ, illius corruptio, malus abſceſſus declarant acriſias, & mala indicia, ex quibus mors aut morbi diuturnitas aut reuerſio contingit. Quid modo horum futurum ſit, cum non parum interſit, moriturus an ſit æger, an denuo ægrotaturus, ex aliis ſignis magis propriis condiſcere oportet. Talia autem ſcripta ſunt ab illo in *libro Prognoſticorum de Indiciis & de Coacis Prædictionibus*, & cui titulus eſt *Prædictionum.* Nec eſt vt rem tam grandem quam conſultò hic omittit, ob longitudinem declarare, ego docere nitar. Sed in genere hoc ſcire ſufficit, concoctionem fieri tribus: temperamento membrorum ſolidorum, calore ſpiritus aduenientis, & permiſſione cum humoribus bonis, quod etiam videmus in metallicis. Ea enim quam vocant marrem & ferrum, & alumen, excoquuntur, cum ibi pars ſit ferri, ibi aluminis, & panem non niſi auxilio fermenti fermentant. Vis ergo eſt in temperamento ſolidorum, quorum ſubſtantia ſi læſa ſit, vix fieri poteſt vt coctio proficiatur. Hic Galenus *com:* 46. magnam mouet difficultatem in hectica cum putrida coniuncta, an poſſit curari: vult enim ſi reſtitui debent, ex putrida concoqui humorem, vt concoquatur *neceſſe eſt* inquit, vt *ſolida reſtituantur: at ſi ſolida reſtitui debeant, hecticam oportet curare?* hæc illius ſententia: ſed ſi ſic, quomodo hecticam curabimus, quæ in dies magis ac magis à putrida febre confirmatur. Manifeſtum eſt igitur in huiuſmodi, quomodo ſimul ambas curabimus, vt in *Arte medendi parua* docuimus, his magis auxiliis, quæ alterius oppoſitæ diſpoſitionis auxilio non indigent, velut purgatione & balneo aquæ frigidæ.

TEXTVS XLV.

PRæterita dicito. Præſentia cognoſcito, futura prædicito.

COMMENTARIVS.

Hoc totum in libro Prognoſticorum ipſe declarat his verbis: *Prænoſcens enim & prædicens apud ægrotos, & præſentia, & præterita, & futura, & quæ ipſi ægroti relinquunt exponens, fidem vtique feceris, quòd ægrotorum res magis cognoſcat, quare audebunt homines ſeipſos medico committere. At verò curationem optimè feceris, vbi prænouerit futuras affectiones.* Per *præſentia* intellige morbum, cauſam & ſymptomata.

TEXTVS XLVI.

HÆc tractato. Exerceto circa morbos duo: vt iuues, aut non noceas.

COMMENTARIVS.

Diximus ſuperius; exponentes illud *Quæcumque verò non periculosè* ſex habere ſenſus; quorum tres ad præcognitionem, totidem ad operationem pertinerunt, hic poſtquam de præcognitione locutus eſt, ad operationem peruenit. In Galeni codice ſunt ante hæc verba *Hæc meditator*, loco eorum ſcribit *Hæc tractato*, ſed melior eſt Galeni explicatio quanquam ipſe vertat ad exercitationem. Mihi videtur potius epilogus dictorum, *hæc quæ dicta ſunt meditator*. Quæ verò exercere circa morbos oportet, duo ſunt, vt iuues, aut non noceas. Videbatur hoc tritum atque vulgare præceptum, ſed vt inquit Galenus, & noſtra ætate etiam nunc videre licet, nihil eſt magis neceſſarium reputantibus nobis, quòd ferme omnes medici ægros perimunt dum ſanare ſtudent, vt aliquid facere videantur. Idque etiam in principibus viris atque impune. Vidi vnum qui conuulſione cum febre laboranti cucurbitulam cordi applicuit, ex qua mortuus etiam eſt, & vir è genere principum erat. Alius attonito laboranti vertebram inurere satagebat. Quid dicam in febribus, in animi deliquiis, oua, carnes, intempeſtiuè oblata. Quid de emplaſtris Bononiæ quæ præcordiis applicant, contra præcepta Galeni? Et in fluxibus alui eum vi aſtringũt materias eas, quibus retentis perire neceſſe eſt? Infinita ſunt huiuſmodi. Sed hic memetipſum laudare etiam nolentem cogit Galenus: ſcio quod expectas vt dicam, me ſemper huius præcepti memorem fuiſſe, non dico hoc: nam & ſi fuerim, hoc potius mihi contigit, quod Deum ſim veritus, quam quod huc reſpicerem. Quid ergo quod cum Galenus dicat, numquam ſe attuliſſe auxilium cuiquam ægro, cuius in ſe non fecerit periculum, an obeſſe poſſet, nec modum huius periculi docuerit. Ego (nunc eſt quod dico) qui omnia ardua tractaui, Qui de ſubtilitate, Hyperchen, Geometrica, Arithmetica, Paralipomena, Proxenitinque ſcripſi, vt nihil ferme imperuium mihi fuerit, non tamen aſſequi poſſum, quonam pacto ipſe periculum fecerit de auxiliis adhibendis ægris: an cum miſſurus erat ſanguinem, tum maximè ad defectionem animi vſque, & ipſe ſibi mitteret, tum verò & de medicamentis ac helleboriſmo. Et quonam pacto illud certum ei eſſe potuit, quòd quæ ei non nocebant ægro non eſſent nocitura, & rurſum quæ obeſſent illi, etiam ægro. Videntur enim labores non nocere ſanis, at ægros perdunt: contra inediam, venæ ſectionem, medicamentum ſani malè ferunt, & quidam mortui ſunt, quæ ægris ſunt perſæpe vtilia. Deinde ſi medicinam vt reor legittimè exercebat, vt quindecim aut viginti ægros ſingulis diebus inuiſeret, quonam pacto ſingulorum medicamenta atque etiam reliqua auxilia experiebatur? Iuro ſanctè ad hanc vſque diem ne vnius auxilia me expertum eſſe, Et ſi modo vinum præbibi, quo vſurus eſſet æger, id ſolum feci, vel poſtquam ab aliis medicis, aut ab ægro rogabar, ne nimis auſterus viderer. Sed ad vtiliora tranſeamus.

Cum Galenus dicat ſi pereat æger ex vi medicamenti, tunc ſenſurum medicum quid referat dictum Hippocratis. Ego intelligere vellem ſuppoſito animi noſtri interitu, vt facit Galenus, quid hæ minæ valeant. Nam ego in Theonoſto in Hyperchen in Gugliermo oſtendi animos noſtros eſſe immortales, longaque tandem diſſertatione declaraui, ſolum probum felicem eſſe: expectanda merita præmia tum pœnas ab obitu noſtrarum actionum. Itaque de his nos iure agere poſſumus, Galenus non ita, ſed ridiculus euadet.

Forſan melius erit & ad rem pertinebit poſtquam haud dubiè Medici noſtra ætate falſis Philoſophorum perſuaſi opinionibus nihil penſi habent niſi præſentia: at conſtat ſi ad ea ſolùm reſpicimus, melius videri ad gloriam nominis, quibuſcunque auxiliis etiam enormibus vti, quàm deſerere ægrotantem: nam ſi ſeruentur exiſtimabunt his auxiliis raris eſſe ſeruatos, vt pro miraculo habeantur; ſin pereant non defuiſſe Medicum, quin quodcunque potuerit, adhibuerit, ſimul hac via præcludunt viam, ne peritior illis eos ſeruare poſſit. Quod ego exemplum à quibuſdam factitari quotidie video, lex nulla cohibere poteſt. Ratio non ſufficit, conſcientia facti non terrentur. Si rem ad pugnam & coniunctos redigas, maiore periculo res


tua, quam quiuis illorum agitur, vt qui plures ſint & audaciores, & ad maledicendum promptiores: vt cuiuſcunque ægri mortem qui in manibus tuis pereat, in tuum caput recudant. Officij ſane fuerat Galeni, ſi quid habebat admonere nos, quonam pacto retunderemus horum inſaniam, etiam ſine illis auxiliis. Ergo illud præ oculis ſemper habendum, ſi licet melius rebus noſtris conſulere, atque maiorem vtilitatem capere rectè agendo, quàm perperam; cui dubium eſſe poteſt quin debeamus rectè agere, etiam ſi peſſimi eſſe velimus atque impij. At modo conſtat hominem, qui ita aſuerus ſit ab initio, vt nihil noceat & cautum videri & prudentem, & querelam nullam de ſe audire apud ægrum vel aſtantes: is verò qui tumultuariè medetur, ſæpè incidit in illud, tu me medicamento iſto enecaſti, vt tandem ad id perueniat neceſſe eſt, tanquam temerarium & præcipitem fugiant, nã antequam occidant quæ obſunt, primum neceſſe eſt vt plurimùm obſint, dolores excitent, & magnam moleſtiam afferant. Quod ſi perſiſtat vt non remoueat medicamentum, tandem vi coacti abijciunt & leuantur, vnde tunc periculum etiam maximum vitæ ſubis, infamiæ certè adeò turpis, vt in os & faciem id crimen obijciant: ſi remoues, iam prodis errorem tuo teſtimonio. Aduenit prætetea, qui petit vndenam hoc auxilium ſumpſeris, rationem exigit: inuidus Medicus negat eſſe rationale, ibi vndequaque hæres, quæ vita miſero? interim incidis in aliquem cui eſt Pater amans actiſque homo, aut in matrem optimi filij, aut fratrem iam nuptæ ſororis, tum verò etiam in vitæ diſcrimen venis. Ergo hoc eſt, quódque magis ad expoſitionem textus pertinet, ſi morbus notus eſt, nec neceſſitas vlla te vrget, vtere ſecuriſſimus: ſi notus ſed periculoſiſſimus proteſtatione facta, validiſſimis, ſi opus eſt, ſtatim vteris, ſed tamen ſenſim experiendo, quantum proſis. Veluti eſt febris ſynocha ardentiſſima, cogeris ſanguinem ad animi vſque defectionem mittere; mitte, ſed cum quantitas magna fluxerit, vide quali conſtantia pulſus reſiſtat, quali animo ipſe perſtet, quonam pacto ſanguis calidus effluit; & conſtanter, an contrahatur cutis faciei, an oculi contrahantur, an nictent, an intendantur, an calor ad liuidum aut fuſcum vertatur, an ſudores frigidi prodeant: an mente moueatur, an membra tremant. Itaque ſtatim ceſſatò paratis auxiliis ex aqua frigida, odoribus iucundis, loco frigido, offa panis ex vino albo odorato diluto vel malo Punica, ex frictione leui extremorum, ex irroratione faciei cum aceto & aqua. Sed ſi nihil illorum apparuerit perſeuerato. Ita etiam in momentaneis licet à minimis inchoare. Sed ſi morbus ignotus ſit, præceptum ſequere Principis, à lenioribus ſemper eſſe inchoandum.

TEXTVS XLVII.

ARs ex tribus conſtat, morbo, ægroto, & medico artis miniſtro. Agrotum cum medico morbum aduerſari oportet.

COMMENTARIVS.

Non omnia poſſumus omnes, ingenio alij, alij iudicio, alij memoria valent: alij ſtudio & diligentia ac genio ſibi iter aperuerunt. Quorſum attinebat tam diu verſari in re clara, vt nihil in ea ſingulare adduceret? Nam cum dixiſſet Hippocrates *prima Aphoriſmorum. Oportet autem non ſolum ſeipſum præſtare oportuna facientem, ſed & ægrum & aſſidentes & exteriora*, ſupple ſi velit curari à morbo. Hic tria in vnum colligit, & quæ quatuor erant fiant duo, ſcilicet cum ægro aſſidentes & exteriora, omnia enim hæc ex parte ægri ſunt. Cum igitur tres fuerint quantitates æquales, & vnam alteri addideris, viciſſim erit rationis ad rationem proportio quadrupla.



Velut ſi ſecundus, qui ſit ternarius addatur, primo fiet ſex, ad tria primi ad tertium contraria ad ſex dupla ad ſubduplam quadrupla eſt. Ductis enim ſex in ſex fiunt triginta ſex, & tribus in tria nouem, ratio triginta ſex ad nouem quadrupla eſt. Sed non hoc tantum eſt quod voluit, ſed hoc inſinuauit, quod eſt frequens, cum duo Medici aduocantur, & vnus eſt præſtans, alius nequam: nam tunc medicus egregius non poteſt opitulari morbo, quia tantundem ſe retrahit qui iniquus eſt. Proh Deum fidem! aliqui ſunt eiuſmodi, vt melius eſſet nullos eſſe medicos quàm tales, etiam ſi duo ſolùm mali impediunt centum bonos. Medicum igitur admonet magis propter hoc, vt dicat aſtantibus, & ſe culpa liberet, quàm moneat de re tam clara. Quod autem Medicus ſit artis miniſter pro axiomate habendum eſt.

***

TEXTVS

TEXTVS XLVIII.

CApitis ac colli dolores ac grauitates cum dolore, cum febribus ac ſine febribus.

COMMENTARIVS.

Quidam olim temere ex capitis & colli doloribus ac grauitate phrenitidem adeſſe nunciabant. Hos redarguit Hippocrates dicens: Iſta etiam contingunt ſine febre, non ergo phrenitim declarant. Cum ergo cum febre fuerint, tunc periculum eſt, ne phrenitis adſit, quod vt cognoſcas ſcias.

TEXTVS XLIX.

PHreniticis quidem conuulſiones, ſed & viroſa vomunt; Et quidam ex his ſubito moriuntur.

COMMENTARIVS.

Si ergo iſta ſint: Phreniticorum, inquit, adſunt *conuulſiones* & *vomitus virulenti*, & *quidam ex his etiam ſubitò moriuntur*, magnus enim valde morbus eſt phrenitis. Ex quibus conſtat hoc totum vſque ad tertiam conſtitutionem ſcilicet inchoando *Præterita dicito*; alterius eſſe præclari viri, qui illa in margine adnotauit: quibuſdam autem turpe viſum adeò præcipiti curſu poſt pauca ad tertiam deuenire conſtitutionem. Quod ſi quis arbitretur illud totum *Quæcunque verò non periculosè* & alterius eſſe, non negabo, vera tamen ſunt quæ in his continentur & demonſtratione indigent. Atque ego non dubito, quin hæc omnia ſint commentitia, quorſum enim inter ſecundam & tertiam conſtitutionem hæc & etiam præter propoſitum interponere, cum nihil inter Primam & Secundam poſitum ſit. Et etiam quis non videt, quanta grauitate legantur vna poſt aliam, quàm abſurda ſit hæc additio.

Quæramus igitur an omnibus phreniticis conuulſio adueniat: nam quod morituris omnibus & aliquibus etiam qui ſanantur poſt, haud dubium eſſe exiſtimo. In primo Prædictionum inquit; Soporoſi in principiis euadentes cum capitis, lumborum, præcordij, colli dolore vigilantes, nam phrenitici fiunt? Conſtat ſane veram phrenitim abſceſſum eſſe in cerebri membranis ex bile flaua, quocirca cum confirmatur, conuulſiones adueniunt, cerebro nimis concalefacto & exſiccato, vel etiam ob multitudinem vaporum. Et quamuis conuulſio malum ſit ſignum in phrenitide, nihilo ſecius medium eſt inter pathognomicum & aſſidens: confirmatę enim phrenitidis eſt ſignum pathognomicum, aſſidens autem cuiuſcunque. Sed & vomitus aſſidens eſt dicebat Hippocrates in *Coacis prædictionibus*: Phrenitici cum perfrigeratione ſaliuam fundentes vomitum nigrum indicant. Idem *ſexta Aphoriſmorum*: Quibuſcunque cerebrum præciditur iis neceſſe eſt febrem & bilis vomitum ſuperuenire. Hæc ratio facit, vt cerebrum male affectum vehementer afficiat neruos ſexti paris ad os illius venientes. Cur autem bilis potius quàm alius humor, in expoſitione illius Aphoriſmi dictum eſt.

TEXTVS L.

IN ardentibus autem & aliis febribus, quibus colli dolor & temporum grauitas & caligo vertiginoſa circa oculos, aut etiam præcordiorum diſtentio, non cum dolore fit, his ſanguis per nares erumpit.

COMMENTARIVS.

Hoc eſt tertium decretum doloris capitis & colli; nam primum eſt vt ſi ſine febre ſit: ſecundum vt ſi cum phrenitide, tertium vt in febre ardente. Idem *tertio Prognoſticorum* hæc habet. *Quibus in febre non exitialis caput dolet, & tenebræ oculis offunduntur, ſic vt viſus hebetetur, & ſplendores eis apparent, & alterum hypochondrium contenditur, neque cum dolore, neque cum inflammatione: ſanguinem in his è naribus expectare oportet, maximè verò ſi adoleſcentes fuerint.* Hæc eadem ſunt, quæ ibi narrata ſunt. Sex vtrinque aſſumuntur ſigna fluxus ſanguinis narium, in febre ardente magis, tum in aliis non exitialibus, nam bona ſigna in morituris non ſunt expectanda, ſi dolor capitis hic additur colli grauis, & caligo vertiginoſa ante oculos & præcordiorum diſtentio ſine dolore atque inflammatione, ſanguinis profluuium è naribus expectare oportet. Videamus modò ſingulorum cauſam. Febris ſeruere ſanguinem facit, tum magis ardens. Dictum eſt autem de hoc ſupra. Capitis dolor grauis fit à materia, non à vaporibus, & ſi adſit colli etiam magis: bilis autem facit dolorem acrem & pungentem. Itaque cum nec materiæ frigidæ ſurſum facilè ferantur, repletionem ſanguinis in capite factam eſſe docent. At oculorum vertigo & caligines fiunt fumo è ſanguine, ob caliditatem febrilem, per cauos neruos veniente. De tumoribus autem hypochondriorum ſine dolore atque inflammatione, maior eſt quæſtio, nam reliqua cuiuis perſpicua eſſe poſſunt. Quod etiam dolor

& inflammatio hypochondriorum facere poſſit ſanguinis fluorem, antea docuerat, ideò non excipitur vt impedimentum cauſæ, ſed ne ordo præuertatur hic enim de ſolis febribus non abſceſſibus agit. Alia autem ratione febres, alia abſceſſus ſanguinis eruptione è naribus terminantur. Cum ergo iecur aut lien ſanguinem ad caput propellit, incaleſcit locus ille & vapore plurimo impletur, qui delatus ad ventrem, tumidum locum efficit, ſed mollem ac ſine dolore contentum tamen: non vt quando humore locus impletus eſt. Ex quo etiam facile percipitur, qua parte ſanguis ſit erupturus. Manifeſtum eſt enim, quòd ex hypochondrij parte, in quo tenſio apparet. Eſt etiam eiuſmodi tenſio cum calore loci. Solet his addi ſignum ſumptum à lachrymis, vt infra ex Primo huius. Et à Galeno pulſus exundans, qui quaſi certum eſt ſignum vt chorus perficiatur. Hinc patet quod dixi, interiecta eſſe hæc, quandoquidem alibi & exactius tranſcripta ſint, niſi quis dicat prius quidem ſcripta eſſe, tranſlata autem eò: ſed non recordante Hippocrate, non delere quæ hic prius ſcripſerat, quod ferme nefas eſt dicere.

TEXTVS LI.

QVibus autem grauitates totius quidem capitis, oris autem ventriculi morſus adſunt, ſuntque nauſeabundi, hi biliosa & pituitoſa vomunt.

COMMENTARIVS.

Et hoc ferme ad vnguem ex eodem loco exceptū eſt, ſi quis per febrem non exitioſam dixerit caput dolere, aut etiam aliquid tenebricoſum ante oculos obverſari, aut etiam ſi ventriculi oris morſus in eo extiterit, biliosa vomitio aderit. Verecundor autem Galeni nomine grauiter, qui ibi non ſolum Grammaticum, ſed grammatici filium ſe prodiderit, quandoquidem contendit officium eſſe expoſitoris ſolum difficiles dictiones explicare, non cauſas eorum quæ dicuntur: ſed admonitus ab aliquo, credo qui inſulſam ſententiam illius damnabat, pollicetur id præſtiturum, quod ægrè tamen præſtat. Nonne animaduertebat hoc eſſe officium expoſitoris Grammatici, quia illi ſolum de dictionibus agunt. Sed Philoſophi aut Medici quomodo hoc erit officium? Nonne expoſitor ſenſa exponit, quomodo ſenſa exponet ſolis dictionibus interpretatis. An non etiam difficultas maior eſt in conſtructione? nam dictionibus ſatisfaciunt lexici, Ipſe vero libros ſexaginta ſeptem lexicorum dicitur conſcripſiſſe. Nonne maior eſt difficultas in coniunctionibus, in his quæ ſubintelliguntur, & ad quæ referuntur. Itaque qui illius nomini addicti, conſiderent ex hoc ſuomet teſtimonio, quo ſi quis eum egregiè odiſſet, in illius contumeliam maius dicere non potuiſſet, quid ipſemet ſcripſerit. Equidem ſi expoſitor non vltra progredi debet, cuiusnam vellem ab illo interrogare officium erit, poſt modum declarare ſententiam & explicare cauſas. Erubeſco ſanè illius nomine. Quid ergo? Et quandoque bonus dormitat Homerus. Multa bene dixit, multa etiam melius fuiſſet vt ſilentio prætertijſſet. Sed ad rem redeo clara eſt ſententia. Ponit enim quartum modum grauitatis capitis, qui conſtat ex tribus ſignis, grauitate ipſa capitis, oris ventriculi morſu, & nauſea, quæ ſignificant redundantiam bilis atque pituitæ: bilis quidem ob morſum ventriculi, pituita ob grauitatem capitis, verius commune ſignum quòd ſint nauſeabundi. Nam bilis quia leuis & amara nauſeam mouet: pituita autem quia facit inundationem. Liquet & ex hoc, hoc totum vt dixi inſitum eſſe.

TEXTVS LII.

PLerumque verò pueris in talibus afflictionibus conuulſiones fiunt: Mulieribus autem tum eædem, tum ab vteris dolores. Senioribus autem & quibus iam calor ſuperatur, paraplegiæ vocatæ, leues ſiderationes, aut inſaniæ, aut oculorum priuationes:

COMMENTARIVS.

Rurſus in eodem nauigamus flumine, ſed non ad portum vſque peruenire poſſumus. *Tertio enim Prognoſticorum tex 34.* inquit; pueris conuulſio accidit ſi febris acuta fuerit. Et loquitur de his, quibus caput grauatur cum ventriculi morſu atque nauſea. Cæterum cum illa ſint explicata ibi, de reliquis quæ non ſunt explicata iure agendum eſt, Mulieribus ſcilicet atque ſenioribus. Equidem mulieribus eiuſmodi tum vteri dolores adueniunt. Dictum eſt autem ab Hippocrate *ſecundo de Morbis Mulierum* quod vteri dolores fiunt à fuliginæ & flatu, intelligit per fuliginem vaporem craſſum: per flatum autem tenuem, vbi etiam apponit auxilia. Cauſa cur parum de vteri dolore tractauerit Hippocrates duobus aut tribus locis, eſt quoniam dolor non eſt morbus, ſed ſymptoma & ſignum, & Hippocrates tractauerit plene de vteri morbis, tractauit de quibuſcumque cauſis præcipuis doloris, vt ſolum remanſerit cauſa ex fuligine. Nam vteri dolent vel propter abſceſſum, vel vlcus, vel

ſitum,

ſitum, vel materiam contentam, aut intemperiem: *Abſceſſus* inflammatio vel carcinoma propter: *materia contenta* humor aqua flatus. *Intemperies* calida aut frigida: reliqua parum mouent. *Situs* contortio lapſus. Galenus vult hanc intemperiem contingere ex conſenſu ventriculi, atque vtinam dixiſſet quomodo. Certum enim eſt conſentire vterum cum ventriculo, poſtquàm mulieribus contingit affectio illa, dum vtero gerunt quæ *Pica* vocatur à Græcis, cum ſimilitudine pennarum, quæ variæ ſunt, ei conueniat vt à Paulo Aegineta, ſed quomodo conſentiunt, planum non fecit. Nam venis iecur, cor arteriis, cerebrum neruis, at cum ventriculo quid habeat vterus commune, non video. Si enim ſubſtantiam dicas, inteſtina potius quam vterus affici deberent. Certè Galenus facit vt Epicurus, vt quauis ætate improbi medici, qui auctoritate pacta malè abutuntur: hoc ſolum intereſt, quod illi malè partis abutuntur, is nimia ambitione bene partis. Propterea conſenſu cognito trium partium principalium, cum omnibus membris, tum etiam teſtium ob conſenſum, quem cum corde habent, & cerebro, ob ſeminis naturam; reliquum eſt vt ventriculi quintum conſenſum & conſenſus tertium genus dicam: nam de eo qui eſt cum inteſtinis, cum vna ſit ſubſtantia, vel cum colo, quia coniuncti ſunt, non eſt vt dicam tanquam notiſſimo. Haud etiam obſcurum eſſe arbitror, primum conſenſum eſſe, & per ſubſtantiam ipſam, & per facultatem: ſecundum verò per medium vt quartum iam dictum per ſubſtantiam vnam aut coniunctionem. Quin & illud notum eſt, eadem ratione qua ventriculus cerebro conſentit ac iecori, eadem pariter hæc illi viciſſim conſentiunt. Certè negare non debemus quæ ſunt, quia ſationem ignoremus, aut communes cauſas afferre pro propriis, ſed potius fateri noſtram ignorantiam. Si quis dicat ſimilitudinem eſſe in ſubſtantia, in magnitudine cauitatis, ob id conſentire viciſſim: digna ſunt hæc fabulis, non naturali Philoſopho aut Medico. Tum verò illud admirabile & verum, ſed cauſam non ſubiungit Galenus, ſcilicet vterum ventriculo in quibuſdam conſentire, ſcilicet & in quibuſdam non. Ergo dicamus conſenſum hunc eſſe triplicem: Primus eſt vt eiuſdem cum articulis, in podagra, cúmque hęmorrhoidibus. Expertus ſum vtrumque in iuuenta cum faſtidium ſentiebam in ventriculo, erumpebant hæmorrhoides: nunc cum illud ſentio, podagra me aggreditur; iſtud euenit, quia iecur dum ſe exonerat, mittit materias etiam ad ventriculum tanquam vicinum, & cum quo habet conſenſum magnum per venas & inteſtina, medio venarum meſaræi: & etiam quia ventriculus ob cauitatem non poteſt prohibere eas, ſed facile recipit. Hic conſenſus eſt potius per viam ſigni quàm cauſæ. Nam cum iecur exonerat materiam, ad vterum accedunt ſupradicta. Secundus eſt per id quod concoquatur in eo: licet enim denuo concoquatur in iecore, alimentum retinet tamen primigenia peccata, per quæ afficitur quod ſimillimum eſt. Corrupto enim chylo in ventriculo propter bilem cum miſtam, tum actionem illius impedientem, & ſimiliter propter pituitam eiſdem cauſis corrumpuntur, quæcunque ſimillima ſunt illi membra, velut in ſingulis generibus peſtis, tranſit ex oue in ouem, boue in bouem, homine in hominem; ideò maximè afficitur totum neruoſum genus, atque ita inteſtina & vterus: ſed inteſtina non adeò, quia ſemper ſunt plena excrementis, nec habent tot venas aut arterias, nec tantam cauitatem. Tertius eſt magis proprius huic cauſæ: & eſt quod dum cibus concoquitur, incaleſcit totum corpus, cuius inditio eſt pulſus magnitudo, celeritas & crebritas: repletur etiam corpus vaporibus, quia calidum agit in humidum: inditio ſunt ſomnus in aliquibus, & humectatio quæ contingit in corpore & præcipuè in palma manus, & ideo vterus recipit illos vapores corruptus, & plus quàm reliqua membra ob calidum quo abundat & cauitatem magnam. Et ob id vapores illi infecti ea materia lædunt intemperie ſua, & gignunt dolorem. Manifeſtum eſt ex hoc, quod quibuſdam magis aut minus.

(*Senioribus autem & quibus*) Poſtquam declarauit diſcrimina quatuor ratione eſſentiæ morbi, & poſt in hoc textu egit, iuxta differentiam patientium ſexus & ætatis, in qua comprehenduntur pueri, tranſit ad ſenes, de iuuenibus actum intelligitur communiter in præcedenti textu. Quæcunque enim dicuntur vt & vbique quod ad ætates attinet, ad iuuenes referuntur, quia ætas illa eſt longiſſima & nubilior: vt enim diuiditur vita in pueros iuuenes & ſenes, extenditur iuuentus à vigeſimo quinto anno ad ſexageſimum, breuis vitæ vitis ad quinquageſimum, vt aliàs declaratum eſt. Sic & de ſexu ad maſculos niſi aliud adiiciatur referendum eſt. Quibus declaratis dicit, quod paraplegiæ vocantur reſolutiones ex apoplexia in partem aliquam decumbentes, vt Galenus *in commento*. Vnde etiam in *ſequenti commento* dicit Galenus, quòd paraplegiæ fiunt ex ventis frigidis, minimæ ſunt morbus lethalis, ſed in tertia conſtitutione fuit lethalis: dicebat *tertio Prorrhiticorum* idem, quòd paraplegia eſt vnius membri affectio qualis apoplexia totius, licet malè legatur paraplegia pro apoplexia, & quòd fit ex obſtructione craſſorum humorum, ideo conuulſioni contraria, quia cum vehementiori motu. Paraplexiam autem vocat *quarto de victu in acutis* reſolutionem, adeò vt ita diſtinguendum ſit.

Apoplexia eſt amiſſio ſenſus & mo-

tus totius, reſolutio eorundem in dimidia parte, ſed ſtat ratio: Paraplegia cum hæc ambo pereunt ſimpliciter in vno membro tantum, & eſt ex ſtuporis genere, idcòque leuior paraplexia, quæ illi eſt ſimilis, ſed facta ex apoplexia aut conuulſione: πλήγη enim ideſt plaga: quanquam & pro percuſſione ſed velut ictu capitur ab Ariſtotele; πλῆξις autem id eſt percuſſio, cum quis ictus eſt, & paſſiuè ſignificat, vnum atque alterum accipitur. Sed fidendum eſt magis rationi dictæ, quàm leui ethymo. Fiunt ergo in ſenibus hæ iuxta rationem quàm dicemus: Conſtat quod in morbis melancholicis ad hæc periculoſi decubitus, (inquit Hippocrates) apoplexiam corporis vel conuulſionem vel furorem, vel cæcitatem ſignificant. At hic loquitur de inſania & cæcitate & paraplegia. Paraplexia autem quæ vt dictum eſt *ſecundo Prorrhetici com.* 50. à Galeno ſignificat aliquando apoplexiam & capitur pro illa, quandoque diſpoſitionem in qua nerui diſtenduntur: Ergo hoc dictum eſt dictum Aphoriſmi, ſed vt dixi imperfectum, cur autem idem nunc dicam ante ſcripſerat. *Quibus autem grauitates totius capitis, oris autem ventriculi morſus adſunt, ſuntque nauſeabundi, hi bilioſa & pituitoſa vomunt.* Dixi hoc eſſe intelligendum in iuuenibus. Vult declarare hic interpoſito vno ſyllogiſmo Hippocrates, quod talibus ſi vomitus non contingat, aut imperfectus contingat in ſenibus, ſit vnum ex illis quatuor: & conſtruitur ita ſyllogiſmus. Quibus talia contingunt morbus fit bilioſus & pituitoſus percellens caput in iuuenibus, ſed humor ſapit naturam ætatis: igitur in ſenibus fit morbus melancholicus. At in morbis melancholicis periculoſi decubitus ſignificant illorum quatuor vnum: igitur in ſenibus hi morbi hoc modo terminantur. Patet igitur quid intelligat Hippocrates per morbum melancholicum *Sexta Aphoriſmorum*: non enim ſimpliciter morbum ex melancholia, ſed talem & tantum, vt vel in capite redundans conſenſu nouerit vomitum alicuius excrementi, licet ſint nauſeabundi: vel ad ſenſum magis Hippocratis; repleto ventriculo per continuam euaporationem, repleto capite & dolore genito cum grauitate in illo ſuperatâ facultate, cum adſint quatuor validiſſima, quæ in vnum conſentiant: prauitas humoris, quia melancholicus; is enim natura ſua inuictus eſt; victoria eius in capite, quia dolor eſt cum grauitate; auxilium ex inferiore loco, morſus ſiquidem ventriculi & nauſea quæ indicant abundantiam illius humoris, cum ambæ partes infeſtentur; ſuperior morſum, inferior per nauſeam, dico quod innoteſcit moleſtia per hæc. Et quia afficitur princeps particula, & vires ſenum ſint imbecilles, præterea nil mirum ſi neceſſe ſit ſubſequi vnum ex illis quatuor. Et ita finem imponimus primo libro.

COMMENTARIVS II.
In primum Epidemiorum Hippocratis librum.

CONSTITVTIO TEMPORIS TERTIA.

TEXTVS I.

IN Thaſo paulo ante arcturum, & ſub arcturo, aquæ multæ, magnæ, in aquiloniis. Circa æquinoctium autem & vſque ad pleiada, auſtrinæ pluuiæ paucæ: hyems aquilonia: ſiccitates, frigidi venti, magnæ niues. Circa æquinoctium hyemes maximæ. Ver aquilonium, ſiccitates, pluuiæ paucæ, frigidæ. Circa ſolſtitium æſtiuum aquæ paucæ, magna frigora vſque ad canem. Poſt canem vſque ad arcturum, æſtas calida, æſtus magni, non ex acceſſione augeſcentes, ſed continui ac violenti: Aqua non elapſa eſt: Eteſiæ ſpirarunt. Circa arcturum pluuiæ auſtrinæ vſque ad æquinoctium.

COMMENTARIVS.

In eadem vrbe fuiſſe, & continuam etiam narrationem, verba Hippocratis declarant, & ad idem faciendam comparationem.

ratio oem. Miſſam autem omnem hanc conſtitutionem & mutationes validas declarar: quocirca etiam magnos morbos expectandos, quia corpora pereellebantur. Mutationes autem magnæ, & conſtitutio potius frigida, quam calida, & ſicca quam humida, cum imbribus magnis Autumnalem eam eſſe declarant. Sunt autem octo tempora & vltimum eſt vltra annum. Per *Aquilonium* frigidum hic intelligit, vt per *Auſtrinum* calidum. In his omnibus maximè oportet conſiderare quatuot, *naturam conſtitutionis in ſe*: vtpote calida & humida maximè morbis obnoxia eſt, minimè frigida & ſicca, *magnitudo* tum in vehementia, tum diuturnitate: *proportio ad ſnaturalem temporis conſtitutionem* vt hyems aquilonia cum niue vel contra. *Et mutatio ad contrariam diſpoſitionem* repentina & magna. (*In Thaſo*) tempus ante Acturi ortum & ſub Arcturo fuit naturæ conueniens, licet vehemens. Quod Virgilius docet *Georgicorum Primo.*

Hic ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam.

Et infra

——— Arcturi ſidera nobis
Hoedorumque dies ſernandi, & lucidus anguis.
Quam quibus in patriam ventoſa per æquora vectis
Pontus, & oſtriferi fauces tentantur Abydi.

Videtur aotem mihi Virgilius non illepide complexus omnia tempeſtuoſa ſidera, duobus carminibus, cum dixit.

Arcturum, pluuiaſque Hyadas, geminoſque triones.
Armatumque auro circumſpicit Oriona.

Sed vt ad illum redeam: Plautus eum inducit id ſignificantem de ſe, atque dicentem.

Increpui hybernum, & fluctus moui maritimos.

(*Circa Aequinoctium*) Hæc leuis conſtitutio, & præter id ſimilis qualitati temporis. (*Hyems Aquilonia*) Hæc rurſus vehemeos, ſed non aliena à natura hyemis, fuit tamen cum ſiecitatibus contrariis hyemi, fuit autem maximè diuturna conſtitutio vt ſcilicet dierum prope eentum viginti quinque, ideò obſeruanda præter reliqua.

(*Circa æquinoctium*) Hæc vehemens & cum præeedente diuturna & contraria naturæ temporis (*Ver æquinoctium*) non vehemens, ſed alienum à propria natura. (*Circa ſolſtitium*) valde alienum à natura & etiam vehemens conſtitutio. Hucuſque mutationes oullæ notatu dignæ. Quæ ſequitur valida & maxima (*Poſt canem vſque*) Mutatio vehementiſſima tum etiam conſtitutio: ſed non aliena à natura temporis, & ipſa qualitas temporis ad morbos ex putredine generandos idonea. Hicque finitur annus. (*Circa Arcturum*) Temporis conſtitutio ad putredinem, ſed non vehemens nec aliena à natura.

TEXTVS II.

IN hac autem conſtitutione, per hyemem quidem inceperunt reſolutiones ex ſideratione, & multos inuaſerunt: & quidam ex ipſis ſubitò moriebantur. Nam hic morbus ſatis popularis erat. Cætera incolumes degebant.

COMMENTARIVS.

Cum Autumnus fuiſſet auſtrinus, caput repletum eſt humoribus, rum etiam aperti meatus ſuperueniente hyeme admodum frigida, refrigeratum eſt immodicè eerebrum, & ob id & abundantiam coacti humidi: periere aliquot ſubito, multi autem correpti ſunt. Erant autem ſtupores ſimiles reſolutionibus, ideo poſuit genus; ſed horum quidam erunt vehementes & vniuerſales, & hi perimebant, alij in vna parte corporis ſolum ac leues, à quibus ſanabantur. Videtur autem & hoc ex Galeni ſententia confirmari: ſiquidem dicit paraplegias ſolere in reſolutionem terminari. Non credo autem ſiccitatem fuiſſe maximam cauſam ſalubritatis, quandoquidem affuerint niues, tota antem fuit incolumis, ſed eius partis quæ ſicca fuit cum frigiditate: cum niues ceciderunt ſolam frigiditatem, cum eſſet tempeſtiua.

TEXTVS III.

ANte vér autem cœperunt febres ardentes, & vſque ad æquinoctium, & ad æſtatem durabant. Quicunque igitur vere & æſtate ineunte ſtatim ægrotare cœperunt, plurimi ſeruabantur: pauci verò quidam moriebantur. In autumno iam & quum pluuiæ fierent, lethales erant, & plures peribant.

COMMENTARIVS.

Sermo hic duplicem recipit ſenſum, vnum literæ magis proprium, alium Galeni ſeotentiæ ac rationi conſentaneum. Primus eſt vt ante ver febres ardentes cœperint, qoæ perdurarunt vſque ad æquinoctium, & nonnullæ ad æſtatem, quod contra

contra naturam ardentium eſt, nam oumerantnt acutas *Primo de Morbis* velut phtenitis, letargus, Peripneumonia, morbus lateralis, quorum nullum tam diu perdurare poteſt. Alter ſenſus eſt, quod ante ver cœperint oriri tales febres, & genitæ etiam ſint ſub æquinoctio, & in æſtate perſeuerauerit earum ortus. Et ad hoc faciunt etiam verba ſequenda. Quicunque igitur verè & æſtate ineunte ſtatim ægrotare cæperunt, ſeruabantur maxima ex parte: at qui per autumnum cum iam pluuiæ fierent, maxima ex parte peribant. Hinc liquet cauſa, cur conſtitutionem vi dixi octauam præter ordinem addiderit. Quoniam qui ſeruabantur in prioribus anni temporibus ex eodem morbo peribant io hoc tempore.

Quærit ſecundo cauſam febrium ardentium Galenus io hoc anno, quam dicit eſſe obſcuram, quoniam putat febres ardentes fieri tum plurimas, vel ob naturalem bilem æſtate priore genitam, vel ob aduentitiam genitam aliis temporibus, genitam ex conſtitutione calida & ſicca, quæ cum nulla fuerit, tum æſtatis prior ſtatus moderatus, liquet nullam ſupereſſe veriſimilem cauſam harum febrium. Confugit ad hoc, vt æſtas prior fuerit iuſto calidior, ſed oon multum: ſed quia conſtitutio erat tempeſtiua, hanc prætermiſiſſe Hippocratem. Sed hoc non ſatisfacit, cum immodicæ numero fuerint hæ febres, & quæ etiam ſub Autumno pernitioſæ. Videtur autem refugere eò, vt concluſus humor ob gelu non potuerit diſſlari, ſed corrupta diuturnitate temporis febres effecerit ardentes. Ego Galeno in arte medica plurimum tribuo, cum res ſeriò tractat, & ob id difficilem eſſe hanc inuentionem cauſæ reor. Non tameo credo has febres ardentes fuiſſe ex earum genere quæ ex plurima fiunt bile, ſed potius putreſceote ſanguine: cuius indicium eſt ſolutio, nam per effluxum ſanguinis, omnes (modò ritè fluxiſſet vt ipſe teſtatur) ſeruabantur. Nemo autem tutò ſeruatur niſi humore euacuato, qui peccat, non qui non peccat. Videbatur autem febris ardens, quoniam quibus oon bene fluxiſſet ſanguis, terminabatur ad morbum regium. Quid ſi aliquis dicat eſſe ex ſecundo genere ardeotium febrium, quæ ex pituita ſalſa oriuntur, vt *Quarto de victu in acutis. com*: 13. Sed hoc genus videtur alienum à natura ſanguinis, quanquam ibidem teſtetur Hippocrates, & hanc ſolui ex fluxu ſanguinis narium. De hoc igitur hic loquitur, Et colligitur ex hoc loco præclara illa propoſitio. Cooſtitutio temporis præſens, etiam ſi non valida ſit, quanquam non poſſit nouos generare morbos, poteſt tamen illos augere ac minuere, & modum adhibere eo vſque, vt ex noo lethalibus lethales, & contra efficere poſſit, vt in præſenti loco cooſtitutio ante Arctorum humida. Cauſa ergo harum febrium fuit putredo ex frigore nimio, dum prohibuit exhalationem pituitæ genitæ in humidiori tempore, maximè in principio conſtitutionis. Factæ autem ſunt deteriores febres ob calorem & mutationem vehementem factam ſub caoe.

TEXTVS IV.

ERant autem febrium ardentium affectiones. Quibus quidem benè ac largè ſanguis per nares erupit, per hoc maximè ſeruabantur: & nullum noui qui in hac conſtitutione mortuus eſſet, ſi rectè ipſi ſanguis profluxiſſet. In Philiſco enim & Epaminone ac Sileno: quarta ac quinta die parum de naribus ſtillauit, & moriebantur.

COMMENTARIVS.

Io febribus ardentibus ſanguis ipſe peccat vt dictum eſt: Euacuatio ſanguinis eſt cauſæ morbum facientis, ſola hæc fit ſine vllo labore naturæ: ſi ergo cauſa tollatur, & ſine naturæ labore, non eſt cur aliquis poſſit mori. Adducit tres quibus fluxit ſanguis ſed noo rectè, verum paucus; & mortui ſunt: è quibus primus & tertius horum ſunt duo primi ægri, quorum hiſtoriam enarrat in fine huius libri. De Philiſio enim ait: In Quioto ad meridiem parum de naribus idque merum ſtillauit. Galeous non animaduertit contradictionem de Sileno, de qoa io Quioto libro. De Epaminone non deſcribitur hiſtoria. Rectè fluere intelligitur multus & floridus. Animaduertendum quod omnes excretiones iudicatoriæ poſſunt fieri duobus modis, vel vt ſigna, vel vt decretorium. Decretoria ſemper ferme ſunt bona: ſigna autem modo bona modo mala. Decretoria ſunt copioſa, ſigna autem pauca. Et etiam decretoria finiuot morbum ſtatim ſeu ad bonum, ſeu ad perniciem, ſigna poſt tempus. Et ſi decretoria ſint pauca ſæpius repetuntur. Dico in ſanguine narium, vomitu, alui deiectione, vrina, ſudore, & papulis ac tuberculis.

TEXTVS V.

PLerique igitur ægroti circa iudicationem rigebant, maxime hi quibus ſanguis non erupiſſet. Iidem verò etiam poſtea inſuper riguerunt, & exſudarunt.

COMMEN

COMMENTARIVS.

Galenus ſuo more, quæ nec contigerunt, nec ad mentem Hippocratis ſunt addit, ſcilicet quod non ſolum ſudarunt, ſed etiam vomuerunt, mora eſt aluus. Et hic error procedit ex alio, ſcilicet quia credit rigorem illum qui fit circa iudicationem, fieri ob bilem ſparſam, quod ſupra demonſtrauimus eſſe falſum. Sed hoc ferri poteſt, quia communis error. At cur ſtudent à rigore, hæc enim ſe conſequuntur (niſi morbus ſit lethalis) rigere & ſudare. Nam Philini vxor, & ſi riguerit in octaua non ſudauit, quia morbus lethalis erat. Cæteri ſudarunt, vt mulier quæ decumbebat in littore, Et in Chærione decima-ſeptima die, vt virgo in Lariſſa, cum inhorruiſſet, largè calidum ſudorem emiſit. At etiam multi ſudarunt ſine rigore, vt Melidia & Pericles in Abderis: ſæpe etiam in morituris ſudor rigori ſuccedit, vt in Dromeadæ vxore *Primo Epidemiorum* & in Eutyanactidis filia, *Tertio Epidemiorum*, & in aliis. Verum rigor ſine ſudore aut vrina multa rarò contingit. Et cauſa eſt quoniam cum rigent, neceſſe eſt vt materia ſpargatur ſuper muſculo mordax & acuta, quare tenuis: cum ergo materia huiuſmodi ſic ſparſa euicta fuerit, vix fieri poteſt vt non prodeat in ambitu corporis ſudor; niſi ergo abſque ſenſu ob paucitatem ac caliditatem & ſiccitatem prodierit, ſudor prouenit. Rigere igitur & non ſudare contingit, vel quoniam vires ægri nimis ſint imbecilles, vel quia ambiens frigidum, vel quia nimis calidum & vrens, vel quoniam tranſit morbus ad hecticam, vel quoniam materia illa truditur per vrinas. Cum ergo in his bilis cum ſanguine aut ſalſa pituita non exiſſet, fiebat rigor, inde ſudor.

TEXTVS VI.

QVibuſdam morbus regius accidit ſexta die. Verùm his purgatio per veſicam aut aluus turbata profuit, aut larga ſanguinis eruptio, velut Heraclides, qui decumbebat apud Ariſtocydem, nam huic & ex naribus ſanguis erupit, & aluus turbata eſt, & per veſicam purgatus eſt: vigeſima die iudicatus eſt: non velut Phanagoræ ſeruus, cui nihil tale factum eſt, & mortuus eſt.

COMMENTARIVS.

Cum morbus non ſoluitur natura, perſæpe ad cutim expellit, & mutatur cutis color: & ſi id contingat ante ſeptimam diem malum eſt, vt *Quarta Aphoriſmorum* docet Hippocrates: exonerare enim ſe conatur grauata natura ante coctionem, ideò malum; cum multitudinis materiæ & prauitatis ſignum hoc ſit, non tamen prorſus lethale, quia etiam quod bilis & humor corruptus ſit, in venis nihilominus vbi ſanguis ſecus bonus fuerit, & vires validæ, ſanguinis dulcedine, vt ita dicam, mitigata bilis, poteſt vel cum ſanguine excerni: & hoc minus commodum eſt: vel etiam ſecreta cum fecibus aut cum vrinis purgari quod optimum eſt. In Heraclide igitur fuit copioſiſſima, ideò indiguit hac triplici expulſione, volens innuere Hippocrates multiplices criſes quandoque eſſe neceſſarias & bonas, & eſſe iudicium ſuperabundantis materiæ. Non igitur morbus regius eſt lethalis, ante ſeptimum, ſed ſolum malum, cum poſſit ſolui per vlteriorem coctionem, præcipuè ſi cum rigore contingat, vt in libro *de victus ratione in Morbis acutis*. In febre bilioſa ante ſeptimum diem morbus regius accedens cum rigore, ſoluit febrem, verum ſine rigore ſi accedat, extra temporis occaſiones pernicioſus eſt. Meritò rigor oſtendit ſpem in huiuſmod, cum & ex ſe, & robur virium & materiæ, tenuitatem & formam quandam iudicij declaret. At omnia hæc ad ſalutem & morbum mitiorem potius quam ad contrarium ſpectant. Nam in huiuſmodi caſu ſignificatur naturam ex venis in quibus materia erat, ad ramos exiles illarum, & etiam extra eas, materiæ partem magnam protrudiſſe. Quocirca etiam quantò ſerius tantò melius: proximior enim coctioni materia. Ideò in hoc caſu cum fuerit in ſexta, magis ſperandum fuit. Cur autem in ſexta pleriſque contigerit, Galenus ſuo more omnia dura præterit, vt qui dentes habent luxatos. Cauſa ergo fuit, quia vt dixi ab initio ſalſa fuit hæc pituita, quæ diebus paribus magis mouetur: natura igitur cum ex ſe non eſſet ſufficiens ad expellendum hanc materiam, expectabat motum materiæ ipſius.

TEXTVS VII.

SAnguis autem plurimis erupit maximè adoleſcentibus, & in vigore conſtitutis, & talium plerique perierunt, quibus ſanguis non erupit. Senioribus verò ad morbum regium res deuenit: aut alui ipſis turbatæ ſunt, aut dyſenterici facti ſunt, velut Bioni apud Silenum decumbenti contigit.

COMMENTARIVS.

Duo genera ætatum contraria exponit, duoſque

duoſque finea motborum illis correſpondentea. In adoleſcentibus ſanguinia maior copia eſt, ſunt enim humidiores, & calor æqualia, & vires ac facultatea concoquendi optimæ: in ætate autem conſtitutia ſanguis biliosior & ſiccior, & calidior, quo ad qualitatem, non quo ad multitudinem aut eſſentiam: in vtriſque igitur diſpari ratione fluebat multua ſanguis è naribus, bile præſettim aut acri pituita, quæ biliaexpers à principio non eſt, & in dies calore febris biliosiote facta, ad caput ſanguinem cum febre deferente: vbi apertia vaſis, quæ in natibus ſunt erumpit, atque id ſatis clarum eſt. Er etiam cur in f.bre ardente contingaot multa ſanguinia narium profluuia, imo etiam per talia ſoluatur, cum tamen talis febris à bile ſit. Quanquam de hoc quod ſatia eſt tum ſupra, tum *in contradictionibus* dixerimns. At non ibidem in ſenibus de alui profluuiia morbo regio. Itaque ſenibus cum non ferueat ſanguia, ad id quod magis procliue eſt, natura illorum imbecillis inclinat, hoc autem eſt vt materia ad cutim vel ad aluum detrudatur. Ad aluum quidem in magis ſenibus, quoniam vſu natura eò propellere ſuperflua didicit, & quoniam ſcriptum eſt *Tertia Aphoriſmorum*, vltra hanc ætatem diururna alui profluuia, difficultates inteſtiootum: ante verò ideſt ſtatim poſt ætatem, in qua conſiſtunt morbi regij, quoniam cutia omnium membrorum eſt imbecilliſſimum, & materia ſpargitur vndique: faciliua autem eſt naturæ imbecilli ſpargere, quam collectam emittere.

TEXTVS VIII.

POpulariter graſſabantur etiam dyſenteriæ per æſtatem: & quibuſdam qui ægrotarunt, quibuſque etiam ſanguis erupit, ad dyſenteriam tranſitus factus eſt: velut Eratonis filio & Mylo, qui multa ſanguinis eruptione facta, in dyſentericum ſtatum delapſi ſunt.

COMMENTARIVS.

Dyſenteriæ duorum generum ſunt, aliæ cruentæ, cum ſanguis in vena portæ, antequam ad cauam venam tranſeat, exoneratur: aliæ cum cruciatu, natura bilem per aluum exonerante, adeò vt inteſtina erodantur, quæ periculoſiot eſt & damnoſior. Cum ergo pituita ſalſa computruiſſet, in quibuſdam ſanguinem velut & flaua bilis ad caput impellebat, & apertis naſis effundebatur, atque hoc in iuuenibus adoleſcentibus: in ſenibus autem hoc non fiebat, ſed natura humorem illum putrem, & ſanguinem etiam venæ portæ vt vocant ad aluum detrudebat: ſimiliter in iuuenibus, in quibus non potuerat fluxus ſanguinis narium prorſus exonerare naturam, idem contingebat: quare morbus hic graſſabatur generaliter, ſed diuerſa ratione. Seruabantur autem (cum multis in conſtitutionibus perire ſoleant) ob hoc, quod partim eſſent dyſenteriæ cruentæ, quæ periculo quaſi vacant, partim quod quæ non erant cruentæ, cum eſſent à pituita ſalſa, mitiores erant: ſicut contra quæ à pallida bile deteriores; inde à flaua, poſt à cinerea, inde crocea, poſt robra, inde praſſina, poſt glaſtea, inde viridi, demum nigra, quæ prorſus lethalis eſt.

TEXTVS IX.

MVltis igitur maximè hic humor redundauit. Nam & quibuſdam circa iudicationem ſanguis non erupit, ſed tubercula iuxta aures excitata euanuerunt. Quæ vbi euanuiſſent, iuxta ſiniſtri lateris mollitudinem, & ad ſummam coxam grauitas fuit. Quum autem dolores poſt iudicationem fierent, & vrinæ tenues prodijſſent, parum ſanguinis profundere cæperunt. Verum circa quartam & vigeſimam, abſceſſus ad ſanguinis eruptionem fiebant Antiphonti Critobuli filio, quæ ſedata eſt, & perfectè iudicatus eſt circa quadrageſimam.

COMMENTARIVS.

Per humorem hunc bilem flauam intelligit, ex quo regius morbus & dyſenteria fiunt. Nam ſanguinem humoris nomine appellare hoc in ſermone perabſurdum fuiſſet. Iudicationia tempore cum natura non dominaretur, ſanguini parotidas effecit, adiectum & illud peſſimum de quo alibi Hippocrates: *Maligniora ſunt quæ repente diſparent*, Et poſt, Tubercula circa aurem quibus circa iudicationem exorta non ſuppurata fuerint, his diſparentibus recidiua fit pro ratione recidiuatum. Sed cur non occiderint hi morbi, cauſam habent manifeſtam: inquit enim in textu *Quæ vbi euanuiſſent, iuxta ſiniſtri lateris mollitudinem, & ad ſummam coxam, grauitas fuit.* Declaratum eſt à nobis quod deriuationes abſceſſuum deſcendentes ſalutares ſunt, contra ſi aſcenderint. Verba eius ſunt in Prognoſticis: *Dolores cum febre circa lumbos & infernas partes, ſi ſeptum tranſuerſum attigerint, infernas partes relinquentes, pernicioſi valde ſunt.* Contraria ergo ratione periculo vacant. Et ad hoc facit illud eiuſdem. *Quibuſcumque* (in angina) *fauces & ceruix rubuerint, diuturnior.*

Sic

hic eſt morbus , & ex eo maximè euadunt , ſi ceruix & pectus , ruborem habuerint. Simile eſt & illud. *Dolores modicè acuti ad clauiculam & ſurſum tranſeuntes pernicios.* Multa talia poſſem adducere in quibus declaratur ſecuritas magna deſcendentium morborum , periculum contra aſcendentium: dico tumorum & dolorum & huiuſmodi. Secunda cauſa eſt mollities tumoris ; & tertia quòd fuerit in ſiniſtro latere , quas tangit in textu Hippocrates , meminitque horum in eodem Prognoſtico per hæc verba : *Tumor in præcordio ſi fuerit in altera tantum parte, minus periculoſus eſt in ſiniſtra.* Et paulo poſt : *At verò molles tumores & doloris expertes , & qui digito cedunt , diuturniores indicationes habens , & minus horrendi ſunt.* Propter hæc omnia cum deſcenderent ad ſummum coax, ſeruabantur.

Quum autem dolores poſt iudicationem fierent , erat hoc indicium cruditatis , dolor ſcilicet, ideò conueniebat vrina tenuis : quia tamen ſumus in caſu febrium ardentium natura tentabat eruptionem ſanguinis , quæ non ſequebatur ob vrinas crudas , & dolores ; ſed conuertebatur res ad abſceſſum vt in Aphoriſmo: *Quibuſcunque reſurgentibus ex morbis, ſi quid laborauerit his fiunt abſceſſus.* Cur autem vigeſima quarta die ; quoniam prima eſt indicatrix , poſt medium morbi acuti longiſſimi , qui ad quadrageſimum terminatur. Sed neque poſt terminari poterat, ſed ante potius : non ante autem cum materia eſſet valde cruda atque rebellis. Vnius enim exemplo de pleriſque intelligi voluit.

TEXTVS X.

MVlieres porrò multæ quidem ægrotarunt ; pauciores autem quam viri : & pauciores etiam mortuæ ſunt. Plurimæ verò grauiter ex partu laborarunt , & poſt partus inſuper ægrotarunt , & hæ maximè perierunt. Velut Telebuli filia, quæ ſexta à partu die mortua eſt. Plurimis itaque in febribus menſes apparebant. Quibuſdam verò ex naribus ſanguis erupit : & virginibus multis id primum factum eſt. Quibuſdam & ex naribus ſanguis, & menſes proruperunt , velut Dætharſei filiæ virgini apparuerunt tunc primum , & ſanguis largus è naribus fluxit. Neque vllam mortuam noui : ex his quibus aliquid probe factum eſſet.

COMMENTARIVS.

Non ob menſes qui fluunt ſanatæ ſunt, ſed qui fluxerant , pauciores & minus ægrotarunt. Laborarunt autem ex partu ægræ , hoc enim commune eſt , ſed & ſanæ de quibus intelligit, quod in huiuſmodi conſtitutionibus ſoleant perire puerperæ , & imbecilles , morboſi & intemperati. Eſt enim regula generalis. Sed & in his coacervata erat copia vt dixi putridæ pituitæ. Poſt partum autem maximè laborarunt corrupta copia humorum , & nihil mirum periiſſe illas , cum à partu factæ eſſent imbecilles. Telebuli filia in ſexta obijt, quoniam acutus morbus erat, & iudicium præuenit, vt in ſuperioribus declaratum eſt. In febribus autem apparebant menſes, quoniam cum duæ iungantur occaſiones , vna naturalis , altera præter naturam effectus producitur plerumque , & etiam cum magna facilitate fluxus menſium naturalis res erat , iudicium per effluxionem ſanguinis præternaturalis , ideo talia iudicia ita fiebant. Et anticipabant tamen. Virginibus autem quibus nondum inceſſiſſet ſanguis è loco naturali , quaſi incerta adhuc natura & imperita, cum iam tamen ſanguis abundaret, erumpebat è naribus , non ex vtero. Aliis quia non conſueuiſſent fluere menſes, aliis quod eſſet calidior , ad ſuperiora ferebatur: Quibuſdam quòd nimius eſſet, erumpebat vtraque via. Dætharſei autem filiæ contigit hac cauſa, quòd ſanguis nimium abundaret. Cum ergo probe ſanguis flueret non erat vt morerentur : cum non adſint cauſæ mortis in iudicio per ſanguinem quæ ſunt in aliis.

TEXTVS XI.

QVibus autem prægnantibus contigit ægrotare , omnes perdiderunt fœtus quas ego noui.

COMMENTARIVS.

Vtero gerentes omnes quouis morbo ægrotent , in periculo ſunt ne abortiant, tum ob morbi moleſtiam, tum ob currendi rationem. Non tamen hanc cauſam adeò generalem intelligit quoniam ſubiungit, *omnes perdiderunt fœtus.* Rurſus vtero gerentes, ſi corripiantur morbo acuto lethale eſt, *Quinta Aphoriſmorum.* At hoc eſt maius, vt nulla ſeruata ſit, quin abortierit. Cauſa ergo fuit abundantia pituitæ , quæ impleuit loculos frigoris medio, ideò ea quauis cauſa abortierunt. Solent autem magis mori fœtus ex generali conſtitutione , quàm ex cauſa fortuita: nam & ipſi ſunt imbecilliores & ab aëre corrumpuntur.

TEXTVS XII.

VRinæ verò plurimis boni quidem coloris, verum tenues & ſubſidentias modicas habentes, ex recrementis tenuibus aç bilioſis. Multis autem aliis iudicatis ad dyſenterias res deuenit : velut Xenophani & Critiæ. Vrinæ aquoſæ, multæ, puræ, tenues poſt iudicationem, & ſubſidentia multa facta, & aliis probè iudicatis. Mentionem faciam eorum quibus factæ ſunt Bioni qui apud Silenum decumbebat, Cratiæ quæ apud Xenophanem, Aretonis filiæ, vxori Mneſiſtrati. Poſtea verò omnes hi dyſenterici facti ſunt. Num quòd vrinas minxerunt aquoſas, conſiderandum eſt.

COMMENTARIVS.

Verba illa (*Num qaod vrinas*) videntur aſcripta vel etiam ex Galeni commento deſumpta. Sed omittamus; demiror ſæpè vnde quidam tantum Galeno tribuant, qui tam ſæpè pulcherrimas doctrinas ex integro omittit, vt hic. Hippocrates oſtendit in hoc textu duo genera vrinarum ſignificatiuum & Criticum, de quibus in primo de vrinis actum eſt. Proprium quidem vrinæ criticæ eſt, quod ſit multa, cruda, cum multo ſedimento, & iam inclinante morbo facta poſt vehementem agitationem. *Multa*, quia conante natura excernere, quod noxium, cogitur, multum ſeroſi etiam illi humidi expellere. *Cruda* quoniam coctio fit materia quæ concoquitur quieſcente, at poſt criſim cum expellatur materia aſſiduè, non poteſt natura habere tempus ad concoquendum; neque in iecore vbi recipit colorem, neque in venis ac renibus, vbi ſubſtantiam recipit. Ob id vndequaque puras & crudas fuiſſe neceſſe eſt. Sed dices quomodo puræ cum ſubijciat *In quibus multa ſubſederunt?* ſaltem hoc expoſuiſſet quod ad verba attinebat, quandoquidem ſe facit expoſitorem verborum. Sed dicam vbi primum explicauero tertiam conditionem vrinæ criticæ, quòd ſcilicet multum habeat ſedimentum; nam cum materia morbi per vrinas ſecernatur neceſſe eſt vt plurimum habeat ſedimentum vrina. Vocat ergo puras quæ ſedimentum ſubſtantiæ vrinæ impermiſtum haberent: ſed eſſent in ſingulis partibus tranſlucidæ : ſicut ſi quis puluerem aut potius fruſtula paſtæ immiſceret aquæ, illamque conturbaret, tum verò iſtud veriſſimum eſt, quod illis quieſcentibus cum materia tota ſubſediſſet, neceſſario puræ reddebantur, quod ſæpe videmus in huiuſmodi. Et ſunt ſatis tutæ niſi ſint fuſcæ aut liuidæ, nam cum his etiam multi pereunt : ſed non eſt locus hic cauſam declarandi. Accedit quòd tales vrinæ ſi ad bonum tendant finem, natura iam ſuperante materiam & expellente cum morbi alleuiatione fiunt. An verò, cum magna agitatione : in acutis certè neceſſarium eſt & maximè in papulis, ſi modo hæ ſunt morbili vt vocant, tum variolæ: at in longis morbis fiunt cum agitatione longiore & mitiore, pro ratione etiam longitudinis morbi. Et ideo conſiderare oportet illud *Quarta Aphoriſmorum* : *Quibus vrina craſſa, grumoſa, pauca, non ſine febre, multitudo ex his veniens tenuis iuuat: Præcipuè verò tales veniunt, quibus ab initio vel breue ſedimen eſt.* Quis dubitat non indicaſſe per hæc verba vrinarum criticarum exitum, quum ſimul & eam quæ iudicium præmonſtrat apparere velit, ſcilicet illam in qua ab initio ideſt ſtatim poſt initium, non enim in ipſo initio, ne repugnantia dicat, vel breui poſt initium ideſt circa ſeptimam diem ſedimen eſt. Ideſt illud laudatum album, lene, æquale : nam vt dixi in expoſitione illius Aphoriſmi ſignificatur coctio & ſalus. Et rurſus paulo poſt: *Quibus ſperatur abſceſſum futurum ad articulos, liberat ab abſceſſu vrina multa, craſſa, & alba facta, qualis in febribus ex laſſitudine, quarto die quibuſdam incipit fieri.* Ecce quòd & hæc cruda eſt & decretoria. At verò ſignificatiuam edocet, cum dicit : *vrina verò plurimis boni coloris* : nam ſi morbus bonum finem habiturus erat, neceſſe fuit vt haberent vrinæ præcipuum ſignum coctionis, quod eſt à colore, quia vrina ibi illum recipit : nec vulgatius quicquam apud Hippocratem in hoc toto libro ideſt primo & tertio, quàm vt qui ſeruati ſint, ſignum hoc appoſuerit, quòd vrinæ eſſent boni coloris. Sed quia erant tenues & cum modica ſubſidentia, & recrementis rurſum tenuibus & bilioſis, neceſſe fuit morbos eos terminari ad dyſenterias, ſeruata ſcilicet maiore parte humoris peccantis, & mediocriter euicta: Hic ergo mirari contingit, Galenum qui criſim vrinarum quaſi prætermiſerit, cum adeò ſæpè illius pluſquam ferme omnium aliarum meminerit. Princeps illam manifeſtè commemorat *ſecunda Quarti tract. 2. cap. 80.*

TEXTVS XIII.

CIrca Arcturum autem multis vndecima die iudicatio facta eſt.

COMMEN

COMMENTARIVS.

Collimare in hanc vel illam diem ſolertiæ eſt ambitioſæ, niſi omnino quis ſepta habeat, velut materiam ferme concoctam in ſeptima, virium robur mediocre, quodque plurimis ea die criſes contingant. At Galenus in huiuſmodi Athletam mirificum ſe ſolet exhibere: Hippocrati autem ſat fuit hoc docere, vt intelligeremus communes conſtitutiones non ſolum morbos, efficere, ſimiles natura, ſpecie, ſymptomatibus, iudicationis genere, ſed etiam tempore & numero dierum quibus finiuntur. Mirumque eſt quòd Galenus non conetur huius reddere rationem. Sed rectè inquam longiores morbos factos fuiſſe ob pluuias cum auſtrina conſtitutione, veriſimile ſiquidem eſt his morbum duplicem contigiſſe acutum, quia naturam retinebat feruentis prioris, quæ ſub cane fuerat conſtitutionis, inde diuturnioris per recidiuas ob præſentem qui tunc vigebat ſtatum. Vnde ſubdit.

TEXTVS XIV.

ET his recidiuæ non pro ratione factæ ſunt.

COMMENTARIVS.

Recidiuas non pro ratione fieri trifariam intelligere poſſumus: primum vt abſque ægrorum errore; hic ſenſus indignus eſt Hippocrate. Nemo enim ignorat, quòd per errores ſolent ſubſequi recidiuæ, vel quia iudicia non præceſſiſſent, vt quòd iudicationes factæ ſint cum ſignis coctionis. Superius enim dictum eſt quòd cruda efficiunt recidiuas, itaque ſi cruda non erant non cum ratione ſubſequutæ recidiuæ dici potuerunt: vel non pro ratione ideſt æquales ac ſimiles. Cum enim morbi ſimiliter iudicarentur in vndecima, diuerſis autem temporibus reuerterentur, non videbantur ex ratione reuerti. Mihi videtur innuere quod morbi neque ſtatus eorum tales erant, vt reuerti deberent, ſed vrgente vi temporis præſentis ob pluuias quaſi violenter reciderunt. Quod etiam declaratur ex his verbis

TEXTVS XV.

ERant autem ſoporoſi circa tempus hoc.

COMMENTARIVS.

Præcedente magno calore & ſuperueniente pluuia, neceſſe eſt vt in terra ſolet, magnam contingere exhalationem, ac quaſi fumum tenebroſum. Et videmus hoc in ægris expreſsè contingere, quod in pluuia poſt calorem efficiuntur ſomnolenti. Quinimo etiam tali conſtitutione non parùm delectari ſolent. Qui verò malè habent, iacent comatoſi, ac pereunt vt plurimum. Vnde illud de ſoporoſis duplex habet ſignificatum re, licet nomine ac ſimilitudine rei vnum videatur. *ἦσαν δὲ κωματιώδεες* Et *Primo Prædictionum τὸ καρῶδες, ἄραγε πανταχοῦ κακόν.* Et *in Coacis prædictionibus τὸ καρῶδες πανταχοῦ κακόν*; omnes alios in locis qui ſequuntur vbi ſoporoſos vertit, interpres vtitur nomine *κωματώδεες* aut *κωματιώδεες*. Propterea Galenus librum fecit de comate & vocata cataphora. Galenus *in libro de linguis Hippocratis* dicit; *κῶμα* eſt impetus vehementis ſomni.

Animaduertendum eſt Galeni interpretem confudiſſe, ſed non eſt mihi Græcum exemplar libri de Comare, quoniam in Aldi impreſſione non habetur, cuius erat munus vt dixi, ſeruare vim Græcorum nominum, ſcilicet *κάρος* ſtupor & ſenſus priuatio, & *κῶμα*. Veterni ſpecies ſeu deprehenſus vocant cataphoram, cum quis iacet attonitus; *καταφορὰ* ſoporis vehementis impetus, in ſomnum inclinatio, marcor ſeu torpor. Dico ergo quòd *κάρος* ſemper malum ſignificat, & eſt morbus; *κῶμα* verò duplex: vigilans quod ſemper eſt malum, & ſomniferum, & hoc perſæpe malum, non tamen ſemper vt cum vigiliæ diuturnæ præceſſerint, vel ſi imbres copioſi æſtuantibus temporibus: *καταφορὰ* autem comati æquiualet, cum in vtrumque trahatur ſenſum ſomniferum vt plerumque nonnunquam etiam vigilantem. Non prætericrim erratum *in libro de Comate* vbi dicit Pythionem nona comaroſum, cum excitaretur faſtidioſum: intellige de Pythione ſecundo, non primo, nam hic ſeruatus eſt & primus primi ordinis tertij Epidemiorum: ille autem tertius ſecundi ordinis eiuſdem.

TEXTVS XVI.

PLures autem pueri: & hi omnium minimè moriebantur.

COMMENTARIVS.

Facilius corripiuntur, & ob id etiam minus periculo obnoxij ſunt, ſimiles conſtitutioni: vnde illud 2. *Aphoriſm.* 34. *In morbis minus periclitantur ægrotantes, quorum naturæ aut ætati aut habitui, aut tempori magis congruit morbus, quam qui-*

Digitized by Google

bus ſecundum nihil iſtorum congruit. Generali etiam ratione pauciores moriuntur pueri: vt quos videamus omnia incommoda facilius perferre, imo ex illa ætate conſueſcere pati, & naturam quaſi in alienam mutare.

TEXTVS XVII.

AT verò circa æquinoctium, & vſque ad pleiada, & ſub hyemem, comitabantur quidem febres ardentes. Sed & phrenitici plurimi tunc fiebant: (& plerique horum moriebantur) fiebant autem & per æſtatem pauci.

COMMENTARIVS.

Iam duo ſtatui antecedenti accedebant; Autumni ſtatus confirmatus, quo per frigora iotus repulſa materia vehementius putreſcebat, & grauius affligebat: Et quod humida conſtitutio effectus ſuos producere poterat. Eſt autem vt Galenus dicit in commento, ardentis febris eadem materia quæ phrenitidis. Sed in phrenitide in capite eſt & cerebri vel membranarum ſubſtantia, in ardentibus febribus in venis pleriſque, aut circa iecur ventriculum aut pulmones. Materia verò bilioſa vtrinque aut pituitoſa ſalſa. Inde fit vt ad ardentes febres delyria ſequantur, quemadmodum in phreniticis, & vt febris phreniticorum perſimilis ſit ardentibus febribus. Moriebantur autem plerique cum morbos per ſe ſit maximus in principe membro & ex acri materia. Diſcrimen autem ardentium à phrenitide eſt, quòd in phrenitide materia maiore impetu mouetur, & cerebrum eſt imbecillius: decumbunt enim humores ſolum in partibus debilibus. Porrò bilis flaua, inimiciſſima eſt cerebro, vtpote natura contraria, adeò vt ex illa vix quiſquam euadat, ſed potius ex ea quæ ex pituita acri facta eſt. Contingunt autem huiuſmodi his qui plurimo vtuntur vino. Fiebant autem & per æſtatem non pauci, ſcilicet phrenitici, Quanquam ad ſequentem etiam æſtatem referri poſſit, nec Galenus animaduertat: interpretemur tamen vt ille, quoniam nondum flaua bilis genita eſſet, aut cauſa nondum extare cur intro trudere tur.

Vel ergo de ſequenti ſecunda æſtate loquitur: vel eſt ac ſi diceret; quanquam numerauerim æſtatis morbos, attamen & tum fuerunt phrenitides de quibus non dixi. Porrò phrenitidem deſcribens propriam Paulus in tria eam genera diuidit: in factam à ſanguine bilem flauam exuperante, quæ omnium eſt mitiſſima, & factam à flaua bile ſuperante quæ cum inſania eſt feroci, & factum à bile atra quæ omnium atrociſſima eſt: vt coërceri inſanientes nequeant, & deinde omnium obliuiſcantur; pauci autem ex ea euadunt. Nec ſolum membranas occupat cerebri phrenitis, ſed & illius ſubſtantiam humor noxius occupat.

Febris illorum acuta & maligna ſed non admodum manifeſtè vehemens: vt quæ pulſus habeat exiguos, languidos, duros, reſpirationem magnam & raram, oculi ſanguinei interim ſicci, interim lachrymantes, lingua aſpera, delyrium perpetuum, ab initio dolor capitis, poſtquam confirmatus fuerit morbus feſtucarum auulſio, quod plurimum lethale eſt.

TEXTVS XVIII.

QVum igitur febres ardentes inciperent, ſignificationem de ſe præbebant, quibus pernities immineret. Statim enim, ab initio febris acuta parum inſuper rigebant, vigiles erant & grauiter angebantur ſiticuloſi, anxij, parum exudantes circa frontem & clauiculas, nullus per totum: multum delirabant: timores, triſtitiæ, extremitates ſubfrigidæ, pedes ſummi, & maximè manuum ſummæ partes. Exacerbationes in diebus paribus. Plurimis autem quarta die dolores maximi, & ſudores plerumque ſubfrigidi, & extremitates non amplius recaleſcentes, ſed liuidæ ſubfrigidæ, & neque ſitiebant. Ad hæc vrinæ his nigræ, paucæ, tenues, & alui ſiſtebantur: neque ſanguis è naribus erupit ex his quibus hæc accidiſſent, ſed parum ſtillauit, neque ad recidiuum vlli horum res deuenit. Sed ſexta die mortui ſunt cum ſudore.

COMMENTARIVS.

Ἀδήμονες ideſt grauiter ferentes tam Græcè quam Latinè in Cornarij verſione deſideratur. Cæterum ſunt mala, ſunt mediocria quædam, ſunt bona plura.

Pulcherrimam occaſionem habuit hic Galenus commentarium efficiendi vtiliſſimum, vt cum Hippocrates propoſito morbi genere per decem octo ſigna venatur, non ſolum moriturorum indicia; ſed & celeriter & quomodo, & qua die, vt iam ſint quatuor quæ doceret, morbum lethiferum, breuem, & mortem cum ſudore

dore

dure & ſexto die. Ex his decem octo quatuor præclare exponit Galenus ex difficilioribus, reliqua non ita, in quibuſdam etiam non bene. Nam quod dicat acutum eſſe ex propriis ardentis febris conditionibus verum non eſſe, docuimus *quinto contradicentium*, ſed ſolum ſiticuloſum. Addit ergo *acutum*: motus materiæ celeritatem & ſymptomata acria, cum dixerit ſuperius, ardentes febres quandoque eſſe mites. Percurramus autem primum communia ſigna & clara his duobus exactis, aſſidentia autem huic generi aut etiam communia, ſed quæ cauſam non habent adeò manifeſtam, declaremus.

Primum igitur conſtat facilè fieri, vt ardens etiam acuta ſit, cum ardentis febris materia tenuis plerumque ſit: ſic & quod *ſiticuloſi*, hoc enim dictum eſt proprium: & quod eſſent *vigiles*; calor enim & ſiccitas cum in omnibus febribus tum præcipuè in his, quæ ab acri materia fiunt. *Grauiter angi illos*; nimirum erat, cum omnia mala, quæ has febres comitari ſolent paterentur; ideo etiam moleſtiam ſentiebant, tum ex malorum multitudine, tum ex his, quæ vltra propria ſymptomata illos vrgebant, ſigna ſanè furori mali, & multitudinis, & prauitatis materiæ, & loci vicini cordi. Ἀσώδεες quidam cibum faſtidiente interpretantur, vt Cruſerius qui *faſtidioſos* vertit: Cornarius *anxios*; ego malim cibos *auerſantes* interpretari: nimirum conuenit & præcedenti verbo, & quòd tales patiebantur vt dictum eſt ex natura ardentium circa ventriculi os, mirúmque eſt Hippocratem prætermiſiſſe tam ſingulare ſignum & potens vt generale poneret. Galenus hoc prætermiſit, & minima poſtmodum ſectatur anxiè nimis. Aluos etiam ſiſti in febribus calidioribus, commune eſt ſignum, cum ab vtraque qualitate ſiccitate & calore alui duræ fierent. Sed & delirium per ſe conſequi ſolet huiuſmodi febres, materia tenui & calida tranſlata ad cerebrum; ſed addit *multum delirabant*; quod tamen non plus habet, quàm quòd vel febris eſſet vehementior, vel quod materia eſſet exuſta. Habes ſex ſigna generalia communiáque, & quorum ratio ſatis eſt perſpicua. Fit autem delirium in his ſine phrenitide, quoties ſpiritus acris ac ferueos in venolis cerebri adhuc continetur: quod ſi ſanguis ille exiat, & ſe ſubſtantiæ membranarum aut cerebri inſinuet, non iam delyrium ſolum ſed phrenitis excitatur.

Quæ verò non adeò perſpicua ſunt in his laboremus; & primùm proſequamur ea, quorum cauſam rectè tradidit Galenus. Primum igitur eſt (*neque ſitiebant.*) In proceſſu morbi cum omnes adeſſent cauſæ, ſitis, feruor, febris, vigiliæ, aluus aſtricta, mirum erat non ſitire. Id igitur cum non poſſet contingere niſi vel remiſſo morbo, aut ex tuſſi iuxta illud: *Quibus plurimum ſiccæ tuſſes leuiter irritantes, in febribus ardentibus fiunt, non multùm ſibi moleſtantur*; aut ob extinctam naturalem facultatem: cum igitur priorum duorum nullum adeſſet, reliquum eſt, vt ob tertium contingeret, quanquam Galenus ne quid perfectè diceret, ſecundam cauſam etiam omiſit. Secundum quoque eſt de timore ac triſtitia, quæ atram bilem in cauſa eſſe oſtendunt, velut *ſexta Aphoriſmorum*, quo prædominante in acutis febribus humore, cum in intermittentibus magno labore quartana vix anno integro diſcutiatur, quid mirum eſt lethales efficere morbos. Tertium eſt liuor extremorum, qui velut in frigoribus accidit fugiente calore, at in ardentibus effugere non poteſt, ſed extingui potius, cum nullum ſit externum frigus. Liquet igitur lethale eſſe ſignum. Sicut & quòd vrinæ nigræ, paucæ, tenues, mortem celerem ſignificabant: nigræ quidem ob bilem exuſtam, atque adeò vt etiam ichores eſſent reſoluti & ob id paucæ: tenues verò cum non potuerit calor naturalis cogere, nam igneus attenuat & diſpergit, ſolaris & naturalis non coquit & condenſat, craſſiuſque reddit. Hucuſque ſatis bene à Galeno redditæ ſunt cauſæ horum. Eſt & vna etiam non male ſed non perfectè ab illo cauſa aſſignata, vt iam omnes ſint duodecim. Ea igitur eſt cur ſanguis ſtillans mortem in huiuſmodi febribus ſignificet, cum proprium earum ſit vt largè profluat. Hoc igitur ſi perfectè explicare voluerimus, dicemus naturam tentaſſe in huiuſmodi morbis veræ ſanationis rationem nec potuiſſe perficere, quod vel erat ſignum prauitatis ingentis materiæ, vel imbecillitatis magnæ virium, quorum vtrumque vel forſan ambo etiam adeſſent, per ſe in morbo magno exitiale erat. In duabus autem aliis Galenus valdè errat, quarum prima eſt cur frigiditas extremorum in his mortem prænuntiet: habet autem ſecum hoc quæſitum & illud: & ſudores plerumque ſubfrigidi & extremitates non amplius recaleſcentes ſed ſubfrigidæ: atque ita erunt hæc tria in vnum coacta. Dico ergo quòd Galenus exiſtimat frigus hoc fieri in extremis coacto ſanguine ad interiora, quam etiam ſententiam expoſuit *Quarta Aphoriſmorum*, ſed libet hic huius commenti verba aſcribere: *At partium extremarum frigus perniocioſiſſimum febribus ardentibus ſymptoma eſt, & ſignum: Quemadmodum etiam deſipere, febris æſtu caput inflammante, cum proprium ſit & familiare febribus acutis vti extremis partibus corporis: Quæ ſi quando refrigerentur, regionéſque ad viſcera continentes in corporis meditullio coactum ſanguinem eſſe indicio eſt: extrema autem membra ſanguinem deſiderare refrigerari & ſimul emori, deſtituente iam ea natura.* Hæc verba tam ſpecioſa quis non laudet, admiretur? cum tamen nullibi vnquam deteriora dixerit. Quod enim non coacto ad interiora ſanguine, in acutis extrema refrigerentur, indicio eſt primum, quod peripneumonici & qui laterali morbo laborant, non ſolum calida habent, quamdiu ægrotant membra,

ſed

ſed etiam poſt mortem ſæpe ac ſæpius. Quòd etiam in vtero gerentibus accidit, quæ mortuæ ſunt: vel in puerperis dum ex ſuppreſſa purgatione vterus abſceſſum contraxit, adeò enim mortuæ calebant, vt in ſpem vitæ vſque ad tertiam diem cadauer nonnunquam ſeruaretur. Deinde id videmus in ſenibus biliofis, quòd dum febre corripiuntur, tale ſymptoma patiuntur, & quidam etiam euadunt, cum febris lenta fuerit. Deinde ſi hæc eſſet cauſa, cur non ab initio ſanguinem miſit Hippocrates, & non vt videretur hiſtoricus egregius, carnificinam exercere. Certum eſt enim ſi huiuſmodi afferatur cauſa atque ita ſit multo effuſo ſanguine ex vena, ab initio neminem periturum: quis etiam multos aut ſaltem aliquos cum frigeant, iam poſſe reſtitui. At tantum abeſt vt tales ſeruari hoc præſidio poſſint, vt ſi qua alioqui ſubſit ſpes, cum hoc præſidio ſint omnino perituri. Qui verò iam perituri ſunt longe citius, quidam etiam ſtatim. Appatet itaque doctrinam Galeni hac in parte non ſolum falſam eſſe, ſed pernitioſam. Oſtendamus ergo veram huius ſymptomatis cauſam, quæ eſt quòd ſolum cor eſt calidum in corpore noſtro, & eſt principium omnis caloris, quia etiam ſolum ipſum eſt cum motu, aut ſi quid eſt quod illi proportione reſpondeat. Sed in ſanguineis ſolum cor, adeò vt calorem quem habet ſanguis, habeat à corde: igitur non eſt actu calor in homine, niſi vt promanat à corde, ſed & illius inſtrumentum, quo per corpus diffunditur eſt ſanguis. Et ſi totus ſanguis conuerteretur in bilem feruidiſſimam, nihilominus corpus ſtatim refrigeraretur: bilis enim & reliqui humores ſunt poteſtate tantum calidi; cum tamen bilis ſanguini miſcetur, quod eſt in potentia ad actum deducitur, & fit actu calidior multò quam ſua natura eſſet. Exemplum à pipere: ipſum enim in ore contentum calidum non eſt, ſed vbi concaluerit, a calore oris ipſum os femere facit, & calefacit mirum in modum; ſublato tamen calore ſanguinis iterum refrigeraretur. Cum ergo febres ardentes aut aliæ acutæ adeò prauæ fuerint, quod omnem ſanguinem commutauerint in bilem, tunc interiora vruntur, quia ibi eſt ſanguinis portio, aliter animal iam eſſet mortuum; externa autem frigent, quoniam ſanguis nullus aut admodum paucus ſupereſt. Cum ergo extrema refrigerentur, & liueant propter frigus externum, quod non aderat, cum eſſent in cubiculis concluſis ægri, & contecti pannis, aut propter contractionem caloris, vt in initio intermittentium, vt ideò dicit Hippocrates in textu *non recaleſcebant*, vt intelligeremus non fuiſſe typum. Reliquum eſt vt iam ſanguis totus ferme in bilem tranſiſſet, & ob id patet quod morituri eſſent, & quod breui, & quòd ſectio venæ obfuiſſet: in fine quidem morbi ne ſanguis quidem fluxiſſet: ab initio autem quod ſubtracto ſanguine etiam celerius quod reliquum erat, corruptum fuiſſet. Hæc eſt vera cauſa, ex qua etiam curandi ratio haberi potuiſſet, ſcilicet in robuſtis refrigerando vehementiſſimè ab initio, & per alexipharmaca retundentia acumen illud putredinis, neque enim aliud erat hoc quam modus quidam putredinis vehementis ac tenuis in ſubſtantia ſolida, ſicut eſt ignis fulminis. Sed cur manus magis frigebant quam pedes: nec hoc Galenus auſus eſt attingere. Cauſa multiplex eſſe potuit, quod ſanguis in manibus ichore vacet ſi ſit ſecundum naturam non in pedibus, quòd exiliores ibi ſint venæ, & quod propiores ſint loco incendij, nec tamen cauitatem habent vt Cor, vel venam magnam vt illud ſanguinis multitudine temperare valeant.

Cur autem ſudarent in fronte ſolum & iuxta clauiculas, ſuperius declaratum eſt: quamuis non de clauiculis dixerim: clarum tamen eſt, quòd ibi venæ iugulares atque arteriæ prope ſunt, vnde propter vehementiam æſtus prodibat ſudor, ſicut in facie quod ibi cutis ſit tenuiſſima & rara. Alterum eſt cur exacerbarentur diebus paribus, & in hoc continetur vltimum ſeu decimum octauum ſymptoma, cur maximè in quarta, Noſter egregius Galenus non verecundatur imponere nobis, ſed verba adducam ne quis illum me calumniari putet. Iam acceſſiones cum diebus paribus fiunt à principio ſtatim, interim ad ſextum diem peſſimum iudicium fore prænunciant, interim in longum producendum morbum. At ſi quidem admodum moueantur quarto die prauam habente acceſſionem, ad ſextum diem de vita decedunt, vt hi de quibus ſermo habetur. Ad quartum igitur diem dicit habuiſſe maximos labores, hoc eſt dolorifica omnia ſymptomata, & ſudores diutiſſimè ſubfrigidos. Quare liquet diem ſextum mortem his cum ſudoribus allaturam. Hoc verò ſolum bene dixit inter tot aſſignata ratione, cur in ſexta cum ſudore obierint: verum non conſtat ſibi cum *Quarta Aphoriſmorum* dicat acceſſiones diebus paribus longum morbum ſignificare. Itaque hic error deterior eſt priore: nam in priore errat: at humanum eſt errare, in hoc ipſo imponere nobis conatur; nam ob id in ſexta iudicabantur, quod acceſſio diebus paribus inuaderet, non acceſſio inuaſit paribus diebus, quòd in ſexta eſſent iudicandi.

Atquam melius fuiſſet, & ingenui viri officium dicere, neſcio; quam has nugas toti poſteritati obtrudere velle. Cauſa ergo eſt quod cum febris accenditur acuta cum ſit ex natura bilis, tertia die facit exacerbationes: ſed ſi alia ſit materia magis denſa, per ſe non poteſt accendi, ſed ex priore putredine concipit corruptionem ſecunda die, igitur exacerbatur morbus quarta & ſexta. Exemplum cape in lignis, ſi quis apponat ligna, faſciculos & virgulta, ardebunt, ſed non vehementem calo-

rem

rem excitabunt, ſed ſi poſt ſuperimponat vel etiam ſimul ſtipitem magnum, non ardebit ſimul cum illis ſed poſt: verum vbi accenſus fuerit domus tota, magno æſtu flagrabit. Acceſſio ergo paribus diebus duo ſignificat; primum duplicatum eſſe morbum, quia duplicata eſt materia: ſecundo longè magis quam duplicatum eſſe morbum, quia materia quæ poſterius accenditur in acutis, eſt ex genere atræ bilis, cum non poſſit eſſe pituita. Sed quia eſt ex genere flauæ bilis exuſtæ, ideo facit & ipſa acceſſiones per tertium diem, à prima acceſſione, & ita quarto, & ſexto, & octano. Et ſi quis dicat cur ſi putreſcit atra bilis, non facit acceſſionem quartanam? nec dico quòd in *ſexto contradicentium* declarauimus ex bile exuſta facta à flaua non fieri quartanam ex Galeni ſententia: quia mouetur hic humor iuxta naturam primam. Adeo vt quartana fiat ex melancholia naturali, aut exuſta, aut humore crudo, non ex bile flaua exuſta, cum faciat acceſſionem per tertium diem. Et ex hoc apparet quod etiam non animaduertit Galenus, cur quarta die ſe adeò male haberent: nam erat indicatiuus ratione morbi, qui prima die cæperat, & exacerbationis comparatione ad materiam ſecunda die ſuccenſam. Sed dices cur non etiam exacerbabatur diebus imparibus licet non adeò validè, nam ſi hoc fuiſſet dixiſſet vt antea; modus ſemitertianus ideſt dum tertio quoque die augentur, ſed non pari ratione. Quarta enim ſecundæ tertia primæ, atque ita vt in duabus tertianis ſibi reſpondent. Hæc debuerant longo ſermone à Galeno explicari: at vt videatur mirabilior primo in tertium Epidemiorum commentarium fecit trium foliorum, vbi pauca erant dicenda. Hæc ars eſt ſophiſtarum quos ille tantoperè damnat. Sed redeamus ad Hippocratem.

TEXTVS XIX.

PHreniticis autem acciderũt præſcripta, non omnia. Iudicabantur autem his plerunque die vndecima: quibuſdam vigeſima. Quibus non ſtatim ab initio phrenitis cæpit circa tertiam aut quartam diem, ſed moderatè habebant primo tempore, his circa ſeptimam morbus ad acumen tranſijt.

COMMENTARIVS.

Hunc textum Galenus diuidit in duos, cum breuis ſit & de eadem re loquatur, & duobus vtramque partem verbis exponit. Quid hoc niſi vt quandam artem ſecretam interpretandi ſe habere perſuaderet hominibus. Cum verò videret maximam difficultatem in hac narratione, ſcilicet vt phrenitici diutius perdurarent laborantibus ardente febre, nec omnia illa quæ dixit de ardentibus febribus paterentur, nec omnino interirent, priores dixit omnino contra mentem Hippocratis non ſolum ardente febre, ſed etiam phrenitide laboraſſe, quaſi palpum legentibus & poſteritati obtruſurus. Quid enim attinebat Hippocratem dicere quòd factæ ſunt febres ardentes & phrenitici, è quibus plurimi moriebantur: poterat enim dicere fiebant phrenitici, & quidem multi etiam cum febre ardente. Deinde putat phreniticos caruiſſe febre ardente, quod & ſi eſſe poſſit rarò tamen accidit, febris enim phreniticorum acuta quidem ſemper eſt, ſæpe etiam ardens. Atque omnia hæc ex obliuione vnius verbi, quod exiſtimauerit omnes laborantes febre ardente mortuos in ſexta, cum pauci mortui ſint: ſed tamen illi omnes mortui ſunt qui decem octo illa ſigna habuerunt, ſupraſcripta textu præcedenti. Sed dices forſan quid de aliis quibus non omnia illa ſigna affuere? Dico quòd omnibus quibus fluxere vrinæ nigræ, pancæ, tenues, affuerunt omnia illa ſigna; affuerunt quia omnia dependebant ex hoc vno, & præter communia vbi affuit vnum ſignum ex illis valde malis, affuere omnia.

Similiter neque declarat neque intelligit ſecundam partem textus, in qua eſt longe maior dubitatio, quia Hippocrates velle videtur, vt phrenitis cæperit tertia vel quarta die, & acumen ſeptima, quod eſſe non poteſt vllo modo. Clariſſima autem eſt tota ſententia hoc modo: febres ardentes plurimæ apparuerunt, è quibus quædam fuere pernicioſiſſimæ, quæcunque ab atra bile ex flaua exuſta factæ ſunt, & in ſexta cum ſudore interibant. Phreniticorum autem etiam maior pars interijt in vndecima vel in vigeſima, atque hi qui in vigeſima perierunt, fuere quibus non ſtatim morbus phrenitis eſſe cœpit, ſed ab initio & vſque ad tertiam & quartam diem fuit moderatus, poſtea in ſeptima tranſijt ad phrenitim, quæ cum eſſet etiam mitior à die initij ſerius aliis indicabatur ſcilicet in quartadecima. Porrò Galeni expoſitione nihil vnquam vidi alienius. Ob quod etiam diuiſit textum perperam.

TEXTVS XX.

MAgna itaque erat morborum multitudo. Ex ægris autem maximè moriebantur adoleſcentes, iuuenes, in vigore ætatis conſtituti, leues, ſubalbicante cute, rectos itemque nigros capillos habentes, & oculos nigros, & qui in quiete

& ocio vixerant, & alta voce, aut gracili, aut aſpera præditi, balbi, iracundi: & mulieres plurimæ ex hac ſpecie moriebantur.

COMMENTARIVS.

Mitum in modum ſe torquet Galenus hic in re ſatis clara: & ſi adhuc dubia, eſſet parui momenti. Quis enim ſi non ratio verborum id docet, ſaltem ratiōne non deprehendit de omnibus illum ægris loqui, inde oſtendere quinam præcipuè ex his moriebantur. Et vbi pluſquam dimidium in his nugis conſumpſiſſet, rem ipſam claudo vt dici ſolet pede tranſit. Quinimo ſuſpicor vt vera fatear, alium habuiſſe textum quam nos exponamus: cum illud exponat (*plurimos periſſe*) quod nuſquam habetur in textu niſi ad ſuperiores refetatur. Quicquid ſit videtur vt dici ſolet modum in ſcirpo quærere, diuiditur enim ratio morientium in ætatem, ſexum, conſtitutionem, vocem, vitium naturæ, vitium animi atque habitum. Ex ætatibus aſſumpſit non calidiores, vt Galenus dicit ſed bilioſiores: nam pueri fuerant connumerandi, ſi calidiores ætates aſſumere volebat. Galenus enim pueros *ſecundo de Temperamentis cap.* a. æque calidos dicit eſſe vt iuuenes. Id verò iure non ſolum, quod bilioſæ ætates phrenitidi & ardentibus febribus magis eſſent obnoxiæ, ſed etiam quòd huiuſmodi ætates laboribus & Veneri penè ſolæ indulgeant, crapulæ etiam & malæ rationi victus. Ex conſtitutione quæ ad ſexum & habitum extenditur, quæ impura ſunt corpora, vel quia non exercentur, vel quia non adeò perflantur. Mulieres in ocio degunt, & denſiore licet laxiore ſunt cute. De vitiis etiam animi iracundi erant magis bilioſi vt materiam paratam his morbis haberent. Sunt etiam iracundi prauorum humorum, vidique ſæpe homines antequam ægrotarent, ideſt ex lethali morbo præcipuè adeò factos iracundos, vt vix à domeſticis ferri poſſent. De balbis hoc eſt vitium corporis manifeſtum, dicebat Hippocrates *ſecundo Epidemiorum:* Balbi celeri lingua præditi, atræ bilis humori obnoxij, bilioſique ſunt: oculis non oictantes, iracundi. Et rurſus *Septima Aphoriſmorum* Balbi ab alui longo profluuio maximè capiuntur: vt liqueat in huiuſmodi viros fuiſſe obnoxios periculo, & ob atram bilem, & ob flauam, & ob impuritatem. Reliquum eſt igitur vt de duobus agamus, de voce & conſtitutione cauſam docendo. Vnum quidem Galenus aggreditur, alterum tanquam declaratum cum nil minus fecerit Galenus omittit, territus difficultate quæ prolixitatem ſequebatur. Deſperabat enim ad pauca capita rem redigi poſſe. Ita autem ſe habet. Qui ergo ſubalbicante cute ſunt, calorem habent naturalem omnes exiguum & languidum, nam calidi aut rubri ſunt aut nigri, & ſimiliter leues admodum molles ſunt, tales igitur omnes excrementis & humoribus abundant, & ideò maximis morbis obnoxij, glabros leues etiam vertit Cruſerius; omnino hæc caloris innati imbecillitatem declarant aut humidam omnino intemperiem, quo fit vt excrementis abundent. Oculi nigri vt habetur in *Arte Medica,* ſignificant humorem cryſtalloidem, impurum plerumque; nam reliquæ cauſæ quas ibi adducit ad nigredinem non ſufficiunt; igitur hæc omnia ſpectant ad morbificam naturam. Porrò *capilli recti & nigri* Oſtendunt impurum & humidum totius corporis habitum. Nam principia illa Galeni *in Arte medica* adeo diſſona ſunt, vt cum nigros capillos calidæ cerebri temperaturæ tribuiſſet planos autem humidæ, nullam inuenerit temperaturam cui nigros & planos tribuere poſſet, nam maximè videbatur calidæ, & humidæ conuenire, ſed non eſt auſus hoc dicere. Quare capilli nigri & plani humidam & plurima tamen atra bile abundantem, tam in cerebro quam in toto corpore temperaturam ſignificant. Sequitur *de voce* tandem, Qui ſonora vel gracili vel aſpera: legitur in Cruſerio vt ſonoram, ille altam dixerit. Galenus ſe implicat: non tanti feci ſuam ſententiam, vt voluerim codicem græcum videre: quia Aldinus confuſus eſt vt tempus eripiat quærentibus, hæc autem res exigui eſt momenti, *ἰχνόφωνοι* ſeu gracili ſeu exili voce dixeris parum refert. Dico gracilem quæ fit ex anguſtia aſperæ arteriæ, quæ craſſæ & amplæ opponitur, qualis eſt in pueris: exilem autem imbecillem quæ fit ex muſculorum vocalium debilitate, vt in ægris cui opponitur valida. Hæc imbecillitatem caloris ſignificat, ideóque etiam mortem in ægris, illa verò frigidam naturam, atque ideò etiam imbecillem ſed non adeò. Aſpera autem quam raucam vocamus, humidam & excrementis abundantem ſi præter naturalis ſit; ſiccam ſi naturalis. At ſonora qualis in ætatibus calidam, ac ſiccam & bilioſam: patet itaque omnium ſimilitudo inter ſe, & interitus cauſa.

TEXTVS XXI.

At in hac conſtitutione ex quatuor ſignis maximè ſeruabantur: Quibus videlicet ſanguis è naribus probè erupiſſet: aut vrinæ multæ, & multam ſubſidentiam habentes per veſicam prodijſſent: Aut per ventrem turbata, bilioſa tempeſtiuè proceſſiſſent. Aut qui dyſenterici facti eſſent.

COMMEN

COMMENTARIVS.

Sanguinis è naribus profluuium ſeruaſſe ardentes febres, tum etiam phreniticos, mirum non eſſe dixerim: at quomodo phrenitici ex aliis ſeruarentur dubium eſt, atque vtinam Galenus qui adeò anxiè de re parui momenti dubitauit, in præcedenti textu in hoc dubitaſſet, quæ maxima eſt & prædicendi & curandi fine propoſito. Nam parum refert, an qui ægrotarint nigri mortui ſint aut albi, quandoquidem de his certam regulam non tradiderit Hippocrates: ſed an phreniticus ex alui profluuio, aut dyſenteria, aut vrinarum multitudine ſanari poſſit, quandoquidem & res ipſa docetur, & cauſa & modus, plurimum intereſt. Galenus autem dicit clarum eſſe, ni forſan intelligat primum ſolum ad phreniticos referendum eſſe, & quanquam Hippocrates non protulerit diſtinctè de his vel illis, cum tamen ſubijciat: *Quibus autem vel horum vnum acciderit bene, aut largè menſes profluerint, per hæc ſeruabantur ac iudicabantur, neque vllam interijſſe noui, cui ex his aliquid accidiſſet.* Facit ad hoc quod non videam morbum lateralem aut peripneumoniam ſolui vnquam fluxu ventris, quantò minus phrenitim. Forſan dices ex *Quarta Aphoriſmorum*, bis repeti ſurditatem, ſolui fluxu ventris ex bilioſis egeſtionibus. Sed non eſt eadem ratio, cum in phrenitide materia ſit contenta in cerebri membranis. Ideò dico quòd dictum hoc debet referri ad alios morbos, vtpote febres ardentes, nam hi poſſunt ſeruari quauis via, ex iſtis etiam phrenitici: vel quòd phreniticos intelligit illorum quibus ſanguis incaluit ex bile, & delatus ad cerebrum facit vehemens delirium, nec tamen facit abſceſſum, nam tales omni via ſeruari poſſunt. Et hoc modo intelligit *Primo de morbis* phreniticos. Vbi etiam dicit quòd ex phrenitide fit peripneumonia, & declarat modum, & dicit quod etiam aliqui ſeruantur licet raro: palam quòd non intelligit phrenitidem Galeni. Vnde demitor hos qui tantum tribuunt Galeno, quem palam eſt non intellexiſſe Hippocratem multis in locis, & maximas difficultates ſicco pede (vt dici ſolet) tranſiſſe.

TEXTVS XXII.

ACciditque multis vt non ex vno præſcriptorum ſignorum iudicarentur, ſed per omnia percurrerent, & grauius quidem habere videbantur, conſeruabantur autem omnes quibus hæc accidiſſent.

COMMENTARIVS.

Quibus materia multa erat, ſubſtantia diuerſa, & in multis locis, in his par erat plures accidere criſes diuerſas tempore & loco, velut in muliere quæ decumbebat in littore grauida, ex ſequentibus; & Chærione aliiſque multis, quos neceſſarium erat videri grauius ſe habere, quoniam laſſatur natura in multiplici criſi: nihilominus ſecuriores ſunt huiuſmodi ægri euicta ſenſim materia, vt ſi natura tota oppreſſa petuineit partem, ſubleuata vincet & reliquam. Sed caue ne omnia aggrediatur & nihil perficiatur, hoc enim malum eſt; voluit ergo nos admonere nil melius eſſe repetita & diuiſa criſi quod ad ſecuritatem ſpectat, quamuis morbum ſignificet futurum longiorem, & efficiat difficilem. Contra qui vna periclitantur criſi, aut ſtatim euadunt aut prorſus ſuccumbunt. Vnum igitur ſecuritatis, aliud breuitatis eſt ſignum. Ex quo patet quod ſi vera ſunt, quæ Galenus dicit *Quarta Aphoriſmorum com.* 22. nam non ex Hippocrate ſunt, ſcilicet fieri non poſſe vt cruda viriliter excernantur, cum Hippocrates dicat vt perfectam & facilem afferant ſalutem, oportere multiplices fieri coctiones: & nonnunquam cum vrinarum cruditate materiam morbi coctam eſſe: velut in Herophonte & Pythione. Sed hæc inferius clarius demonſtrabuntur.

TEXTVS XXIII.

MVlieribus autem & virginibus accidebant item præſcripta omnia ſigna. Quibus autem quippiam horum bene accideret, aut menſes largè apparerent, per hæc ſeruabantur & iudicabantur: neque vllam interijſſe noui cui ex his aliquid accidiſſet. Philonis enim filiæ ſanguis ex naribus largè fluebat. Septima autem die intempeſtiuius cœnauit & mortua eſt.

COMMENTARIVS.

Duo hic oſtendere vult: vnum quòd procliuius fuit mulieribus ac virginibus ſanari, quàm viris; licet dixerit quod mulieres plurimæ moriebantur, & vtrumque eſſe potuit: nam mulieres præter ea quibus poterant ſeruari habebant, menſes etiam habuerunt quibus ſeruarentur. Attamen plurimæ moriebantur, quia maior putredo in his fiebat ob excrementorum abundantiam, & minus procedebant excretiones ob caloris imbecillitatem. Alterum eſt quòd ex intempeſtiua cœna iam bene

iudicata interijt, quod quomodo euenire potuerit non explicat Galenus. At pulchrum fuiſſet & par erat Galenum hoc docere, quandoquidem non ſolum ſemper aut tarò ſed rariſſimè contingat, indicatum bene ægrum ex cæna intempeſtiua mori, Nam etiam ratio id ſuadet cum materia iam nulla ſit quæ poſſit perimere, nec error vnius cænæ maximè in iuuene qualis fuit Philonis filia interficere poſſit ægrum: ſingulis enim diebus apud nos molti perirent ſi hoc eſſet, quandoquidem non ſolum intempeſtiuè cœnent, ſed etiam veria plura, vt carnes & oua edant aut vinum bibant. Propterea dico quòd hic caſus fuit ratus, & fuit iudicatio imperfecta, ſicut in Metone vbi inquit: *ſed ſanguis erupit ſæpe etiam poſt indicationem.* Et idem in virgine io Abderi: in huiuſmodi enim caſibus cum criſis imperfecta eſt, & maximè cum fuerit abſceſſus in viſceribus, dicebat Princeps *ſecunda Quarti*: In viſceribus relinquitur calor & inflammatio & tales ſunt parati ad reuerſionem morbi. Quod verò dixit *ἀκαιρεσίμῳ* aliud eſt ab abundanti cœna: ex nimis enim copioſa cœna febricitauit homo *Octauo Methodi cap. 96.* alius verò mortuus eſt vt in *Tertio Epidemiorum* de Pario: hoc ſi iotellexiſſet dixiſſet. Mortua eſt ergo bæc, quia morbus non erat perfectè indicatus, nam ſolus ſanguis tarò iudicat niſi aliud decretorium comitetur: & hoc maximè ſi vrinæ ſint tenues nam hi duo qui ſanguinis profluuio liberati ſunt, de quibus nuper dixi, non iudicati ſunt tamen antequam ſudauerint.

TEXTVS XXIV.

QVibus in febribus acutis præſertim ardentibus, lachrymæ inuitæ defluunt, his ſanguinis à naribus eruptionem expectare oportet, ſi etiam alia perniciosè non habeant. Nam his qui malè habent, non ſanguinis eruptionem, ſed mortem ſignificant.

COMMENTARIVS.

Dictum eſt *in Primo Prognoſticorum tex. 10. Si oculi nolentes lachrymentur malum eſſe:* & rurſus. *Quarta Aphoriſmorum 52. Quicunque in febribus vel in aliis morbis ex voluntate lachrymant nihil abſurdum: qui verò non ex voluntate abſurdius.* Et in *Quarto Epidemiorum pag. 9. Qui quidem volentes lachrymantur non malum eſt: Quibus autem inuitis lachryma profluunt, malum.*

Lachrymę volentibus excidere dicuntur, quoties ex triſtitia aut mœrore ſeu timore decidunt; atque id ſi ex timore, nil aliud oſtendit quam naturæ qualitatem. Sed ſi ex triſtitia, conſiderare oportet an cauſa adſit efficax: velut memoria filiorum aut paupertatis, neque id malum ſignum; malæ tamen ſunt cauſæ vt quæ euertant coctiones, multique ob id perierunt. At ſi ſine cauſa efficaci prodeant cum triſtitia, malum etiam ſignum ſunt atræ bilis ſcilicet dominantis. At de nullo iſtorum ſermo eſt. Verùm cum non cogitantibus excidunt ex inflammatione cerebri fieri ſolent, triaque babent diſcrimina, quorum duo extrema Hiopocrates docet: ſi quidem alia ſigna non perniciosè habeant, ſignificant feruorem ſanguinis, ac cerebrum ob id excalefactum, vnde pituita colliquata effluit: At ſi reliqua perniciosè babeant velut albæ feces, vrina cruda, conuulſio, caſus virium mortem prædicunt. Non enim calor ille ex feruente ſanguine eſt ſed vel abſceſſu vel bile dominante, quorum alterutro mors ſequitur. Quòd ſi leuiter vnus tantum oculus afficiatur rubeatque illius, hoc eſt tertium, indicatque lippitudinem, non mortem neque fluxum ſanguinis narium; quare pulchrè diſtinguere oportet: vidi enim in Io: Maria Mauroceno Patritio Veneto in duplici tertiana, inde facta continua, dextro ex oculo lachrymam fluentem, ſed leuem leuique cum febre, qui à me paulo poſt ſanatus eſt. Itaque contingit hoc facile cauos habentibus oculos & cerebrum aqua pleoum, velut ſenibus. Caue ergo ne pronuncies perperam, cum morbi proprij potius rationem habuerit, quam ſigni laborantis cerebri. E diuerſo contingit quibuſdam ex leuibus febribus fluere huiuſmodi lachrymam, quaſi in lippitudine, ægrumque quaſi ex inopinato perire, proptereà quòd malè affectum eſt cerebrum: ſicut de Principe Mediolaoenſium Franciſco Sfortia Secundo eius nominis. Plurimum autem refert in hoc caſu vigilia & faciei color; nam ſi palleat & vigilet perniciosum eſt: ſi rubeat facies & oculi, minus timendum: atque eò etiam minus ſi dormiat. Sed cur Hippocrates in *Quarta Aphoriſmorum* generaliter malum eſſe dixit, quod diſtinguere oportebat, Quoniam ibi comparatiuè loquitur; nam ſi non ex voluntate perfluant lachrymæ, ſemper cerebrum ſupercalefactum ſignificant, non aliæ.

TEXTVS XXV.

TVbercula iuxta aures in febrientibus cum dolore oborta, quibuſdam febre indicatorio modo deficiente, neque ſedantur, neque ſuppurantur: hæc bilioſum alui profluuium, aut dyſenteria, aut craſ-

ſarum

ſarum vrinarum ſubſidentia ſoluit, velut Hermippo Clazomenio.

COMMENTARIVS.

Parotidas vocant hæc: dicit quòd ſi ante iudicationem fiant cum dolore & febre per iudicationem ſoluta, quibuſdam neque euaneſcunt, neque ad ſupputationem vertuntur: his diſſoluuntur vel per bilioſum alui profluuium, vel dyſenteriam, vel craſſam vrinas habentes ſubſidentiam. Ex quo habetur, quod materia quæ exit per venas videtur rurſum retrocedere poſſe in venas & expelli; nam vt alias dictum eſt, materia morbi lateralis bifariam per vrinas expurgari poteſt: vno modo generaliter educta ſanie in pulmones, inde ex his per venam arterialem in dextrum cordis ventriculum, aut per arteriam venalem in ſiniſtrum, & ex his in venam cauam, aut in arteriam magnam, & exinde in emulgentes, & renes ac veſicam. Hic modus multas patitur difficultates, maximè quod oſtiola dextri ventriculi cordis aperiuntur ſolum ab extra intus, at ſic oporteret, vt aperirentur ab intus extra. Secunda quia oporteret ſaniem illam tranſumptam ex arteria venali recipi in ſiniſtrum cordis ventriculum, quod eſt difficillimum: nec videtur id fieri poſſe citra magnam turbationem, cum tamen videamus eos, qui talem mingunt ſaniem ſatis leuiter tunc ferre morbum. At ſecundus modus eſt, quod multis adeſt vena aiuga ex latere ſiniſtro, quæ peruenit in emulgentem eiuſdem lateris, ſicut vidimus in infante quem diſſecuit Folchorius Germanus in domo Cæſaris Odoni medici eruditi.

Sed hic contingit maior difficultas quàm in priore: non ſolum quia fit rara conſtitutio corporis, ſed quòd oporteat eam ſaniem rurſum redire in illam venam aiugam, vt transferatur ad emulgentem. Accedit vtrique modo alia difficultas, quæ tangitur à Galeno *quinto de locis cap. 3. poſt medium*, vbi dicit: *ſi ſanies illa miſceatur ſanguini, quomodo poſtmodum poterit ſeparari?* Forſan dicet aliquis illud Hippocratis *de locis in homine pag. 1. quod corpus noſtrum totum transpirabile eſt, & in vnum conſentit & conſpirat*: ſed hoc intelligitur de qualitate non de ſubſtantia; & ſi de ſubſtantia, de portione tenui, non de tota & craſſa. Propterea dico, quod ad ſeparationem attinet, pus ſeparari, quia miſcetur ichori non ſanguini ipſi, ideo etiam cum ichore educitur per vrinas. & cauſa eſt manifeſta. Ad id, quod effuſum in ſubſtantiam membri non poteſt reuocari in venas, dico quod non expurgatur totum quod effuſum eſt in parotidem, neque in abſceſſum ſub pleura, ſed primum quod adhuc continetur in venis, quæ ſunt comprehenſæ ab abſceſſu ſecundo; portio etiam tenuior quæ continetur in abſceſſu ipſo, quæ iterum redit in venas ob calorem, qui omnia miſcet, & maximè tranſumitur in arterias dum dilatantur & trahunt per oſcula aërem, ita etiam trahunt ſaniem. Reliquum autem in parotidibus quod relinquitur reſoluitur per ſe, ſicut in morbo laterali expuitur: neque enim inuentus eſt quiſquam eo morbo laborans, qui ſanatus ſit per ſolam vrinam ſanioſam, ſine vllo ſputo; ſed ſufficit, quòd maxima pars expellatur per vrinam. Quod autem dicitur de ſanie tranſeunte per ſiniſtrum ventriculum cordis, dico quod licet Galenus in priore authoritate illud admittat, veriſimile non eſſe; ſed potius per venas, quod in venis abſceſſus eſt, & circum illas ad aiugam, inde ad cauam & ad emulgentes, inde per renes & veſicam expurgari abſque vlla difficultate, verùm quod relinquitur in ſubſtantia membri per ſcreatum, vt dictum eſt. Per aluum autem eſt difficilius, quia oportet tranſire materiam ex gibba iecoris ad cauam per venas illas tenuiſſimas. Ideo Galenus commentus eſt venam à caua orientem, quæ ſit ſocia quaſi ſtelechiæ, & ideò veniat ad meſaræum. Sed eſt vnum ex ſuis inuentis, quoniam inuenit apud aliquem ex antiquis, & non eſt auſus modum declarare: nobis autem hoc hic eſt neceſſarium, quia parotides cum purgantur, per aluum, neceſſe eſt materiam illam per cauam venam deduci ad ſtelechiam & ad meſaræum per ipſam; & hoc contingit in omni euacuatione, quæ fit per aluum, & ex iuncturis per medicamentum & in aliis. Cum ergo contingat in omnibus hominibus, ergo non fit per venam vnam ſociam ſtelichiæ vt Galenus ſomniat, ſed modo generali & communi. Ideo animaduertant quantum detrimenti afferant, qui cataportiis validis aut aliis medicamentis reuocant materias quæ adſunt vltra iecoris gibbam ad concauam: fieri enim poteſt vt ob huiuſmodi purgationem alioquin ſanus intra ſex menſium ſpatium aut annum facta graui obſtructione in locis illis adeò anguſtis intereat: huiuſmodi decuit potius Galenum animaduertiſſe. Sed redeo ad principale: de parotidarum generatione loquitur longo ſermone in *Tertio Prorrheticorum*, vbi etiam ponit vnum modum diuerſum ab his ſolutionis parotidarum per tuſſiculam & copioſum ſputum. Sed non eſt modus generalis. Sed dices ex *libro de Indicationibus*: videtur velle quod ſi deliteſcant nec ſuppurent, quod indicent recidiuas. Dico ſe declarat, vbi non ſequatur purgatio; at hic purgationem præſupponit poſt indicationem per quam ſoluantur.

TEXTVS XXVI.

IVdicationes autem ex quibus cognoſcimus, aut ſimiles ſunt aut diſſimiles, velut duo fratres, qui ſimul eadem hora ægrotare cœperunt. Decumbebant autem iuxta theatrum Epigenis fratres. Horum ſeniori ſexta die iudicatio facta eſt, iuniuri verò ſeptima. Recidiua facta eſt vtriſque ſimul eadem hora. Laborauit quinque dies ex recidiua. Iudicatio facta eſt vtriſque ſimul in totum die decima ſeptima.

COMMENTARIVS.

Et hic rurſus Galenus dubitat, inuoluit, denique fugit expoſitionem, quæ clariſſima eſt, ſed vno verbo mutato; verùm priùs Hippocratis ſententiam explicemus quæ talis eſt. Debemus videre in iudicationibus quid ſit ſimile, & quid diſſimile, & hoc explicat multis exemplis tam clarè, vt nemo poſſit dubitare, niſi quod in primo exemplo cecidit error. Et conſtant in hoc omnia exempla, quod morbi illi iudicati perfectè ſunt in die decima ſeptima ab initio ægritudinis; omnes habuerunt recidiuas: fuerunt autem diuerſi in hoc, quod neque prima iudicatio facta eſt eadem die, neque etiam reuerſio morbi. Dat autem primum exemplum de duobus fratribus Epigenis. & littera debet legi, vt iacet hic, antea legebatur *intermiſit* pro *laborauit*. Et ſenſus eſt clarus, ægrotarunt eadem die, ſeniori ſexta die iudicatio facta eſt, iuniori ſeptima, rediijt morbus eadem hora, & in recidiua laborarunt quinque diebus, & ex toto ſolutus eſt morbus decima-ſeptima die ab initio. Ex quo patet, quòd duodecima die eadem hora morbus repetijt. Atque ita clara eſt litera & ſenſus, qui torſit Galenum. Oportet modo oſtendere quòd ita ſit, inde ducere vndenam irrepſerit error. Quòd autem ita ſit patet primum, quia hic intendit dare exemplum de morbis qui terminati ſunt in decima-ſeptima die, quod apparet in quinque ſequentibus exemplis, vbi oſtendit per varia tempora iudicandi, repetendi; nec ſemel tantum, ſed etiam bis, morbos ſemper in decima-ſeptima die perfectè iudicatos fuiſſe. Et etiam quia aliter non congrueret primo propoſito, ſcilicet quòd in iudicationibus oportet ſimilitudinem & differentiam obſeruare. Demum ipſe numeraret dies iudicatorios à reuerſione, non à principio morbi: incidiſſet enim ſecundum priorem lectionem iudicatio in vigeſimam octauam vel vigeſimam nonam diem, quæ non ſunt iudicatoriæ vllo modo: nec vnquam Hippocrates iudicij dies numerat à reuerſione, ſed ab initio morbi. Quid plura? res adeò clara eſt, vt quantò plura afferam quaſi dubiam reddam: ſed audi cauſam erroris, quoſdam enim talia delectant: loco enim [illegible] ſcripſit.

TEXTVS. XXVII.

PLurimis autem ſexta die iudicatio facta eſt, intermiſit ſex. Ex recidiuis autem iudicatio facta eſt quinta die. Quibuſdam verò ſeptima iudicatus eſt morbus, & ſeptem diebus intermiſit. Ex recidiua verò iudicatus eſt tertia. Quibuſdam autem iodicatus eſt quinta, intermiſit ſeptem, rediijt per tres, intermiſit vnam, inſuperque vnam rurſus occupauit. Aliquibus verò iudicatus eſt ſexta, intermiſit ſex, rediijt per tres, intermiſit vnam & vna iudicatus eſt, velut Euagonti Baipharſis filio. Quibuſdam autem iudicatus eſt ſexta: intermiſit ſeptem: ex recidioa verò iudicatus eſt Quarta: velut filiæ Aglaida.

COMMENTARIVS.

Vt in præcedenti commento docui: hæc ſunt quinque alia exempla languentium, quorum criſis fuit omnium in decima ſeptima, & differt Primum ab omnibus aliis, quia eodem tempore ægrotarunt, diuerſo iudicati ſunt: ſed & eodem die repetijt morbus, in his autem non diuerſo die ſunt iudicati. Secundum igitur eſt illorum qui iudicati ſunt ſexta die, intermiſit ſex, ideſt tertia-decima repetijt morbus, & quinta iudicatus eſt ideſt decima-ſeptima ab initio morbi. Et videtur ſimilis morbo & caſui maioris fratris in primo exemplo, vt verius dicamus vtrique fratrum repetijſſe morbum in tertia-decima die, quam in duodecima.

(*Quibuſdam verò*) hoc eſt tertium exemplum eorum, quibus criſis facta fuit in ſeptima, intermiſit ad quartam-decimam vſque: quinta-decima repetijt, & plenè iudicati ſunt decima ſeptima. In his fuit longior intermiſſio, ſcilicet ſeptem dierum, & breui & recidiua ſcilicet trium dierum, quia primum iudicium factum eſt in ſeptima die, quæ eſt melior quam in ſexta.

(*Quibuſdam autem*) hoc eſt quartum exemplum, in quo docet quod quibuſdam iudicatio accidit quinta die, intermiſit ſeptem, adeò vt reuerteretur tertia-decima, poſt permanſit morbus vſque ad quintam-

Digitized by Google

tam decimam, & ſexta-decima rurſus quienit, decima ſeptima perfectè eſt iudicatus. Quinta enim dies melior eſt ſexta, & materia etiam mitior, quia in quinta iudicatus eſt: ideo ſecundo in exemplo intermiſit ſex dies, in tertio ſeptem, in quarto octo. Et hoc vt compleretur decima-ſeptima dies fuere factæ duæ intermiſſiones, & tria tempora inuaſionis:

(*Aliquibus verò*) Hoc eſt quintum exemplum, eorum quibus in ſexta die contigit iudicatio, ſed & ſex diebus intermiſit vt in ſecundo; ſed differt ab illo, quia cum reuerſus morbus tertia-decima die tribus tantum diebus durauit, inde ceſſauit per vnam diem; altera quæ fuit decima-ſeptima reuerſus eſt & iudicatus. Et ideò particeps eſt ſecundi, ſed mitior & grauior præcedente.

(*Quibuſdam autem*) Hoc eſt ſextum exemplum quod differt modo non numero dierum à præcedente: in vtroque enim fuerunt dies decem morbi & ſeptem intermiſſiones: ſed in hoc fuerunt cum vna recidiua, in præcedente autem cum duabus.

Liquet ergo quod poſuit dies indicatorios malarum febrium ardentium ſcilicet ſextam & bonatum, & fuit decima-ſeptima cum ſua recidiua: Et phreniticorum, qui à principio cœperunt eſſe phrenitici, & fuit dies vndecimus, & aliorum qui à ſeptima die cœperunt eſſe tales, & fuit vigeſima. Secundo, liquet quòd inter dies morbi debent computari dies intermiſſionis; cum autem in intermittentibus non numerentur niſi dies acceſſionum, vt etiam vult Galenus, quærendum eſt cur magis in recidiuis computandi ſint dies intermiſſionis, qui ſunt plures & continui, quàm intermittentibus, in quibus etiam ſolet apparere ſordities quædam in pulſu, vt *ſecundo de differentiis febrium & Primo ad Glauconem*. Reſpondeo quòd cauſa eſt diuerſa ob hoc, quoniam in intermittentibus ſingulæ acceſſiones habent ſua quinque tempora, vel ſi adimere velis inæqualitatis tempus, redibunt ad quatuor tempora, vt ſingulæ acceſſiones morbum vnum integrum referant, ideò non poteſt tempus interualli adnumerari, neque haberi pro parte acceſſionis: cum ergo totus morbus conſtet ex acceſſionibus, dies intermiſſionis non poterunt eſſe partes totius, cum non ſint partes partium.

At in continua febre non eſt alia diuiſio, quam quæ fit in quatuor generalia tempora, & cum in horum vno contineatur tempus intermiſſionis, vel in pluribus cum plures fuerint intermiſſiones, & valde diuerſo tempore, ideo computabitur hoc tempus ſub tempore morbi. Alia cauſa euidentior & magis ad curationem vtilis eſt, quo in tempore intermiſſionis continuæ, materia adhuc eſt in corpore, quæ cœperat coqui, & perpetuo coquitur, & eſt materia quæ fecit morbum.

Ergo homo cum habeat cauſam morbi vrinas crudas, peragatur coctio licet non ſentiat morbum, laborat tamen morbo: & ideò erit in declinatione quo ad morbum, ſed non quo ad materiam morbi: at in intermittente, neque quo ad morbum in die quietis, cum actu non ægrotet nec febriat; nec ratione cauſæ, quia gratia exempli, ſit hodie primus dies poſt acceſſionem, non dicemus laborare morbo, ratione materiæ acceſſionis futuræ eras, cum nondum morbum fecerit, nec externæ cum ſit expurgata vt plerumque ſolet, aut iam prorſus euicta, ergo nulla ratione. Quòd tamen pulſus non ſit purus hoc eſt ratione materiæ futuræ acceſſionis, quæ putreſcit, ſed quia nondum fecit morbum non poteſt dici materia morbi, ſicut nec ante febrem continuam dicemus dum putreſcit materia, illum laborare febre, nec computabimus illum diem inter dies morbi, aliter contingeret error in numerando vnius diei vel duorum, & quandoque trium ſi vellemus computare dies in quibus materia cœpit putreſcere ante morbum.

TEXTVS XXVIII.

PLerique igitur ex his qui ægrotarunt in hac conſtitutione, hoc modo ægrotarunt: & nullum noui ex his qui ſuperſtites manſerunt, cui non redijſſent recidiuæ ſecundum rationem factæ: & ſeruati ſunt omnes quos ego noui, quibus hoc genus recidiuæ factæ ſunt. Neque ægrotantium hoc modo vllum aliquem noui, quem recidiua iterum repetijſſet.

COMMENTARIVS.

Tria proponit in hoc textu: primum nemo ex his ægris ſeu laborantibus ardente febre, ſeu phrenitide ſeruatus eſt abſque recidiua. Secundum omnes qui peruenerunt ad recidiuas has rite & ex ordine factas ſeruati ſunt. Tertium nullus horum poſtquam ſemel in recidiuam incidit & iudicatus eſt ab illa, amplius incidit in recidiuam. Hoc dico quia vt viſum eſt in exemplis quibuſdam, bis morbus abſceſſit, ſed non tamen iudicatus eſt niſi ſemel, ſcilicet die decima-ſeptima. Cauſa ſecundi dicti eſt ſatis facilis & alias explicata, quia tales cum in prima iudicatione natura fuiſſet ſuperior, dum tota materia adhuc in corpore eſſet, vna parte protruſa fieri non poterat, aut rariſſimè id contingit, vt non eſſet ſuperior reliquæ parte. Dixi quia fieri poteſt, vt vna materia leuis ſuperetur à natura, & expellatur, dum homo tamen laborat lethali morbo. Et hoc vel propter loci diuerſitatem: vnde ego vidi aliquos vulneratos

letbali

lethalibus leniuſculiſque vulneribus, mortuos eſſe, cum leuia vulnera partim eſſent ſanata, partim prope ſanitatem. Secundo ratione materiæ, vnde non eſt inconueniens, quod ſicut vidi tertianam ſanari in hectico, qui tendebat ad mortem, aliquando in hydropico, idem poteſt fieri in laborante febre continua. Et hoc contingit maximè, cum febris illa lethalis lenta fuerit & longa cum viribus validis. Et apparent criſes quædam, non tamen validæ, iſta tamen vt eſſe potuerunt, & rarò tamen contingunt, eo tempore non acciderunt, ideo ſeruari ſunt omnes. Et quia criſes quædam ſunt ſymptomaricæ poſt quas aliquanto tempore tamen moritur æger: illæ tamen non ſunt in diebus iudicatoriis, nec cum ſignis coctionis, nec cum bonis vrinis, nec ſunt cum fluxu ſanguinis narium, qui quacumque die poteſt eſſe bonus, modo ſit copioſus, & ex latere languente cum conſtantia virium, & ita vna dignoſcitur ab alia.

(*Neque ægrotantium*) Hoc tertium etiam eſt ſatis clarum, non rarò contingit vt recidiua fiat pluſquam ſemel, quia recidiua fit ob id quod vna materia exacta alia relinquitur in corpore, ſed hoc contingit, quia vna pars tenuior eſt, alia craſſior. Difficile eſt ergo inuenire tertiam, & ſi adſit erit alterius generis, vtpote atra bilis & flaua, ſed tunc non erimus in morbo ſalubri, ſed potius lethali: quia rarò natura poteſt ſufficere tribus materiebus, & præſertim temperamento, non ſolum ſubſtantia diſtinctis. Et ideò ſi quis ſæpius in eodem morbo in recidiuam incidat, tunc non ex vi materiæ, ſed errore potius victus. Ob id ergo poſt ſecundam iudicationem nemo ægrotauit.

(*Plerique igitur ex his*) hoc eſt primum & difficillimum, cur omnes qui ſeruabantur in recidiuam cogerentur incidere; vt liqueret non fuiſſe tales recidiuas fortuitas. Cauſa ergo recidiuarum neceſſariarum eſt diuerſitas materiæ, nam quod ſint recidiuæ quædam, quæ fiunt ob calorem relictum in febribus, quæ ſunt cum abſceſſu vt ſupra dictum eſt, nihil eſt: nam ſi rectè regantur non ægrotabunt, licet indigeant maiore diligentia. Oportuit igitur ad hoc vt recidiua eſſet neceſſaria, vt eſſent duæ partes materiæ diſtinctæ; ſubſtantia, vt vna eſſet tenuis, alia craſſa: temperamento vt vna humida alia ſicca; aliter neceſſe eſt vt continuetur morbus, ſi ſint vna permiſtæ vel ſaltem vno morbo deſinente alter maneat, & ita non venient ad intermiſſionem. Conſtat enim duabus materiis ſumptis trifariam fieri morbos duos, aut duos coniunctos, vt ſemper ſimul ſint velut in tertiana notha: aut coniunctos ſed ita vt vnus poſſit deſinere ante alterum, vt in ſemitertiana, *ſecundo de differentiis febrium cap.* 7. de adoleſcente, in quo ceſſauit tertiana ante quotidianam, tamen quotidiana non intermiſit interim: aut vt ſint coniuncti, ita vt vno morbo deſinente alter interquieſcat, ſicut in prædictis exemplis. Iuxta hoc ergo oportebit etiam conſtituere materias, quas ſi poſuerimus diſtinctas loco, non inchoaſſent ſimul illi morbi, & maximè in tot hominibus: erant ergo iunctæ materiæ illæ loco, neque poterant eſſe vna ſimul, nam fuiſſet morbus totus vnus, nec fuiſſet intermiſſio: neque vna pars prioris ſcilicet morbi in vno loco, & poſterioris in alio, nam fuiſſet fortuita reuerſio: quare in tam multis mirum quod in omnibus fuiſſet facta. Igitur oportuit quod eſſent duæ materiæ ſimul, vna valdè tenuis, & alia multò craſſior, & quod non eſſent permiſtæ, ſed prope; & vna putreſcente alia etiam putreſceret, ſed valdè lentè, adeò vt tota corrumperetur ſimul, ſed pars tenuior concoqueretur, antequam alia eſſet perfectè putrefacta, & eſſent adeò ſeparatæ, vt poſſet expelli alia immota. Et quia in hoc motu tamen etiam quæ remanebat neceſſario mouebatur, ideò facta fuit varietas in reuerſione, licet iudicatio fuerit ab initio in eodem numero dierum. Cauſa autem harum fuit duplex conſtitutio, vna quæ fuit poſt canem vſque ad Arcturum calidiſſima, & ſicca, in qua bilis tenuiſſima genita eſt, ex qua fiebat morbi prior pars: altera quæ fuit ab Arcturo ad Aequinoctium vſque, humida ob pluuias, & mediocriter calida, in qua genitus eſt humor obnoxius putredini, ſed craſſus, qui non accendebatur citò ab illo tenui ob magnum diſcrimen ſubſtantiæ. Et non febricitat homo putrida febre, tametſi humor putreſcat, donec putruerit in continuis: in intermittentibus autem paulo ante perfectam putredinem coadiuuante motu materiæ.

TEXTVS XXIX.

MOriebantur autem in morbis his plurimi ſexta die, velut Epaminondas, & Silenus, & Philiſcus Antagoræ filius.

COMMENTARIVS.

Quia dixit quòd indicabantur & ſanabantur, declarat quando moriebantur, & dicit quòd in ſexta die quotieſcunque finiretur morbus, moriebantur. Et cauſa erat, quia materiæ illæ vt dictum eſt æſtiua & Autumnalis erant valdè miſtæ, & ideo craſſior pars quæ multò ſetius debuerat accendi, præoccupabat ob vehementiam putredinis æſtiuæ bilis, & ideò ſimul exurebatur ob partem tenuem: & quod poſt duodecim dies euenire debuerat ſecunda die fiebat, ſcilicet vt putreſceret, vnde moriebantur. Humor enim quantò diutius manet in corpore, antequam perfectè putreſcat, eò euadit mitior, cum euincatur magna ex parte à calore naturali: at eum

ſtatim

ſtarim putreſcit, ſignum eſt quòd cauſa quæ illum putrefacit, eſt vehemens, aut humor valdè paratus ad putredinem, & vtrumque eſt malum & interitus ſignum & cauſa. Quandoque tamen in intermittentibus humor celeriter accenditur ob tenuitatem, vt in tertianis, & hoc non eſt adeò malum, nihilominus tertianarum ſyptomata ob id grauiora ſunt, & magis terribilia, quam quartanarum ob hanc cauſam.

Meminit autem trium pro exemplo de quibus meminerat etiam ſuperius in eadem conſtitutione niſi forſan Epamenonem alium ab Epaminonda dixerimus, quod parum refert, ſed vtcunque credo eundem eſſe, repetiſſeque exemplum. Porro Philiſci Antagoræ filij & Sileni hiſtoriam mox deſcribit, Epamenonis autem non: dico mox, quoniam vt videbimus totum illud *Morbis dignoſcimus* alienum eſt ab Hippocrate, & adiectitium. Et cum dixit (*velut*) intelligit, quòd plures alij eadem die interiere. Quod verò ex hoc voluit intelligi, eſt quod huiuſmodi paſſi ſunt febres ardentes quas ſuperius deſcripſit.

Quærendum ergo eſt, quare ſexta dies maximè ſit exitialis. Omiſſis tot nugis Galeni de hoc, alias docui naturam humanam à motu ſolis pendere: & quod cum ad tertiam partem circuitus ſui redit, ſcilicet in viginti ac centum diebus abſoluit motum naturæ cœptum. Hæc autem declarata ſunt in *Quarto contradicentium.* Quadrageſimus rurſus eſt tertia pars centum viginti: & viginti dimidium quadraginta & ſeptem, tertia pars viginti: Et vt dixi natura conſueuit mouere in his diebus cum ſponte mouet, quoniam id contingit ex vſu in patre, auo, proauo, matre, auia, proauia: hic igitur eſt motus naturalis animæ, quæ in iecore vim habet in homine. Similiter quandoque mouet in quinta, licet non adeò bene tamen ob acceſſionem irritatur. At in ſexta ſi mouet, neque ſponte neque ob acceſſionem mouere poteſt, niſi acceſſio par ſit: ſed vt dictum eſt acceſſiones pares lethales ſunt, vt viſum eſt ſuperius, igitur ob id ſeruari non poterunt. Si autem non ſit ob acceſſionem, neque erit vt dixi à natura: igitur erunt à vi materiæ. Signum eſt ergo certum materiam dominari naturæ, poſtquam non vult expectare, vt ita dicam commodum illius. Sed ſi materia dominatur naturæ mors ſequetur, ideò criſis in ſexta lethalis eſt, ſicut etiam in octaua, quia licet natura impediatur in ſeptima, ex fortuita cauſa tamen deberet expectare nonam vel vndecimam. Galenus verò præter id quod neſciuit cauſam huius, errat in hoc valdè, quòd putat motum nouum aſtrorum eſſe cauſam motus ordinarij antiqui in iſtis inferioribus. Et non eſt ſic, ſed cauſa motus antiqui in his inferioribus eſt etiam motus antiquus ſeu æqualis in cœlo. Et hoc propter continuitatem ſtirpis humanæ; aliter criſes bonæ fierent modo in ſeptima, modo in Octaua, modo in ſexta, iuxta velocitatem ſeu tarditatem lunæ: cur autem contingat in ſexta ſeruari in criſi ſanguinis narium & in recidiuis, dicemus infra & dum de Metone loquemur.

TEXTVS XXX.

QVibus autem tubercula iuxta aures facta eſſent, his iudicatio facta eſt vigeſima die.

COMMENTARIVS.

Non explicat an iudicatio fuerit per tubercula vel non; apparet tamen ex ſequentibus cum dicet, *Quibus autem iudicatus eſt ſeptima die intermiſit nouem, reuerſus eſt morbus, iudicatus eſt ab recidiua quarta die*: vt appareat in huiuſmodi tuberculis factas fuiſſe intermiſſiones & recidiuas. Tubercula, ſignificabant materiam eſſe craſſam, & in cerebro, & ob id morbum longiorem duplici cauſa: nam materia craſſior facit morbum longum, & cerebrum ſemper ratione tardius finit morbos quam cor & iecur, quæ ſunt membra calida & ſanguine multo prædita. Tubercula autem circa aures poſſunt dici ſignum neutrum, bonum quidem quia natura propellit ab intus extra, & mala quia ſignificant materiam contumacem: tubercula ergo circa aures vel vbi vis quæ conſequuntur febres ſunt ſigna neutra, quia vna parte bonum ſignificant alia malum, & ſemper ex ſui natura longitudinem morbi, quia materiam contumacem & dominium naturæ ſed non perfectum. Cum enim natura perfectè dominatur materiam prorſus è corpore propellit, vna ex illis quinque viis vel per ſanguinem narium vel vrinas & reliquas. Sed cur dixit (Iudicatio facta eſt,) vt intelligeremus non fieri perfectam indicationem per tubercula, im-

perfectam autem iudicationem expoſcere vt perfecta ſubſequatur. Intelligitur vigeſima dies ab initio morbi, non ab exitu tuberculorum, hoc enim paulo poſt vt dixi explicat. Dubium eſt an hic intelligat de laborantibus phrenitide & febre ardente, an quod eſſet tertium genus ægrorum. Et reſpondeo quòd intelligit de phreniticis & ardentibus Febribus, quia oportebat præſupponere morbum in quo fierent, & ideo intelligitur de dictis, & etiam quia continuo ſermone infra inquit: *ſub hyemem circa ſolſtitium hybernum & vſque ad æquinoctium perſeuerabant quidem & febres ardentes & phrenitides.* Ideò dico quòd hoc maximè intelligendum eſt de Phreniticis quibus familiares ſunt parotides.

TEXTVS XXXI.

REſtincta autem ac ſedata ſunt omnibus, & non ſuppurata ſunt, ſed ad veſicam conuerſa.

COMMENTARIVS.

Cum dixit reſtincta eſſe omnibus, intelligit qui bene iudicati ſunt, nam conſtat ex ſequenti textu aliquibus non eſſe reſtincta ſed ad ſuppurationem perueniſſe. Quibus ergo natura dominabatur, materiam longius propulit & ad veſicam vſque. Galenus autem dicit eſſe hoc exemplum parum frequens & admirabile. Sed ſi meminiſti eorum quæ ſuperius te docui, ſcilicet quod natura partem vnam mouet ad vnam partem, aliam ad aliam, tenuiorem quidem prius ad veſicam propellebat, craſſam autem ad aurium regionem exteriorem: verùm contingebat è diuerſo, vt parotides ob propinquitatem loci ſtatim apparerent, vrina autem ob viæ longitudinem poſt quinque vel ſex dies. Inde ſubtracto fomento parotides euaneſcebant, videbanturque ſolutæ parotides vrinæ abundantia.

Hoc igitur fuit ſignum naturæ prædominantis, ideò nil mirum ſi ægri ſeruati ſunt. Et ſi quis dicat venæ poſt aures ortum habent à iugulari vena, ſicut & arteriæ ab arteriis Soporariis, quæ per collum veniunt, quomodo ergo materia quæ in cerebro vel membranis peccat, ad eum locum deriuari poteſt. Et ſi quis reſpondeat, quod ex caua & arteria cum ingrediuntur materia defertur extra, inde in ramos illos immittit, & ex eis ſpargitur per locum poſt aures, dicet aliquis cum venit in cauam venam, quare non deducitur ad locum exitus? Et hoc volui adijcere, vt intelligeres modum, quòd cum natura eſt valida propellit proculdubio maiorem partem & tenuiorem ad vrinas vel ad aluum, & quod non poteſt propellere ibi, remanet & generat parotidas, quoniam caro ibi poſt aures laxa eſt. Sunt enim ex muſculorum ſitu cauitates in medio, vt etiam tangenti apparet. Sunt etiam ibi glandulæ vt teſtatur Hippocrates & Veſalius, multiplices etiam, & ideò ad illas confluxus maximus, & ad loca etiam vicina, vnde tubercula.

TEXTVS XXXII.

CRatiſtonacti qui apud Heracleum habitabat, & Scymni fullonis ancillæ ſuppurauerunt, & mortui ſunt.

COMMENTARIVS.

Hoc eſt ſecundum mirum Galeni, & valdè mirum quod ſuppurata materia debuerint mori, adducens illud; coctiones celeritatem iudicij ſecuritatemque ſalubrem oſtendunt, vt viſum eſt in Primo huius. Et non animaduertit quod hoc fuit maximè rationi conſentaneum: quia non peruenerunt ad inflammationem niſi ob magnitudinem & calorem in cerebro, & ob id indicabant naturam euictam à materia, tametſi parua quantitas ſuppurauerit, nam ſi magna fuiſſet materia quæ ſuppuraſſet non interijſſet.

Similis caſus euenit ægro hoc anno cuidam, qui ad portam. S. Mamoli decumbebat, aduenere parotides, ſuppurarunt: ſed hæc ſuppuratio non alleuabat ægrum, nec aliud illi commodum præſtabat, niſi quòd febris & delirium ſæuiebant, & ſtrangulabatur quia materia ad fauces deriuabatur. Parotides enim quæ ſuppurant & alleuant, in magnitudinem notabilem excreſcunt, febris ſedatur, & dum ſuppurant multam emittunt materiam. Acciderunt ergo ſuppurationes iis, quia natura vltra materiam propellere nequibat, ſed retinebatur in cerebro & inflammabatur, & ob inflammationem quod exterius erat in pus vertebatur. Hic litera Cruſerij corrupta eſt tota: verum Cornarius

non

non ſolum bene vertis ſed etiam iuxta Galeni expoſitionem. Aliquij pro ſullonis ancilla piſtoris legant, ſed talia modici momenti ſunt: hoc vnum ſcire præſtat voluiſſe Hippocratem nos intelligere tutiſſimas eſſe parotidas, quas paulopoſt comitatur euidens euacuatio: aliter ſi natura ſolum illis incumbat periculoſas eſſe, ſeu paruæ exeant, natura non potente ſe per eam regionem exonerare, ſeu magnæ eum in ſuppuratione ægro iam debili perimant, quod & accidiſſe vidi.

TEXTVS XXXIII.

QVibus autem iudicatus eſt ſeptima die, intermiſit nouem, reuerſus eſt morbus. Iudicatus eſt ex recidiua quarta die. Quibus autem iudicatus eſt ſeptima die, intermiſit ſex, deinde redijt, & iudicatus eſt ſeptima, velut Phanacrito, qui decumbebat apud Gnathonem pictorem.

COMMENTARIVS.

Oſtendit quod ſupra dixit, duobus exemplis loquens de his continuato ſermone qui tubercula poſt aures patiebantur, quòd in vigeſima iudicabantur. Quibuſdam enim intermiſit à ſeptima die vſque ad ſextam-decimam, poſtmodum decima-ſeptima die reuerſus eſt morbus, & iudicati ſunt in vigeſima. Alij iudicati ſunt in ſeptima remiſitque morbus vſque ad tertiam-decimam, quarta-decima redijt, & in vigeſima perfectè eſt iudicatus. Hic intelligendum eſt quòd voluit Hippocrates tria nos docere; primum quòd tales morbi eadem die & iudicatoria primo iudicabantur ſeptima ſcilicet. Secundum quòd eadem die & iudicatoria finiebantur ſcilicet vigeſima. Tertium quod diebus etiam iudicatoriis reuertebatur morbus, licet non eadem die: nam quattodecimo in primo exemplo, & decimoſeptimo in ſecundo exemplo redijt morbus. Et ideo dicebat Hippocrates *in libro de Iudicatione: Quum recidit febris ardens, plerumque etiam exudat. Et ſi poſtquam reuerſa eſt tot diebus detineat quot prius, etiam tertio reuertitur, ſi non impari die dimiſerit reuerſa. Plerumque ſi cruda ſint vrina, & alia ſigna, non ſecundum rationem eueniant, morbus in die indicatoria reuertitur: quandoque etiam reuertitur in die indicatoria, his talibus relictis. Abſceſſus circa aurem, quibus circa iudicationem oboriuntur nec ſuppurant, his ſubmotis recidiua fit iuxta recidiuarum rationem.* In his ergo tranſlata materia ad parotidas deſinebat febris, & iudicabantur. Poſtmodum materia illa putreſcebat perfectè, & die iudicatoria morbus quaſi opus eſſet naturæ reuertebatur, & cum concocta eſſet ex loco in quo erat, die iudicatoria expellebatur, ac morbus finem habebat. Natura enim memor ſuæ conſuetudinis, ab initio morbi tot circuitibus ſolis peractis, (non numerando ſed velut canis effœta ſuos omnes catulos ſine numeri cognitione agnoſcit, & ſi vnus deſit, illam quærit) criſim peragit. In quibuſdam verò & plerumque ob ſecundam materiam, quæ putreſcit, velut homo negotioſus præoccupat primam iudicationem, vt ſupra vidimus, & criſim quam in ſeptima peragere debuerat, in ſexta abſoluit. Et ideo criſis in ſexta ſi non occidat, ſignum eſt certæ futuræ recidiuæ, ex qua ſeruabitur æger, quia natura præoccupauit, vt reliquum materiæ concoquere poſſet.

TEXTVS XXXIV.

SVb hyemem circa ſolſtitium hybernum, & vſque ad æquinoctium, perſeuerabant quidem & febres ardentes & phrenitides, & multi moriebantur.

COMMENTARIVS.

In hyeme cum materia aggregata retineretur nec diſſolueretur, oportebat morbos & ſæuiores vigere iuxta illud Philoſophi *Prima Problematum: cur per hyemem qui laborant, magis pereunt quam per æſtatem.* Et ita patet quod Hippocrates hic propoſuit conſtitutionem, in qua comprehendit ſex tempora, ſcilicet à primo Autumno ad ſequens ver. Subiecit & hoc artificioſiſſimè, vt diſſolueret dubitationem propoſitam ſuperius, ſcilicet an loqueretur de ijſdem generibus morborum an aliis. Ergo putrefacta bile & craſſo humore genitis in ſecunda parte æſtatis, per ardores ſiccos, & prima Autumni parte per aſſiduos imbres factæ ſunt phrenitides, & febres ardentes, quæ cum non poſſent diſſlari ob frigus, interimebant ægros magna ex parte. Et referenda ſunt illa (*Multi moriebantur*) ad ſtatum præcedentem, id eſt magis etiam quam antea: aliter dixiſſet; *Nec adeò permitioſè ſe habebant.* Dixit ergo, *perſeuerabant* vt intelligeremus non alio morbi genere eos laboraſſe. Indicauit & longam morborum perſeuerantiam, conſtitutionemque diuturnam. Par autem eſt ſuperueniente æquinoctio ceſſaſſe, diſſoluta compage materierum illarum, quarum vna erat bilioſa, arida & ſicca, reliqua plus iuſto humida & craſſa, ex qua tales morbi oriebantur. Non tamen multitudo ægrotantium aucta eſt, quoniam vt in problemate illo Ariſtoteles dicit: *hyems*

pauciores facit morbos; & cum aucta non eſſet aeris prauitas, & relinquantur qui minus ſunt obnoxij morbis, nil mirum eſt ſi pauciores ægrotabant.

TEXTVS. XXXV.

IVdicationes tamen tranſmutatæ ſunt, & iudicatio facta eſt plurimis ab initio die quinta, intermiſit quarta, recidiua facta eſt; ex recidiua verò iudicatio facta eſt quinta die. In ſumma quatuordecim diebus. Sic autem facta eſt iudicatio, pueris plurimis, imò etiam ſenioribus.

COMMENTARIVS.

Huius textus ſententia clara eſt: cum enim antea morbi cum recidiua ad decimam ſeptimam diem quidam etiam ad vigeſimam extenderentur, in his iudicatio ad quartam-decimam ſolum recidiua computata perueniebat. Quo fit vt cum antea adiecerit, quod multi moriebantur, huiuſmodi morbos fuiſſe acutiores, & quia periculoſiores, & quia breuiores. Et cum dixit *iudicabantur* ad ſalutem intelligi debet, tum quia de recidiua ſermo eſt, in qua vt dixi homines ſeruantur, tum etiam, quod infra oſtendemus hoc verbum iudicari ſemper de ſanandis intelligi debere. Cum ergo cauſam modumque tradiderimus, cur qui à recidiua iudicati ſunt euaſerint, par eſt vt etiam cur moriantur edoceamus. Salutis igitur cauſa eſt vt dixi, quoniam ſi natura ſuperior eſt, quo tempore à tota materia premitur, expellit illius partem; multò magis cum ab eadem parte fuerit alleuata. At ſi contingat tamen, ſecundam materiam non eſſe ſolum ſubſtantia diuerſam, ſcilicet craſſiorem, ſed natura etiam diuerſam, vtpote atram; cum prima fuerit bilioſa, tunc æger interibit, quia natura ſolum peruicit flauam, quo tempore atra nondum putruerat manifeſtè. Vnde neceſſe eſt eos in quibus recidiua lethalis aduenit, ſuccedentibus diebus maiorem cruditatem oſtendere in vrinis, & moleſtius ſe habere quam qui ad ſanitatem tendunt. At verò quo ad febrem attinet, melius; quoniam materia illa nondum effatu dignam putredinis notam aſſumpſit.

(*Sic autem facta*) oſtendit hoc maximè in pueris accidiſſe, quoniam calor eſt abundantior, & naturalis facultas robuſtior, & humores ſunt tenuiores. Ex quibus etiam veriſimile eſt plures ſeruatos, niſi incontinentes fuerunt. Cum verò dixit *imo etiam ſenioribus*: intelligit quòd etiam ſenioribus id accidit, non tamen adeò vulgare fuit ac generale in illis. Veriſimile autem eſt plures pueros non ſolum ſeruatos, ob id quod ſcribitur *ſecunda Aphoriſmorum: In morbis minus periclitantur ægrotantes*: ſed etiam quia minus abundarent atra bile, & etiam quia corpora eorum ſunt humidiora, & etiam magis difflantur vt *vndecimo Artis curandi: cap.* 14. contra qui curis ac laboribus multis exercentur, ſi ſint etiam natura ſicci & intemperati, hi non euadunt.

TEXTVS XXXVI.

QVibuſdam verò morbus iudicabatur die vndecima, reuertebatur decima quarta, iudicabatur perfectè vigeſima.

COMMENTARIVS.

Hic textus & Græcè & Latinè valde corruptus eſt in commentariis Galeni, at abſque commentariis & Græcè & Latinè clariſſimus eſt: nam in textu commentariorum Galeni tam Græcè quam Latinè legitur loco vigeſimæ decima-octaua, alijque ſubſunt errores plurimi, quos ſi vellem perſequi, more Galeni implerem folium inutilibus nugis. Ergo continuato ſermone declarat non omnes tamen in hac conſtitutione iudicatos in Quartadecima, ſed alios in vigeſima, non tamen eo modo quo priores de quibus dixit: *Quibus autem iudicatur*; nam in illis proponuntur duo modi ab iſto differentes, nam ambo in hoc conueniebant, quòd prima iudicatio facta eſt in ſeptima die, quibuſdam autem reuertebatur decima-ſeptima, quibuſdam quartadecima. Priores differebant ab his, & quòd in ſeptima iudicarentur, cum hi in vndecima, & quod in decima-ſeptima reuerteretur morbus, cum in quarta-decima: poſteriores autem in vno tantum quod iudicarentur in ſeptima, hi verò in vndecima. Sed erat tertium quod maximè proprium erat, quòd illi habuerunt ſeptem aut nouem dies quietis, hi autem ſolum tres: vnde hi magis affligebantur, & periculoſiores erant, & plures ex eis moriebantur. Terminus ergo totius morbi indicabat materiam eſſe eandem, nam finem habebat in vigeſima; ſed intermiſſio & recidiua proueniebant ex qualitate temporis tum præſentis.

TEXTVS

TEXTVS XXXVII.

SI verò aliqui inſuper riguiſſent, circa vigeſimam, his iudicabatur quadrageſima. Superriguerunt autem plurimi circa iudicationem ab initio. Qui verò circa iudicationem ab initio riguerunt, etiam in recidiuis vna cum iudicatione riguerunt.

COMMENTARIVS.

Deſideraſſem vt in pleriſque aliquod noratu dignum auxilium à Galeno, & non tantam breuiratem in difficillimis: vbi autem iis eſt an ſcribi debeat per κ an per χ, etiam non mutato ſenſu longas ſcribere Iliadas; relinquo tuendum illis qui in eius verba iurarunt. Certè Hippocrates, quantum potuit expreſſit: ſcilicet quod ſi quibus loco iudicij in vigeſima rigor ſuperueniſſet, hi iudicabantur in quadrageſima die, quem vt interpretemur, quoniam inſignis eſt locus, non alia eſt via quàm vt primum ſenſum illius diſtinguamus. Eſt autem triplex ſententia: prima, qui riguerunt circa vigeſimam diem his iudicatio facta eſt in quadrageſima. Secunda plurimi riguerunt circa primam iudicationem, ideſt circa vndecimam vel ſeptimam diem. Tertia qui riguerunt in prima iudicatione, etiam in ſecunda iudicatione quæ in fine recidiuarum accidit, riguerunt. Sed apud Cruſerium aliter legitur, ſcilicet quibuſdam contigit rigor circa primam iudicationem, quibuſdam in prima & ſecunda iudicatione. Hæc litiera melior eſt quam illa Cornarij: quia indignum eſt Hippocrate dicere, *plurimi riguerunt circa primam iudicationem; & qui tum riguerunt etiam in ſecunda indicatione riguerunt*: nam ſufficiebat dicere, *plurimi autem in prima & ſecunda iudicatione riguerunt.* Quamobrem ſic explicabimus ſententiam: *ſi qui riguiſſent circa vigeſimam indicabantur in quadrageſima: quibuſdam verò accidit rigor in prima iudicatione, quibuſdam in vtraque.* Conſiderandum præterea quid rigor indicet, & vt apparet apud Galenum hic in fine & *Quarta Aphoriſmorum.* A febre ardente habito rigore ſuperueniente fit ſolutio: bilis quæ erat in venis extra illas dicit Galenus propellitur. Verum cum multi poſt rigorem laborauerint etiam febre continua, dubium relinquitur quomodo materia poſt rigorem ſit protruſa extra vaſa. Simul etiam conſiderare expedit exempla, in quibus talia euenerunt enarrata ab Hippocrate. Hæc omnia cum expediant ad rectam huius loci intelligentiam, neſcio quomodo Galenus talia adeò ſicco pede pertranſeat. At verò conſulo vt perlegas quæ ſcripſimus *Quarta Aphoriſmorum* ſuper eodem loco: neque eſt idem cum Galeni excuſatione hoc, nam ego ibi tribus pagellis totam penè materiam rigoris abſolui: Itaque velle quæ ibi bene ſcripta ſunt hic repetere; abſurdum eſſet: at quantò abſurdius ſi te vellem ad libros contradicentium aut commentaria Aphoriſmorum remittere, vt tota perlegeres, ad hoc vt quæ in vno loco hic ſcripta eſſent intelligeres: nonne omnino eſt impudentis viri conſilium, vt totos libros ac plures perlegas, vt breuem ſententiam quam decem lineis exponere licet intelligas. Ob id ergo ne in alterutrum errorem inciderem, ſemper conſului vt ſi non poſſem ob longitudinem explicationis eam repetere, vt locum in quo ea abundè tractaſſem, & collectum ſermone perlegeres. Nunc igitur hæc illis adijcio, quòd rigor fit natura tentante expulſionem ſeu ex venis, ſeu non ex venis, ob materiam ſparſam ſuper muſculos aut vapores ab illa reſolutos. Verum Phileni vxor ſuperriguit Octaua die, & tamen febris conſecuta eſt continua, & in vigeſima mortua eſt. Galenus malitioſè præterit hanc narrationem, cum non haberet quod diceret de iſto rigore.

Cœpit cum rigore ab initio, & fuit febris ardens, nec ſoluta eſt ex rigore. Ideò dico quod rigor non ſignificat niſi motum materiæ vehementem, factum à iecore ſpargente materiam ſuper membra ſenſus: & ideò niſi ſit continuus, & perſeuerauerit non ſoluit illam. Nullum autem exemplum eſt accommodatius Epicratis vxore, in quo prima die & octaua & quartadecima aduenit rigor, tum etiam vigeſima, nec ſedata eſt febris, nec iudicata eſt quadrageſima ſed octuageſima, quanquam eſſet ex hac conſtitutione. Propterea hic intelligit de his ſolum in quibus rigor aduenit primum circà vigeſimam diem, & non quando ſæpius contingit. Cœpit etiam morbus ante partum & peperit in partu, vt ob imbecillitatem non potuerit iudicari in quadrageſima. Similiter & in vxore Dromeadai puerpera fuit rigor, vt conſtet fieri ex motu vehementi humorum, & ideò ſi continuus ſit, mutatum ardentem in intermittentem ſignificat: ſi vehemens criſim: ſi cum robore virium loco iudicationis longitudinem morbi, natura inchoante ſolum & non potente perficere iudicationem: ſi frequens, debili cum virtute mortem.

TEXTVS XXXVIII.

RIguerunt autem pauciſſimi vere, æſtare plures, autumno adhuc plures, hyeme longè plurimi.

COMMENTARIVS.

Non de ſecundi anni temporibus dicit Galenus loquutũ eſſe Hippocratem, quod tanquam verum admitto, nam cum non tranſeat ver in enarrandis morbis ſecundi anni, fruſtra fuiſſet proponere de æſtate, & autumno, & hyeme ſequente. Videtur autem ſic rectè comprehendiſſe totum tempus de quo ſermonem habuerat, initio facto à primo vere ſequente hyemem & autumnum, à quo incepit temporum qualitatem exponere, atque extendiſſe vſque ad ſequentem hyemem. Prætermiſit autem primum autumnum & hyemem, quia vt alias dictum eſt temporum inæqualitates ni omnino ſint vehementiſſimæ, non ſolent efficere præſentes morbos. In vniuerſum verò rigor eſt ſubita & vehemens mutatio ad frigus: ſic ſenſit Hippocrates, ſic etiam Ariſtoteles: vnde ille quærit cur ſupercalefacti magis rigeant, quoniam ex labore præcedente reſolutum humidum pingue eſt, & laxius corpus effectum magis admittit frigus, vnde ibi rigorem pro frigore, & pro vero rigore capit non confuſo ſignificato; ſed quoniam rigor vt dixi verè à frigore vehementi celeriter immiſſo fit. Illud tamen animaduertendum, rigorem quandoque intelligere frigus ſummum, cum ex eo membra iam ob id torpent, immobiliaque redduntur, & pro rigore qui à medicis deſcribitur, & eſt horror validus, velut horror eſt remiſſus rigor, atque ideo cum motu. Declarat autem rigorem eſſe extremum frigus, cum quærit cur homines pleni admodum rigeut, dicit quòd partes extremæ ob id ab interioribus plurimum abſunt, & ob id ſcilicet immodicè refrigerantur. Simili etiam ratione, cum quærit cur qui rigent liuidi efficiuntur, aut hyeme cum currimus magis rigemus. Et cum docet quòd pauidi & perterriti rigent, palam eſt per rigentes non rigorem patientes intelligere, ſed frigore congelatos. At contra ſub horrore quandoque ſub tremore rigorem comprehendit, vt cum quæritur, cur calida infuſa horreſcimus, cur pili in cute inhorreſcant, cur ſtatim emiſſa vrina inhorreſcamus: palam eſt etiam de rigore intelligere, quamuis quod de pilis dicitur aliam habeat rationem. Simile & illud, cur Pili in horrore erigantur.

Rigorem ergo quod horrorem & tremorem contineat ſub vtroque Ariſtoteles comprehendit modo ſub vno, modo ſub altero. Cum igitur rigor fiat conſeſtim refrigerato corpore, cur magis æſtate ob calorem, quia magis ſentitur frigus & cutis laxitatem, & per hyemem quod frigidior ſit rigor, magis inuadit: tum quia vt Philoſophus dicebat *Prima Problematum; bilis magis infeſtet hyeme quam æſtate.* Et poſterius quærit cur per Autumnum & hyemem febres ardentes magis infeſtent, æſtate autem rigores: intelligit per verbum id verum rigorem, quoniam æſtate abundant tertianæ, in quibus maximè rigores fiunt. Sed ex his planum eſt, cur magis rigerent æſtate quam vere, & hyeme quam autumno vel æſtate. Cur autem autumno magis quam per æſtatem, non adeò planum eſt, tametſi liqueat cur autumno magis ardentibus febribus corripiantur. Hyeme igitur magis ſæuire quæ fiunt febres ardentes, & magis fieri rigores perſpicuum eſt: Æſtate plures fieri rigores quam vere, autumno quoque magis quàm æſtate ſæuire febres ardentes, at non ita magis fieri rigores. Sed ob id contingit hoc, quoniam plures erant non ſolum ardentes febres, ſed vt dictum eſt magis pernicioſæ, ob conſtitutionem quæ tum erat humida; at ob humidum abundans hyeme Ariſtoteles vult acutas magis febres fieri, in acutioribus autem febribus, ob motus vehementiam & calorem vehementiorem, frequentiores & maiores rigores fiunt: ob id ergo Autumno plures rigebant. Itaque conſtat Galenum ſomniare circa huiuſmodi expoſitiones: nam cum dicat protruſa in dies magis bile ex venis, extra illas fieri rigorem, cur Autumno magis quam æſtate bilis ſic protruderetur, nullam habuit cauſam quam adduceret. Quod ob paruam diligentiam partim contigit in exponendo, partim quoniam rigoris veram cauſam non aſſignat. His viſis facile eſt tum ex hiſtoria, tum ex ratione facile eſt perſpicere morbos factos deteriores, nam rigores niſi ſoluant febres ardentes, aut occidunt omnino, aut longiorem efficiunt morbum. Nam & Philini vxor, & Crito & Dromeadæ vxor, & multi alij ab initio riguerunt & mortui ſunt: mortuus eſt & æger ille, qui calefactus cœnauit & bibit copioſè, in Octaua riguit & periit.

TEXTVS

TEXTVS XXXIX.

AT ſanguinis eruptiones ceſſabant.

COMMENTARIVS.

Quocitca & vt melius intelligamus quod à Galeno rectè dicitur rigorem fieri protroſa ex venis bile, quare nil mirum ſi ſanguinis profluuia ceſſarunt, exacta ex venis cauſa, quæ ſanguinem accendebat. Quod ſi ita eſſet, etiam ſanari eadem ratione debuerunt: at non ita fuit, cum, vt dicit, multi perirent: Et in tertianis non deberent profluuia ſanguinis narium apparere, cum ſine rigore tertianæ non fiant: at tertianæ multæ ſanguinis narium profluuio ſoluuntur. In Abderis etiam virgo horrorem ſæpius paſſa nihilominus ſanata eſt profluuio ſanguinis. Et ideò cum hyems rigorem auxiſſet, ſanguinis profluuium minuiſſet, ſiquidem frigiditas aëris ſanguinis profluuium cohibere ſolet: nam cum profluuia ſanguinis veri propria ſint, inde etiam æſtati conueniant, Autumno minimè, ac etiam minus hyemi: arbitratus eſt Galenus ob rigores deſtitiſſe profluuia ſanguinis, velut dicebat Philoſophus, *ambulante Callia corruſcauit*, ſed non quia Callias ambulabat corruſcauit. At dices non ergo propria quædam fuit cauſa ceſſaonis ſanguinis? Dico non, niſi quod natura aliò conuerſa eſt, vt niteretur bilem per interna propellere, & non per ſanguinem narium, & hoc quia aëris frigus feruorem illum ſanguinis minuebat. Ad exitum enim ſanguinis duo requiruntur, calor præternaturalis, & hic augebatur in hyeme ob putredinem, & naturalis, & hic multo magis in hyeme minui ſolet quo ad qualitatem perfrigerato corpore & maximè arteriis & corde ab attractione frigidi aëris. Quocirca ſanguis ex arteriis ad fluxum pronior eſſet, ſed natura cauit, ne oſcula adeò reſerarentur, & etiam vt multò craſſiores eſſent tunicæ, ne theſaurus naturæ ſcilicet ſanguis perfectus effunderetur, igitur hyeme multò minus ſanguis fluit è venis, quam aliis temporibus: fuit ergo hæc cauſa ſpecialis, ſed quæ à generali ortum haberet, vt alias ſæpe docuimus: qualiter ex duobus generalibus fiat vnum proprium.

Cur verò rigor ab initio acutarum plerumque pernitioſus ſit, quamuis id oſtenderim in libro *Artis medendi parua* clarius; tamen hic locus eſt vt exponam, ne quid deſit ad rigoris naturam ac præſcita declarandum. Non recurram ad id quod dicit Galenus, quod ſigna decretoria quæ non decernunt mortem aut morbi longitudinem ſignificant: nam per decretoria ſi ibi intelligit communia, vt ruborem faciei, lachrymas, neque verum eſt & eſt nimis commune: ſin autem decretoria intelligit propriè, non eſt rigor ex decretoriis ſed ſolum vomitus fluxus, ventris, ſanguinis, narium ſudor & vrinæ profluuium, & abſceſſus aut deriuationes: ſed in huiuſmodi numero non eſt rigor. Præterea, hæc cauſa nos nihil docet, propterea dico quod rigor ab initio vel fit, quia materia propellatur ex venis extra venas, & hoc non poteſt eſſe in cauſa, quia ſequitur febris continua & acuta, & perſæpe ardens, vel quia multitudo bilis tanta eſt, & motus tam vehemens, vt cogat naturam ſpargere bilem, quæ eſt in veſica fellis, & in ambitu mouere, vnde fit rigor ſicut ſparſa aqua calida ſuper corpus: ex eo enim morſu fit rigor. Et hoc indicat abundantiam magnam vt dixi humorum corruptorum, & vehementem illorum motum, vnde natura perterretur.

Sed dices ergo rigor ille non fit à frigore vt dixiſti? Reſpondeo quòd omnis rigor fit à frigore, & hoc quia ex motu illo tam vehementi aperiuntur meatus cutis, & aër ingreditur, qui eſt frigidus comparatione interiorum partium, cuius indicio eſt, quòd patientes rigorem ſentiunt, omnes frigus: ergo melius eſt vt dicamus illud eſſe cauſam quam conſequens. Et maximè quia vt dixi hoc vult Hippocrates & Ariſtoteles: Et etiam quia ſi ponantur rigentes hoc modo in caldario æſtuante, non ſentiunt rigorem; ſed ſi modo pertinacius id tueri velis, quod à ſolo motu fieri poſſit, omnino nihil officit intento noſtro: ſatis eſt quod fit à vehementi motu, & multitudine materiæ, & valdè acris, quæ cum in venis contineatur, neceſſe eſt vt extremum afferat periculum: ſcientibus nobis, quod quæ ab initio morbi, ſymptomata perterrefaciunt naturam, exitialia ſunt omnia ſubſequente febre continua, quia ſi tum cum adhuc nec febris nec putredo adeſt ſola malitia, aut multitudine, aut loco, aut virium imbecillitate naturam perterrent atque euertunt, quomodo in tam longo curſu adueniente putredine, natura perferre poterit? Atque hæ ſunt veræ cauſæ non quas Galenus cum tanto ſupercilio ſimiles ciuilibus fabulis refert.

TEXTVS XL.

MOrbos dignoſcimus edocti, ex communi omnium natura, & ex vniuſcuiuſque propria, ex morbo, ex ægroto, ex his quæ offeruntur, ex eo qui offert. Ex his enim & breuiores, & grauiores redduntur ex tota ac partiali conſtitutione cæleſtium, & vniuſcuiuſ-

que regionis, ex victu, ex vitæ ſtudiis, ex ætate cuiuſque ſermonibus, moribus, taciturnitate, cogitationibus, ſomnis vigiliis, inſomniis quibuſdam & quando, vellicationibus, pruritibus, lachrymis, exacerbationibus, ſucceſſibus, vrinis, ſputis, vomitibus, & quæ, ex quibus, in quos, ſucceſſiones morborum: & qui abſceſſus ad pernitiem, & ad iudicationem: Sudor, rigor, frigiditas, tuſſis, ſternutationes, ſingultus, ſpiritus, tuctus, flatus, ſilentes, ſtrepentes, ſanguinis eruptiones, hæmorrhoides. Ex his autem, & quæ per hæc fiunt, conſiderandum.

COMMENTARIVS.

Impudentis vlti eſſet, aliis præſcribere regulas cognoſcendi genuinos legittimóſque libros autorum ab adulterinis, me verò ipſum alluctuari, vt non intelligam quæ Hippocratis ſunt aut alterius, nempe quod hic dicit, cum liber hic iam ab adulto Hippocrate factus ſit, qui fieri poteſt vt propriæ dialecticæ oblitus ſit? tam multaque confusè aſcribat, quorum plura ſub diuerſis membris continentur. Prætetea quid cauſæ eſt, vt hæc tam intempeſtiuè cum locus eſſet deſcribendi ægros interſeruerit? repetita ex aliis præcipuè male? Non eſt ergo vt dubitemus quin aſcriptitia ſint: & interpoſita ad augendum librum, quem vtcunque augere nitebantur propter precij æſtimationem cum fama Hippocratis clara admodum eſſet. Sed tamen quia vera ſunt quæ dicuntur, quam artificioſius fieri poteſt explicentur. Eſt autem ſententia ex quibus dignoſcantur morbi, ideſt qui ſint & quem finem ſint habituri, próponit ſex: primum generaliſſimam naturam, quæ diuiditur & explicatur in cœleſtium naturam & vniuſcuiuſque, cœleſtium autem tota & partialis, & ſunt tria: propria verò conſtat victu, ætate, vitæ ſtudiis, ſermonibus, moribus, vſquead id: *Quibuſdam & quando.* Poſtmodum accedit ad morbum vellicationibus, pruritibus, reliqua tria indiuiſa reliquit, ægrotum ſcilicet quæ offeruntur, & aſtantes: nam omnia illa quæ ſequuntur ſub morbo continentur. Hæc eſt anfractuoſa diuiſio incompoſitè coniunctorum. Ex tota cœli conſtitutione: igitur aliter à medicis, aliter ab Aſtrologis intelligitur. Aſtrologi intelligunt totam ſeu communem cæli conſtitutionem, quæ rarò contingit & quæ toti orbi dominatur. Primum reditum octaui orbis in triginta ſex millibus annis, quo omnia ad eundem ſtatum redire prædicant, *Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.*

Et qui miſer ſit ſemel denno futurus ac ſemper miſer, nec ſufficiat ſemel mori & miſerum eſſe. Poſt hunc imaginantur alij reditum capitum Arietis in ter millibus & quingentis annis. Vltimo verò & magis ſerio reditum coniunctionis duorum ſuperiorum qui fit per trigona ſingulis viginti annis, ita vt in vno trigono maneat pluſquam per ducentos annos, velut noſtra ætate, & hoc etiam anno iuxta veram ſupputationem tabularum Prutenicarum facta eſt vltima coniunctio trigoni aquei, Saturni & Iouis in fine cancri, & per hos ducentos & amplius generati ſunt morbi contagioſi, vt lues Indica, maculæ pulicum, Pſylomograta vocata, lepræ & ſcabies innumeræ, adeò vt totus ferme orbis his morbis coinquinatus fuerit, non tamen fuere morbi valde pernitioſi, ſed ex genere aqueorum animalium quæ ſerpunt vt ſcorpius & cancer, & multum propagantur, editis plurimis ouis. At in trigono igneo fiunt morbi proprij magis non ſerpentes grauiores, tamen & non venenoſi, quia ſunt omnia animalia ſanguinea, Aries, Leo & Sagittarius, ſic in aqueis eſt ſignum proprium ſcorpij veneno addictum. Erunt ergo ſterilitates & ſiccitates maximè & bella, quia Leo & Sagittarius & Aries ſunt ſigna pugnacia, & leo ſignificat cor. Et ita erunt morbi pernitioſi abſque veneno tamen. Et incipient ab anno MDLXXXIV. quo anno tranſibit hæc coniunctio à trigono aqueo ad igneum. & erit in Ariete: nec ſtatim ſentietur, ſed vt reliqua naturalia ſenſim inualeſcet, incipietque incrementum poſt annum domini MDCXXIV. cum iam ad Leonem peruenerit. Quartum genus vniuerſalium ſtatuum eſt à deliquiis luminarium. Medici autem appellant generale communeque, quod ex ordine euenit, vt primum à conſtitutione temporum: vere etenim furores & atræ biles, & exortus canis, aut Arcturi occaſus, pleiadum ortúſve & huiuſmodi, nec non coniunctiones luminarium aut oppoſitiones. Qui ægrotant in coniunctione luminarium, ex defectu virium & ſiccitate ægrotant. Et qui in pleniluuio ex abundantia humorum, & qui ægrotant quarta die ante coniunctionem Lunæ cum ſole, magnum & periculoſum aut valde difficilem patiuntur morbum, etiam ſi ægrotarent ex diaria, modo non acciderit fortuita & externa cauſa; & huiuſmodi ſæpius obſeruaui, & eſt rationabile. Proprias autem cauſas aut ex parte vocant coniunctiones ſyderum, vtpote Saturni & Iouis, & eclipſes, ſcilicet quæ non ſtatis temporum, nec æqualibus interuallis accidunt. Quædam enim in cœlo ſtatis temporibus accidunt, vt ver & æſtas, non tamen æqualibus; quædam ſtatis & æqualibus, vt coniunctiones luminarium; quædam neque ſtatis neque æqualibus, & hanc vocat partialem conſtitutionem: ratione autem loci dicebat Hippocrates in libro *de Aere Aquis ac locis pag. 3. Quæcunque verò ciuitates oppoſita his ſita ſunt ad ventos frigidos, inter occaſum & orientem æſtiuum, etiam* ipſi

Digitized by Google

ipſis venti indigenæ ac vernaculi ſunt, ab Auſtro verò & veneis calidis profecta ſunt. Et de his vrbibus res ſic ſe habet. Primum quidem aquæ & frigidæ, & duræ, vt plurimum dulceſcunt: Homines autem vegetos & ſiccos eſſe neceſſe eſt: Et plures habere ventres infernos, duros ac crudos; ſuper nos verò fluidiores Bilioſos autem magis quam pituitoſos eſſe. Capita quoque dura & ſana habent, & plerumque vaſa in ipſis rumpuntur. Morbi autem populares ipſis ſunt pleuritides, & quos acutos eſſe receptum eſt. Et ſuppurationes, & lippitudines, & ſanguinis è naribus fluxiones, & comitiales rarò ſed vehementes. Mulieres quoque ſteriles, difficulter parientes, pueris autem in teſtibus hydropes. Abundat hic liber huiuſmodi exemplis, quamobrem idem dicendum erit de ciuitatibus, & oppidis, & familia, ex obſeruatione. Ita dignoſcimus morbos ex hac tertia conditione. Quod verò pertinet ad cæli ſigna velut cometas, eſt ex ſecundo genere: pariunt enim morbos acutos, bilioſos, malignos, quia fiunt ex materia exuſta.

Inde connumerat nouem pertinentia ad propriam, & omittit principalia quædam, velut ſexum, & proſequitur minutula quædam velut ſermones, mores, cogitationes & inſomnia. Sunt autem nouem, quorum primum eſt ætas. De hac loquitur Hippocrates in *Tertia Aphoriſmorum:*

Secundum eſt ratio victus, ſed vt dixi omittit hic autor ſexum & temperaturam: de hoc igitur dicebat Galenus *Tertio de cauſis pulſuum cap. 2.* quod tantum poteſt victus ratio vt viri pullus commutetur ad qualitatem fœminei, & fœminæ in maſculi: & per victum debemus intelligere illa ſex, quæ ſolent comprehendi ſub rebus non naturalibus; cibus, potus, motus & quies quæ ſunt principalia in procreandis humoribus bilioſis aut pituitoſis: tum etiam aër vnde Galenus hic in commento: proponamus aliquem ruri viuentem, ſe exercentem aſſiduè, pauco potu & cibo vtentem, hunc par eſt bilioſus potius quam pituitoſos congerere humores: atque ita contraria ratione pituitoſos potius quam bilioſos. Somnus autem & vigilia potius faciunt ad humorum bonitatem aut vitium, quam qualitatem illorum: Euacuatio autem & repletio tum animi accidentia ad viriom roborem, hæc autem vt ſunt ſigna generaliter naturæ ægri, ita ſpecialiter qualitatis morbi: vitæ ſtudia ſunt artes & negociationes, quæ ad victum pertinent: eadem etiam ſub motu & quiete & qualitatibus animi comprehenduntur. Et propter hoc vt dixi non eſt hæc pars Hippocratis; vtcunque fabri generant bilem flauam multam, pictores & ſtatuarij atram, Qui texunt pituitam, lanij ſanguinem. Piſcatores etiam pituitoſi ſunt, venatores bilioſi, aucupes hilares & temperati. In libro de humoribus quid ſimile ſed exactius habetur: *Cognata ſpecies, regio, mos, ætas, tempus, conſtitutio morbi, exceſſus, defectus.* Hic non tot appoſuit ſed vt decebat ſub ioore continebantur huiuſmodi atque ratio victus. Reliqua ſex huiuſce argumenti clara ſunt: nam ſomni indicant humidum, vigiliæ quietæ ſiccum, turbulentæ calorem, ſomni turbulenti humores humidos qui monentur: ſic inſomnia ſed de his ſcripſit Hippocrates & nos commentarium. Et terribilia ſignificant criſim, inſaniam aut mortem ſi fuerint in ſtatu, antea verò magnum morbi incrementum. Taciturnitas melancholiam, & Hippocrates narrat de Eutyanactidis filia virgine quæ tacita erat, & Philini vxore quæ nimium loquebatur, & Dealcis vxore quæ modo erat taciturna, modo nimium loquebatur, & de ea muliere quæ iacebat apud frigidam in Thaſo triſti & iracunda, qui omnes ægri ex atra bile laborarunt & mortui ſunt. Cogitationes declarant humores: ſi ſolitæ naturales, ſi præter ſolitum morbificos. Ideo narrat hic Galenus de quodam qui vigilauit, quia tota nocte cogitauerat, quid ſi Atlas deſinat mundum ſuſtinere. Tales autem cogitationes multipliciter variantur: aliæ enim ſunt de his quæ vana ſunt, quale hoc, inſaniamque exactam ſignificat. Neque enim Atlas vllus eſt, nec cœlum cadere poteſt. Aliæ ſunt quæ ſunt alienæ ſolum ratione, non tamen deeſt iudicium, vt de quadam quæ imaginabatur, ancillas ſuppilare domum & ob id mærebat nec dormiebat, hoc ſolum ſignificat atram bilem prædominari, & ita quædam lætæ ſunt quædam triſtes quæ ſunt deteriores. Et ita patent hæc nouem.

Subijciuntur demum quæ ad morbos, & proponit primum octo vellicationes peruinus ac reliqua. Et in omnibus quæris tria quæ ex quibus, & in quos. Talia longo proceſſu declarantur in *Primo de Morbis.* Maximè in illis verbis: *Et à quibus morbis ad quales tranſitus fiat.* Hic declaratur ex quibus & in quos: velut ex pleuritide in febrem ardentem dicit, non autem ex peripneumonia tranſitus fit. Quæ intelligit propter verba illa: *Mala porro ſupra mala fieri neceſſe eſt*, veluti ſi rigor corripuerit, ardor igneus ſuperuenit. Per *Quæ* ergo ſubſtantiam vt ita dicam morbi intelligit. Per *ex quibus* connexionem ſecundi morbi cum primo, velut leuitas inteſtinorum à difficultate inteſtinorum lethalis eſt *ſexta Aphoriſmorum 41.* per ſe lethalis non eſt. Per *In quos* morbi in quem deſinit naturam refert: nam ſi lethalis ſit mortem ſignificat. Sed hic potius de morbi natura loquitur: velut coli dolor in reſolutionem deſinens, illum à pituita factum oſtendit non à flatu. *Et qui abſceſſus ad per nicem & ad iudicationem* de prognoſtico agit. Similiter cum ſubiicit: (*Sudor rigor*) Duodecim enumerat quæ Hippocrates primo de morbis ſuperuenientia vocat, vnde ibi à fluxione ſanguinis ad os aut nares tranſire bonum, vt totum ad prognoſticum ſpectet.

Tria relinquit indiuiſa ex ægroto, ex eis quæ offeruntur & eo qui offert: ex

ægro ipſo iam dictum eſt de rebus naturalibus, & de his quæ ad morbum pertinent, ſatis Galenus ita exponit hoc totum velut & reliqua duo: At ex ipſo ægro bifariam futura præſentimus. Alter modus hic eſt: *Modeſtus* (inquit) *ſi acerbè reſpondeat malum eſt: contra turbidus in ægritudine ſi loquatur aſperè, & ſi etiam deſipiat in ardente febre in diſcrimen non veniet.* Alter modus hic eſt: *ſi æger omnia officia praſtiteris medicóque obediat, ac ne ſiquidem ſic profeceris quicquam, grauiter is ægrotat. Omnino ſit contrarium, ſi cum nuſquam parueris mediocriter ſe habeat. Itidem ex oblatis prædicere licet: nam prauis oblatis nihilo habent deterius, morbus eſt mediocris: verum cum rectè omnia adminiſtrantur, ſi præterquam quòd nihil iuuetur etiam exacerbetur, hoc eſt malum. Me quidem non tantum morborum modos ſed etiam formas ex oblatis cognouiſſe ſæpe numero conſpexiſtis. Cum verò ex offerente dicit, etiam prænoſci promptius vel difficilius in morbis intelligas, quoniam ex eo qui curauit medicus, notitiam augemus: ſi enim clarus ſit parum de ſalute ſperamus: nam morbum conſtat cacoethem eſſe, cum rectè omnia adminiſtrando nihilo ſit mitior: ſin autem ille imperitus ſit, veriſimile eſt rectè omnia agentibus incolumem futurum*: Hæc ille, at ego pro eo qui offert, non ſolum medicum ſed & aſtantes intelligendos puto, vt illa quatuor comprehendantur, quæ *prima Aphoriſmorum* ptoponit Hippocrates.

TEXTVS XLI.

FEbres quædam continuæ ſunt, quædam interdiu tenent, noctu intermittunt: Aut nocte tenent die intermittunt: Semitertianæ, tertianæ, quartanæ, quintanæ, ſeptimanæ, nonanæ.

COMMENTARIVS.

Febres continuas vocat, quæ etiamſi decreſcant parum tamen decreſcunt, velut ſynochæ & quæ abſceſſus internos comitari ſolent. Et propterea Semitertianas inter non continuas quamuis perpetuò affligant, repoſuit. Galeno tamen ignoſcendum eſt laboranti in exponendo hæc, quæ non ſunt ſecundum phraſin Hippocratis, ſtpore cum diuiſio ſit ſatis anomala, & non vt decet propoſita, defendi tamen poteſt. Quæ igitur intermittunt die vel nocte continuæ ſunt, nam quæ verè intermittunt duarum tertianarum naturam ſapiunt: at hæ non ſic conſtant vt nocte deſinant aut die ſemper. Quapropter de continuis quarum natura huiuſmodi eſt, & cur eiuſmodi ſit, ſuperius expoſitum eſt. Cæterum & id alieniſſimum à ratione eſt de Quintanis ſeptimanis ac Nonanis, quandoquidem neque Hippocrates alibi vſquã de his meminerit, neque experimentum eas oſtendat. Fieri poteſt vt quiſpiam bis aut ter caſu in ephemeras hoc numero dierum interpoſito inciderit, velut de annua illa Antipatri Poëtæ ex qua natali ſuo decrepita iã ætate obijt, narrat Valerius Maximus. Sed de putrida iam duobus exactis penè annorum millibus ab Hippoctati ætate vſque nunc, nec vnquam viſam niſi quintanam ſubobſcuram vt Galenus teſtatur, & quæ potuit eſſe tertiana inæqualis, mirum eſſet ſi talium febrium genus inueniretur. Exiſtimauit ergo autor hic huiuſmodi febres inueniri debere pulchro in commento quaſi ordine quodam procedens; vnde Pythagoricum fuiſſe crediderim, & ex eorum ſecta, qui res naturales numeris non numeros rebus naturalibus famulari credunt. Ego vero haud dubito in multis annorum curriculis talia videri: quoniam ſi quinque aut ſex pueros bicipites vidi, cum hoc naturæ repugnet, quantò magis videre continget febrem ſeptimanam aut nonanam, quæ ſolum caret naturæ limitio, non tamen illi repugnat. Præterea hoc in accidentibus eſt, illud in ſubſtantiis ſed hoc huiuſmodi cum videbitur monſtrificum dicendum eſt, de quo non eſt ars, continuatur præcedenti textui, cum ibi dicat *morbos dignoſcimus ex morbo ipſo*, oſtendit quomodo.

TEXTVS XLII.

SVnt autem acutiſſimi, & maximi ac grauiſſimi morbi, & maximè lethales in continua febre.

COMMENTARIVS.

Nullus liber tam malus, quin in eo aliquid boni contineatur. Tota hæc additio triuialis eſt, & parum bene compoſita, præter hoc quod ratum eſt. Et certè licet vulgare videatur, cauſam tamen habet reconditam, quam venari haud abs re fuerit. Sed primum dictiones explicemus: non enim eadem per ſingulas ſignificari exiſtimandum eſt. *Acutiſſimi* refertur ad ſymptomatum magnitudinem & celeritatem: *tranſitus* ad vigorem atque tales ſunt continuæ febres: *Maximi* ad eſſentiam morbi: velut morbus lateralis, phrenitis, abſceſſus interni: *grauiſſimi* ad cauſam morbi, ad difficultatem ſolutionis, ad tolerantiam naturæ: *Maximè lethales* quo ad exitum.

Oſtenſum enim eſt in multis morbis, oſtendeturque magis præſertim publicos morbos maximos eſſe & videri, & cum grauiſſimis ſymptomatibus, ex quibus tamen omnes ferme euadant. De hoc autem infra cauſam docebo. Nunc ſatis fuerit admonuiſſe lectorem, quod Galenus non

exponit

Digitized by Google

exponit ad vnguem Hippocratis mentem. Eſt autem triplex modus interpretandi: quòd febres continuæ ſint cum maximis morbis: idque non eſt verum nam ardentes ſæpe mites ſunt: alius quod morbi grauiſſimi, acutiſſimi & reliqua, aſſocient ſibi febres continuas: nec ſic: nam coli dolor, ileos attonitus & alij morbi ſunt acutiſſimi, lethales, grauiſſimi, maximi, vt etiam coniunctim legantur, nec ſibi aſſociant febres continuas; ergo ſententia eſt quòd morbi qui adueniunt cum febre continua, ita quod illam includant, vtpote phrenitis, morbus lateralis, tales ſunt quales deſcribit, ſcilicet acutiſſimi, maximi & reliqua. Quod primum per ſingula diſcurrendo demonſtratur, nam phrenitides, lethargi, morbi laterales, peripneumoniæ, inflammationes iecoris atque ventriculi, fiunt cum febre tali continua & ſunt maximi, oſtenditur & ratione: nam morbi qui non poſſunt aduenire niſi cum huiuſmodi febre, cum ipſa febris per ſe violenta ſit, etiam violentiores ſunt illa, & cum conduplicent periculum: igitur neceſſarium eſt vt ſint violentiſſimi, & tales quales ab autore iſto enarrantur. Cur autem hi morbi lethales ſint, alij etiam maiores, non tempus eſt vt doceam. Nouem ſunt præcipua quæ periculi magnitudinem augere ſolent, ſed vnum omitto, quod nunc non ſit in propoſito ſcilicet virium imbecillitas: ſat ſit ſi validæ ſunt vires omnia ferre, ſicque euadere, aliter ſi imbecilles, euique auxilio vel morbo ſuccumbere. Reliquorum primum eſt materiæ multitudo, inde craſſities ac lentor; tertium eſt caliditatis vehementia, locus & motus: omnia hæc faciunt ad morbi magnitudinem, caliditas quidem ad eſſentiam, locus & motus ad ſymptomata: multitudo & craſſities ſeu lentor ad grauitatem & cauſam pertinent. Ita morbus acutiſſimus erit, ſi circa præcordia materia ſit & mobilis: maximus ſi calor vehemens: vnde ſitis, vigiliæ, inquies, dolor capitis grauiſſimus, ſi materia craſſa lenta multaque fuerit. At nihil horum prorſus efficit morbum lethalem, ſed vnum è tribus cum fuerit affecta membri principalis ſubſtantia; voco nunc membrum principale, maximè vitæ neceſſarium, vt cerebrum, iecur, pulmo, ventriculus: aut ſi proprietas inſit materiæ, vt ſit atra bilis acris valdè & exuſta, ac veneno ſimilis: aut ſi modus putredinis ſit vehemens vt in peſtilentibus. Liquet igitur cur multi ex maximis morbis euadunt, præſertim ſi vires validæ ſint: vbi enim multa materia craſſa, bilioſa, pituitæ admiſta, lenta etiam & mobilis circa præcordia fuerit, natura bilioſa, tempus anni, æſtas & feruida, ſed non exitialis, euadet à morbo acutiſſimo, maximo atque grauiſſimo: contra præſertim, ſi vires ſint imbecilles ex leui exiguóque abſceſſu in iecore, aut pericardio materiæ exuſtæ, aut cum febre peſtilenti celerrimè morietur æger, qui exiguo morbo laborare videbatur: nec apparebit aliom malum ſymptoma, niſi quod vitari non poteſt, vtpote pulſus creber, & paruus ac languidus, vigilia, anhelitus non bonus. Licebit ergo hæc miſcere ſcilicet vt ex vehementi morbo aliquis moriatur, vel ex leui facile euadat quod procliue eſt ac generale, aut moriatur ex leui morbo, aut euadat ex grauiſſimo, quod rarò tamen contingit. Ob quæ autor ille dixit acutiſſimos, maximos & grauiſſimos, tum etiam maximè lethales, quia certè non in vnum hæc omnia neceſſariò conueniunt, ſed vt viſum eſt quandoque vnum aut plura ex his adſunt, non omnia. Atque hæc collectim; infrà autem diſtinctè ſingula explicabimus.

TEXTVS. XLIII.

SEcuriſſima verò omnium, & facillima ac longiſſima eſt quartana. Non enim ſolum ipſa à ſeipſa talis eſt, ſed etiam ab aliis magnis morbis liberat.

COMMENTARIVS.

Quod longiſſima ſit quartana, quòd etiam facillima admitti poteſt: cum alterum ſit manifeſtum, alterum veriſimile: an verò ſecuriſſima dubium eſt. Quod enim à magnis etiam morbis liberet, & ſi admittatur non tamen ſequitur eam eſſe ſecuriſſimam, nam & dyſenteria a ſplenis tumore liberat, & tamen ipſa per ſe non eſt tuta. Quòd etiam per ſe & non cum vitio lienis fuerit, tunc enim ſæpe per aquam intercutem occidit, *vt Galenus docet ſexta Aphoriſmorum* 46. admittimus; cum etiam interualla habeat longiora, & homines ad negocia progrediantur vt ſani, concedendum eſt: nec tamen cum his ſecuriſſimam eſſe conſtat omnium febrium putridarum, nam ſi ad ephemeras referatur falſum eſt. Sola ergo tertiana exquiſita eſt, de qua dubitare contingit. Nam quartanam conſtat etſi leuioribus ſymptomatibus affligat, putreſcente melancholia deteriorem eſſentiam morbi facere. Eadem quoque diuturnior, & ex diuturnitate periculoſior, & maiora detrimenta affert. Quin etiam & ventriculum magis afficit, magiſque extenuat corpus. Et id minus ſecurum eſſe dicimus, quod homines magis refugiunt, at nemo eſt qui nolit magis tertianam quàm quartanam: quare exiſtimandum eſt hoc dictum fuiſſe vulgi more potius, quàm artificiosè. Nec ignoro quam longè abſurdiora à contumaci ſophiſta defendi poſſint: in ſpeciem veri res tamen ita ſe habet, quod quartana multò minus ſecura eſt quam tertiana, & deterior illa eſt; imo dicebat Princeps, ſi longa ſit terminatur ad

hydropem: verùm quartana multos morbos contumaces ob id hoc ipſum ſoluit, quòd ex humore fiat contumaciſſimo: vnde in ſexto huius: *A quartana correpti magno morbo non capiuntur. Quòd ſi verò antea capiantur, ſi quartana ſuperuenerit liberantur.* Et Quinta Aphoriſmorum: *A quartanis capti non admodum conuulſionibus capiuntur: ſi vero prius capiantur & quartana ſuperuenerit, liberantur.* Hæc igitur non declarant morbum leuiorem eſſe, in quo deceptus eſt autor hic ſed omnino grauiorem; nam morbi qui morbos ſoluunt ſimiles illis ſunt. Vnde vt dictum eſt lienis tumorem ſoluit dyſenteria: & aquam intercutem hydrops aſcites: Et inſaniam varies: Et tremores delyrio. Quòd ſi quis obijciat hemorrhoides ſoluere renum dolores & inſaniam, vt *ſexta Aphoriſmorum*: Reſpondeo hæmorrhoides ſi pro purgatione accipiantur, educere materiam quæ morbum facit, non vt quartana, ſi pro morbo grauem eſſe morbum: liberat autem Quartana præcipuè à tribus morbis, vt Princeps dicebat, Melancholia; comitiali morbo, & conuulſione. Dico præſeruat etiam ab elephantiaſi, carcinomate, ſcirrhis, varicibus; modum tamen quomodo id faciat de comitiali morbo docebat Princeps *prima tertij tract. 5. cap. 8. in fin.* dicens *Et quartana ob longitudinem ſuam ſanat comitialem morbum, & quoniam concoquit illius materiam ac digerit donec reſoluatur, & ob tremorem etiam febris, qui excutit vehementer materias in cerebro contentas:* ſudor quoque tremorem iuuat ſua expulſione. Et quartana etiam liberat quandoque à podagra & morbis articulorum, vt idem teſtatur. Adeo vt curet morbos melancholicos, quia conſumit materiam illorum, dum putreſcit concoquitur atque expellitur: præcipuè ad eam ſudor copioſus ſuccedat: Et pituitoſos concoquendo illos proprio calore, & exſiccando etiam ob materiæ ſiccitatem & demum digerendo. Et fit quartana aliquando ob materiam quæ continetur in lienis ſubſtantia, & cum ea adeſt durities, & perducit ad hydropem: & aliquando quia antequam materia ibi cogatur, natura putrefacit illam vt ruſticus ſarmenta inutilia, & tunc ſe exonerat ab humore illo prauo, & purgatur corpus. Et Quartana in ſenibus eſt valde mala, quia non poteſt attenuari materia ob imbecillitatem caloris illorum, & ideo in eis eſt valde deterior & periculoſior tertiana. Et eſt mala, cum eſt cum duritie ſplenis: Et rurſus cum eſt duplicata, adeò vt ſi triplex ſit vix euadere homo poſſit, Et quatuor perimunt omnino. Et eſt mala cum non ſuccedit ſudor, nec alia euacuatio, & cum nimis producitur, vel ſi corrumpat habitum, aut ſi famem caninam excitet; Et quædam ſunt quartanæ duplices quæ ferme nunquam hominem mundum relinquunt, vt in Don Alonſo Pezono à rationibus regis Hiſpaniarum qui tamen euaſit. Tot modis ergo cum ſit periculoſa quartana, tertiana autem pura, nullum afferat incommodum, nimis durum eſt hanc illa periculoſiorem dicere: Solum igitur dicamus verum eſſe, quòd ſit longiſſima & facillima temperante frigore materiæ febris incendium: quod cum in tertiana non fiat, habet tertiana maiorem æſtum, rigorem, ſitim, capitis dolorem, vigilias, amaritudinem oris, inquietem deiectionem, appetitus: ſed tamen hæc omnia ſi pura ſit periculo vacant. Et maximè ſi vomitu iuuentur, qui & ipſe grauior eſt in ea quam in quartana. Exiſtimantur autem quartanæ ſecuriores, ob id quòd ægri errores facilius tolerant.

TEXTVS XLIV:

AT in ſemitertiana appellata, contingit quidem & acutos morbos fieri, & eſt hæc præ cæteris maximè lethalis. Sed & tabidi & quicunque ex aliis longis morbis ægrotant, ex hac maximè ægrotant.

COMMENTARIVS.

Poſtquam declarauit de continua febre vt peſſima & periculoſiſſima, & tranſijt ad quartanam, vt ſecuriſſimam licet longiſſimam, incipit protractare de Semitertiana vt periculoſa & graui, vt ſeruet ordinem ſatis bonum. Demiror autem valde de Galeno, qui primum tot verbis agit adeóque confuſis, deinde quòd dicat: *Nos autem non inſtituimus hoc loco docere opera artis (nam hoc quidem alias abunde effecimus) cæterum breuibus inſpicere mentem Hippocratis.* An ergo putat hæc præcepta non eſſe artis, & in tanto negocio quantò eſt hoc, vbi de hominum vita atque ſalute agitur vult ſilere erroremque præterire. Qualis hæc impietas? vt etiam ſi pater meus ſcribat pro veritate, non verear illi aduerſari & eum damnare. Quòd ſi non errat, cur nos in erroris ſuſpicionem traducere fruſtra vult adeo bene meritum de humano genere, ſola ambitione ductus; vt illius libros legamus, ſi artem perdiſcere voluerimus. Neque ob aliud commentatus eſt Hippocratis opera, quàm quod Hippocratis nomen adeò ſua tempeſtate celebre apud omnes eſſet, vt ſciret multos ob id eius opera lecturos. Itaque ne ſine ſuis commentariis illa voluit legi; adeo gloriæ cupitor ambitioſiſſimus fuit, qui eius contemptorem maximè fuiſſe teſtatur. Quod ſi Caium Caligulam Imperatorem adeò deteſtamur, quòd voluerit perdere ſcripta Titi Liuij atque Virgilij ſpecioſa ſanè, ſed nullius tamen vtilitatis, nec tamen cum potuerit perdidit; quem deteriorem ex his arbitrabimur, an Caium qui quod potuit

non

non efficere voluit? an Galenum qui quod non poterat perdere voluit, ſcilicet Hippocratem humanæ ſapientiæ ducem atque ſplendorem? Nam & alios omnes ſuſtulit antiquos, & vt omnem autoritatem à Dioſcoride auferret, non deſiit. Scio multos ægrè laturos hanc quam ipſi vocant inſectationem. Sed hominibus ego hæc ſcribo non fucatis laruis, neque enim non poſſum non indignari homini, qui ob leuem gloriolam tot clara lumina extinguere conatus eſt. Quid enim hæc gloria noſtra niſi vt Antoninus Imperator dicebat, *lib. 6. de vita ſua* quàm applauſus quidam leuis hominum. Ob id ego ſubuertam tot bene ſcripta? euertam tantam vtilitatem humani generis? oppugnabo tot viros inſignes & de tota poſteritate bene meritos? ſuſcitabo tot contentiones & iurgia vt nugæ meæ legantur? Sit pudor ſit modus quidam: non dicam omnia eſſe nugas ſed vel illius teſtimonio magnam partem, vt qui ſe excuſet neſcio quid de ſophiſtis. Itaque his moribus præditum & vt ab inani gloria prorſus alienum, veræ & ſolidæ qualis Archimedis Apollonij, Plotini, Ptolomei, Hippocratis, Dioſcoridis cupidum nec inficiantem, nec vt Galenus apertè mentientem, æquo animo ferant, ſi odero quoſcumque alienis laboribus fucatam ſibi gloriam vindicant, vt fures, atque eò deteriores quò quod reſtitui non poteſt auferre conantur, & à iam mortuis; vt lex etiam ciuilis in hos grauius animaduertat, velut ſepulchrorum violatores atque ſacrilegos. Sed videamus tandem in hac tanta obſcuritate inſectationis in Agathinum, de nomine *Semitertianæ* quid tandem ſibi voluerit. Nam vt vno verbo abſoluam, vt nomen hoc vel illud imponere rebus liberum cuique eſt, & de illo velle contendere turpium ſophiſtarum: ita impoſſibile eſt de rebus diſputare ſecundum Hippocratis ſententiam, niſi quid per illud nomen apud Hippocratem ſignificetur planè imo ſine hæſitatione aliqua intellectum fuerit. Ergo vbi febris intermittit, ſeu parum ſeu multum, & tertia die redit, tertiana eſt pura, ſi triginta ſex horis, aut tertiana ſimpliciter ſi viginti quatuor, aut extenſa ſi duodecim tantum. Quod ſi ſine intermiſſione ſit, alterníſque diebus horrificas habeat acceſſiones τριταιοφυὴς: ſin autem plures vna die habeant horrificas acceſſiones, altera vnam tantum horrificam ſemitertiana appellabitur. Aliæ ſolum alternis diebus exacerbantur, quas vocamus tertianas continuas: Aliæ quæ alternis diebus exacerbantur, ſed tamen perpetuis incrementis augentur, quæ ſunt ſynochæ putridæ ſcilicet continentes. Hæc eſt Galeni ſententia circa opinionem Hippocratis de nominibus, in qua non eſt diſputandum, cum veterum libri perierint. Veriſimile eſt Agathinum veram ſententiam Hippocratis de his expoſuiſſe. Quòd verò ad rem attinet, ita dicendum erit. Febres omnes quæ intermittunt, alterniſque diebus acceſſionem habent Tertianæ dicuntur puræ, aut ſimpliciter aut extenſæ. Quod ſi etiam mediis diebus inuadant duplices aut triplices tertianæ. Quòd ſi alternis diebus inuadant, abſque horrore aut rigore continuæ tertianæ, ſed ſi ſingulis diebus ita vt alternis reſpondeant, continuæ duplices tertianæ. Sed quæ ſic inuadunt ſemperque exereſcunt ſynochæ. Sed ſi ſemper exereſcant non tamen alternis diebus exacerbentur, ſynochi ſeu continentes abſque putredine. Earum vero quæ continuæ ſunt & tamen ſunt horrificæ, & alternis diebus exacerbantur, quæ quidem non repetunt, duarum tertianarum extenſarum loco habentur, ſed & ſi repetant habeantque ſuos ſudores, aut vagam mutationem, aut omnino perfectæ acceſſionis ſpeciem trium tertianarum extenſarum loco habendæ ſunt. Quòd ſi alternis diebus repetant, atque etiam mediis diebus horrificam habeant acceſſionem, ſed in vna plures repetitiones ac quaſi mundantes, vt incrementa obſcurentur ab horroribus, & difficulter ad vigorem perueniant, neque rigores expliciti ſint, nec conſtrictiones quales eſſe debent, ſed vt ab interiore Iride exterior, ita repetitio vnaquæque imago ſit præcedentis, hæ vocantur ſemitertianæ. Sed ſi ſine repetitione in prima die etiam ſecunda ſit ſine horrore, tertianam continuam vocabimus inuerſo nomine. Quod ſi primo & ſecundo die plures habuerit repetitiones cum horrore horrificas vocabimus. Denium ſi alternis diebus duas habuerit inuaſiones aut plures mediis ſine horrore ſit, quod rarò accidit ſi non ſint perfectæ acceſſiones, Semitertiana nota vocabitur. Ita demum tredecim ſi bene numerani differentias febrium habes, quarum duodecim alternis diebus incrementa habent.

At de his quæ ad res pertinent in textu dictas, ne verbum quidem in tam prolixo commentario habuit. Siquidem ab hoc authore duo proponuntur, turbidos & qui longis morbis laborant hac maximè prehendi febre: & ſi acutis morbis coniungatur lethalem maximè eſſe. Equidem nonne illud mirandum, quaſi deeſſet copia tabidorum, negat ſe obſeruaſſe an hemitriteus ſit illis familiaris. Et certè non verus hemitriteus ſed alias quidem horrificas alias ſimiles duabus tertianis extenſis, ſed acceſſionibus quidem minus manifeſtis. Ergo ſemitertianarum genus totum id eſt verarũ; nothatum, horrificarum, & huiuſmodi tabificos comitari ſolent, ob id quod ſanis in pectore putreſcente, non poteſt deſinere febris continuitas: horrores autem fieri neceſſe eſt quod ex frigore veſpertino aut nocturno, contracto calore ſanies efferueſcit, inde ſparſis vaporibus per arterias fit ſenſus morſus ac frigoris ſimul, ob inæqualitatémque horror ſentitur, non vt in aliis horrificis febribus, ſed rarus atque circa dorſum ple-

rumque, cuius cauſa dicta eſt in Aphoriſmis. Acuti vero morbi ardentes & calidas ſibi aſſociaot febres. Quòd ſi ſemitertianas earum loco ſibi iungant, contingit id quoniam ob prauitatem materiæ aut imbecillitatem natoræ erumpere calor non poteſt, aut cum in morbo acuto & febre ardente, intermitrens adiuncta ſemitertianæ ſpeciem præbet, quamuis non ſit. Certè ſi ſemitertiana acuto morbo coniungatur, non illa prius concoquetur quam acutus morbus ad vigorem peruenerit, quare iudicabitur adhuc eruda manente ſemitertianæ materia; quo fit vt non bene poſſit iudicari: nam & materia illa iudicium impediet, & iudicium mora materia febris, ne non perfectè concoquatur, prohibebit. Quòd ſi non inter acutos morbos ſed ſemitertianas fiat comparatio, ſermo clariſſimus eſt: ſemitertianas quidem per ſe graues; adiecto morbo acuto, quid mirum eſt prorſus lethales euadere? hæc enim eſt conditio malorum coniunctorum, præſertim cum ambo fuerint periculoſi, & non eiuſdem naturæ, vt lethales euadant.

TEXTVS XLV.

NOcturna non admodum lethalis eſt verum longa: Diurna longior. Quibuſdam autem & ad tabem vergit.

COMMENTARIVS.

Diximus ſupra diurnas febres fieri, ob id quòd humor eſt craſſus & difficile diſſoluitur: nocturoas verò ex vapore & pituita tenui, vnde concluſus ob frigus noctis intendit febrem.

Materia ergo craſſa in diurna oſtendit diuturniorem morbum, & ad tabem facile vergentem. Quo fit vt tam nocturna quam diurna lethalis ſit, lethalem enim eſſe indicat cam dixit (*non admodum lethalis*) nam è cootinuarum vtraque genere eſt, magis tamen lethalis è diurna ob craſſitiem materiæ peccantis: Galenus ob id dicit quod quo tempore difflari deberet, eò magis infeſtat. Alias duas rationes reddit non admodum bonas: Prima quòd quo tempore (de diurna loquitur) medico operam dare deberet, febre detinetur, quaſi non liberius ſit febricitantem medico operam dare qoam dormientem. Etenim etiam qui ardentibus febribus detinentur aut continentibus, interim operam medico dant. Secunda eſt implicata & litera corrupta: loco enim verborum illorum; *In Primum Epidemiorum com. 6. ſi cubent interdiu ſomni defectu: ſi non cubent*: legatur: *ſi non cubent interdiu ſomni defectu, ſi cubent quod veſpertilionis vitam & non hominis agant.* Sed oec ſic conuenit: oam noctu dormire poſſunt cum febre ſint liberi, ideò & dormire & cibari melius poſſunt, qui diurna detioentur febre, commodiórque eſt: ſed periculoſior eſt ſolum ob cauſam dictam. Nec ſcio quid ſibi voluerit, aut quomodo voluerit illos dormire, dum in acceſſione ſunt.

TEXTVS XLVI.

SEptimana longa eſt, verum non lethalis. Nonana adhuc longior, & non lethalis.

COMMENTARIVS.

Hic perinde textus eſt, ac ſi quis ageret de vita & conuerſatione bicipitis: an vno ore, an ambobus deberet comedere. Exiſtimauit hic autor febres quò ratius inuadunt & per longiores circuitus, eò eſſe diuturniores: quod in hoc caſu diſputatione non eget: in aliis rationem habet. Nam vt viſum eſt alias; cauſa circuitus febrium, eſt tempus quod requiritur ad putredinem materiæ febrem facientis. Ergo ſi tempus hoc loogum eſt, materia putredini obnoxia non eſt. Sed ſi materia putredioi obnoxia non eſt, craſſa eſt & frigida ac ſicca, at materia craſſa, frigida, & ſicca longum facit morbum, ideò febres quæ longis reuertuntur circuitibus etiam longæ ſunt. Quartana ob id longior eſt quam quotidiana tertiana. Regula tamen generalis oon eſt, nam tertiana longiorem habet circuitum quotidiana, & tamen breuior eſt: ob id ergo dico quod regula generalis eſt, quòd quæ longiorem habent acceſſionem febres, hæ etiam ſetius iudicantur, non tamen quæ longius habent ſpatium intermiſſionis: nam fieri poteſt vt circuitus longitudo, quæ ſemper eſt ob putredinis tarditatem, non fiat à frigiditate ſed ſiccitate, velut in tertianis ipſis, quarum circuitus & reditus longior eſt, non ob frigiditatem ſed ſiccitatem: bilis enim etſi frigida non ſit, eſt tamen valde ſicca.

TEXTVS XLVII.

TErtiana exacta cito iudicatur: & non eſt lethalis.

COMMENTARIVS.

Tertiana exquiſita cum rigore propriè incipit, vt Paulus dicebat, *l.2.c.19.* vomitum aut excretionem bilioſam babet plerumque, ſemper autem excrementa ſunt bilioſa. Vnum præterea ſignum ſumitur ab humoris

moris natura, calor ingens, oris amaritudo, capitis dolor, vigiliæ. Quartum ſignum eſt à pulſu celer, creber, & maximè inter putridas ordinatus. A caloris qualitate acutus mordáxque ac manifeſtus: & qui ad quamcunque aquæ potionem quaſi naturam mutat, vaporoſúſque efficitur. Sextum eſt ſudor, vndequaque in fine profluens ob materiæ tenuitatem: vapor enim facilè in aquam cogitur. Vltimum eſt breuitas acceſſionis: neque enim duodecimam horam excedit, & cum deſierit planè liberum hominem relinquit. Diximus quod non excedit ſeptimam acceſſionem, vt etiam *Quarta Aphoriſmorum* dicitur, & verè rarò ſi exquiſita ſit, morbum regium aut alium quempiam aſſociatur. Et ideò lethalis non eſt. Quæ verò notha eſt periculo non vacat; Quanquam ex generali ratione febres omnes quæ intermittunt, videantur eſſe ſecuræ, vt etiam *Quarta Aphoriſmorum*. Sanè omnium mitiſſima vt rectè dicebat Galenus *Primo ad Glauconem* Tertiana exquiſita, atque ibi eam comparat Quartanæ. Hic igitur non erit videre, quando iudicetur tertiana, nam de hoc variæ videntur eſſe ſententiæ. Sed pro his conſule quæ in *Quarto contradicentiam cap. 5. poſt principium* dicta ſunt. Cæterum illud maximo ſtupore dignum, quòd neque Galenus in *ſecundo de criſi* nec in *Aphoriſmo adducto* nec in *lib. de generalibus morborum temporibus*: nec Paulus *libro ſecundo* nec Aetius in *Quinto* vbi recitant ſigna Tertianæ, ſed neque Princeps *Prima Quarti* recenſeant inter ſigna Tertianæ vnum hoc quod quotidie videmus, adeò vt numquam fallat, ſcilicet quòd ipſa augetur vſque ad tertiam acceſſionem, inde minuitur vſque ad quintam: & ſi augetur vſque ad quartam, minuitur vſque ad ſeptimam, ita vt ſibi inuicem quaſi reſpondeant, adeò vt ſeptimus circuitus in quo deberet eſſe criſis ſecundum Galenum in *Quarta Aphoriſmorum* in loco adducto, tantum abeſt vt ſit Iudicatorius, vt vix ſentiatur vel ab ægro, vel à medico etiam nullo adhibito auxilio, præterquam ſeruata victus ratione.

Ita vt neſciam an Galenus ſcripſerit quæ viderit, an quæ imaginatus fuerit, & videatur doctrina horum cogere nos dediſcere: nam niſi hoc ſemper animaduertiſſem, & alij medici omnes, mecum dubitarem ne ſomnium eſſet.

Alij vero omnes medici, quod valdè mirum eſt ſcripta à Galeno admirati, ſolum quæ dicit referunt, nihil addentes aut minuentes, adeò vt in quibus ille errauit, illi non corrigant: in quibus autem non errauit, vel ob tranſlationem, vel ob incuriam, ipſi tamen ſæpe aberrent, vt conſulam tanquam minus malum Galenum ipſum in fonte inſpicere. Solus Hippocrates ab omni labe immunis eſt.

TEXTVS XLVIII.

QVintana peſſima omnium eſt: Nam & ante tabem, & iam tabidis ſuperueniens occidit.

COMMENTARIVS.

Hoc dictum nil eſt cogitantibus nobis, in re adeò vulgata, non quæ vidit Galenus, quem non multum arbitror, tum ex his, tum ex aliis indiciis exercuiſſe artem, ſcripſiſſe, ſed quæ imaginabatur, quæque ab aliis ſcripta inuenit, ſi etiam hic autor de equo Troiano tanta dicat, coniectura quadam quòd quintana ſit quaſi media inter aſperitatem tertianæ, & prauitatem quartanæ ac longitudinem. Facere autem tabem eſt vt ille dicebat, non ſolum ſomnium, ſed vmbra ſomnij. Ne tamen pigeat legiſſe hoc commentarium, Quartanam ſcias tabem gignere non propriam, ſed ſolam extenuationem membrorum, quandoquidem morbus ſiccus ſit cum cauſa ſicca.

TEXTVS XLIX.

SVnt autem modi, & conſtitutiones, & exacerbationes ſingularum harum febrium, æquè continuarum, ac intermittentium. Velut verbi cauſa: continua quibuſdam ab initio floret, & viget maximè, & ad deterius procedit, Circa iudicationem verò & vna cum iudicatione, imminuitur. Quibuſdam verò molliter incipit & ſubmiſsè, augeſcit autem & exacerbatur quotidie: Circa iudicationem verò & vna cum iudicatione aceruatim elucet. Quibuſdam leniter auſpicata augeſcit & exacerbatur: & vbi aliquandiu in vigore fuit, rurſus remittit vſque ad iudicationem, & circa iudicationem. Atque hæc contingere ſolent in omni febre, & in omni morbo.

COMMENTARIVS.

Diuerſæ ſunt febrium diuiſiones. Hæc tamen ratione non caret, diuiditque febres & omnes morbos eadem ratione trifariam: aut enim ab initio intenduntur vſque ad vigorem & in eo remittuntur, aut leuiter intenduntur nec diu, poſt autem remittuntur & ad vigorem vſque & in ipſo

vigore

vigote : aur lenitet augemns ad vigorem vſque, & poſt moibus augetur, vnde paret cum alia membta omiſerit, ſolum de moibis ſanandis ipſum loqui. Complectitur ergo non ſolum omnes febres ſed etiam omnes morbos. Quæ autem ad expoſitionem omnia prætermittit Galenus, Dicemus autem quid ſit neceſſarium. Febres in quibus eſt multa materia, tenuis & benigna, continuò augetur ad ſtatum vſque, in quo facta coctione omnia miteſcunt. Febres in quibus materia eſt craſſa, benigna tamen, ab initio debiles in vigore dum coctio perficitur exardeſcunt: Quæ verò paucam habent mareriam & tenuem, ab initio intenduntnt, ſed ſtatim remittuntur nec amplius augentur.

Alia expoſitio poteſt traduci tota ad genus febrium ſanguinearum: vt peragmaſtica ſit, quæ paulum intenditur: neceſſe enim eſt hoc etiam in ea quæ confeſtim declinat, inde remittitur ad finem vſque: quæ verò ingraueſcit ſemper agmaſtica eſt: nam poſt vigorem poſtmodum omnis morbus non lethalis, neque multiplicem iudicationem habens, remittitur & fit leuis. Qui verò augetur, ad vigorem vſque omotenæ rationem habet, nam & ſi febris æqualis perſiſtat, ſymptomata tamen coctionis & criſis augentur, & ob diuturnitatem magis affligunt. Conſtanti autem ratione diuiſio ſic procederet: aut perpetuo augentur ad vigorem vſque, in quo maximæ ſunt: aut mites ſunt ad vigorem vſque & in ipſo vigore, aut commutantur in vigore, & ex leuibus increſcunt, vel ex validis fiunt mites. Aut hæc commutatio fit ante vigorem, eruntque ſex morborum genera: quæ cum quis ad tria reducere velit, multum atque in irritum laborabit. Quod ſi tria illa genera quæ in vigore febres obtinent magnas, quis diuidat in lethalia & non lethalia fient nouem, atque ita vniuerſa ratio morborum ſub eis comprehenſa erit. Verum cum hæc omnia inſtituantur ad victus rationem meritò ſufficient hæc tria membra diuiſionis.

Hîc ſolum contingit dubitatio ſi in continente quæ perpetuò augetur iudicatio eſt neceſſaria, nam aliter non ſolueretur morbus, cur non in ea quæ ſemper minuitur? Et ſi in ea quæ ſemper minuitur, neceſſaria eſt iudicatio, cùr cum ſine indicatione pro maiori parte ſit diſſoluta materia, cur etiam non tota poterit eodem modo diſſolui? Dico quod vt habetur *Nono Artis curandi* ſinochus ſi augeatur tranſit in febrem putridam: vnde curatur venæ ſectione aut fluxu ſanguinis à natura: ſi ergo minuatur iudicationem non habet, niſi forſan natura modicum ſanguinis emittat: verum expectar dum quicquid incaleſcit emittatur & euaneſcat. Dico autem hic iudicari ſub ſenſu Galeni ideſt repentina pugna diſſolui.

TEXTVS L.

OPortet autem victus rationem ex horum conſideratione offerre.

COMMENTARIVS.

Cum morbus ab initio mitis eſt, inde ad ſtatum ingraueſcit, nutrire oportet vberius vt ſufficere vires poſſint: ita enim docuit *Prima Aphoriſmorum*. Sed ſi morbus ab Initio intendatur paulo poſt autem educta parte materiæ remittatur, eſſentia tamen morbi ideſt cruditate manente vt in morbo laterali, poſtquam ſputum procedere incipit, antequam procedat victu exquiſitiſſimo vtendum eſt vt *Primo de victu in acutis tex.* 33. docet. In abſceſſibus prorſus nihil, in febribus ptiſanam colatam: vbi ſputum proceſſerit & ante iudicationem aliquid dari iubet ibidem, ſed non tranſgredi; à iudicatione autem poſt duos dies pleniore vti cibo. Vnde liquet vnum pulchrum, quòd iudicatio ſemper debetur febri, non morbo principali vt phreniridi, vel morbo laterali. Et ideò iuxta illam per ſe inſtituendus eſt victus, non iuxta morbum, niſi per accidens., velut cum ſputum non procedit, tunc enim non eſt dandus cibus ratione ſymptomatis. In febre etiam poteſt contingere vt minuatur ante indicationem, imminuta materia morbi à natura, vel per venæ ſectionem. Si autem Morbus ſtatim inualeſcit vſque ad ſtatum, tum verò miteſcit, ſtatim etiam vtendum eſt tenuiſſimo victu. Sed dubium eſt quomodo abſque iudicatione poſſit morbus miteſcere. Galenus hoc fatetur *Tertio de criſi*. Dico ergo quod ſedata prauitate materiæ etiam quod non expellatur, vt *ſecunda Aphoriſmorum*. Quod verò reſtat, eſt vt videamus, an in hora ſtatus, natura non iudicante nec iudicium nobis expectantibus, remiſſo tamen morbo, ſit augenda ratio victus, quod hic videtur velle author? Equidem non pura corpora quantò magis nutries tantò magis lædes. At ex aduerſo Hippocrates dat Ptiſanam ante iudicationem, necdum concocta materia, vt nuper diximus. Et ideò dico quòd iuxta mentem Hippocratis poſſumus dare Ptiſanam in quacumque febre: & quod magis vetetur cibum ratione ſymptomatum quam febris, & quod ſit verum *Tertio de Fracturis tex.* 49. ſi febris adſit, ſola mulſa per quatuordecim dies (ibi legitur quadraginta, ſi non adſit ſeptem in fractura eruenta oſſis brachij aut femoris prominentis, in qua dolores maximè vigiliæ febres atque conuulſiones timentur: vt ſpectet ad hoc omnino qualia ſint aut futura ſymptomata. Ergo cum occupata eſt natura, neque fert cibum & magis nocet,

&

& non adeò illo indiget, Porrò duorum priorum ratio perſpicua eſt : ſiquidem concoquete non poteſt præpedita malis, & cum non concoxerit etiam cruditates magis affliguntur;at nô indigere mirum, quo tempore vires & doloribus & vigiliis & febribus ferme ſemper, ſæpe etiam hæmorrhagiis atque conuulſionibus abſumuntur. Nec eſt hoc ſingulare ſed commune omnibus, de quo vtinam Galenus verbum feciſſet, ſed abſit : cum videamus eos qui duobus diebus ſani non poſſent ferre inediam, ſine incommodo, laborantes his malis tum bene ferre abſtinentiam à cibo omni, ad quartam vſque & quintam diem, vt omninò melius valere videantur. Cauſa igitur colligitur à Galeno *Duodecimo Artis curandi cap. 5. & Primo de tuenda ſanitate cap. 2.* Et ab Hippocrate *Prima Aphoriſmorum :* magnitudo caloris eſt cauſa neceſſitatis cibi, & reſtauratio virium, quæ conſiſtunt in ſolidorum & ſpirituum temperamento. Quod ad reſtaurationem virium maior eſt neceſſitas in ægris quam ſanis proculdubio : ſed calor naturalis in illis non adeò accenditur, quia in morbis pleriſque mouentur cruditates ad membra naturalia, maximè iecur & ventriculum ; indicio eſt vomitus & faſtidium cibi, & etiam quia ægri magis quieſcunt, ideò non incenditur calor naturalis ſicut in ſanis : & ideò non debilitantur adeò vires, quia cauſa potiſſima debilitatis virium eſt magis incendium caloris, quam reſolutio ſubſtantiæ : ideò ſymptomata præſertim doloris & neruorum, & cerebri, & ventriculi, auocant omne ſtudium ab exhibitione cibi contra ſymptomata cordis, & maximè ſyncopis indicant de exhibitione. Et ob id modo ſputum procedat ; Hippocrates in morbo laterali, non vetetur dare ptiſanam, quia cruditates in eo caſu non mouentur ad ventriculum. Et vbi adſit cruditas ex quauis cauſa, prohibet exhibitionem cibi.

Sed quia autor iſte non proponit niſi tres illos caſus, & ſunt ſex, & conſideratio eſt magnæ vtilitatis, propterea agemus de reliquis. Et ſunt cum morbus ab initio ad finem validus fuerit, vel ſi ab initio ad finem fuerit mitis, vel cum mitis fuerit, Et ante vigorem ingraueſcit, quod contingit accenſa parte pauca & humida primum, inde multa & terrea: fit autem morbus magnus, qui prohibet exhiberi cibum duplici ratione vt dictum eſt; vel ob ſymptomata grauia, & maximè quæ cruditates mouent ad iecur & ventriculum, nam hæc non ſolum indicant de noxa in exhibitione, ſed quòd non ſit neceſſarium exhibere cibum : vel ob materiæ cruditatem in venis contentæ, vt in febribus maximè, quæ etiam indicat non ſolum de noxa dando cibum, ſed de ſublata neceſſitate exhibendi cibum, cum calor naturalis concoquat materiam morbi. In primo ergo caſu vbi morbus ſeuiat, altera ex his cauſis quarum vna ad abſceſſus magis pertinet, reliqua ad febres, cibum non dabimus, aut quam exiguum potum ; aut ſi magis neceſſarium ſuccum ptiſanæ : nam hic eſt tenuior illius pars (quidam vocant cremorem ſed eſt & cremor craſſus) ſorbitionis loco: vt contra in miti ſorbitionem craſſam, velut totam ptiſanam, vel panem lotum. Sed ſi ingraueſcat à quarta die vel ſeptima idque poteris coniectari, cibabis vberius ſi non adſit cruditas, quàm ſi morbus totus mitis foret, vt cum inualuerit, exquiſitiore inedia vti poſſis.

TEXTVS LI.

MVlta verò etiam alia ſigna his ſunt cognata, de quibus partim ſcriptum eſt, partim ſcribetur. Ad quę ratiocinari oportet, examinaréque ac conſiderare, cui horum acutus ac lethalis ſit morbus, aut à quo ſuperſtes ſit futurus. Et cui offerendum ſit, aut non; & quando, & quantum : & quid offerendum erit?

COMMENTARIVS.

Apertè prodit ſe non eſſe Hippocratem, cum ſermo hic iamiam finem habiturus ſit, ipſe vero pollicetur ſcripturum, tum etiam ſcripſiſſe. Quis non videt ergo hoc fragmentum eſſe alterius libri hic inſertum, in quo autor ille ſuo modo hæc tractarat. In vniuerſum autem ſententia in hoc conſtat vt intelligamus an morbus ſit lethalis, aut ſanabilis : nam morituris inſtituere rationem victus fruſtra non oportet, ne ægrum nos ſeu nimia inedia, ſeu nimio cibo occidiſſe videamur. Sin autem ſuperſtitem futurum confidimus, tunc quatuor proponit conſideranda : An omnino cibum dare expediat aut non: deinde ſi expedit quid dandum : poſt quantum, demum quando. Primum ergo iam dictum eſt, quibus dare expediat ſorbitionem, quibus potum, quibus nihil, & etiam quibus aliquid cibi : ſcilicet à iudicatione poſt duos dies. Quid autem an pingue, an ſolam ptiſanam, an ius, an carnes contuſas, an oua, an vinum, an mulſam: hæc enim ſunt ſex principaliora, de quibus ſolet dubitari. Nam præcepta illa Hippocratis in *Prima Aphoriſmorum* ſunt de qualitate cibi, & non de quantitate tradita, vbi vt alias dictum eſt, omnes impingunt. Nam quod carnes & oua non conueniant, ſatis apertum eſt in acutis : at de iuribus pullorum & multi diſputant, & experimentum fauere videmr. Si ergo febris non valdè acuta ſit, neque ardens, & vires ægri maximè ventriculi imbecilles, admittere iura poſſumus : ſin autem homo

vites integtas retinear, melius eſt abſtinere. Genera autem eduliorum ſunt, quod ad ægros ſpectat decem ſeptem: caro aſſata vel elixa omnium peſſima, panis: vinum nigrum, caſeus antiquus, oua dura, caro contuſa, oua ſorbilia, vinum album, legumina cocta, chondrum, alica, panis lotus, piſces petroſi, olera cocta, priſana hordeacea, ius pulli per ſe, mulſa. Sed ptiſana haber duas pattes, ſuccum & totam ptiſanam: Puls eſt par coctis leguminibus: tadices & cappares coctæ pro acetario oleribus coctis compatari poſſunt. De quantitate autem maximè oportet vſum inſpicere. Eſt autem duplex, vr multum aut paucum demus, ſæpe aur rarò. In hoc ergo poſt vſum vires, temperamentum, ætatem, & tempus anni inſpicere oportet, præter naturam morbi, & inter reliqua duo maximè ſpectanda, an morbus vel ſymptoma loca ventriculo vicina infeſter, & an materiam habear in venis crudam. Prima ergo ratio eſt à morbo, ſecunda à viribus, quæ tamen ſi valde ſint imbecilles primam habent vim iodicaodi: tertia à conſuetudine, quarta ab ætate, quinta à temperatura, ſexta ab aoni conſtitutione, quæ tempus includit. Inſpicere autem tria præcipuè debemus, oe non coctionem impediamus, atque is primus ſcopus: nam ſi putredo coctionem præuenerit, de ſalute actum eſt. Optimi ergo medici officium eſt morari putredinem, accelerare coctionem: vt contra imperiti accelerare purtedinem, coctionem morari. Secundus vt vires ſeruentur: *vitalis* quia ea pereunte mors eſt, *naturalis* quia illa cauſam morbi concoquit & expellit, *Animalis*, quia reſpirationi neceſſaria; nec poſui eum ſcopum ſecundo loco, quia debeat poſt poni, ſed quoniam alius ille medici eſt per ſe, hic verò educatoris per ſe, medici non per ſe, ſed conſequens. Tertius ne naturalis calor inflammerur.

Quando verò cum in morbis plura ſint tempora & proptia, & vniuerſalia. In acceſſionibus ſemper abſtinere nos iubet Hippocrates, & intelligit non ſolum de qualitate ooxia, ſed de quantitate. Galenus tamen vt pleraque alia, plus gloriæ ſuæ quam ægrorum commodo conſulens, infirmat boc præceptum *decimo Methodi cap. 3.* exemplo iuuenis, cum præceptum ſit ſanè verum ſemper: expediebat autem iuuenem illum ſanè aote acceſſionem nutrire, ſed poſtquam id omiſſum erat, melius erat in acceſſione nutrire quam non nutrire. Ita anſam errandi frequentius ob immodicam illam gloriæ cupiditatem dedit, quam rectè operandi. Sufficiebat enim dicere qui ſqualido ſunt corporis habitu, & maximè ſi enecti ſint ratione victus exſiccante inedia, vigiliis, exercitatione, curis, hos præſtat cibo multo ante acceſſionem humectare; quod ſi prætermiſſum fuerit minus malom eſt, ſub acceſſione vel in acceſſione id facere, quam vacuos ſinere. In generalibus autem temporibus ſi cruditas non impediat, copioſior eſt exhibendus ab initio cibus; ſemper autem in morbi vigore illum attenuare oporter ob coctiones, ſeparationes criſes & ſymptomatum magnitudinem.

TEXTVS LII.

QVæ verò paribus diebus exacerbantur, paribus iudicantur. Quorum autem exacerbationes in imparibus fiunt, ea in imparibus iudicantur. Eſt autem primus iudicatorius ex circuitibus diebus paribus iudicantibus, quartus dies, deinde ſextus, decimus, decimus-quartus, decimus octauus, vigeſimus, vigeſimus quartus, vigeſimus octauus, trigeſimus, trigeſimus quartus, quadrageſimus, ſexageſimus, octogeſimus, & centeſimus vigeſimus. Ex circuitibus verò in imparibus diebus iudicantibus, primus eſt, dies tertius: deinde quintus, ſeptimus, nonus, vndecimus, decimus ſeptimus, vigeſimus primus, vigeſimus ſeptimus & trigeſimus primus. At verò noſſe expedit, ſi aliter iudicatio fiat, extra præſcriptos dies, recidiuas fore ſignificat, vt fuerit ſanè perniencioſa.

COMMENTARIVS.

Iam non pigebit tertiò exquiſitiſſimam dierum indicantium & indicantium rationem explicate, vt facillimam, veriſſimam & Hippocrati maximè conſentientem. Dixi quod velut infans in dimidio ſolis curſu, ſcilicet dierum C L X X X I I. & horis quindecim, primum vitalis fit à partu; ita quæ oaturæ repugnant tertiam partem, ſolaris curſus qui eſt dierum centum viginti excedere contraria quaſi ratione non poſſuot. Hic ergò terminus eſt diututnorum morborum centum vigioti. Quem rurſus cum diuiſerimus in tres qoadragenarias, fiet prima termious communis acutis ac diuturnis, & ob id quadrageſimus dies acutos non ſimplieiter dererminat, & diuturootum etiam eſt primus terminus. Duarum quadragenariatum octuageſimus eſt terminus, & diututnorum ſecundus. Habemus igitur iam centeſimum, vigeſimum, & octuageſimum, duos terminos diututnorum, & acutis ac diuturnis communem quadrageſimum. Diuiditur quadrageſimus rurſum in tres partes, & fiunt quatuordecim, voa vt ita dicam quartadecima, alia à quartadecima ad vigeſimam ſeptimam; tertia à vigeſima ſeptima ad quadrageſimam.

Quadra

Digitized by Google

Quadrageſimus igitur terminus eſt acutorum qui conuertuntur; quartus decimus autem acutorum: nam, acuti morbi in quatuordecim diebus terminantur: media quartadecima, ad vigeſimam ſeptimam finitur, vnaquæque iſtarum vt centeſimæ vigeſimæ numerus in tertias diuiditur, & habet octuageſimum alium terminum decretorium diuturnorum; ita quælibet quartadecima diuiditur bifariam, quia iam ſunt tertia pars quadragenariæ, & fiunt duo decretorij dies, in qualibet quartadecima. Septimus qui eſt dimidium quatuordecim, & quartus decimus ipſe pro acutis: & in ſecunda vigeſimus, qui eſt medius inter quartum decimum & vigeſimum ſeptimum: & quia vigeſimus primus etiam poſſet dici medius, & quandoque accidit, præponitur tamen vigeſimus quia eſt dimidium quadragenariæ: & ita habebimus in ſecunda quartadecima vigeſimum, & vigeſimum ſeptimum diem decretorios, & pariter in tertia quarta-decima, pari ratione alios duos trigeſimum quartum, qui eſt medius inter vigeſimum ſeptimum & quadrageſimum, & quadrageſimum ipſum. Iam ergo habemus octo dies decretorios principales à prima die ad centeſimam vigeſimam, ſcilicet centeſimam, vigeſimam, octuageſimam, quadrageſimam, trigeſimam quartam, vigeſimam ſeptimam, vigeſimam, quartam-decimam & ſeptimam. Inter hos medij ſemper indicant, atque hi totidem erunt: medius enim inter octuageſimam & centeſimam vigeſimam eſt centeſimus: inter quadrageſimum & octuageſimum ſexageſimus. Inter trigeſimum quartum & vigeſimum ſeptimum trigeſimus primus: inter vigeſimum ſeptimum & vigeſimum vigeſimus quartus; inter vigeſimum & quartum decimum decimus ſeptimus: inter quartum decimum & ſeptimum vndecimus, & medius ſeptem erit quartus. Erunt ergo indicariui octo: Quartus, vndecimus, decimus ſeptimus, vigeſimus quartus, trigeſimus primus, trigeſimus ſeptimus, ſexageſimus, & centeſimus.

Horum vnuſquiſque cum habeat mediam vim iam decretoriam, ex quauis cauſa euadit & ipſe decretorius. Ita ergo omnes decretorij dies ſunt ſexdecim hoc ordine: IV. VII. XI. XIV. XVII. XX. XXIV. XXVII. XXXI. XXXIV. XXXVII. XL. LX. LXXX. C. CXX. Simili ratione illos qui ſunt ante quadraginta, diuidendo quadraginta bifariam in viginti, cuius tertia pars prima eſt ſeptem, ſecunda quatuordecim, habebimus tres principales decretorios, vigeſimum, quartum-decimum, & ſeptimum. In quorum medio erunt vt prius quartus, vndecimus, & decimus ſeptimus: erunt igitur decretorij ad vigeſimum vſque. Quartus ſeptimus, vndecimus, Quartus-decimus, decimus-ſeptimus, & ipſe vigeſimus. Et bis adiectis ad vigeſimam conſurgent dies decretorij ſecundæ vicenariæ, ſeu qui ſunt à vigeſima ad quadrageſimam. Et ita addendo quatuor ad viginti fit vigeſimus quartus decretorius; addendo ſeptem ad viginti, vigeſimus ſeptimus & ipſe decretorius: addendo vndecim ad viginti, trigeſimus primus: Et ita quatuordecim ad viginti trigeſimus-quartus: & decem ſeptem ad viginti trigeſimus ſeptimus: demum viginti ad viginti priores quadrageſimus, vt ſint illi ijdem dies decretorij qui prius, & res redit ad idem.

Quod verò ipſe dicat ſextum & decimum, & decimum octauum & vigeſimum octauum eſſe decretorios, partim verum eſt aliquo modo, partim omnino falſum. Quia enim criſes multæ fiunt in ſeptima pluſquam in aliis diebus, quoniam in ea die coniunguntur quatuor conditiones, quæ in nulla alia die inueniuntur: prima quoniam eſt iudicatoria ex principalibus vt viſum eſt: ſecunda quia eſt impar, & criſes fiunt vt hic auctor dicit in textu, in die exacerbationis. Tertia quia eſt quarta acceſſio in ea die per modum tertianæ, quam ſuperius docuimus eſſe vehementiſſimam. Quarta quia Luna redit ad locum, qui tetragono radio inſpicit initium, ideò natura vel minimum irritata præoccupat, & facit criſim in ſexta. Si enim errores fiant in re quæ frequenter fit, fient etiam errores frequentes: ſi in raris actionibus etiam rari. Similiter ſi natura impediatur, tardatur ad octauum, ſed non eſt adeo frequens hoc, quia impedimentum non efficit vt cogatur in octauo facere criſim, non enim expectare nonum diem: ſed non eſt idem de irritatione, quæ non permittit expectare ſeptimam ſed cogit, ideò ſexta inter dies criticos, erroneos computatur, & frequentius fit critica quam octaua. Idem dico de decima quæ præoccupat vndecimam. Sed hoc eſt eò rarius quò criſis in vndecima rarius accidit quam in ſeptima. Et ideò criſis in decima eſt admodum rara, ſed criſis in decima octaua & vigeſima octaua, non fit niſi rariſſimè & caſu, nec debent hi dies pro decretoriis haberi; tametſi enim decimus octauus fiat natura torpente in decima-ſeptima vel impedita & vigeſimus octauus in vigeſima-ſeptima impedita vel torpente, nihilominus hoc modo omnes dies poſſent appellari iudicatorij, quod eſt abſurdum. Ideò ſunt dies *indicatorij* veri illi ſexdecim commemorati, Et *acceſſorij* vt quintus tertius & nonus: quia per acceſſiones fiunt iudicatorij, natura præoccupante ratione acceſſionis. Et *erronei* vt ſextus maximè, & octauus & tertius decimus: & *ancipites*, & ſunt duo, vigeſimus primus vigeſimo aliquo modo ſimilis, & trigeſimus trigeſimo primo. Alij autem vt duodecimus, ſextus decimus, vigeſimus octauus, nullo modo ſunt iudicatorij. Hic autem autor omnia genera confundit: ponit enim quartum decimum cum ſexto, principalem cum erroneo, & trigeſimum cum vigeſimo octauo, ancipitem cum eo qui nullo modo

iudicatorius eſt, inde tertium & quintum acceſſorios. Satis eſt vt intelligas eſſe ſex genera dierum: Principales *indicatorij* vt ſeptimus & quartus decimus: *Indicatiui* & *indicatorij* vt quartus & vndecimus: *Erronei, acceſſorij ancipites* & *intercalares*, qui nullo modo niſi caſu iudicant.

Hæc eſt vera ratio diſtinguendi dies, tum numerandi illos, quam cum Galenus neſciuerit, ſcribendo ſuo more tam longa commentaria, ignorantiam quam vocant diſpoſitionis peperit, mundum offuſcauit, nam erronei dies nullo modo ſunt critici, niſi vt dicimus lolium eſſe ex frumento.

Cum verò dixit quòd ſi iudicatio facta fuerit extra hos dies, quòd erit cum recidiua: regula eſt vera de diebus principalibus & acceſſoriis, nam etiam quòd ſit in ancipitibus, ſequetur recidiua. Et in erroneis longè magis, vnde in ſexta vt ſuperius viſum eſt, contigerunt recidiuæ. Et hoc habet manifeſtam rationem. Nam ſi iudicauerit natura in erroneis diebus, vel non iudicatoriis principalibus, ſcilicet illis ſexdecim, vel acceſſoriis qui ſunt tres, ſcilicet tertius quintus & nonus, abſque ratione iudicat & vi coacta: ideóque aut moritur æger, aut ſi vires ſint robuſtæ in recidiuam poſtmodum incidit: vt in libro *de Indicationibus* docuit Hippocrates.

Quòd verò ex recidiua debeat æger ſanari aut mori, hoc ſuper additum eſt. Plurimi enim è recidiua ægri ſanantur vt dictum eſt, ſi intermiſerit morbus poſt iudicationem: cauſa enim huius eſt declarata ſuperius. Si autem intermittat morbus citra iudicationem, vt in Hermocrate videbimus & multis aliis, morietur æger. Ideò iudicari vel deſinere morbum abſque iudicio, & intermittere non in die iudicatoria, eſt bonum ſignum & indicium recidiuæ: ſed indicium mortis ſumitur non ex hoc, ſed quod ſine iudicio intermiſerit, & cum maxima vrinarum cruditate.

Fieri autem iudicationes in die acceſſionis plerumque verum eſt, imo ſemper verum, ſed non ſub eo ſenſu: febres enim quæ paribus diebus exacerbantur, ſexta die plerumque iudicari ſolent. Quæ verò in imparibus in ſeptima, & vſque ad vndecimam in imparibus, nihilominus in quarta-decima iudicantur, vel ex acceſſione tertiæ decimæ producta, vel tardante acceſſione tertiæ decimæ, vſque ad quartam decimam, & ita iudicantur in acceſſione, non in die acceſſionis. Sed iudicatio acceſſionem ad ſe rapit, non acceſſionis dies iudicationem peruertere poteſt, quæ omnia Galenus omiſit.

* * *

TEXTVS. LIII.

OPortet autem animaduertere & noſſe, in his temporibus iudicationes futuras eſſe, ad ſalutem, aut perniciem: aut inclinationes ad melius aut deterius.

COMMENTARIVS.

Tres modi ſunt, quibus homo ad ſalutem tendit & totidem quibus ad perniciem: primus eſt cum ſubita fit mutatio, ex qua vincitur materia & eijcitur, vel natura ſuperatur, & hæc vocatur criſis bona vel mala perfectè. Secundus modus eſt, cum materia pro parte eijcitur vel natura ex parte ſuccumbit, inde homo paulatim poſt tendit ad ſalutem aut moritur, & hæc vocatur criſis imperfecta: bona ſi ad ſalutem, mala ſi ad mortem. Tertius modus eſt cum ſenſim tendit æger ad mortem vel ad ſalutem, ſine aliqua ſubita mutatione. Et iſti modi tanguntur à Galeno *Tertio de criſi:* cumque fiant ſex computatis bonis & malis, ſubductis duobus qui fiunt ſine criſi, relinquuntur quatuor enarrati in textu. Sed cum toties dictum ſit de mala criſi, & quod tendunt per ea ægri ad mortem, videndum eſt quomodo homo moriatur per malam criſim. Item quomodo accidat quòd natura euicta per malam criſim, inde apparentibus ſignis mortis, & maximè cibo exhibito conualeſcat æger, quod millies vidimus: nec Galenus fecit mentionem de hoc. Dico ergo quòd materia febris vbi non potuerit euinci reſoluuntur in illo conatu ſpiritus, indeq́ ſanguis exareſcit, & non fit coctio in ventriculo, cerebrum ſiccatur & infrigidatur, & propter ſiccitatem conuellitur, & ob frigiditatem ceſſat motus reſpirationis, & ita ſputum concreſcit, & magis ſuffocat, & amiſſo ſenſu & viribus non poteſt expelli ſputum, & fit rechmon, & tandem ſuffocatur calor qui ſupereſt, & extinguitur. Cauſa vero quare à mala criſi poſſit aliquis qui ſuccubuit reſtitui, eſt quoniam in aliquibus materia & vires euincuntur, in aliquibus ſolæ vires, in aliquibus ſola materia. Quibus materia ſola euincitur, viribus manentibus; hos dicimus eſſe à morbo liberatos: Quibus verò ſolæ vires ſuccumbunt, hi omnes moriuntur, nec credas cibo vel alia via ſpem eſſe ſalutis. At in quibus vtrumque ſuccumbit, hi ad ſanitatem tendunt, ſpecie autem & iudicio vulgarium ſolas vires reſpicientium, cum materiam non cognoſcant, ad mortem tendere creduntur. Et dato cibo cum reuiuiſcant, exiſtimantur & cibo reſtituti, &

falsò

falsò in periculum ob nimiam inediam à medicis adducti. Diſcrimen horum, & eorum in quibus ſolæ vires euictæ ſunt, eſt quod in his materia vel loco tuto repoſita eſt, vel eiecta, vel ſaltem à prauitate liberata, ſpiritibus ſolum deficientibus, vnde videntur morti obnoxij: at in illis euictis ſpiritibus ac reſolutis, materia manet quæ ſanguinem totum corrumpit & exareſcit quod peſſimum eſt & longè peius, reſolutio ſpirituum, & ideò tales omnino ſine aliqua ſpe reſtitutionis pereunt. Inde oritur quartum genus criſis ſeu ſaltem mutationis morbi, quaſi è regione contrarium huic tertiæ, cum vitalis facultas, valida obſtiterit, ne ſpiritus multum reſoluantur, ſed materia tamen victrix tota vel pro maiore parte, vel minore ſed deteriore, corrumpit ſanguinem, & videtur iudicio volgarium melius ſe habere, ac quaſi ſanari, & vocatur à medicis falſa declinatio: in qua non magis poteſt quis ſanari, quam in ſecundo caſu, licet diutius mors protrahatur. Et videntur quaſi conualeſcentes, inde repente decidit, etiam vis vitalis reſolutis ſpiritibus, & ſtatim moriuntur. Et hoc vidi aliquoties cum ſui medici prædicaſſent eſſe ſanatos.

TEXTVS LIV.

Erroneæ porro febres, & quartanæ, & quintanæ, & ſeptimanæ, & nonanæ, in quibus circuitibus iudicentur, conſiderandum eſt.

COMMENTARIVS.

Hunc virum valde alienum eſſe ab Hippocratis ſapientia haud obſcurum eſt. Nam errare etiam ſi quis dicat Hippocratem non iraſcar: eſt enim error homini familiaris, vt vmbra corpori. Et ideò multum contra niti oportet hominē, etiam natura præſtantem & eruditum neceſſe eſt. At carere iudicio nūquam de Hippocrate fatebor. At quale iudicium huius hominis, qui toties Quintanam, ſeptimanam & nonanam inculcat, cum non docuerit quando & vbi contigerint.

Inde dat præcepta de illis, iubétque obſeruandas, quæ & ſi inuenirentur, aliquando etiam parum obſeruandæ eſſent, vt quæ rariſſimè contingerent. Sed de quartana & erroneis febribus nihil docet: ſed velut is qui volebat, vt copiam pecuniarum Princeps haberet, permittere vt omnes pecunias facerent: ita enim putabat multò plures futuros nummos ſi omnes cudere pecuniam poſſent. At cum interrogaretur vndenam argentum atque aurum ſumere vellet, negauit ſe ſcire. Ita hic bellus autor non docet, quibus in circuitibus quartanæ vel erroneæ febres iudicentur. At noſter Galenus gloriatur pulchrè ſe prædixiſſe Eudemo Philoſopho de vnaquaque quartana, quando diſceſſura foret (erant autem tres) quod ego quia ipſe eſt credere malim, quàm ad iurgium quod mentita ſit iactantia deuenire. Sed cum nec modum docuerit, tanti eſſe reor diſcere, vt conueniam illum perire: ſcio enim non dicturum aut oblitum eſſe. Sed ne omnino inanis ſit hæc noſtra expoſitio, ſcias quartanarum circuitos per acceſſiones ſi error non contingat, modo ſupradicto iudicari.

COMMENTARIVS III.
In primum Epidemiorum Hippocratis librum.

TEXTVS I.

Philiscvs prope muros habitabat, decubuit. Primo die febris acuta ſudauit, noctem laborioſam habuit. Secundo die omnia exacerbata ſunt. Veſperi ab infuſo per clyſterem adhibito bene habuit, noctem quietam. Tertio mane & vſque ad meridiem, viſus eſt à febre liber eſſe. Ad veſperam febris acuta cum ſudore, ſiticuloſus erat, lingua reſiccabatur, nigra minxit, noctem moleſtam habuit, non dormiuit, omnino delirauit, Quarto autem omnia exacerbata ſunt, vrinæ nigræ, nox tolerabilior, vrinæ melioris coloris.

COMMENTARIVS.

Hic eſt Antagoræ filius, cuius bis meminit in tertia conſtitutione, vt obſcurum non ſit omnes hos ægros eſſe tertiæ conſtitutionis, quæ ſæuiſſima fuit. Dixit locum vbi habitabat, quoniam duplex eſt memoria cum motu & quiete. Cum dico *Philiſcum* eſt memoria quieta: cum dico, *qui prope muros habitabat* eſt memoria rei cum motu & imaginor tem: ideo recordamur facilè & in perpetuum, ideo ad memoriam ſuam eorum quæ acciderunt conſcripſit hæc. Non adiecit *ætatem*, quia intelligit vitilem; vbi enim non ſit ea, adiicit quæ fuerit vt in Sileno ſequente. Ætas annorum circiter viginti: fuit ergo annorum circiter triginta quinque, & vſque ad quadraginta vel circa, vt nihil incommodi afferret. Non fuit *ſenex*, dixiſſet enim, & etiam ſuperius teſtatus eſt adoleſcentes iuuenes & in ætate conſtitutos perijſſe non ſenes. *De anni tempore* nec hoc adiecit, quia tamen in tertia conſtitutione, dum loqueretur de vere, æſtate & autumno inquit: *In autumno iam & cum pluuiæ fierent lethales erant & plures peribant: erant autem affectiones febrium ardentium. Quibus quidem benè ac largè ſanguis è naribus erupit: maximè ex hoc ſeruabantur. Et nullum noui qui in hac conſtitutione, mortuus ſit cui ſanguis profluxerit. In Philiſco enim Epaminone & Sileno parum de naribus quarta & quinta die fluxit & mortui ſunt.* Vnde patet non ſolùm Philiſcum ſed & Silenum Autumno iam decidentibus pluuiis & ex ardente febre ægrotaſſe: de *temperatura* dicendum eſt inferius. *Prima* ergo *die fuit cum febre acuta & ardente, & ſudauit ſudore frigido, quod* ex vltimis verbis dignoſcitur: *ſudores perpetuò frigidi.* Hoc igitur ſignum, quantum ex initio conijcere licet, mortem ſignificabat. Primum quia natura excernit ante coctionem, cum fuerit ab initio morbi: & numquam poteſt bene excernere niſi prius facta coctione, & ſeparatione, *Quarta Aphoriſmorum*: igitur ſudor ab initio fuit valdè malus. Et ſi obijciat ex Paulo, *lib.* 2. Putrida per vrinas aluum & ſudores expurgare conuenit, in Putridarum febrium curatione: ergo ſi id natura agat rectè egerit. Reſpondeo quod aliud eſt de natura, aliud de opere medici: quia in natura conſideramus vtilitatem & ſignum, in opere medici ſignum tantummodo; vnde etiam illud *Quarta Aphoriſmorum*: Et *quanto colores magis praui plures fuerint prius*: cum medicamento verò melius. Eſt etiam aliud de madore & exiguo ſudore, aliud de ſudore perfecto, ſudauit enim perfectè. Secundum quia ſudor frigidus erat: *Frigidi ſudores cum acuta quidem febre mortem, cum mitiore longitudinem morbi ſignificant.* Erat autem acuta. Tertium quod deterius fuit, quia non eſt alleuiatos: ſubijcit enim poſt id verbum *ſudauit*, (*noctem laborioſam habuit*) ſecunda die omnia exacerbata ſunt: iſtud oſtenditur ex fine, quoniam acceſſiones in diebus paribus. Si ergo ex primæ diei morbo mortem expectare oportebat, quantò magis ex exacerbatione in diebus paribus. Et ſi natura ab initio non poterat ferre morbum illum, ſed ſuccumbebat, cum materiæ ſolum pars & modicè putrefacta eſſet, quomodo ſuperuiuere vel etiam proferre vitam diu poterat, etiam ſi non aduenisſet exacerbatio illa in ſecunda die? ex quo patet non rectè dicere Galenum, in tertia & quarta die ſignum mortalis morbi breuis apparuiſſe. Multò minus & illud quod putant aureum dictum, cum exacerbatur morbus in tertia die; deinde etiam in quarta lethale eſſe. Nam ſic continuæ febres quæ exacerbationem habent, ſingulis diebus per modum duplicis tertianæ, omnes lethales eſſent, quod tamen falſum eſt: plurimi enim ex his ſanantur: & tamen exacerbantur tertia & quarta die. Fuit ergo lethalis omnino ex ſignis primæ diei: Et moriturum apparuit in ſexta, ex his quæ ſucceſſerunt ſecunda die. Sed neque illud ad propoſitum: ſigna decretoria quæ non decernunt mortem aut morbi longitudinem ſignificant, licet adducatur à Galeno: intelligitur enim in progreſſu morbi. Sed potius conueniebat illud ex libro de Iudicatione. *His qui breuiſſimo tempore perituri ſunt maxima ſigna ab initio apparent.* Adhibitum dicit clyſterem: fuit enim hic vir non humillimæ conditionis. Ex quo noctem quietè tulit, & vſque ad meridiem ſequentis diei, tum exonerata natura tum per aluum, tum quia erat inclinatio acceſſionis ſecundæ diei: Et contractio tertiæ acceſſionis venturæ, ex quo à febre liber viſus eſt aliis non Hippocrati. Tertiæ diei acceſſio retinuit primæ mala, atque in ſuper addidit ſitim, linguam ſiccam, vrinam nigram, vigilias, delyrium, omnia hæc ſequebantur in morbo lethali: futuræ mortis ſigna non erant, ſed grauioris morbi, vt quæ coctiones & pugnam naturæ cum materia morbi conſequi potuiſſent, nec mortem indicare. Quarta die omnia exacerbata ſunt, vrinæ tamen etſi nigræ fuerint, erant melioris coloris & nox minus moleſta.

TEXTVS II.

QVinto circa meridiem parum de naribus ſtillauit, non mixtum. Vrinæ variæ, quæ habebant innatantia quædam rotunda, genituræ ſimilia, diſperſa, non ſubſidebant. Subdita glande, flatuoſa pauca prodierunt: noctem habuit laborioſam, ſomni parui, ſermones, deliramenta, extremitates vndique frigidæ,

frigida, & non amplius recaleſcentes: minxit nigra, dormiuit parum, ad diem voce deſtitutus eſt, frigidum ſudauit, extremitates liuidæ.

COMMENTARIVS.

Cum vrina io quatta meliotis coloris fuerit, & nox minus moleſta, dictum dicebat ille, tanquam non dictum putes, nemo declatar, ſed io manifeſtis nugantut, atque etiam in illis infinitos admittunt errores. Qui enim conueniebat in motho ad mortem tendente, quartam eſſe in nocte meliotem, & vrinas meliotis colotis. Et quomodo cum nigtæ eſſent, meliotis colotis dici potetant, ſi noo deteriot eſt in vtinis aliquis color nigro. Quod ad primum attinet quidam exponit *moleſtior*. Græcus Aldinus codex vnde Cornarios legit *νύκτα εὐφορωτέρην* ſcilicet nox *tolerabilior*; Græcus codex cum commento Aldinus etiam habet *δυσφορωτέρην*, *difficilior* vt Cruſerius vertit. Appoſitus tamen eſt aſteriſcus in codice Græco cum commento, quod nonnulla exemplaria habetent *εὐφορωτέρην*. Ego cum Cruſetio legam *tolerabilior*: quamque Galenum haud veriſimile ſit adeò magnum paradoxum intactum præteriiſſe. Verum cum vtinam prætereat, nil eſt tam admitandum in negligentet exponendo Hippocratem, quod de Galeno non poſſimus polliceri.

Cum enim tot nugas agat extra propoſitum, hoc quod tanti erat de vrina teliquit intactum. Dico ergo voluiſſe per hæc verba quæ cohætent, vt diſcant alij quomodo eiuſmodi ſint interptætanda: *Tertio nigra minxit, quarto vrina nigra, nox tolerabilior: vrinæ melioris coloris. Quinto vrina varia, nocte grauiter ſe habuit, minxit nigra:* vt ſit ſenſus quia nox fuit tolerabiliot, non reliquis præcedentibus, ſed ſolum die ipſa quæ moleſtiſſima fuit, ideo vtina fuit melioris colotis. Ita in quinta cum nox fuerit peſſima, vrina ſubſeqoens noctem fuit nigra, & deterior antecedente diei, quæ fuit varia. Et bæc eſt lectio genuina, quam Galenus diſſimulauit, quia non intellexit. Fuit autem nox quartæ diei mitiot ipſa die: quia ſi in motbis lethalibus nulla eſſet remiſſio, omnes moterentut in ſecunda die, velut de Ctitone videbitut. Neceſſe eſt igitur in omnibus morbis adeſſe intermiſſionem aliquam, non tamen magnam, neque otdinatam. Magna eriam aliquando eſſe poteſt, otdinara nunquam.

(*Quinto circa meridiem.*) littera eſt manifeſta, & viſum eſt ſupra: laborat Galenus in declarando quod non fuit ſanguis purus ſed ater. Dicit Galenus: *Rubri enim ſanguinis ſtilla in morbo lethali non eſt viſa vnquam.* Metum ergo exponit ideſt *vehementer atrum.* Ego verò ſanguinem metum fluxiſſe autumo: natura non expellente quod noxium erat, ſed vt in nixu & malis criſibus quod non oportet loco eius quod oportet. Hic non babeo demonſtrationes: ſed bona fide agendum eſt vbi ſalus hominum vitæ tractatut, nec tot cauillationibus ioſiſtendum. Rurſus tepeto non ob ſigna intermedia quamquam mala, mortuus eſt Philiſcus, vt putauit Galenus qui inquit tepetens: *Itaque clarè apparuit die tertio morbi exitium: quo autem die moriturus eſſet, non conſtabat. Die autem quarto, cum vrina nigra permanerent, & acceſſiones diebus paribus, nec vires admodum robore exceſſerint, die ſexto obiturum eſſe intelligi potuit.* Sed non ita eſt, nam vt dixi ex primo & ſecundo hoc cognitum fuit. Sic de ſtilla ſanguinis, quamvis tes potius indicatet, quod fuerit ater, maximè quia ſplen intumuerat, nihilominus verba oſtendunt merum & purum ſanguinem ſtillaſſe. Vnde ſignum non ex colore ſed ex paucitate malum diceodum eſt. *Vrina variæ* ideſt fuere plures nec vnius modi: conuenerunt tamen in hoc, quod habebant innatantia in ſubſtantia ipſarum diſperſa totunda, genituræ ſimilia, nec ſubſidebant. Cum non eſſet hæc vrina bona, ſatis eſt ad declarandum, ſpem ſalutis nullam attuliſſe. Sed quomodo lethalis ſit *in libris de vrinis* viſum eſt: nimis longum eſſet ſi tot principia hic declatate vellem. Galenus non habebat quid diceret, alius quidam ſuo more cum tot dicat nihil prorſus adducit: nihil enim intelligit. Tres fuere cæci ex vna vrbe inter ſe digladiantes, vt aliquid eſſe exiſtimarentur. Sed duo adeò rudes, vt nec quid ſcriberent intelligerent: nec ſi ad ludum litterarium denuo acceſſiſſent, didiciſſent quicquam. Mira vnius amentia, alterius audacia, tertius cum eſſet eruditus nimium, ſibi placuit.

Quare in tanta penutia temporis tot fures illius natura produxit: nam quid aliud eſt tot nugas legere quàm iacturam temporis inſignem facere? Sed vnde tot ſtulti? & tanta patientia legendi? Poſtmodum exemplo ſecundæ diei cum videretur iuuatus ex clyſteri, ſubſidere glandem, quia vites etant imbecilliores. Et eſt præceptum Principis. Pauca emiſit & flatuoſa, iam incipiente calore naturali extingui. In nocte ſequenti extremitates frigidæ, nec amplius recaleſcentes, ne crederemus ob acceſſionem id factum. Vnde propinquæ mortis indicium appatebat; hæc omnia ea nocte contigerunt, quæ quintam diem eſt ſubſecuta: mane autem frigidum ſudauit, extremitates liuidæ, vnde otdinem ipſum obſeruare oportet, de quo paulo poſt dicam. Nam dubitatio emergit, cum dicat frigidum ſudauit: quaſi tunc primum frigidum ſudauerit: ab initio enim ſolum dixit ſudauit, & in tertia rurſus ſudauit: in fine autem adiecerit: ſudores perpetuo frigidi.

Dico ergo quod ſemper ſudauit frigidum, ſed tamen in mane ſextæ diei primum ſudauit ſudore vehementer frigido. Ordo igitur hic eſt: Primum ſudauit frigido ſudore non vehementer, poſt perfrigeratæ

getatæ ſunt extremitates, vnde patet hoc maius eſſe quam primum: poſt ſudauit ſudore vehementer frigido, cum extremitatibus frigidis: at hoc etiam maius: poſt extremitates liuidæ factæ ſunt, quòd maximum fuit: demum paulo poſt mortuus eſt. Hæc de ſudore.

Redeo ad ordinem. *Noctem habuit laborioſam: ſomni parui.* Nocte quæ tertiam diem ſubſecuta eſt, omnino non dormiuit. Deterius eſt dormiuiſſe & deliraſſe, quam non dorminiſſe *ſecunda Aphoriſmorum.* In quo morbo ſomnus laborem præſtat mortalem. Delirium tertiæ noctis fuit ob motum etiam materiæ, quintæ autem iam corrupto ſanguine vniuerſo: cui prope neceſſario eſt mors. Somnus ſequebatur fatigationem naturæ, ceſſante motu, iam enim materia tranſlata erat ad cerebrum. Et tamen in initio conata fuerat natura detrudere per ſanguinem narium. Ideo illud fuit initium phrenitidis. Sermones & deliramenta: iam enim euicta natura cerebri continuum apparuit delirium, hoc eſt quod voluit intelligi. Duplex enim delirium de rebus quæ non ſunt, & hoc oſtendit paraphrenesim. At cum de rebus tanquam familiariter loquitur & delirat, hoc phreniticum eſt, & ſignificat euictam eſſe naturam, quod plerique medici non animaduertentes falluntur grauiter. Cum enim abſceſſus paruus in cerebro fuerit, delirant ad vices in rebus domeſticis leuiter, & modeſtè, & medici parum hoc ſymptoma reformidant, cum ſit deterius vehementi & concitato delirio; in quo apparent res quæ non ſunt omnino, quod ex moro vaporum fit. *Minxit nigra.* Hoc eſt manifeſtum indicium, quòd ille qui exponit verba illa ſuperius explicata: *vrina melioris coloris*: quod acciderit quaſi natura relinquente morbum, ſomniat: nam meliores in hoc tempore proceſſiſſent. Sed fuerunt nigræ, tum ex vſtione ſanguinis, tum extinctione caloris innati.

Ad diem voce deſtitutus eſt. Hoc ſignum in febribus & à delirio mortem certam & propinquam ſemper affert, niſi morbus ſit in inſtrumentis. Nam alias retuli de Riuoltela, quem ob anginam mutum & deploratum ſeruaui, ſed is tamen intelligebat. Nec eſt vt recitem, quinam mortui ſint poſtquam muti facti ſunt: omnes enim qui moriuntur, muti prius fiunt, & qui muti fiunt poſtquam delirarunt paulo poſt moriuntur. Declarabo autem ſuo loco hoc. Nunc ſufficiat intellexiſſe, ob id obmuteſcere, quoniam cum delirium loqui plura cogat, ſi obmuteſcant, contingit exſiccato prorſus cerebro, aut ex ſumma imbecillitate virium; quare & moriuntur, & citò, & nemo reſtituitur ex his. Sed cur ad diem potius, quam in nocte obmutuit? dicit enim voce deſtitutum non ſolo ſermone. Phreniticum eſſe ſymptoma breui ante mortem voce deſtitui, declarant verba eius in *Tertio Epidemiorum* pridie quam morerentur, interceptam fuiſſe vocem aſſerentis. Pars vltima noctis vt alias declaratum eſt frigidiſſima eſt, tanquam ſole maximè deſcendente: ob id aut voce deſtituuntur, aut moriuntur multi. Quibuſdam tamen vox & ſermo reſtitutus eſt, vt decumbenti apud frigidam in Thaſo, ſed tamen obijt.

TEXTVS III.

CIrca meridiem ſexta die mortuus eſt.

COMMENTARIVS.

Quibuſdam à vocis amiſſione ad mortem dies tres interceſſerunt, vt Sileno & Philini vxori. Philiſco tantum paucæ horæ interiectæ ſunt. Ad curandi rationem hoc parum refert, ſed nec multum ad prognoſticum tum tales ſic iacentes pro mortuis habeantur: ſolum intereſt ad comprobandum rationem morbi, nam Sileno vox eſt reſtituta poſt ſeptimam, attamen & octaua denuo intercepta eſt. Cauſa eſt quod Philiſcus phrenitide laborauit, & ideò velox fuit mors illius, & ab initio morbi, & ab amiſſione vocis, quæ diu durauit, quoniam erat intemperies calida, Et etiam quia in ſexta debuit mori. Vnde Hippocrates docet iudicatorios in quibus homo debet ſanari vel mori, non ſimpliciter iudicare vel obmuteſcere. Et cauſa eſt quia licet criſes fiant à naturali virtute, tamen mors & vita attenduntur penes cor *Quinto de locis*: Et cordis motus conſeruatur à calore ſolis, & ideò motus ſolis & dies iudicatorij reſpiciunt vitam & mortem principaliter, & non vocis amiſſionem: amiſit ergo vocem mane, quia moriturus erat in meridie, non autem mortuus eſt in meridie, quia vocem mane amiſerit, ideò quandoque amittunt vocem multò ante per tres aut quatuor dies, quandoque ſolum per pauculas horas, quandoque expirant ferme in ipſis verbis, vt referant de Auguſto. Ergo iſtud aduenit ratione roboris cerebri: qui enim habent imbecille cerebrum, multò ante voce deſtituuntur, qui autem validum, parum ante. Et ſimiliter quibus cerebrum valde læſum eſt, mediocri tempore: non enim multum quia non poſſunt diu ſuperuiuere: quibus parum perdurant vſque ad mortem cum voce.

TEXTVS IV.

HVic ſpiritus ad finem vſque velut reuocanti, rarus & magnus: ſplen eleuatus eſt orbiculari gibboſitate.

tate. Sudores frigidi perpetuò. Exacerbationes diebus paribus.

COMMENTARIVS.

Philiſco igitur robuſtum fuit caput, & læſio magna in cerebro, non maxima; ideò vocem paucis ante horis ſolum amiſit. Illis aliis qui diu poſt vocis amiſſionem ſuperuixerunt, imbecille fuit admodum caput; & læſio non magna, nam laborabant ſolum febre. Declarat autem quatuor præcipua generalia Hippocrates de Philiſco: primum de ſpiritu, quòd fuit ſimilis reuocanti, rarus & magnus. Pro quo ſciendum eſt quòd vt Galenus docet *ſecundo de difficultate ſpirandi. Spiritus rarus & magnus ſemper ſignificat delirium:* non tamen omnes qui delirant talem neceſſariò ſpiritum conſequuntur. Et breuis eſt demonſtratio, quanquam ſuo more vt videatur quid magnum dicere, producit Galenus illam tum *in primo* tum in *ſecundo libro.* Si rarò ſpirat & magna ſpiratione obliuiſcitur; nam quia magna reſpiratione reſpirat, non deeſt cauſa neceſſitatis reſpirationis frequentis, & tamen raro reſpirat: ergo hoc non poteſt aliter contingere, quàm quod obliuiſcatur. Ergo delirat, quia obliuio rei tam neceſſariæ non poteſt contingere citra delirium. Non tamen neceſſarium eſt quòd ſi quis deliret, vt magnam & raram habeant reſpirationem, & hoc probat Galenus in eodem ſecundo libro ex Pythione in Thaſo, qui ſupra Herculeum templum habitabat in *Tertio Epidemiorum* ordine ſecundo, ad differentiam Pythionis Primi qui habitabat iuxta Telluris templum & eſt in primo ordine. Is ergo ſecundus Pythion fuit breuiſpirus in ſecunda die, & delirauit in ſeptima, ideò non concludit. Galenus tamen præſupponit quod cum non adiecerit, quòd aliter ſpirauerit, quod etiam tum ſic ſpiraret; breuis autem ſpiratio non videtur poſſe eſſe magna. Idque manifeſtum ex autoritate Hippocratis in *Tertio Epidemiorum* in hiſtoria vxoris Dealcis in Thaſo. Sed admittatur hoc, quod delyri poſſint non ſpirare magna & rara ſpiratione, cauſam nititur aſſignare Galenus ob duos ægros, & ſupponit quod nobis pro nunc ſat eſt: *Delyrium ex ſe facere magnam & raram ſpirationem. Dolorem in membris reſpirationis paruam & denſam caliditatem, denſam & magnam, frigiditatem paruam & raram.* Iuxta ergo miſtionem horum ac dominium variari has reſpirationum coniugationes clarum eſt: cum ergo dicis obliuiſcitur in delyrio, ergo rara. Reſpondeo ſi dolor vrgeat non poterit obliuiſci. Ex hoc ergo patet quod paſſus eſt delyrium perpetuum, igitur phreniticus maximè à quinta die, nec fuit dolor vehemens, nec calor magnus, nam fuiſſet reſpiratio denſa aliquando; & hoc eſt quod volumus. Sed addit quod fuit quaſi *reuocanti*, hoc indicabat magnam obliuionem & ſuſpiria, ideò etiam fuit valdè *magna & rara: Splen eleuatus orbiculari gibboſitate* non erat dolor vehemens in eo ex demonſtratis, non eſt enim membrum magni ſenſus. Nec erat tumor in muſculis, nam eſt ſecundum ſitum illorum longos in longis, tranſuerſus in tranſuerſis, obliquus in obliquis, in omnibus ad longitudinem tendit: cum ergo rotundus fuerit & in latere ſiniſtro, fuit in ſplene: & ſi in medio ventris in ventriculo, & ſi à latere dextro eſt Lunaris figuræ, ſi ſit in iecore.

Materia ergo vt dixi quæ peccauit, fuit partim biliosa, tenuis & craſſa, ſimul & atra, vnde intumuit ſplen. Et prima fuit in imparibus diebus, alia paribus. Ex quo morbus, febris miſta, ardens: ex his quæ Hippocrates ſuperius narrauit dicens, quod in ſexta die moriebantur cum ſudore, & non fuit febris peſtilens: nullum enim tale ſignum, ſed ſignum veræ febris ordinariæ. Non vrina bona, neque omnino cruda ſed nigra & varia: non calor tepidus, non vomitus, non cordis palpitatio. Neſcio vnde ſumpſerit, niſi ex hoc quod fuit morbus Epidemius, & in quo multi moriebantur, ideò peſtilens. Sed fallitur quia Hippocrates nullam harum conſtitutionum primi libri appellat vel inſcripſit peſtilentem, vt illam tertij libri, & decipitur etiam, quia aliud eſt dicere morbus peſtilens, & conſtitutio peſtilens: intelligitur enim qualiſcumque morbus graſſans & interficiens *Primo Epidemiorum & primo de victu in acutis:* Peſtis eſt epidemia pernicioſa: Aliud eſt febris peſtilens, de qua Prima particula *Sexti Epidemiorum* & *Tertio de præſagio ex pulſibus:* Apparent autem in ea plerumque carbunculi, vt *primo de differentiis febrium.* Aliter diceremus etiam dyſenterias eſſe peſtilentem febrem, nam communes dyſenteriæ aliquando ſunt maximè exitiales. Proprium enim peſtilentis febris eſt colliquatio, vnde *Tertio in Tertium Epidemiorum.* Quod quidem videtur eſſe ſymptoma in perpetuum febris, quam peſtilentem priuatim vocitant, cum mortales vel citra peſtem corripiat. Declarat autem qualis ſit hæc colliquatio *octauo de compoſitione medicamentorum ſecundum locos.* Bilis craſſa (*inquit*) graueolens & abundè colorata. Ex quo apparet hos medicos in perniciem humani generis natos, qui Galenicos ſe appellant, quibuſdam methodis facilè doctos, medicinam profitentes, non ſolùm errare vehementer, quod Galenum occluſis oculis ſequantur, ſed neque ipſum intelligere, ob idque ſolum Galenum laudare vt eruditi credantur, eſſe autem bobus rudiores. Confundunt enim febrem peſtilentem cum peſtilenti morbo, id eſt vulgari multos interimente, quandoquidem nec tales morbi ſint febres peſtilentes: nec febres peſtilentes talibus ſemper temporibus accidant.

De ſudore autem frigido, & exacerbatione in diebus paribus, ſupra abundè dictum eſt. Sed de temperatura morbi, mate-

rla plerumque declarat temperaturam,quia ſequitur illam. Bilis autem fuit primus humor, & teouis; ex ſucceſſu temporis in calida & ſicca intempetie conuettitut in atram libro Artis medicæ. Atra autem genetat multa excrementa craſſa, impediendo coctiones, & ideo Quartanarij abundant multa pituita, & humore crudo,merito cuius Galenus illis etiam ab initio exhibet piper. Fuit ergo Philiſcus bilioſus & melancholicus, non magni caloris naturalis,vit parui labotis.

TEXTVS V.

Silenus habitabat in Platamone, prope filios Eualcidis. Hunc ex laſſitudinibus & potationibus ac exercitiis intempeſtiuis, ignis corripuit. Cæpit autem laborare ex lumbis, & caput grauitas tenebat: & colli diſtentio erat. Ab aluo prima die bilioſa meta ſpumoſa, abunde colorata multa prodierunt. Vrinæ nigræ nigram ſubſidentiam habentes: ſiticuloſus, liogua reficcata, nocte oihil dormiuit. Secunda die, febris acuta, ſeceſſus plures, teouiores, ſpumoſi. Vtinæ nigiæ,nox moleſta, parum delirauit. Tertia, omnia exacerbata ſunt, præcordij diſtentio vetioque oblooga, ad vmbilicum ſubmollis. Seceſſus tenues ſuboigri. Vrinæ turbatæ, ſubnigræ. Nocte oihil dormiuit, ſermones multi, riſus cantus, contioere ſe oon potuit.Quarta per eadem.

COMMENTARIVS.

Poſtquam propoſuit caſom viti otioſi,& ſobriè vinentis, ſubijcit hic caſum adoleſcentis intemperantis & labotioſi, nec eſt Silenus ille prior,de quo in conſtitutione, cum ille in ſexta obietit, hic verò mortuus ſit in vndecima. Adiecit vbi habitatet, non ſolum ob ea, quæ in Philiſco dixifnus,ſed magis ob ſpecialem cauſam, ne quis putaret ettorem ſubeſſe; cum in ptiore dixetit fluxiſſe ſanguinem in quinta, obijſſe in ſexta, quotom neutrum huic contigit. *De ætate* ſubijcit illam, quia non erat ætas communis ſcilicet virilis,ſed adoleſcentis. *De tempore anni*,fuit in Antumno, oam ex ptiori narratione eo tempote ægrotauit Philiſcus, cui hic ſubijcitur. *De temperatura* vt in ptiore dicemus,poſtquam docuerimus quo morbo ægtotanit: laſſitudinibus, & potationibus ac exercitiis: Dicebat Galeous *ſecundo de tuenda ſanitate: c.* 2. Exercitium eſt motus qui variat reſpirationem, ſcilicet qui facit eam maiorem, velociorem, & frequentiorem. Motus autem eſt genus ad exercitium, ita deambulatio eſt motus ſed non exercitinm. Et qnod eſt vni exercitium, alteri non eſt, quia reſpirationem baud mutat. Et qnod vni eſt leue, etit alteri grane: labor autem idem quaſi vult eſſe cum exercitatione, differunt tamen: eſt enim labor qui non eſt exercitatio, & exercitatio quæ non eſt labor. Quicquid enim delaſſat hominem, vt micare digitis celetiter, labor eſt non exercitatio; aſcendere robuſto per aeclivia, exercitatio non labor: perſeuetando vtrumque. Vbi labor ex exercitio proueniat,non enim ſemper vt dixi prouenit labor,eſt effectus & fructus exercitij,dicebat Galenus in *libro de cibis boni & mali ſucci, c.* 3. exercitium quod fit ante cibum vtile eſt admodum, velut quòd fit à cibo valde ooxium valetudini. Sic etiam à vigilia vel cum cruditate laborat ventticulus. Vnde Poëta.

> *Namque pila lippis inimicum, & ludere crudis.*

Tempeſtiui enim exercitij tria commoda ſunt; incrementum caloris innati, & motus ſpiritus, & dutities ſolidorum; eſt autem calot naturalis quaſi idem vel valde propinquum ſpiritui: ſed dicitur calor, vt quieſcit & fungitut operationibus naturalibus & vitæ, ſpiritus autem vt mouetur. Per hæc tria perficiuntur tria alia optima; ex denſitate membrorum perficiuntur operationes naturales, & membra animalibus operationibus robuſtiora redduntur. Per caloris natutalis incrementum, eadem hæc duo: per motum concitatiorem ſpiritus expelluntut exctementa, ex quibus corpus oneratut, operationes naturales impediuntur, & obſtructiones generantut. Ita ex tempeſtiuo exercitio omnia bona ſeqnuntur, & homo quaſi iuueneſcit: ex intempeſtiuo molleſcunt membra, calor minuitut, Spiritns torpeſcunt. Vnde malus habitus impotentia eſt motbi.

Laſſitudinem quid ſit declarabat Galenns libro *De Morborum cauſis cap.* 2. dicens: cum quiſpiam immoderara exercitatione vſus fuetit; laſſitudinem ſuſtiuet corpus, hoc eſt caliditatem immodicam in muſculis atque articulis habet. Itaque dicit: *ſi pro natura fuerit laborantis, non incurret laſſitudinem, ſi ſuperauerit incurret.* Eius ſunt tres ſpecies *Secunda Aphoriſmorum, com.* 5. tendens à pleuitudine ſanguinis vlcetoſa, à prauis humoribus, & apoſtemoſa,vt ita dicam ab vttoque. Has cõiungit *Tertio de tuenda ſanitate, cap.* 9. tum inter ſe,tum adiecto affectu,qui gracilitas appellatur, & eſt cum ex laboribus muſculi nimium ſiccantut, non autem replentur, vt in illis tribus; atqne ita fient ſimplicium & compoſitarum coniugationum laſſitudinum ſpecies quindecim. Sed quæ à plenitudine ſunt & apoſtemoſa, præ cæteris

teris vt dictum eſt in *libro de Cauſis morborum* ſeu ex exercitatione, ſeu ſpontaneæ, ſint ad generandam febrem maximè idoneæ, ſtatimque ſunt: vnde *Quarto de Tuenda ſanitate. cap.* 10. *Hec laſſitudo ne paucis quidem horis, nedum duobus tribuſve diebus eodem tenore conſiſtit, prout Eraſiſtrato placet, ſed ſtatim febrem accendit vehementiſſimam, niſi ſanguinis detractione malo prius ſit occurſum.* Sed ſpontaneæ etiam his quæ ex laboribus fiunt deteriores; nam hæ ſi rectè procuremur homo euadere ſolet, non ita ex ſpontaneis. Ex potationibus cruditates: ita potationes cruditatem, laſſitudinem, calorem, exercitia intempeſtiua vtrũque ſubminiſtrarunt. Per potationem enim meri hauſtum copioſum indicauit, non aquæ: Et vini quidem Thaſij quod potentiſſimum erat & celebre. Vnde Athenæus *libro primo Hymenſophiſtarum cap.* 26. ex Epilyco.

Vinis Thaſijs & Lesbiis rigat dies,
Partem reliquam ſic hanc agit feliciter.
Et poſt ex Hermippo
Et Thaſium quod pomorum diffundit odorem:
Hoc ego crediderim cunctis iucundius eſſe.

(*Ignis corripuit*) cœpit autem ægrotare ex lumbis. Proponit quatuor: *morbum*, & eſt *febris*: vt antecedentia morborum *lumborum* ſupple *dolor*; quid ſint lumbi docuimus alias, & capitis grauitas, & colli diſtentio: Et ſymptoma coniunctum; *Ab aluo fluxerunt multa biliosa abundè colorata, mera & ſpumoſa*: inde ſigna *vrinam nigram* & reliqua. *Ignem* dicit πῦρ ideſt febrem ardentiſſimam, tactu igni ſimilem: nam febrem communiter appellat πυρετὸν vt ignis & igneus. Non ergo ſimpliciter febrem dixit ſed vehementiſſimam igni ſimilem; cum autem infra dicit acuta febris πυρετὸς ὀξὺς appellat, vt conſtet febrem, ignem febrem acutam & ardentem, quam exponit πυρετὸς καυσώδης, vt in virgine Abderita *Tertio Epidemiorum*, volo autem exponere differentiam horum, ſed infra vbi caſum Critonis breuem enarrabimus. Dixit autem *ignis*, ne crederemus Ephemeram eſſe, quæ iure merito ſubſequi ſolet cauſas externas, primum laſſitudines & exercitationes. Cœpit *laborare* ideſt dolere, licet enim in textu habeat πόνος quod eſt laborare: *ſecunda* tamen *Aphoriſmorum* cum dixit Δύο πόνων ἅμα γινομένων clarum eſt quod intelligit duorum dolorum, ſimul incumbentium. Mirum fuit cum hæc præceſſerint, cur Hippocrates non miſerit ſanguinem. Sed vel obſtitit cruditas, vel quod non vocatus fuit ab initio, vel quod non conſueſſet ſanguinem mittere, niſi in abſceſſu laborantibus. De quo infra. Quod ad ſymptomata attinet, ſigna fuerunt *natura multis cruditatibus onerata*. Propterea ne hoc ſolum crederemus, adiecit *biliosa*, quod non eſt proprium cruditatum, vt nec illud *abunde colorata mera & ſpumoſa*. Color ille ſatis indicabat exuſtionem: Merus dicit ſeu ſyncerus *ſeptima Aphoriſmorum* quæ ſine ichore ſunt. Dico & ſine fecibus & alijs humoribus. Indicat hoc quod à nobis expoſitum eſt in Aphoriſmis. De ſpumoſa dicebat Galenus ſecundo prognoſticorum: *Ceterum ſpumans deiectio interdum ſpiritum flatuoſum, humore permiſtum, ſolutu difficile, quandoque caloris copiam indicat.* Ita enim per exteriora corpora fieri cernitur, in mari incurſantibus ventis, in lebete ex polentis præ copia caloris. Poſt ſubijcit *vrinas nigras & cum ſubſidentia nigra*, quod erat iudicium extremæ aduſtionis: iam teſtatus ſum hic non acturum de vrinis, quòd ſit materia nimis prolixa & difficilis: & ideò ſi conatus fuero illam hic declarare, breuiſſimè potius præbebo cauſam erroris quàm docebo. Neque enim eſt hæc materia, vt de criſi vel de diebus criticis, quæ etiam ſi rectè tractata fuiſſet à Galeno, doceri poterat tota in vna pagina: at materia de vrinis, ipſa per ſe ampliſſima eſt difficillima & obſcuriſſima, non ſolum medicinam, ſed etiam magnam Philoſophiæ naturalis huius inferioris partem ſecum trahens. Simili ratione multa prætermittam in expoſitione, quæ ſuo loco hic tamen aut in tertio exponentur, ne ſæpius idem dicendo fruſtra, ego ſcribendo tempus teram, & odioſa ob longitudinem efficiam commentaria. Sicut nec illud de reſpiratione magna & rara (Gratia exempli) quia eſt expoſitum in Philiſco. *Siticuloſus, lingua reſiccata*: ab initio vehementia hæc nimis & magni incendij indicia, ſicut & illud *nihil dormiuit*. Nihil tamen lethale, niſi vrina illa nigra in ſubſtantia & contentis, quæ cum fiat vel ob incendium caloris præternaturalis, aut extinctionem naturalis, cum ab initio eſſet ob extinctionem naturalis, contingere non poterat, oportuit vt fieret ab incendio caloris præter naturam: cum ergo feceris coronidem; *Vrina nigra, tota vigilia exacta, egeſtiones biliosa, mera, colorata ſpumoſa, lingua reſiccata, febris calidiſſima*: his quinque indicijs incendium maximum declarabatur; & cum eſſet à Prima die, lethale erat.

In ſecunda die cum deberent craſceſcere, ſeceſſus facti ſunt tenuiores, & ſuper hæc delirauit, reliqua manſerunt.

In tertia omnia ſunt exacerbata ex ratione acceſſionis, addita ſunt prætereatria & vnum valde superauctum: ſcilicet *delirium, riſus, cantus*, erat enim ob ætatem maximè ſanguineus, ideo *riſus cantus*. Volebat etiam *ſurgere*, in egeſtionibus addita eſt *nigrities*, in vrina *turbulentia*, quæ ſignificabat materiæ motum ad cerebrum, iuxta illud Quartæ particulæ. *Quibus vrina perturbata, quales ſunt iumentorum, his dolor capitis adeſt vel aderit*. Dicit ibi Galenus fiunt à materia craſſa, & denſa, à calore ſcilicet vehementi agitata. Calor autem ad ſuperiora tendit. Et hoc erat Phrenitidis fientis ſignum, in præcordiis

diſtentio, vtrinque oblonga ad vmbilicum ſubmollis. Alij vertunt ſubvacuam vt Galenus in commento *ὑπόκενον*. Videamus ſignificatum, inde vocem; aderat inflammatio vt ipſi dicunt in ſepto tranſuerſo, ideò præcordia ſurſum trahebantur: & quia in præcordijs non erat abſceſſus, neceſſe erat præcordia eſſe ſubuacua, locus tamen in medio ſub mollis. Nimis durum eſt vertere *πρὸς ὀμφαλὸν ὑπολάπαρος*: Ideſt ad vmbilicum ſubmollis: ſub vacuam dicendo, conſentientibus vtriſque Codicibus Aldinis Græcis. In vniuerſum delirium, dolor lumborum, mors cita, tenſio illa ſubmollis in medio, cum ex vtraque parte foret cum febre continua, indicarunt potius Phrenitidem quam ſepti tranſuerſi abſceſſum, cum dicat *continere ſe non poterat*. Hoc enim proprium eſt ſignum Phrenitide laborantium, non abſceſſu ſepti tranſuerſi. Infra dicam *de riſu & cantu*.

TEXTVS VI.

Qvinta, ſeceſſus meri, bilioſi, leues, pingues. Vrinæ tenues, pellucidæ, paucæ, reſipiſcebat. Sexta circa caput parum ſudauit: extremitates frigidæ, liuidæ: iactatio multa: ab aluo nihil prodijt. Vrinæ ſuppreſſæ ſunt, febris acuta. Septima die voce deſtitutus eſt: extremitates non amplius recaleſcebant: nihil minxit.

COMMENTARIVS.

Quinto morbus recruduit: & cum hoc egeſtiones factæ ſunt pingues. Dictum eſt de pingui ſupra, & ſecundo prognoſticorum, quod fiunt ab ignea caliditate colliquante pinguedinem primom, inde etiam ſolida. Sed dices excrementa pinguia, vt viſum eſt, peſtilentem febrem indicant: dico colliquatio alia à vehementi calore, & hæc eſt ſine odore malo, & talis fuit hic: alia graueolens à peſtilenti febre, at hic non fuit male olens. In ſexta autem apparuerũt ſigna lethalia exquiſitè, *extremitates frigidæ, liuidæ. Sudauit* etiam *parum circa caput*. Sudor circa caput tantum, cordis reſolutionem oſtendit, dicente Galeno *Primo prognoſticorum com. 26.* Sudor circa partes capitis calidus minatur ſyncopim, frigidus autem non iam minatur, ſed adeſſe nunciat: at ſyncopis eſt affectus cordis, affectum igitur cordis præcipuè caput nunciat, ſic timores, dolores, iras. Suppreſſæ ſunt omnes excretiones, natura occupata nimium à morbo. Febris acuta ſcilicet denuo redijt. Sed quomodo hoc cum Galeno qui dicit acceſſiones fuiſſe magis in diebus imparibus? certè hoc non voluit: quamuis enim dixerit quod tertia cuncta exacerbabantur, & quòd Quarta per eadem, conſiderandum tamen eſt Hippocratem in hoc voluiſſe præferre pares imparibus, nec impares paribus. De liuore extremitatum, *ſecundo prognoſticorum, com. 9.* Super illis verbis Hippocratis: *ſi corpus omne graue eſt, itémque manus & pedes, maiore cum periculo eſt: ſi verò præter grauitatem vngues quoque ac digiti liuidi ſunt, expectanda mors continuo eſt: ſi digiti & pedes omnino nigreſcunt, minus peſtiferi ſunt quàm ſi liueant*, dicebat Galenus. *Interdum pars nigreſcit, quia materia eò decumbit, interdum quoniam moritur*: vt liuor ſit certius ſignum mortis, nigrities efficacius, ſed non ſemper malum ſignum. In ſeptima *voce eſt deſtitutus* reliqua mala manſerunt. Vnde patet læſam valde fuiſſe cerebri facultatem, tum ob hoc quod multò ante quam moreretur voce deſtitutus eſt, & quod vrinam per duos dies continuos non minxit. Paucas vrinas tenues, diximus ſemper eſſe multò abundantibus deteriores.

TEXTVS VII.

Octaua ſudauit frigidum per totum ſudorem: Papulæ cum ſudore rubræ, rotundæ, paruæ velut vari: permanebant non abſcedebant. Ab aluo verò cum parua irritatione ſtercora tenuia velut inconcocta, multa prodibant cum dolore. Vrinam reddebat cum dolore mordacem; Extremitates parum recaleſcebant: ſomni tenues, ſoporoſi, vox intercepta: vrinæ tenues, pellucidæ. Nona per eadem. Decima potum non ſuſcipiebat, ſoporoſus erat: ſomni autem tenues: ab aluo ſimilia minxit; aceruatim ſub craſſum depoſitum ſubſidens: ſubſidentia craſſæ farinæ ſimilis, alba, extremitates rurſus frigidæ.

COMMENTARIVS.

Hunc locum non poſſumus exponere, niſi recordemur eorum quæ dixit ſuperius: *Iudicabantur autem phrenitici plerumque die vndecima, quibuſdam vigeſima.* Hunc apparet fuiſſe phreniticum, & in tertia nocte talem euaſiſſe: contentio autem illa præcordiorum, vel neruis ſe contrahentibus accidere potuit, aut ob magnam repletionem loci, nam niſi peruertatur Hippocratis littera vt dixi, ita æſtimare oportet. Demiror autem de Galeno, qui non viderit delirium perpetuum, retentionem vrinæ, cruditatem earum quæ mingebantur, ſignificare phrenitidem. Præſertim cum

cum ab inititio capitis grauitatem, & colli diſtentionem pateretur. Non ipſemet recordatur eorum, quæ ſcripſit Quarta Aphoriſmorum, ſuper illo Aphoriſmo, *Quibus vrina albæ, & perſpicua, mala, præſertim ſi phreniticis appareant.* Ergo animaduerte lector, cum alia ſit vis, quæ totum regit corpus, alia vniuſcuiuſque membri, tū maximè principalis, & tamen hæc cum illa connexa eſt, ita vt diuelli nequeat, accedit velut tauro iuncto, quem lanij occidere volunt: & ille excuſſa ſemel claua, fruit & pugnat nihilominus, etiā euaſurus niſi vinctus eſſet: ita natura quæ in venis erat, octaua die quod vt dixi parte maxima acceſſiones in diebus paribus vigerent, conata eſt iudicare morbum, multáque bona effecit, ſudauit papulas ad cutim, propulit vrinam & feces cum auxilio, quia illæ non ſunt adeò liquidæ, vt vtina emiſit, recaluit in extremitatibus, aliquantulum dormiuit. Sed tamen quia pede reuincta erat, ideſt cerebri abſceſſu, & ipſe erat imbecilli vt dixi capite, ſudor fuit frigidus, licet fuerit per totum, quia iecur & quæ ab eo ortum habent valida erant, *vox* manſit *intercepta* manifeſto phrenitidis indicio: ſomni etiam non fuerunt, quales in iudicijs ſubſequi debent & ſolent, alti, placidi, continui atque profundi, ſed fuere *ſoporoſi, extrementa alui tenuia & velut incocta & multa prodibant*, quòd concoctricis etiam primæ proſtrationem indicabat. Vrinæ quoque fuere *tenues & pellucidæ.* At video quid dicturus ſis, cur vrinæ cum ſint opus iecoris & venarum, non cerebri, potius ſecutæ ſunt tamen vim & qualitatem ſeu conditionem cerebri quam iecoris, quæ ſatis mediocris erat? Hic aduerte, docebo. Cum adeò læditur membrum principale, vt peruertat naturam alterius, functio propria ſequitur naturam lædentis membri pluſquam principalis. Exemplum ſi ſit ædema in aliquo viſcere magnum, dicit Galenus facit pulſum mollem. Reſipuit tamen aliqualiter; quia dicit vrinam reddebat cum dolore, tamen & ſi torqueretur loqui non poterat, propterea aſcripſit *vox intercepta eſt.* In nona manſere eadem, quia neque in ſeptima neque in nona habuit acceſſionem, commutata natura acceſſionum ex diebus imparibus in pares. Sed redeo ad vocis interceptionem, de qua dicebat *Secundo Prorrhetici Tex.* 59. *Quibus voces cum febre deficiunt poſt iudicationem, hi cum tremore & comate pereunt:* Et in Tertio. *Quæ cum exolutione fiunt, & catoche & aphoniæ; pernitioſa ſunt.* Prius dictum & bene ita intelligi debet, vt febre manente vox deficiat, & hi cum catoche vel cum tremore pereunt, vt contigit Sileno, & Galenus ibi interpretatur.

Decima potum non ſuſcipiebat. Potum ſuſcipere eſt actio voluntaria; quæ adeo vitiata erat vt non poſſet perfici ob mentis læſionem. Soporoſus erat quamuis eſſet phreniticus, quia tamen materia erat melancholica magna ex parte, & ob incendium partium inferiorum, erat ſoporoſus, multis vaporibus ex præcordijs maximè aſcendentibus *ſomni autem tenues*, Ne credamus eſſe coma vigilans declarat id. Adijcit de vrinis quod minxit aceruatim, *depoſitum craſſum ſubſidens: ſubſidentia craſſa farinæ ſimilis, alba.* Dicebat Hippocrates *Secundo prognoſticorum Text.* 26. *Vrina ſedimentum farinæ craſſioris habens mala eſt. Deterius verò ſi ſquammularum more conſiſtat. Si verò tenue & candidum admodum eſt, vitioſum eſt: furfureum verò deterius.* In vniuerſum Galenus ibi quæ in mente venit, dicit, ſed rei veritas eſt, quod vrina quæ ſedimen habet farinæ ſimile, vt viſum eſt *ſeptima Aphoriſmorum com.* 20. ex *ſecundo Prognoſticorum tom.* 28. ibi etiam adducto, fit vel concreta vel craſſa pituita, & tunc perſeuerat multis diebus, & morbus eſt diuturnus, & poſt etiam longior erit; aut exuſtis ſolidis membris, & cum imbecillitate virium, præcedentibus exuſtionis validæ ſignis: & tunc mortem præſentem ſignificat velut in Sileno.

TEXTVS VIII.

VNdecima mortuus eſt.

COMMENTARIVS.

Quærat hic quis cum Galeno fruſtra, cur vndecima mortuus ſit, verum dico quod in octaua iudicatus eſt palam; itaque cum iudicium malum fuerit, ſiquidem vires ſint valde imbecilles, vt in iudicio nihil boni, moritur die eadem: at hic adhuc validæ erant vires, & recaluerat, & papulas expulerat, ideò ea die non potuit mori: ſi verò imbecillitas non adſit virium, ſed nihil boni in iudicatione, ipſa die euertuntur vires, ſequenti moriuntur. At neque hoc: dictum eſt enim multa affuiſſe ſigna bona, licet pleraque malo miſta & imperfecta: ſi verò adſint vires adhuc ſatis validæ, & iudicatio non prorſus mala, & acceſſio tertia die expectetur, moritur in tertia ab ea die, & ita mortuus fuiſſet in decima. Sed nulla fuit acceſſio, vt nec in octaua, ideo nec in decima. In his caſibus ergo vbi præceſſerunt ſigna lethalia multa, & iudicatio mala ſit, vltimus terminus eſt quarta dies, quæ eſt iudicatoria, & quarta dies ab octaua fuit vndecima, ideò in vndecima obijt. In eiſdem enim diebus dicebat Hippocrates *Tertio Prognoſticorum* moriuntur ægri, in quibus etiam iudicantur ac ſanantur: tribus etiam diebus luna peragrat quadraginta partes ſignifici, quæ ſunt nona pars totius orbis, & ideo in tanto tempore etiam, ſicut ſol in quadraginta diebus mouet materiam, & occidit

aut liberat; & io tanto tempore etiam ſanguis ſuppurat, & materia corrupta ad vltimam putredinem tranſit, & quaſi veneni natutam.

Sed dubium eſt, cum in quarta deſipuerit, cum riſu & cantu, dicente Hippocrate *6. Aphor. 51. Deſipientia quæ cum riſu fiunt ſecuriores*, quomodo petierit? Reſpondeo quod perijt quia fuit cum impetu & vehemens. Dicerent aliqui & Galenus eum ſua dialectica non dialectica, quia adfuerunt alia ſigna mala. Sed hæc non eſt reſponſio: oportet enim adeſſe conditionem proptiam in ipſo ſigno, per quam à regula illa ſecludatur vt hic: vehementia delirij quia contineri non poterat. Et hoc obſerua diligenter; Quooiam verò ſupta dixerat in enarratione octanæ diei ὕπνοι λεπτοὶ κωματώδεις ideſt *ſomni tenues ſoporoſi*, intelligendum ad pleniorem notitiam, quod Galenus *ſecundo Prorrhiticorum com. 56.* ponit differentiam inter κάτοχον & coma ſeu cataphatam: in his enim humido abundanti palpebræ remittuntur; in illis autem intenduntur & aperiuntur ob ſiccitatem. Oſtendit autem exemplo condiſcipuli κατόχους non ſolum ſenſibus interioribus, ſed exterioribus, & velut oculis & auribus vti. Sed hoc accidit cum adhuc imperfecta eſt affectio, cuius indicio eſt quod qui videbat & recordatus eſt eorum, quæ viderat, conoaluit. Eodem modo κατόχους delitate contingit, & deprehendi quod delirent, quia licet immobile ſit corpus, nihilo minus aliqua vis loquendi relinquitur, per quam dignoſcere poſſumus, eos non mente conſtare: At comatoſi ſeu cataphota laborantes, idem enim ſunt, & apud Hippocratem pro eodem accipiuntur, vt *in primo Prorrhitici Text. 33.* Galenus docet, cum delirio ab initio ſimul incipiunt, vtraque affectione ſimul ibi dicit inchoante. Sunt & phrenitici, qui comate laborant: quod contingit, cum affectio fixa facta fuerit, adeò vt io hecticam tranſeat, tunc enim debilitatis viribus iacent voce remiſſa & languida, vt vix exaudiantur, (cum alias proprium ſit phreniticorum, adeò vt exiſtimetur non poſſe ſine hoc phreniticum eſſe, oiſi exclamet & exiliat) loquentes & manus placide mouentes, vt oon tamen quieſcant: ſed non eſt hoc coma neque phrenitidis ſpecies, dicit Galenus, ſed temporis phrenitidis, cum diu vires ægri perſeuerando proſtrauerit proprium. Eſt autem phrenitis vt antea dicebat, cum febris perpetuo delirio iungitur. Quod ſi cum comate iunctum vtrumque fuerit, erit typhomania, vt ab Hippocrate *in primo de morbis* ideſt affectio ex phrenitide, & mania miſta, quam tamen infra vocauit Hippocrates phrenitidem, vt cum dixit: *Nullus autem phreniticorum vehementer inſaniunt vt in alijs, ſed alia quadam veternoſa in ſomnum delatione capite grauati morieбantur.* Horum igitur phreniticorum non eſt perpetuum delirium, cum in coma delabuntur. Tum enim quieſcere videntur, ſed non tamen ſapiunt, nec vt dixi verè quieſcunt: alij verò etiam ſapiunt licet phrenitici ſint, ſed in coma delabuntur, & niſi expergiſcuntur, non ſapiunt dicit Galenus, quod valde difficile eſt: dicemus autem de hoc ſuo loco. Vnum eſt quod coma nil aliud eſt, quàm delatio in ſomnum non naturalem, quod ſi ſomnus ipſe ſequatur, vocatur ſoporiferum, ſi non ſequatur ſed ſolum quieſcunt: horum duplex eſt etiam genus; quidam quieſcunt & non mouentur, quod eſt proprium comatis vigilatiui; alij autem mouentur ſed leniter quaſi colligant paleas, & ſunt vt dixi comatoſi phrenitici, ex phrenitide confirmata. Ita ergo quidam diſtinguunt. In Vigilia ſenſus omnes interiores & exteriores operantur: in ſomno ſoli interiores: in comate neutri. Sed ſi comatoſi delirant, igitur cognoſcunt interioribus ſenſibus? At falluntur? falluntur & ſomniantes: Ergo comatoſi hoc habent, cum imperfecto comate fuerint quòd omnino non cognoſcunt, antequam autem perficiatur, cognoſcunt tam ſenſibus exterioribus quàm interioribus ſed vitioſis & hebetatis: κάτοχοι verò ſolum hebetantur ſenſibus, non vitiantur, perſiſtuntque donec perfecta affectione omnis ſenſus pereat. Ecſtaſis autem ſomno ſimillima eſt, niſi quod in Ecſtaſi remanet veſtigium ſenſus exterioris: ideò non excitantur vocibus, & tamen eas intelligunt. Non enim vis eſt impedita vt in ſomno, ſed aliò traducta.

TEXTVS IX.

AB initio huic & ad finem vſque ſpiritus magnus rarus, præcordij palpitatio aſſidua: Ætas erat circa annos viginti.

COMMENTARIVS.

Demirot quî venerit in mentem Galeoo, quod etiam laborater abſceſſu in ſepro tranſuerſo, eodem dicente quòd dolor in membris ſpiritualibus denſum & paruum efficiat ſpiritum: & quòd ſi dolor adſit in his membris, cum delirio miſcentur etiam hæ reſpirationes, & quandóque fit ſpiritus magnus & rarus, quandóque denſus & paruus. At hic ſemper fuit magnus & rarus vt teſtatur. Et quamquam diceret poſſet abſceſſum fuiſſe ſine dolore, quia in parte carnoſa ſepti, nihilominus neceſſe fuiſſet denſari ſpirationem. Quinimo palpitatio quaſi ſymptoma eſt repugnans ei. Sed & id mirum, cum Hippocrates fecerit mentionem ſolum de phreniticis & ardentibus febribus, in conſtitutionis enarratione, quod afferat in ipſo præſertim principio exemplorum abſceſſum ſepti tranſuerſi, ſed

de hoc ſtatim dicemus. Antiqui autem ſeptum tranſuerſum delirij cauſam eſſe exiſtimabant, & ob id phrenes ipſum vocarunt, quod eo ſapere viderentur: quoniam anima mutatur eo, & ipſum mutat: nimio gaudio perculſa riſum mouet: at riſus fit ſepto tranſuerſo ſe concutiente. Et rurſus titillantibus nobis partes præcordiorum, ita vt ſeptum tranſuerſum concutiatur, riſus commouetur; & anima exhilaratur. Dicunt quidam, quod fit ob neruos qui ad ipſum veniunt, & quod motus ille fit à cerebro: ſed tamen nulla pars hoc efficit, vt exhilaret hominem niſi illa. Cauſa ergo motus ſepti tranſuerſi, certè eſt ſenſus neruorum: ſed quod moueat riſum, eſt quia ex confuſione illius pulmo mouetur; & cor exultat, & viciſcim corde ob lætitiam exultante agitatur ſeptum tranſuerſum, & pulmo, & ita fit riſus. Sicque viciſſim anima mouetur à ſepti tranſuerſi concuſſione, & ipſum etiam affectu ſuo ui cordis & neruorum mouet.

(*Præcordij palpitatio aſſidua.*) Nil eo adijciente intelligitur de nobiliore ſcilicet dextro. Hippocrates primo prognoſticorum inquit. *ſi vero pulſus in ilijs inſit, perturbationem ſignificat aut delirium.* Dicebat Galenus quod delirium fit ex abſceſſu ſepti tranſuerſi, & oris ventriculi, non autem ex affectu in muſculis. Sed aliud eſt palpitare præcordia, aliud inflammationem pati ſeptum tranſuerſum: neque enim præcordia palpitant. Sed cum experimentum frequens me docuerit, quod vbi febre vehementi, imo etiam quod maius eſt, prorſus ſine febre homo obſtructionem habet grauem, in præcordiis & meſaræo: atque hic haberet huiuſmodi repletionem, cum copia humorum & denſitate, ideò facta eſt palpitatio perpetua. Et in vniuerſum palpitationes eiuſmodi fiunt, cum ſeptum impeditum fuerit ab inferioribus partibus, vt neceſſe ſit moueri tanto motu, vt concutiantur partes ventris, aut cum arteriarum motus ſentiuntur, in illis partibus præpedito inani per quod occuluntur.

TEXTVS X.

HErophonti febris acuta. Ab aluo pauca, ab initio velut in teneſmo: poſtea verò tenuia prodibant; biliosa, frequentiora Somni non aderant. Vrinæ nigræ, tenues.

COMMENTARIVS.

Tria fuerant principalia propoſita ab Hippocrate, dum tertiæ conſtitutionis hiſtoriam enarraret: primum de ardente febre praua, quæ ægros in ſexta cum modico ſudore perimebat, cuius loco poſitus eſt Philiſcus: Secundum de phrenitide perniciosa, quæ ægros in vndecima perimebat, ad quæ exemplum huius ſecundo loco poſitũ eſt, Silenus inquam nuper enarratus. Tertio quòd dixiſſet, neminem eorum qui ritè in recidiuam incidiſſet, quanquam ex grauiſſimo morbo obijſſe, ſex quæ appoſuerat differentias, eorum qui in decima-ſeptima plenè iudicati ſunt, tum verò in fine illorum, qui nona iudicati eſſent, quarta-decima redijſſet, decima-ſeptima perfectè eſſent iudicati, è quorum numero ſelegit hunc Herophontem non obiter, ſed vt qui adeò graui morbo laborauerat, vt Galenus admiretur quomodo potuerit euadere, illud non animaduertens, generaliter morbos Epidemios eſſe velut fœtus in vtero, qui tametſi monſtroſi ſint, viuunt tamen, & cum duobus capitibus, alij quatuor cruribus, alij belluina facie, alij ſerpentis corpore: ita hi morbi Epidemij quaſdam habent formas ſeu regulas, quas quamuis alioqui cum ſignis ſint lethaliſſimis, modo eas ſeruent ad amuſſim, euadunt. Verùm ad Herophontis hiſtoriam veniamus, nam poſt hos tres, viginti-trium aliorum ægrorum hiſtoriam ſubijcit, qui admiratioñe non mediocri digni ſunt. Herophon igitur hic ægrotauit ſuppoſita ætate, & tempore anni quali prius, ſcilicet ætate conſiſtente, & in Autumno, & temperatura atrebilaria ſeu melancholica: non enim adeò facile incidiſſet in vrinas nigras ab initio, & in ſplenis humores, neque euaſiſſet: euaſit autem beneficio morbi humilis temperaturæ, igitur aduenit ei febris acuta, & cum vigilijs ab initio, & vrinis tenuibus & nigris, & egeſtione primum cum teneſmo, & impedita, deinde libera. Sed vt ab vrina incipiam tanquam notiſſima, quia de ea ſæpius actum eſt, dicit vrinæ tenues & nigræ, tenues nihil habent admirabile ab initio, tales enim eſſe conſueuerunt, quia materia eſt cruda, vt in *lib. de totius morbi temporibus cap.* 3. Omitto modo difficultatem de vrina cruda ab initio, de qua *in ſexto Contradicentium*, qui volet videat. Fuit autem nigra in ſubſtantia, non in contentis, aliter dixiſſet: ſed cauſa quare vrina nigra non fuit lethalis à principio propria hæc fuit, quam Galenus reddere non potuiſſet, quia non habet ea principia, eſt quod vt dictum eſt antea in Sileno: nigredo eſt duplex tam in vrinis quam fecibus, & etiã extremitatibus, quoad primam defenſionem ſed non quoad ſecundam, quam mox dicturi ſumus: vna quæ fit à caloris naturalis extinctione, alia quæ fit à caloris præternaturalis incendio. Verum hæc eſt duplex vt viſum eſt, in *Secundo de Subtilitate*: duplex enim ibi eſt fumus: vnus qui fit ab initio ante flammam, alter qui fit poſt flammam, & hic quantò flamma eſt maior, tantò eſt nigrior, ſed primus fit à parua flamma, ſicut etiam à magna, & fit potius à qualitate materiæ terreæ,

humidæ,

Digitized by Google

humidæ, qualis fuit in Herophonte, & licet ſit valde malum ſignum in continua febre, tamen non eſt lethale; velut nigrities quæ eſt à magnitodine incendij, quæ lethalis eſt, ſed non letbaliſſima, qualis eſt quæ fit ab extinctione caloris naturalis, ita vt ſint tres gradus ſeu cauſæ nigritiei: prima eſt qualitas materiæ melancholicæ, & hæc nigrities eſt mala, ſed non lethalis: ſecunda eſt incendium magnum, & eſt lethale ſed non lethaliſſimum. Tertia eſt extinctio caloris naturalis, & eſt lethaliſſima, ſed non ſtatim ſignificat mortem. Quarta componitur ex ſecunda & tertia, cum in incendio caloris præter naturam affuerit etiam extinctio caloris naturalis. Ad diſtinguendum autem has ſpecies in noſtro Herophonte, clarum eſt quod non potuit eſſe ob tertiam cauſam, ſcilicet extinctionem caloris naturalis, & multo minus ob ambas cauſas, quia fuit ab initio hæc nigrities, & etiam non potuit eſſe ob magnitudinem incendij, ſicut in Sileno, quia *febris acuta ſimpliciter*; & non dixit *ignis*, & ideò videtis quantum erroris afferant, qoi non fideliter vertunt, & loco *ignis* ſeu πῦρ, conuetterunt non ſolum *febrem feruentiſſimam* vt par erat, ſed neque *acutam* ſed *ſimpliciter febrem*, vnde nulla poterat reddi ratio in Sileno, cur morbus eſſet lethalis, nec ex conſequenti in Herophonte, quòd poſſet ſanari. Sed dices quomodo potuit cognoſci ſtatim febris, quòd eſſet acuta vel feruentiſſima, vel ardens, vel nulla iſtarum: dicetur hoc in Critone infra. Alia ratio eſt dignoſcendi, quòd non fuerit ab incendio qualitas materiæ, quæ cognita fuit ex tumore ſplenis, ſed hic tamen non potoit diguoſci ab initio, quia apparuit ſolùm in quinta die. Tertia ratio fuit ab egeſtionibus, quæ non fuerunt vt in Sileno, neque meræ neque valde coloratæ, licet fuerint bilioſæ, ideò non dicam cum Galeno, quod fuerint ſigna morbi lethalis ab initio, ſed ſolum magni & maximè propter vigilias de quibus ſupra dictum eſt. Sed & cum nihil addiderit vſque ad quintam diem, manifeſtum eſt qood nihil noui apparuit in illis quatuor diebus: ergo morbus non erat valde acutus, quare oportebat eſſe longum, aut terminari ad ſalutem. Hoc igitur ex ſequentibus ſatis licet, non fuiſſe lethalem ab initio vt voluit Galenus, nam excuſatio illa ſua nihil valet, ſcilicet de tumore ſplenis, neque deriuatione ad crura, quia vbi morbus fuiſſet lethalis à principio illa auxilia & ſuperuenientia parum aut nihil prodeſſe poterant.

Dico ergo quod egeſtio illa fuit pauca velut in tineſmo. Ex quo patet quòd illa regula vt dixi, quam adeò magni facit Galenus, (ſigna decretoria quæ non decernunt mortem aut morbi longitudinem ſignificant) non eſt vera: neque enim Herophon mortuus eſt, nec morbus fuit longus: Et hoc eſt quia vt dixi non debet intelligi ab initio morbi, ſed in incremento & magis etiam multo in ſtatu. Dico ergo quòd ab initio ſæpe non admodum voluntate egerendi tenebatur, ob humores acres, tenues irritatos, & hoc eſt quod dixit; poſtea vero tenuia ea ratione quæ dicta eſt de vrina biliosa, quia bilis tenuis eſt illa, plerumque quæ mouetur in initiis morborum, & humor ſeroſus, tamen ad putredinem, tum ad excretiones. Dixit autem velut in tineſmo, non vt eam ſimilitudinem transferret ad affectum, imo patiebatur verè voluntatem ſequentem egerendi, ſed quoniam tineſmus eſt morbus ex vlcere in inteſtino recto, *Primo Epidemiorum & ſexto de locis*: non laborabat co vlcere, ſed ſtimulum inanem egerendi patiebatur, quia materia acrius ſtimulabat. Accidit autem iſte motus plerumque in febribus, & eſt potius bonum ſignum quam malum, quia indicat materiæ ſedem eſſe in cauitate iecoris, & venis meſaræi potius, quàm iuxta cor aut ventriculum, aut in caua vena, & reconditis venis. Ideo tales plerumque aut ſanantur, aut ſi moriuntur ex fluxu ventris moriuntur. Ideo vides noſtra principia eſſe firmiora Galeni principiis.

TEXTVS XI.

QVinta mane ſurditas. Exacerbata ſunt omnia, Splen eleuatus eſt. Præcordij diſtentio. Ab aluo pauca, nigra prodierunt, delirauit. Sexta delirabat: ad noctem ſudor, frigiditas: delirus permanebat. Septima perfrigerabatur: Siticuloſus, delirabat, noctu reſipiſcebat, obdormiuit.

COMMENTARIVS.

Materia hæc inquieta erat: delata ad cerebri partes ſurditatem effecit. Exacerbata ſunt omnia hæc ex ordine morbi, cum incrementum cæperit: vſque ad quartam fuit initium ſatis longum propter materiæ craſſitiem. Splen eſt eleuatus. Dixi quod materia in meſaræo & in caua iecoris continebatur ex vena portæ, ramus minor ad nutriendum lienem deferſor, vt apod Veſalium magnus multiplex, vnde ſignum erat materiam rectè deriuari ex nobiliore loco ad ignobiliorem. Præcordij diſtentio. Si nil aliud eſſet ad dextrum, vt nobilius poſſet referri, ſed ad ſiniſtrum quia de liene locutus eſt. Ab aluo pauca nigra prodierunt. Melius fuit pauca fuiſſe quàm multa. Et ideò in initio, cum apparent nigra aut atra bilis, aut viridia, aut mera, mortem portendunt; velut illud *Quarta Aphoriſmorum: Inchoantibus morbis ſi atra bilis vel ſupra vel infra exierit*, lethale eſt. Verum eſt etiam, ſed non adeo firmum increſcentibus

ventibus, vt inchoantibus. Ratio eſt, quia non poteſt expelli talis humor, niſi ob abundantiam, cum nondum ſit coctus, abundare autem tales humores lethale eſt. Non ergo, quia omnis excretio ab initio, & ante coctionem & ſeparationem ſit inutilis, & mortem indicet, cum vt hic videmus fuerit ſalutaris, ſed quia praui humoris. Finge hic Galenicum medicum, & alium ſequentem noſtra præcepta; ægrotat quiſpiam, & excernit in initio febris, humorem bilioſum, tenuem. Hic Galenicus medicus multa fabulabitur de hoc ægro, timebit, noſter bene ſperabit, quoniam qualitatem humoris, non tempus inſpicere oportet. Semper enim iuuabitur excreto noxio humore; hoc enim eſt ſecundum rationem & per ſe. At ſi fuerit malus humor, malum finem Indicabit, non ob excretionem ipſam, ſed quoniam indicat talem humorem plurimum adeſſe. Ideò ſi parum ex tali humore excernitur, multò minus malum eſt, ſi multum longè magis, velut *ſeptima Aphoriſmorum: ſi pauca paucus eſt morbus, ſi multa multus, ſi valde multa lethalis.* Cum ergo pauca nigra fuerint, non adeò malum fuit, ſicut ſi multa fuiſſet: indicabat parum ex hac materia adeſſe, nigra non multum. *Delirauit*, quia materia bilioſa ferebatur ad caput, non nigra. Aliud fuit indicium paucitatis melancholiæ acceſſio in die impari. In Sileno ergo fuerunt nigra ab initio, & valde colorata, ideò mortuus eſt: in hoc autem tantum bilioſa. In Philſico ſplen intumuit orbiculari gibboſitate, & mortuus eſt, quoniam fuit abſceſſus ibi, hic non, ſed ſolum intumuit: hoc diſcrimen. Sed reliqua vt viſum eſt in illo mala ſigna aderant. Sexta delirauit & delirium manſit, quia iam materia bilioſa ferebatur ad cerebrum, & ipſum occupauerat. *Sub nocte ſudor*: hic rurſus obex in via Galeni: frigiditas non ſudor frigidus, ſed ſudorem frigiditas ſubſecuta. Erat enim ex ſuperfluo nixu naturæ hic ſudor. Galenus non habet quod dicat ideo præteriit, fuit enim finis quintæ acceſſionis. In ſeptima finis incrementi & initij acceſſionis apparebant, non extremitates refrigerabantur, ſed totus ſitis inuaſit tempore quo debuit, delirabat reſipiſcebat, non erat phrenitis, tandem euicto motu materiæ obdormiuit. Erat materia multa ſed non mala, & alia mala melancholica ſed non multa.

TEXTVS. XII.

OCtaua febricitauit, ſplen minuebatur, intelligebat omnia: doluit iuxta inguen, tumor primum è directo ſplenis: deinde dolebat vtraſque tibias: nox tolerabilis: Vrinæ coloris melioris paruam ſubſidentiam habebant. Nona ſudauit, iudicatus eſt morbus, intermiſit.

COMMENTARIVS.

Ad ſomnum detecta eſt febris, ſplen minuebatur, quia materia inferius deriuata eſt, intelligebat omnia cum motus fieret in octaua. Febris aucta eſt ob naturæ nixum, at cum eſſet ad inferiora & è regione ideò ſubleuatus eſt. Dicebat Hippocrates *ſecunda particula ſexti Epidemiorum. In rectum fit laterum dolor, præcordiorum diſtentiones, lienis tumores, ſanguinis ex naribus eruptiones. Talia exiſtunt & quæ in aures, plurima etiam horum quæ in oculos decumbunt. Conſiderandum itaque num omnia in rectum fiant, an ea tantum quæ ab infernis ſurſum tendunt, qualia ſunt ea, quæ circa maxillas, aut oculos, aut aures fiunt: ea verò quæ à ſuperioribus deorſum decumbunt non item. Attamen anginæ, rubores, & laterum dolores fiunt ſecundum rectum. Contemplandum quoque, num ea quæ infra tecur ex ſuperioribus diſtributa ſunt, veluti in teſtes & varices, ſecundum rectitudinem fiant. Speculanda hæc, quò, vnde, & quamobrem abſcedant.* Sententia eſt ibi Hippocratis, & quomodo à nobilibus membris, ad ignobiliora tranſmutatio ſit vtilis & è regione: nam ea fit, natura recta ratione materiam & quæ peccat mouente. Eſtque verum hoc & in euacuationibus, vt in fluxu ſanguinis narium, & in tranſmutationibus abſceſſuum: vt cum abſcedunt partes velut parotides, vel cum deriuantur vt in hoc caſu. In omnibus debet fieri à membro nobiliore ad ignobilius, à ſuperiore parte ad inferiorem, & è regione. Et hos tres modos tangit Hippocrates in loco adducto, Quem Galenus vt pleraque alia in ſuum tertium de Criſi traduxit vt vt, ſed neque ſine errore addito: in priore enim loco vult iudicationem phrenitidis fieri per ſanguinem narium, dico ipſius abſceſſus, imò etiam per ſudorem circa caput, &, in toto. Et iam vobis declaraui quod iudicatio non dicitur niſi de febre, nec fit niſi in illa. Etenim ſi phrenitis iudicatur per ſanguinem narium, quod eſt veriſimilius etiam, quàm per ſudorem: quid putat expelli ſaniem? numquid ſanies eſt ſanguis? *ſanguinem*: quomodo ergo erunt iudicationes in ſtatu morbi & poſt coctionem? Ideò aliud eſt naturã ſe exonerare, vt in morbo laterali & phrenitide, dum adhuc fiunt per fluxum ſanguinis narium, abſceſſumque reſolui, aliud iudicari. Nam hoc conueniret ſupputata materia: ſed neque dicimus iudicari morbum lateralem, aut peripneumoniam ſputo ſaniei, ſi quidem vt alias dixi hoc fit ſenſim. Iudicatio autem eſt ſubita mutatio. *Nox tolerabilis* ſucceſſit, facta deriuatione bona ſecundum tres modos; à nobiliore membro ad ignobilius, ac ſuperiore parte ad inferiorem, & è regione. Ita liberata hoc onere natura, bilioſam

materiam, quæ non multa erat, nec mala nec craſſa celeriter concoxit, & factæ ſunt vrinæ boni coloris, cum modica ſubſidentia. Ideò nona ſudauit, quia materia erat ſparſa per torum & tenuis, & ita indicatus id eſt liberatus eſt à febre. Vſus eſt autem vocabulo *intermiſit*, quia poſtmodú reuerſa eſt: manſit ergo libec vſque ad quartamdecimam, vt videbimus. Porrò doluerunt ambo crura, quia illa materia melácholica, etſi non multa eſſet, quia tameo frigida, modica particula etiam ad dextrum crus deriuata, dolorem in eo generauit, primum tameo natura expulit ad ſiniſtrum, quantum potuit expellere. *Intelligebat omnia:* Hoc oppooitur ſurditati & delirio. Inde ſubijcit.

TEXTVS XIII.

QVinta reuerſus eſt. Statim autem ſplen eleuatus eſt, febris acuta, ſurditas rurſum. Poſt recidiuam tertia die ſplen minuebatur, ſurdita s minor erat, crura dolebant, noctu ſudauit. Iudicatus eſt die ſeptima decima. Neque delirauit in recidiua.

COMMENTARIVS.

Dubium non erat febrem diſceſſuram facta iudicatione. Sed cur reuerteretur, rationem afferre oportet. Fuit autem communis ratio, cum ſupra dixerit. *Et nullum omni ex his, qui ſuperſtitee manſerunt, cui non rediſſent recidina ſecundum rationem facta.* Alia eſt, quod materia illa atra non fuerat coococta, ideò ocque tota deriuari potuerat, quare denuo ſplen non in abſceſſum, ſed ſolum venis repletis eleuatus eſt. Febris acuta fuit, qoia materia mala erat, & io venis: hæc enim duo ſufficiunt ad generandum febrem acutam. Fuit ergo recidiua in quartadecima ab initio morbi; materia concocta fuit celeriter, vt quæ etiam intermiſſiouis tempore concoquebatur, ideò *in tertia die ab initio recidiua ideſt* in ſexta decima, *ſplen & ſurditas minuebantur. Crura dolebant rurſus: noctu ſudauit:* coctio enim manebat in vrinis cum in octaua cœperit, nec adiecerit quicquam de illis. Et ſi bene animaduertit, fuit ſexta decima ſimilis octauæ, vt decima ſeptima nonæ: inquit enim *in octaua ſplen minuebatur, crura dolebant, intelligebat omnia;* hic verò, *Splen minuebatur, crura dolebant, ſurditas minuebatur*, non dicit *intelligebat omnia, quia non delirauit in recidiua. Nona ſudauit, iudicatus eſt morbus: Et Iudicatus eſt die decima ſeptima*, ſcilicet, per ſudorem; cum in ſextadecima illius meminerit, nec aliud adiecerit. *Non delirauit in recidiua* quia maior pars materiæ vel euacuata fuerat, vel deorſum ad crura declinauerat, vt illud Hippocratis *ſecundo Epidemiorum* maximè verum ſit. *Abſceſſus autem per venas, aut per oſſa, aut neruos, aut cutem, aut alias emotiones. Boni autem ſunt qui infra morbum fiunt, velut varices, lumborum grauitates ex ſuperius. Optimi verò potiſſimum ſunt inferni, & longiſſimè infra ventrem, & remotiſſimi à morbo: & qui per effluxionem fiunt, velut ſanguis è naribus, pus ex aure, ſputum vrina, quæ per effluxionem fiunt.* Ita tandem bonæ mutationis quatuor in vniuerſum conditiones erunt. Sed vt ad rem redeam, ſudauit in ſextadecima, quoniam fuit tertia ab initio recidiuæ, & ideò dies acceſſionis.

TEXTVS XIV.

IN Thaſo Philini vxorem, quæ filiam pepererat, quum purgatio ſecundum naturam facta eſſet, & alias leuiter degeret, decimaquarta à partu die febris feruentiſſima corripuit cum rigore. Ab initio verò cor dolebat, & circa præcordium dextrum: muliebrium partium dolores: purgatio ceſſauit. Vbi verò glandem ſubdidiſſet, hæc quidem leuiora facta ſunt. Capitis autem, colli, & lumborum dolores permanebant. Somni non aderant. Extremitates frigidæ. Siticuloſa erat, aluus combuſta, pauca egerebat. Vrinæ tenues, ab initio decolores.

COMMENTARIVS.

Solent à partu puerperæ in maſculis fœtibus purgari per triginta dies, in fæmina nata quadraginta duobus, ceſſauit in Quartadecima, deerant viginti octo dies, ob id Hippocrates adiecit, quæ filiam peperat, nec tamen ob id ægrotauit, quia ſuppreſſis ſint menſes, quod Galenus videtur innuere, qoia Hippocrates dicit, cum purgatio ſecundum naturam proceſſiſſet; verum ſuppreſſi ſunt menſes quia ægrotauit: ægrotauit ergo ex conſtitutione, quia omnes puerperæ debiles ſunt, & ſi multo cibo vtantur, malis replentur humoribus, & ſi pauco, debilitantur: propter hoc & propter conſtitutionem ægrotauit in quartadecima, viſum eſt in *primo contradicentium*, quomodo dies iudicatorij ſint à partu computandi; correpta eſt igoe, & cum rigore: rigor ſolet conſequi febres vulnerum, tum ob effuſionem ſanguinis copioſam, tum ob neruorum offenſionem, quæ duo etiam in partu contingunt. Ceſſauit ergo purgatio, inde muliebrium partium dolor, retenta materia tam praua, ex hoc

præcor

præcordij dextri etiam dolor, nam ſanguis qui effluit in puerperis, antequam effluat, continetur ab vtero vſque ad iecur. An verò cor verè dolere poſſit, dubitatione dignum eſt, dolet quidem ſed in breui morituris: poteſt etiam pati phlegmonem, ſed ſolum initium eius: ſtatim enim intereunt quinto de locis, vt in gladiatoribus narrabat Galenus. Vbi verò ſubieciſſet glandem, dicit quod omnia hæc alleuiata ſunt, ſed permanebat dolor colli capitis & lumborum, quæ omnia indicabant ſummam repletionem in venis, quia vt habetur *ſexto Epidemiorum* iecur videtur diſtinguere ſuperiora membra ab inferioribus, & eſſe tanquam medium, ratione venarum, & ideò lumbi dolentes indicabant repletionem partium inferiorum, collum & caput ſuperiorum: Ideò ſeceſſus alui non potuerunt mitigare dolores illarum partium, mitigarunt tamen dolores partium inferiorum, quia magna ex parte hi pendent à flatu, & à compreſſione, quæ ambo alleuiari ſolent, eductis fecibus; vigiliæ, vrinæ tenues & decolores, & ſitis & aluus combuſta, pauca demittens, omnia ſunt familiaria febribus acutis in initio: & ſi bona non ſint non tamen lethalia. Dixi autem quòd vrinæ decolores aliæ ſunt à tenuibus, & quod poteſt vrina eſſe tenuis & bene colorata, ideo adiecit decolores: at verò quòd dicit *extremitates frigida* iſtud in initio, nam non piget repetere tam vtile documentum, mortem ſignificat; quia ſi ante putredinem perfectam, in quali vt in quanto natura adeò proſtratur, vt extrema refrigerentur, quî fieri poteſt, vt in toto decurſu morbi non ſuccumbat.

Alias dixi non contingere illam frigiditatem ob abſceſſum in interioribus, cum videamus in morbo laterali, adeſſe abſceſſum in pectore manifeſtum, ſine frigore extremitatum; idem in peripneumonia & phrenitide dicebamus ibi, dum de febribus ardentibus exitialibus loqueremur, quòd cauſa erat corruptio ſanguinis in extremitatibus, ſed hic non videtur poſſe eſſe ob eiuſdem cauſam, tanta mutatio in ſanguine: tum quia in initio non videtur potuiſſe ſtante recta menſium effluxione, tum quia mirum eſſet quod perſeueraſſet vſque ad vigeſimam, & nunquam ceſſaſſet, nec Hippocrates meminiſſet tanti ſymptomatis, quæ eadem cauſa etiam militaret aduerſus Galenum, qui putat refrigeratio ob abſceſſus internos. Dico igitur quod ſi modo recaluit hoc, contigit vt extrema refrigerarentur, ob magnum impetum materiæ repentis ad caput; ideò ſignificabat periculum conuulſionis, in quam poſtmodum incidit.

Refrigerationis enim extremorum à cauſa interna quinque ſunt modi: vnus fit in febribus intermittentibus, alius fit ex doloribus; qui ambo ſunt ſine periculo merito ſui, & habent rationem manifeſtam. Tertius eſt in ſenibus ex quauis cauſa, qui periculo non vacat: alius fit corrupto ſanguine, vt in his qui ex febribus prauis iam conclamati ſunt. Vltimus eſt, cum ſanguis confertim fertur verſus cerebrum, & hoc contingit & in febribus, & minatur conuulſiones, & in non febricitantibus, & non eſt ſymptoma magnum, niſi ſit ex læſione neruorum, aut effuſione multa ſanguinis, velut contingit in magnis vulneribus. Contingit autem dubitatio, eadémque in Sileno, cur non miſerit ſanguinem? ſed & reſponſio eadem eſt, & magis credo & de hac & de Herophonte, quod non affuerit ab initio, quia in Herophonte tranſiuit ab initio ad quintam diem, & hic tranſit ab initio ad ſextam, & etiam propter verba illa; *talia mingebat*, quæ & ego vidi, quaſi dicat in multis credidi narrationibus.

TEXTVS XV.

SExta die ad noctem multum delirauit, & rurſus reſipiſcebat. Septima ſiticuloſa: ſeceſſus bilioſi, abundè colorati. Octaua ſuperriguit febris acuta, conuulſiones multæ cum dolore: multum delirabat. Glande ſubdita expurgebat, multaque cum fluxione bilioſa prodibant: Somni non aderant. Nona conuulſiones. Decima parum reſipiſcebat.

COMMENTARIVS.

Quinquè dierum à ſexta incipiendo, perbreuem hiſtoriam facit; & primum laboraſſe phrenitide Hippocratica haud dubium eſt, quæ vt dixi ex *primo de Morbis* nil aliud eſt, quàm delirium aſſiduum ex cerebro ſupercalefacto, propter bilem ad ipſum tranſlatam: reſipiſcebat tamen, quoniam idem accidit in ſymptomatibus, quod in lucta luctatorum, modò vnus modò alter ſuccumbit: quamuis enim bilis multa flaua in cerebro contineretur, nihilominus non poterat cerebrum plane vincere. Fuiſſe autem phrenitidem ex tribus maximè argumentis colligo, quod aſſiduè delirauerit, quod conuulſa ſit; conuulſio enim phrenitidi maximè familiaris eſt, & quòd præcipuè me mouet, quoniam hoc quartum exemplum ſuo loco ſuccedit: dum enim ſuperius in conſtitutione de phreniticis loqueretur, poſtquam docuerat in vndecima indicatos eſſe, inquit. *Quibus non ſtatim ab initio phrenitis cœpit, circa tertiam aut quartam diem, ſed moderatè habebant primo tempore, iis circa ſeptimam morbus ad acumen tranſiit, qui in vigeſima iudicabantur.* Verùm dices non erat aſſiduum delirium: ſatis conſtat ſingulis diebus inuaſiſſe, in fine autem huius commenti de hoc tractabo. Cur autem veſperi inchoauerit, manifeſtum

nifeſtum eſt, quod morbi ſæuiunt ea hora, quæ proportione reſpondet autumno in partibus anni, *ſecundo Epidemiorum*: intelligendum autem eſt, quod omnia quæ ab initio ſuperueniſſe dicit, manebant, fuitque hic modus quidam acceſſionis, vnde circuitus non ſolum in febribus, ſed in deliriis & conuulſionibus etiam rationem babent, ſed non adeò firmam & tenacem vt in febribus.

(*Septima ſiticuloſa: ſeceſſus bilioſi, abundè colorati.*) Declarat duo ſigna ſeu ſymptomata, per quæ dignoſcimus morbum hunc exacerbatum in diebus paribus potius, quàm in imparibus: ſitis autem & excrementa ſunt communia ſigna incrementi morbi, & craſſitiei materiæ. Verùm animaduertendum, quod excrementa alui fieri colorationa per ſe malum eſt, cum ſit opus caloris præter naturam, ſicut condenſati, non fœtere, æqualem eſſe, & colore mediocri tinctam naturalis caloris.

(*Octaua ſuperriguit*) Hoc declarat morbum exacerbatum fuiſſe, vt dixi, diebus paribus. Proponit ergo ſex ſigna ſeu ſymptomata, quæ acciderunt, túncque primum facta eſt phrenitica, rigor, febris acuta, vigiliæ, delirium, conuulſiones cum dolore, & egeſtio multa bilioſorum. Quod ad *rigorem* attinet, ipſe fuit etiam ab initio, & in febre acuta eſt malum niſi finiat febrem: contingit autem primum in intermittentibus, ex expulſione materiæ ſuper muſculos & cutim, hic non ſumus in caſu: ſulum oportebit docere modum cognoſcendi rigorem, quem ſequitur acuta febris, ab eo quem ſequitur intermittens: ſecundo fit ob læſionem neruorum, quia nerui læſi cum ſint frigidi & exangues, facilè patiuntur à frigore, & vno patiente reliqui omnes ſimul patiuntur. Tertius modus eſt, cum antecedit febrem acutam, de quo infra in Critone. In hoc ergo caſu ſignificauit conuulſionem, & maximè cum fuit cum vigiliis & delirio, tum verò delirium per ſe malum eſt, & hoc ſignificabat egeſtio valde colorata; vnde in *Coacis prædictionibus pag.* 18. dicebat. *Egeſtio valde rubicunda, in febre delirium ſignificat*: eſt etiam delyrium aut conuulſio ex vigilia malum, multitudo autem excrementorum bilioſorum ſignificabat repletionem ipſius bilis, & erat ſignum malum, vt dictum eſt ex *ſeptima Aphoriſmorum.*

Nona *conuulſiones*. Decima *parum reſipiſcebat*. Quod dictum eſt in ſextà *delirabat* & rurſum *reſipiſcebat*; hic reſipiſcere dixit poſt conuulſionem, quaſi & mente reſipuerit, & conuulſiones ceſſauerint: hic intelligendum eſt quod dicebat *quarto de locis cap.* 2. quod duplex eſt phrenitis. Vna in qua cogitatio manet, corrumpitur cognitio rerum, quam vocant imaginationem: alia contrario modo rectè imaginantur, ſed ratione male vtuntur; quomodo autem ſeparentur Galenus dicit, quod ex loco, hic non eſt locus diſputandi: nam alij aliter ſentiunt, aliquando afferam certas demonſtrationes: vnum eſt quòd id quod dicit Galenus, ego per experimentum vidi. Similiter cadit difficultas, an phrenitici perpetuò delirent, pro qua vide *Quarto contradicentium.*

TEXTVS XVI.

VNdecima dormiuit: omnium recordata eſt. Statim autem rurſus delirauit, Vrinam autem reddebat cum conuulſionibus aceruatam multam: illis autem parum admonentibus, craſſam albam: qualis eſt quæ in matellis longo tempore ſtento & poſtea agi non ſubſidebat: color & craſſitudo talis, qualis eſt in vrinis iumentorum talia mingebat, quæ & ego vidi.

COMMENTARIVS.

Declarat ſignum bonum, ſed non manſit. Vndecima enim dies indicatiua eſt, ſed ſtatim delirauit. Hic cadit difficoltas, quia in quo morbo ſomnus laborē facit, mortale; ſi verò iuuerit non mortale: in vndecima ergo delirium ceſſauit, vt vbi ſomnus deliriū ſedat bonū, *ſecunda Aphoriſmorum*: forſan dicet quod non ceſſauit, quia ſtatuit, in delyrium recidit. Verùm melius eſt dicere quod illa ſententia Hippocratis non intelligitur, niſi repetendo ſæpe, vt ſit ſententia: cum ſomnus ſedat delirium, iſtud eſt bonum, facit & aliquid quod ſtatim reuerſum fuerit.

Nam de prima parte conſtat, quod nunquam alias ante, neque poſt ex ſomno ſolutum eſt delirium, vel conuulſio, vel aliquid huiuſmodi. Inde tranſit ad ſignum, ſumptum ex vrina, & dicit quòd fuit duplex, quando frequentabant *conuulſiones, multam* & ſimul mingebat: cum verò intermittebant, & tardò aduenirent *craſſam & albam* ſed *confuſam & turbidam*, velut ſi quis vrinam, quæ iam diu in matella ſteterit agitaret, ideo dicit quod *non ſubſidebat*, & quod *color & craſſities* erant ſimiles *vrinæ iumentorum*. Sed dices hic ſunt duę difficultates: prima quia Hippocrates *quarta Aphoriſmorum* dicit; *quod quibus vrinæ perturbatæ ſunt, quales iumentorum, his dolor capitis adeſt vel aderit*. Sed hic non adfuit, neque tunc neque poſt; reſpondeo quod Aphoriſmus ille intelligitur, quando mente conſtant, vnde qui dolent parte aliqua corporis, & omnino dolorem non ſentiunt, his mens ægrotat *ſecunda Aphoriſmorum*. Iſta verò patiebatur conuulſionem & delyrium, qui ſunt deteriores affectus dolore, & ideò ille Aphoriſmus intelligitur, vel de dolore capitis, vel de deteriore affe-

ctu

ctu capitis, quàm ſit dolor vt dictum eſt in caſu, in quo dolorem percipere non poſſit. Alia difficultas eſt, quia dicit quod vrina erat alba, deinde dicit quod erat in colore qualis iumentorum, at vrinæ iumentorum non ſunt albæ, ſed rufæ: reſponderi poteſt dupliciter, vel quòd per album comprehendit etiam rufum colorem, vel quod per rufum intelligit colorem vrinæ, per album autem ea quæ ſubſidebant, & litera magis arridet huic, & ſententia eſt dignior Hippocrate.

TEXTVS XVII.

Circa decimum-quartum diem palpitationes per totum corpus, ſermones multi, parum riſipiſcebat, verùm ſtatim rurſus delirabat. Circa decimum-ſeptimum voce deſtituebatur, vigeſima mortua eſt.

COMMENTARIVS.

Tranſijt ad quartum-decimum per dies iudicatorios, medijs eadem quæ in vndecima contigerũt. *Sermones multi* caliditatem adhuc cerebri oſtendebant, verùm *reſipiſcebat parum* quoniam materia non poterat eſſe tam multa, ob purgationem à partu, & neque vrinæ nigræ apparuerunt: & in vndecima ſomnus contulerat: vnde euictam prorſus cerebri naturam non conſtat: ſed tamen reſoluto calore innato in decima-ſeptima obmutuit, ob imbecillitatem cerebri occulto ante mortem. Somnus autem vndecimi dici vtilis non tamen fuit cauſa dilationis ad vigeſimam quam temporis conſtitutio, & natura mali cum eius initio, circa ſeptimam, vt ſupra diximus.

TEXTVS XVIII.

Epicratis vxor, quæ ægrotabat apud Archegetem, inſtante iam partu rigore correpta eſt, non incaluit, vt ferebant. Poſtridie eadem erant. Tertio die filiam peperit cæteráque ritè conſecuta ſunt. Poſtridie partus, eam febris acuta inuaſit, cordis dolor & muliebrium, nulli erant ſomni, perſuppoſitum autem hæc releuata ſunt: ſed caput, collum & lumbi dolebant. Aluus pauca, bilioſa, tenuia, mera, vrinæ tenues, ſubnigræ.

COMMENTARIVS.

Poſtquam poſuit caſum mulieris, quæ ægrotauit poſt partum, ponit caſum alterius, quæ ægrotauit ante partum, & cum prima mortua ſit hæc ſeruata eſt: dicit ergo quod tertia die antequam pareret, rigor eam corripuit, nec ſubſecutus eſt calor dicebat Galenus, quod iſtud erat inuſitatum apud veteres, quia rigorem ſolebat conſequi febris, & Hippocrates *in primo de morbis* & Galenus hic locum adducit, *rigorem febris conſequitur*: ideo dixit Hippocrates (vt ferebant) quia id non vidit: fuit enim vocatus multò poſt. Vtcumque ſit, *rigor vt* dicebat Galenus, *quem febris non ſubſequitur, frigidorum & crudorum humorum abundantiam declarat*, inde agitata dolore, partus quæ ſequi conſueuit Ephemera, ſecunda die à partu in febrem incurrit acutam ſimpliciter, cum qua erant cordis dolor, & muliebrium; hæc indicabant abundantiam, in ſuperiore parte & in inferiore, vt dictum eſt. Galenus tamen exponit os ventriculi cordis loco, quod licet durum ſit, transfert: nam etſi antiqui & imperiti cor vocabant os ventriculi, tamen non decebat Hippocratem, tradentem doctrinam tanti ponderis, ventriculi os cor appellare. Vtcumque adfuerunt ſigna plenitudinis multæ, ſupra & infra, capitis, colli & lumborum dolor. Aluus pauca bilioſa, tenuia, mera. Hoc fuit valde malum vt dixi, non tamen adeò vt ſi nigra fuiſſent aut virida. *Et ſomni nulli.* Hoc etiam valde malum. Illud tamen de meris excrementis fuit minus malum, quia fuit balaoo ſubdita, vt etiam *in 4. Aphoriſmo* 21. deiectiones nigræ: Tertium ſignum valde malum fuit, *vrinarum ſubnigrarum.* Vnde oportet animaduertere naturam febris quæ in omnibus dignoſcendis ſignis abundè inſeruit, vt hîc nigrities vrinarum ſi fuiſſet cum ignea febre, potuiſſet eſſe ex incendio etiam ab initio, ſed quia fuit cum acuta tantum, oportuit eam nigritiem eſſe à materia. Videamus ergo cum vrina poſſit dici nigra vel ſubnigra, ideſt fuſca vel ratione ſubſtantiæ, vel contentorum, vel vtrorumque, quomodo debeat appellari, & qualis fuerit: Et inde quænam cauſæ ſint ſingularum, & ad hoc facit cognitio, quo in loco hypoſtaſis vrinæ generetur, alias tractata. *Quinto contradicentium*, & in *Primo de Vrinis.* Verum & ibidem hoc totum pertractatum eſt.

TEXTVS XIX.

Sexta die à quo febris ipſam corripuit, ad noctem delirauit. Septima omnia exacerbata ſunt, vigilans delirauit: ſiticuloſa: ſeceſſus

omnes bilioſi, abundè colorati. Octaua ſuperriguit, plus dormiuit. Nona per eadem. Decima crura laborioſè dolebant. Cordis dolor rurſus, capitis grauitas: non delirauit, magis dormiuit, aluus reſtitit. Vndecima ſudauit: minxit melius colorata, multam ſubſidentiam habentia: leuius degebat.

COMMENTARIVS.

Inuaſit delitium in ſexta, quod malum ſignum erat. In ſeptima tamen acceſſio facta eſt. Ex primis ſymptomatibus vigilabat, *ſeceſſus bilioſi abunde colorati*, ex ſexta die delirauit, addita eſt quod *ſiticuloſa* eſſet, non eſt idem quod ſitibunda; ſed quod ſemper ſed leuiter ſitiret. *Octaua ſuperriguit* vt eſſet acceſſio diebus paribus *plus* tamen *obdormiuit*. Nona *per eadem* non intelligitur quod ſuperriguerit, hoc enim ſuperriguit proprium eſt. Decima *crura dolebant* hoc indiciom deriuationis. Sed quia natura non erat valida, non potuit totam deriuare materiam, *cordis dolor & capitis rediijt*, *magis* tamen *dormiuit*. In vndecima *melius ſe habuit*, *ſudauit & minxit melius colorata*. Ex quo patet quod cum ab initio eo vſque perſeuerauerit vrina nigra & tenuis, tamen facta deriuatione, mutata eſt vrina, & etiam cum multa ſubſidentia & ſimul prodijt ſudor: multa ſubſidentia multam declarat materiam, aut copiam cibi.

TEXTVS XX.

Decima-quarta ſuperriguit, febris acuta. Decima-quinta vomuit bilioſa, flaua, ſatis multa ſudauit ſine febre. Ad noctem febris acuta, vrinæ craſſæ, ſubſidentiam albam habentes.

COMMENTARIVS.

In decima-quarta facta eſt indicatio, *rigor*, *febris acuta*, *vomitus bilioſorum*, *ſudor*, *receſſus febris*: ſed quia non fuit dies iudicatoria & redijt ſtatim febris, ideo pro indicatorio eam non habuit. Quia enim initium acceſſionis fuit in Quarta-decima, ideò quamuis iudicatio fuerit in Quinta-decima, tamen potuit dici etiam criſis initium in quinta-decima. Sed quia febris ſtatim redijt, non eſt facta euacuatio magna materiæ comparatione ad ægrum, *licet* ſimpliciter. Ex ſignis enim, quæ viſa ſunt ſupra, cum doluerit collum, caput & lumbi, nec parum fuerit ſubſecuta purgatio, apparet multam materiam fuiſſe morbi cauſam, non euacuatam autem, niſi leuem portionem tametſi multam.

TEXTVS XXI.

Decima-ſexta ad noctem exacerbata eſt cum moleſtia, non dormiuit, delirauit, Decima Octaua ſiticuloſa, lingua combuſta eſt, non dormiuit, multum delirauit, crura dolebant. Circa vigeſimam manè parum riguit, ſoporoſa, quietè dormiuit, vomuit bilioſa, pauca, nigra: Ad noctem ſurditas, circa vigeſimam-primam lateris ſiniſtri grauitas, per totum cum dolore: parum inſuper tuſſijt. Vrinæ craſſæ, turbatæ, ſubrubræ, quæ depoſitæ non ſubſidebant, cætera læuiora: non ſine febre: Statim ab initio fauces dolebat, rubor aderat, columella reuulſa, fluxio acris mordax, ſalſa, perpetuo perſeuerabat. Circa vigeſimam-ſeptimam febri libera, in vrinis ſubſidentia: latus dolebat, circà primam & trigeſimam febris corripiebat: aluus ex bilioſis turbata eſt.

COMMENTARIVS.

Quæ ante vigeſimam ſubſecuta ſunt, omnia erant ſymptomata morbi qui augebatur. Et quamuis in augmento eſſet natura, nihilo ſerius aliquid quod iam coctum eſſet, expurgauerat. Nam cum materiæ pars concocta eſt, pars cruda, niſi moleſta ſit, totius coctionem expectare ſolet. Cum verò moleſtia afficitur, vt hic, expurgare ſolet quod concoctum eſt, cum eo quod eſt crudum. Quandóque verò quia ſeparatæ ſunt partes id efficit: hoc enim hic commodum eſt, quandóque quia hominis natura ſit ſenſu nimis acuto prædita, nonnunquam quia robuſta ſit. Ergo cum adeò moleſtè partem illam euacuauerit, ſubſequuta ſunt ſymptomata. Videant ergo medici temerarij, quid agant expurgando quod nondum concoctum eſt, etiam ſi partem illius concoctam eſſe ſcirent.

(*Circa vigeſimam vomuit bilioſa, pauca, nigra.*) Hic tria ſunt conſideranda: primum quod dicitur *Tertio Prorrhetici com. 3.* Dixit verò, antea nigra mingere ægrum, quare ſpes venturorum nigrorum de his relinquitur, quæ vel deijciuntur, vel vomuntur intelligenda. Atque id primum. Secundum verò cur non vrinæ prorſus nigræ ſuperuenerint, eodem ibi dicente, *Nam ſubnigra vrina, ſi abundè tum ignea tum acris fuerit febris, ſubnigra vrina in nigras*

gras promptè tranſibant. Reſpondeo, quod febris hæc tametſi acuta foret; non tamen adeò acris & ignea fuit, vt ex ſubnigris in nigras tranſire deberet. Rurſus dubitatur, an cum vomitus fuerit bilioſus, paucus & niger, an eandem ſignificationem habeat cum vrina nigra? Galenus *Secundo prognoſticorum* cum Hippocrates diceret de vomitione liuida & nigra, nihil exponit, quoniam dicit ſuperius, actum eſt, ſcilicet, dum de extremitatibus ageret, & egeſtionibus atque vrinis: vnum autem vult omnium eſſe indicium. Hoc tamen diſcriminis eſt, quod vomitus eſt præter naturam vti quæ excretiones magis ſunt naturales, atque ea parte minus mali ſignificant. At vomitus non adeò cum iecore aut venis communicat, & facilius excernuntur quæcunque in ventriculo peccant, ob id minus malus eſt. Vt verò ſignum eſt non naturalis affectus, ſi praua per illum excernantur, minus mirum eſt: quoniam iam ob id & ad id præter naturam inclinatur. Concludo, quòd vomitus eſt effectus deterior ex parte actionis, & minus malus ratione eius quod eijcitur, & ratione ſigni. Ideò magis debilitat, & ſi fiat in morituris, mortem ſignificat præſentem, licet dicat *Quarta Aphoriſmorum: Quibuſcunque ex morbis acutis, aut diuturnis, ſeu ex vulneribus aut alio modo debilitatis, atra bilis ſeu veti ſanguis niger de ſubtus exierit, poſtridie moriuntur.* Nam per ſuperiora idem etiam cum ſignificat, paucis horis mortem prædicit. Eſt etiam vomitus indicium validioris virtutis, in eo quòd non poteſt eijci quicquam niſi cum conatu. Eſt ergo ſignum melius, & non adeò malum: contra magis debilitat vires, quòd ad effectum attinet. Signum melius, vt robuſtiores aliquanto vires ſignificet, quæ tamen intra paucas etiam horas deficere poſſint, & minus malum cum ſupra ventriculi morbum ſolum ſignificare poſſit; & effectus deterior, eò quòd eſt contra naturam, & magis vires debilitat. Excrementa autem alui deteriora ſont vrina, quia à maiori cauſa illa neceſſario vitiantur: Sed tamen non ſignificant aliquando quicquam, quoniam ſequuntur colorem ciborum ingeſtorum, dicebat Galenus *Tertio prorrhetici*: Et quamquem dicat, *Quinto in ſextum Epidemiorum*, quòd etiam vrina variatur in colore ex colore & ſubſtantia potus, & dabat exemplum de vino nigro, craſſo; dico tamen quod hoc non eſt adeò euidens. Vrina tamen ſignificat ſuper omnes venas, quæ ſunt vltra ſima iecoris, egeſtio autem ſupra venas, quæ ſunt citra gibba iecoris, ventriculom, inteſtina, lienem, vt vrina ſupra renes & veſicam. Externa verò etiam magis ſignificant qoàm excrementa, vbi ſint talia comparatione ſolum febris acutæ: ſed quia tot modis etiam aliter affici poſſunt, acceſſione vt in intermittentibus, externo frigore, dolore & iudicatione, ideo ſunt ſigna quaſi non ex interno, & niſi alia conſiderentur, infida.

(*Ad noctem ſurditas*) Hoc totum fuit ex acri partim, partim ſimplici deſtillatione, ex qua exonerata eſt natura: Et cùm eſſet iuxta tres conditiones, tranſmutationis à nobiliori ad ignobilius, & deorſum, & ſecundum rectum fuit bona; ſequuta tamen eſt violentam euacuationem vrinæ craſſæ, turbatæ, ſubrubræ. Differt craſſa à turbata, quia hîc non vt quidam opinantur, per craſſas intelligit concretas. Concretæ enim non poſſunt etiam vel videri turbatæ: craſſas enim appellat verè craſſas, quæ vix digitos videri ex aduerſa parte permittunt. Hoc indicabat magnum incendium, & perturbationem, & craſſitiem humorum. *Cætera leniora, non ſine febre.* Mirum videri poſſit, quomodo cum tam praua vrina, reliqua ſymptomata etiam ipſa febris ſint alleuiata. Reſpondeo quòd iſte caſus eſt ſingularis, cum non poſſimus dicere, quòd vrina ſit facta talis, quia habeat rationem iudicationis, & quòd natura per illam expurgaretur: neque quòd fuerit morbus regius. Quin etiam apparuit remiſſio omnium in vigeſima-ſeptima. Statim autem ab initio *fauces dolebat*, id eſt, non ab initio morbi: eſſet enim abſurdus contextus, ſed ab initio talis vrinæ. Solent ergo deſtillationes, (& hic eſt quartus modus) efficere vrinas tales, ob permiſtionem materiæ cum ſanguine, & hoc à me viſum eſt ſæpius, & docuit Hippocrates in ſecundo de Morbis: *Multum vrina emittitur vbi caput nimium incaluerit: liqueſcit enim in ipſa pituita; liqueſcens autem ſecedit partim ad nares, partim ad os, partim per venas, quæ ducunt ad pudendum. Quum autem ad pudendum peruenerit, mingit homo, & patitur quemadmodum ab vrina ſtillicidio.* Modus ergo primus praui coloris in vrina, cum turbida fuerit & craſſa, eſt per calorem ſequentem: ſecundus per criſim, tertius per morbum regium, quartus per deſtillationem à capite. Quia tamen non fuit facta iudicatio, licet alleuiata fuerit, per deriuationem morbus rediit, & aluus turbata eſt, natura conante iudicare ob ſtimulum: erat enim acris materia, vt dictum eſt, ſed non potuit, quia concocta erat. Vbi enim materia acris fuerit, natura tentat fluxiones & iudicationes ob irritationem.

TEXTVS XXII.

QVadrageſima die vomuit pauca, bilioſa.

COMMENTARIVS.

Superius viſum eſt, quod natura tentauit criſim in vigeſima per vomitum: & ſuperius

ſnperius dictum eſt. *Si vero aliqui inſuper riguiſſent circa vigeſimam, bis iudicabatur quadrageſima.* Ideo tum ob hoc, tum ob vltima verba ſequentis textus cum dixit. *Iudicata eſt perfectè*, declarauit per quod in quadrageſima eſt iudicata, ſed imperfectè. Fuerat enim ſubſidentia in vrinis vigeſima ſeptima, quæ continuauit vſque ad quadrageſimam. Sed cur pauca biliosa, com eſſent multa ab initio, & quomodo per vomitum eiecta, cum peccaret in venis? Reſpondeo quod etiam per vomitum eijcitur materia, quæ eſt invenis, cum fuerit bilioſa, ſicut videmus in *Aphoriſmo* 48. *Quibuſcunque præciditur cerebrum, his neceſſe eſt bilis vomitum ſuperuenire.* Dico etiam quòd talis materia fuerat multis modis imminuta, per enacuationes & detiuationes.

TEXTVS XXIII.

IVdicata eſt perfectè libera à febri die octogeſima.

COMMENTARIVS.

Medio tempore modo febricitabat, modo non, nec potuit liberari planè niſi die octogeſima. Viſum enim eſt ſuperius, quòd vrina fuit ſnbnigra, propter humorem atrum putreſcentem, qui oon poterat concoqui citra octuaginta dies: antea verò bilioſus qui erat tenuior, coneoctus fuerat vltimo in quadiageſima vt dixi, & eiectus. Supererat hic ater quem oportuit concoqui & expelli. Sed non dicit quomodo iudicata fuerit. Reſpondeo intelligendum, iudicatam ideſt liberatam abſque alia euacuatione, vt inferius oſtendam. Galenus de hoc vt ſolet ne verbum quidem. Quæritur quiſnam fuerit morbus, pro quo dicebat Galeous in *primo Prorrheticorum*. Quoties volumus ſcire, quis morbus ſit, debemus ſcire cuius operationis ſit morbus, vt ſi agamus de phrenitide, quòd ſit vitium manens in intelligentia, & inde debemus quærere, cuius membri ſit illa operatio propria, vtpote intelligentia eſt operatio propria cerebri. Deinde debemus quærere, an membrum illud ſit affectum, & an operatio ipſa etiam affecta ſit. Sunt aotem notæ ſimiles ſeu incipientis affectus, ſeu coofirmati: niſi qnod quæ incipit, notas habet minores, quàm quæ perfecta eſt. Eo cognito conſiderandum, ao functio illa ſit inſtrumento alteri indita, vel non: nam quæ alteri indita non eſt, affectionem declarat, modo læſio ſit effatu digna & magna. Si verò inſtrumento indigeat, velut motrix muſculis, quærere oportet, an inſtrumentum læſum ſit, aut quippiam quod ad illam operationem concurrat, agendo vel impediendo: velut motum thoracis cerebrum agit per muſculos thoracis, coadiuuantibus etiam muſculis ventris, & impedientibus illis, tum etiam liene, & iecore. Si ergo neque Thoracis, neque ventris muſculi, neque iecur, neque lien affectum ſit, dicemus vim in cerebro affectam eſſe, laborareque morbo eo, in quo facultatis illius læſio comprehendatur. Signum igitur proprium alicuius affectionis erit, quod oſtendit læſionem operationis haud dubiè, in qua conſiſtit ille morbos: velut gratia exempli, non ſentire dolorem magnum, eſt ſignum inſeparabile læſæ rationis: Phrenitis autem eſt in læſa ratione, ideo non ſentire dolorem magnum, erit proprium ſignum phreniticum, tameſi non ſemper concludat phreniticum eſſe: quia poterit eſſe incipientis phrenitidis. Sed dicit Galenus, debet dici phreniticum, quia qood eſt demonſtratiuum incipientis phrenitidis, eſt progooſticum perfectè futuræ phrenitidis.

TEXTVS XXIV.

CLeanactidem qui ſupra Heracleum decumbebat, ignis corripuit, erroneo modo. Dolebat autem caput ab initio, & latus ſiniſtrum, & aliarum partium: dolores aderant, laſſatorum modo: febres exacerbabantur, alias aliter inordinatè. Sudores quandoque, quandoque non. Exacerbationes vt plurimum à iudicatoriis diebus magis accedebant.

COMMENTARIVS.

Hic vſque ad vigeſimum quartum diem ægrotauit, velut ex laſſitudinibus, & inordinato modo, & ita etiam erant inordinatæ ratione ſudoris, & erant etiam feruentiſſimæ. Sed in iudicatoriis diebus ideſt ſeptima ſcilicet, & quartadecima, & ſimilibus exacerbabantur. Quæ duæ ſunt dubitationes, cur inordinatæ, & cur diebus iodicatoriis exacerbarentur? Eſt autem exemplum contrarium præcedentibus, in quo cum nullum malum ſignum appareret, tardè tamen ſeruatus eſt. Inordinatæ febres inuaduot non alternis diebus, neque quarta die, atque hoc modo inordioatæ dicuotur. Alio modo cum etſi modum acceſſionis ſeruent, intermittunt tamen, & inde per modum recidiuarum reuertuntur, quædam etiam vtroque modo. Cauſam quòd ordinatæ oon ſit, ex ordinis cauſa deprehendemus, velut cum diximus cauſam circuituum eſſe naturam humoris, qui plus aut minus temporis exigit ad putredinem, velut bilis horas quadraginta octo, vel circa: ergo materia vna circuitum vnum efficit.

efficit. Eſt autem vna, cum ab vno agente efficiatur, ſiquidem humores in iecore generantur, cuius ſi temperies iuſto calidior & ſiccior fuerit, flaua bilis generatur, ſi paulò frigidior aut calidior, ſicca autem ſi modicè, vtraque bilis atræ ſpecies. Cum ergo materia genita fuerit, aut diuerſis temporibus indè miſta, aut eodem tempore ab inæquali intemperie, vel à diuerſis alimentis ingeſtis, vel conſtitutiones valdè contrariæ & diſſidentes, quod accidit hoc tempore vt ſæpè retulimus, cum æſtatis prior pars fuerit frigida: poſterior ardens ac æſtuoſa vehementer, initium autumni pluuioſum, fient febres inordinatæ primi modi. Secundi autem fiunt ob materiam eiuſdem generis, craſſam ac tenuem, ſicut accidit poſt febres acutas; aduritur enim materia diuerſis in partibus diuerſo modo. Non ergo fuit hoc in cauſa Cleonactidis, ſed varietas generationis, quamuis Galenus aliter interpretetur. Poteſt tamen ex hoc defendi quod dicat Hippocrates *Exacerbationes vt plurimum in diebus iudicatoriis*, vt non videatur intelligere de circuitu ſed de reditu. Verum hoc ipſum oſtendit intelligere potius de circuitu, quia dicit exacerbationes in diebus iudicatoriis, ſed exacerbationes fiunt in acceſſionibus, ergo acceſſiones quæ alternis diebus, aut quarto die aduenire debebant, venerunt in diebus iudicatoriis; dies autem iudicatorij etſi conſtent certa ratione, non tamen ſunt ordinati. Galenus in commento tangit hanc difficultatem, ſed tamen alia eſt cauſa diuerſitatis coctionis, alia autem reditus & acceſſionis febrium. Exacerbabantur autem in diebus iudicatoriis: quia ceſſante prima cauſa in ordine naturalium, ſubit alia quæ ſequitur: *cum ergo febres exacerbentur, & ob acceſſiones, & ob dies iudicatorios, ceſſante acceſſione ſuccedit alia ratio, & vehementior, & magis conſpicua, vt qua neque obſcuretur neque interturbetur à præcedente.* Porrò quod alias dixi ex Galeno, cauſa febrium ordinatarum eſt aut tranſmutatio humoris aut mala victus ratio. Sed hæc nota: humoris autem tranſmutatio vt ille ait, aut vt in putredine cum ea ſubſtantiam variare poteſt, quod in ſanguine potiſſimè accidit, cum in bilem flauam aut atram tranſmutatur: aut cum humor vnus in membro putreſcit, alius ab alio membro alterius generis, vel à toto deriuatur. In *libro* vero *de typis cap. 4. in fine* tria genera inordinatarum ſeu erraticarum febrium conſtituit: Primum cum febris ante circuitum accedit aut poſt ponit, ſed in ea manet hora: vt ſi Tertiana ab initio per quadraginta horas inuadat, atque in eo perſeuerat, quem modum vocant anticipationem: aut cum omnino non perſiſtit in eo ordine, ſed euariat, diei tamen circuitum ſeruat; aut cum etiam diem mutat. Hæc à diuiſione quadam dialectica, non ex ſolidis medicinæ principiis proficiſcuntur, velut ſi quis diceret: hominum ortus primus ſeptimo menſe, vltimus decimo, medio nono, vel octauo, cum tamen non conſtet, hominem qui octauo menſe oriatur eſſe vitalem. Diximus autem & cauſam aliam ſupra, ſed non ad propoſitum hic. Sed Princeps *Prima Quarti* inquit: *Et multoties perducunt febres diuerſa ad febres permiſtas, in quibus non eſt ordo propter diuerſitatem reſidui humorum, remanentium poſt ipſas febres.* Dico ergo quod varietas materiæ eſſet ab initio ſicut in fine eſt cauſa febrium carentium ordine. Sed in fine illorum hoc frequentius contingit, quoniam agens eſt calor corrumpens, & non naturalis, qui ſeparat; naturalis autem cogit: quæ autem ſunt ſeparata, ſunt magis diſſimilia, quàm quæ ſunt coniuncta & permiſta. Cauſa etiam naturalis manet, & in eodem vigore per longum tempus, ſi non ſemper: at quæ eſt præter naturam, vt febris variatur iuxta tempora morborum.

TEXTVS XXV.

CIrca vigeſimam quartam ſummamanus dolebat. Vomuit bilioſa, flaua, ſatis multa, paulò poſt autem æruginoſa. Ab omnibus alleuatus eſt.

COMMENTARIVS.

Cum nihil de vrinis dixerit, quas non malas fuiſſe credendum eſt, ſed potius ſecundum naturam vt ſanorum, veriſimile eſt ab omnibus alleuiatum eſſe, Neque potuit hæc bilis eſſe praſſina, quæ in ventriculo ex malis ingeſtis cibis ſolet generari *ſecundo de Temperamentis: cap. 6.* tum quod æruginoſam dixerit, tum quòd non credendum ſit tamdiu in ventriculo manſiſſe. Vtilis autem fuit hic vomitus], quia coctiones eorum quæ ſunt ante gibbam iecoris, non oſtenduntur per vrinas: hæc autem materia in venis meſaraïci continebatur, quocirca vomitu potuit expelli, ſine ſignis coctionis. Galenus hic non habet quod dicat, ſed hærens illis ſuis diebus iudicatoriis, tot pulchra omittit.

Cum enim ſeptem ſint omnino genera decretorij; ſanguis, vomitus, feces, ſudor, vrina, abſceſſus & deriuatio: nullum horum coctione indiget præter ſudorem. Et vrina atque alui excrementa quandoque tota ſunt, atque vtilia ante coctionem, quandoque inutilia & pernicioſa. Sanguis autem & vomitus tutiora ſunt, vt ita dicam ante coctionem quam poſt. Nam ante etſi minus tuta ſint, tamen vtilia ſunt ac neceſſaria: Non tamen idem in abſceſſibus. Mentem adhibeto ne erres. Dico omnia hæc ſigna cum coctione tutiſſima ſunt, Et hoc eſt quod autor ſuperius: *Coctiones iudicij celeritatem portendunt, ſecuritatemque*

ſalubrem. Si tamen euacuatio magna fiat vel per ſanguinem narium, vel per vomitum, neceſſariam exiſtimato atque vtilem. Semper autem ad exitum ipſum reſpicito. Abſceſſus verò & deriuationes mali ſunt ante coctionem,& ante tempus coctionis, coctionis autem tempore nondum tamen concocta materia, boni ſunt, præſtante natura quod optimum præſtare poteſt.

TEXTVS XXVI.

CIrca trigeſimam ſanguis ex vtriſque naribus erumpere cæpit: atque hoc erroneo modo paulatim vſque ad iudicationem. Non autem faſtidiebat eibum, neque ſiticuloſus erat per totum tempus, neque in ſomnis. Vrinæ tenues ac decolores.

COMMENTARIVS.

Sanguinis exitus copioſus alleuiat vt dixi omnem morbum. Tria fuerunt illi ſigna bona, *ſomnus, cibum non abhorrere, non eſſe ſitiuloſum.* Quæ omnia indicabant quatuor: multam materiam peccare, & diuerſam natura & non malam vireſque validas. Sed mirum eſt cum æruginoſam materiam eiecerit per vomitum, nec abhorruiſſe cibum, nec ſiticuloſum fuiſſe. Quod contigit, quoniam alicuius febris intermittentis hoc iudicium fuit, vt ſit hoc exemplum febris intermittentis cum continua miſtæ. Et ob id ab initio dixit, feruentiſſima febris non acuta. Nam feruentiſſima febris incendio quidem deterior eſt acuta, ſed poteſt etiam eſſe intermittens: acuta autem neceſſario continua eſt, tametſi non adeò feruens. Tertiana ignis dici poteſt, acuta dici non poteſt. Vides niſi omnino veritatis hoſtis ſis, Galenum nec corticem huius narrationis intellexiſſe: vrinas par fuit eſſe tenues ac decolores: quas antea non vidit, ſed primum tunc vocatus eſt: aut ſi omnino vidit naturales eſſe oportuit, nam tum primum tenues erant & decolores, quia natura valida non expectata coctione, materiam cum ſanguine ipſo, imò etiam ſanguinem ipſum expellebat.

TEXTVS XXVII.

CIrca quadrageſimam minxit ſubrubra, ſubſidentiam multam, valde rubram habentia: alleuatus eſt: poſt hæc autem vrinæ variæ, quandoque ſubſidentiam habebant, quandoque non.

COMMENTARIVS.

Vrinæ color ſalutem aut mortem propriè ſignificat, contenta autem & hoc, & longitudinem morbi, & breuitatem, & magnitudinem, & humorem peccantem. Differunt etiam multum ſubrubrum atque rubrum(hæc antem omnia Galenus neque ſciuit, neque animaduertit) quocirca cum hæc vrina ſubſidentiam rubram habuerit in quadrageſima, iudicationem decreuit in octuageſima. Simile quid *in Aphoriſmis.* Quibus ſeptima iudicatur, iis nubeculam habet quarta die rubram, conduplicatur enim tempus. Galenus autem ibi confundit de rubra & ſubrubra, quod in *ſecundo Prognoſticorum* dixerit: *ſi vrina fuerit ſubrubra, & ſedimentum ſubrubrum & leue, diuturnior hic morbus quam primus, ſed admodum ſalutaris eſt.* Non eſt autem idem rubra cum rubra, vt infra videbimus. Poſt hæc autem *vrinæ variæ:* non in colore, fuerunt enim ſubrubræ, ſed in ſubſidentia. Dixi quod vrina tingitur tribus modis, opere naturæ ſeu calor validus ſit, ſeu imbecillis, & tunc nihil ad morbum: alias vt morbi materia impedit naturam aut irritat: tertio cum aliquid ex ipſa cum ichore miſcetur & meijtur. Hoc igitur in caſu quandoque natura prorſus impediebatur, & tamen nihil excernebatur, deeratque ſedimentum in vrina: quandoque excernebatur aliquid, exibatque ſedimentum, quale dictum eſt rubrum: quandoque nihil horum accidebat, túncque vrinæ erant cum bono ſedimento. Cauſa huius eſt motus: nihil enim impedit niſi moueat, & quod mouet mouetur ſi eſt corpus: ideo videbimus in morbis, vrinas modò bonas, modò malas, iuxta motum materiæ & quietem, & iuxta id quod ſecernitur aut non ſecernitur. Alleuatus erat antea per vomitum illum, qui ſolet eſſe grauiſſimus, adeò vt conuulſionem pariat *Quinta Aphoriſmorum, com.* 1. hic non nocuit, quoniam vires vt dixi erant validæ, & febris intermittebat: Alleuatus eſt ex dolore extremitatum manuum, quæ dolebant, quoniam febris erat vt vocant laſſitudinaria, velut *Tertio de diæta p.* 5. Meminit & in Coacis prædictionibus. *Quibus ex rigore febris laſſatoria: Et in huiuſmodi menſes in mulieribus decurrunt, & collum in his doloroſum ſanguinis eruptionem inducit: Et ita ſanguis meritò in trigeſima prorupit, & ſimiliter ex eodem ad manus deuenit laſſitudinem habentibus in febribus in articulos, & circa maxillas, potiſſimum abſceſſus fiunt.* Sed hoc non abſolutum eſt, quoniam præoccupauit natura, vt dixi, expulſionem per vomitum, inde per ſanguinem narium. Ideò tot modis alleuiata, vrinam emiſit tinctam colore ſanguineo.

TEXTVS

TEXTVS XXVIII.

SExageſima vrinis ſubſidentia multa, & alba, & leuis. Remiſerunt omnia : febres intermittebant. Vrinæ tenues quidem, verum boni coloris.

COMMENTARIVS.

Sexageſima dies fuit index octuageſimæ, ideò nil mitum appatuiſſe vrinam cum ſubſidentia alba & leui, multa quidem, quæ indicatet multitudinem humorum, ex quibus facta erat. Conſtat huiuſmodi vt ſæpius dixi, non teſecari ex humore noxio, ſed eſſe quaſi naturæ vacantis indicium: ſolemus enim abſoluto aliquo opere conſueto, coniectari illum liberum eſſe ab impedimentis.

Vrinæ tenues tamen erant in poſterum licet boni coloris: bonus colot vt dixi ſalutem indicabat:ſed cut tenues eum natura iam euiciſſet materiam ? multa enim ſuperetat adhuc in curpote. Conditiones bonæ vrinæ, tatione contentorum eſt vt ſint alba, leuia in imo & æqualia, *ſecundo Prognoſticorum.* Multitudu declatabat multitudinem materiæ peccantis,aut crudæ,quæ euicta eſt. Et generalitet multa hypoſtaſis deteriot eſt pauca : pauca tamen ſi fuetit, & materia quæ peccat multa bona non etit. Cum autem eſſet concocta, non amplius faciebat febtem. Febris enim quæ reuettitur cum tigote, vt alias dictum eſt, eſt ex genere ephemetarum,quæ ob agitationem magnam tigoti ſuccedunt,& poſſunt etiam dici acutæ,quia adeſt materia cottupta, & hoc eſt alias declaratum. Quod verò nun adiecetit æqualem, dico quòd non perſeuerauit & ſignificabat nun conſtantem coctionem, & id ò ſucceſſit vrina tenuis ideſt ſine contentis. Seorſum enim relicta parte concocta, natura cæpit aggredi reliquam, vt concoquetet, & ideò fuit initium & inctementum, & vigot in hac patte, vt etiam fuetat in teliqua. Et non potuit concòqui perfectè, quia matetiæ atræ numquam perfectè concoquuntut, ſed vbi euictæ,mediocritet à natura ſolent expelli. Ideò tum ob hoc tum aliam cauſam in fine fuit ſedimentum rubtum, & non album. *Febres intermittebant :* non ex toto · nam hoc declarat paulo poſt, ſed modò aderant, modò telinquebant, ad ſeptuageſimum diem vſque. Licet enim videtetut concoctum ſedimentum, tamen non erat æqualiter concoctum : & etiam vrinæ tenues ſucceſſerunt, quia natura aliam materiam interim aggrediebatut, vnde intelligendum eſt, quod vrina cum fuerit cum bono colote, aliquando tranſmutatur ad coctionem factam repente. In obſtructionibus enim accidit, vt ſedimen retineatut totum, inde erumpat. Et has Hippucrates quæ ſunt ſine contentis tenues vocat,non ob ſubſtantiam.

TEXTVS XXIX.

SEptuageſima à febre liber permanſit diebus decem.

COMMENTARIVS.

Duobus modis vrina concoquitur,ſenſim quidem cum ſubſtantia fuerit bene colorata, & bona & contenta, paulatim concoquuntur ex tenuibus, paucis,rubris,inæqualibus, aſpetis, ſublimibus, euadunt craſſa,alba, lenia, æqualia, multa in imo, & ex inconſtantibus conſtantia. Alio modo materia concoquitut, ſed nihil exit aut valde parum in vrina, ſed ſolum bona vrina eſt in colore & ſubſtantia : inde repente exit bonum ſedimentum. Et quod ad rem attinet, fundamentum ſalutis eſt in bono colote & bona ſubſtantia vtinæ, nam apud Hippoctatem vnum in alio intelligitur, & hoc etiam ſatisfacit ad intelligendum litteram Hippocratis. Habes ergo prognoſticum & Hippoctatis mentem. Sed cauſam repentinæ mutationis non habes ; hanc ſi iuuat ſcire perlegas libros de vtinis : longiot enim eſt tractatio, quàm vt in explicatione paucorum verborum hîc comprehendi poſſit. Permanſit in ſeptuageſima liber à febre,potuit iuxta mentem & vſum Hippocratis dici *indicatus* : at non dixit, vel quoniam ſeptuageſimam vt non iudicatoriam connumerate noluerit inter indicatorios, vel quod dignius eſt illius ſynceritate, quia iam cœperit intermittere, licet non continuè. Interim autem vtinæ tenues adhuc erant,nam ſemper ad præcedentia refertur.

Hic ſolùm reſtat dubitatio, cur natura tamdiu quieuerit antequam expelleretur: Dicendum concoctionem aliam eſſe quæ finit febrem, aliam abſolutiorem, qua materia expellatur. In ſeptuageſima die fuit concocta, ſed non abſolutiſſimè, neque ſeparata. Vnde Hippoctates non mouit illam, cum nec natura mouerit. Octuageſima expulit eam, vt concoctam abſolutè & iam ſeparatam;& ideò cadit magna dubitatio in dictis Principis illis 4. *tract.* 2. *cap.* 7. *pag.* 3: *Cum natura non mouet, moue in motu conuenienti motui illius.* Videtur tutius,vt quieſcamus & expectemus diem iudicij. Et ſi obijcias; quod quæ relinquuntur in morbis poſt iudicationes conuerſiones facere conſueuerunt : intelligendum eſt poſt febris diſceſſum, vbi natura non propulerit materiam intra diem iudicatorium, vt hic vbi natura non effeciſſet ſudorem, de quo dicit *Multum ſudauit.* Qui

ergo debet exercere medicinam legitimè, oportet vt cognoſcat tempus iudicij vt in Cleanactide;ſi purgaſſet ante octogeſimam diem, dupliciter offendiſſet hominem, & ante debitum tempus educendo, quod nondum erat ſeparatum, & educendo per contrarium locum eius per quem natura deſtinatat: adeò vt mors producto morbo conſequi potuiſſet. Etenim ſi febris acuta ſubſequuta eſt,natura ſola agente & opportunè,quid ſperandum dato impotiuno medicamento.

TEXTVS XXX.

OCtogeſima riguit, febris acuta corripuit:multum ſudauit. Vrinis ſubſidentia rubra, leuis, perfectè iudicatus eſt.

COMMENTARIVS.

Hic duo ſunt præcipua atque ſingularia: febris acuta in morbo cronico,alterum ſubſidentia rubra, in morbo qui perfectè eſt iudicatus. Dico ergo,quòd ſubſidentia rubra, vt viſum eſt ſupra, ſignificat mediam coctionem,ſi ſit ab impedimento: at ſi ſit ob permiſſionem humoris, tunc ſignificat iudicationem & purgationem. Hic verò vrina rubra ſubſequuta eſt vrinas tenues, boni coloris, quæ ſignificabant perfici coctionem: ideò mutatio illa erat decretoria, ſubſequente iudicatione: aliter ſignificaſſet nouæ materiæ motum & concoctionem cum humorum multitudine, vt *in Primo de vrinis*. At verò quòd acutam dixerit febrem,ipſe non intelligit acutam, niſi ex propria ſubſtantia vt ita dicam, vehementem cum magno incremento, ex humore putrido continuam, & à bile: inferius enim oſtendemus acutas febres conſtare quatuor præcipuè conditionibus, & ſi diſtinguere diligenter voluerimus quinque. Prima quòd habeat ſymptomata grauia: ſecunda quod intra quartum decimum diem terminetur *Secunda Aphoriſmorum*. Tertia quod exacerbetur alternis diebus:Quarta quòd ſit vel vno ex tribus humoribus putrefacto, aut ex inflammatione alicuius membri interioris. Et in hac continetur, quòd febris ſit continua. Hæc igitur eſt acuta febris Galeni. Videndum modo eſt in quo differat à continua Hippocratis: nàm non ſolùm nihil prodeſt, febrem acutam ſcire quæ ſit iuxta alterius ſententiam, quàm Hippocratis, & velle definire ſecundum Hippocratem, quomodo hæc febris ſit acuta, ſed etiam ſtultum. Videtur ergo febris acuta eſſe,quæ vehemens eſt& putridis ex humoribus,nec tamen ardens. Continuarum enim cum ſint quatuor genera mitis, continens, ſeu ignis ardens quæ ex icboribus, & acuta; hæc autem neque mitis fuit, nec ardens: ſiti enim intolerabili & calore ſicut tales vexantur: neque fuit ignis ſeu vrens, eſt enim illa cum laſſitudinibus, vel dolore capitis & lumborum, aut præcordiorum: reliquum eſt vt dicatur acuta febris. Neque ergo inconuenit partem diuturni morbi eſſe acutam, & febrem etiam acutam incipere, & poſtmodum conuerti in diuturnam, vt ſupra viſum eſt in Epicratis vxore, quæ altera à partu die correpta eſt febri acuta, & tamen iudicata eſt in octogeſima. Quod autem dicitur (*perfectè iudicatus eſt*) ſupra expoſuimus, ſignificare receſſiſſe prorſus febrem, non referendum ad ſudorem.

TEXTVS XXXI.

MEtonem febris vehemens corripuit, lumborum grauitas doloroſa. Poſtridie vbi aquam bibiſſet ſatis multam, ab aluo probè prodijt. Tertia, capitis grauitas: Seceſſus tenues bilioſi, ſubrubri. Quarta, omnia exacerbata ſunt. Fluebat à dextera nare bis ſanguis modicus. Noctem moleſtè tulit. Seceſſus ſimiles tertiæ diei. Vrinæ ſubnigræ, habebant quiddam in medio innatans ſubnigrum, diuulſum: non ſubſidebant.

COMMENTARIVS.

Lumborum grauitas doloroſa, immodicam ſignificat repletionem partium omnium iecore inferiorum, dicebat Ganus *in libro de Multitudine* (vir ob ambitionem ad perdendum humanum genus nàtus) notas plenitudinis, quas in toto illo volumine nec declarauit, dum nil aliud ſtudet, quàm vt aliud diceret ab Eraſiſtrato atque Empiricis. At paucolis iſta percipiuntur. Primum aliud eſt nota repletionis, aliud eius quod replet ſubſtantiæ, aliud qualitatis. Tumor per ſe ſemper indicat repletionem, tenſio autem maiorem etiam. Inde grauitas declarat ſubſtantiam, ſcilicet quæ eſt humor, lenitas autem flatum. Rubor etiam ſanguinem, alij colores cæteros humores, ſicut calor qualitatem humorum aliam, & frigus aliam. Tertia verò diuiſio eſt ratione loci an ſigna plenitudinis in venis adſint an muſculis, an alijs partibus. Quarta comparatione virium, an cauitatum quæ ſunt in membris: quinta & vltima, an comparatione virium an humorum. Differt hæc à priore, quoniam qui habet reſoluta membra, grauitatem ſentit, nec tamen habet membrum plenum, ſed vires potius ſunt imbecilles: qui verò grauitatem ſentit ob ſanguinem in venis, illi eſt ple-

num

num membrum ſanguine. At in Quarta diuiſione, qui non plus habet ex humoribus, quam oportet, ſed vt in febre putridos, ei eſt plenitudo ad virtutem, non ad vaſa comparando. In ſanguinis ergo plenitudine prima nota eſt tumor, ſecunda grauitas ſi maior ſit: & ſi maior adhuc tenſio, & ſi maxima doloroſa vt Metoni. In ſecunda bibit multam aquam, frigidam, quæ lenit ventrem, humectando atque grauando. Inde exonerata natura à fecibus prodijt etiam bilis ſubrubra, tenuis, nondum enim erat cocta. Dolor capitis, illa commota, & ſanguine furſum delato. Vnde ſanguis poſtridie è naribus fluxit, non multus, neque enim aſcenderat. Vrinæ nigræ: nam materia nec effluxerat, necdum concoquebatur.

TEXTVS XXXII.

QVinta, effluxit ex ſiniſtra nare ſanguis largus, merus, Sudauit: iudicatus eſt.

COMMENTARIVS.

Cum ergo à bile exuſta furſum ferretur natura valida, copioſè effluxit largus, merus. Ideo etiam ſudauit, & iudicatus eſt. Galenus adducit illud in commento: *largum de naribus ſanguinis profluuium liberat fere.* Et eſt in conſtitutione temporis Tertia ſupra declaratum. *Quibus quidem bene ac largè ſanguis per nares erupit, per hoc maximè ſeruabantur*, vel vt in ſecundo potius, *Sanguinis eruptiones largè è naribus plerúmque liberant.* Affuerat vt dictum eſt capitis grauitas, quæ plenitudinem modò totius indicabat. Et illud ſexta Aphoriſmorum: *caput dolenti circumdolenti ſanguis è naribus fluens morbum ſoluit.* Et in Coacis prædictionibus: *Febricitantibus quibus dolor capitis vehemens, & in facie rubor, & venarum pulſus, hic ſanguinis fluxio plerúmque contingit.* Et in tertio Prorrhitici: *Quibus capitis & colli dolores, & totius corporis impotentia quædam, ſanguinis eruptiones ſoluunt.* Mirum autem videri debet, quod cum in quarta ex dextra nare fluxerit ſanguis, in quinta dicat ex ſiniſtra. Cruſerius ob id contra vtriuſque codicis Græci litteram vertit, ex, dextra ſicut in quarta die. Galenus & hoc vt omnia præclara prætermittit. Hippocrates autem non ſine myſterio appoſuit, & nos admonuit, cum non ex eadem nare, ex qua indicatus fuerat ſanguis profluxerit, multitudinem indicari ſanguinis. Nam & hic voluit Galenus intelligi per merum atrũ? quomodo cum ater ſanguis abundans in naturæ arbitrio non fuiſſet, neque ego in acutis neque alius puto viderit fluere ſcilicet largum. Verum omnia hæc ſunt ad corrumpendum ſententiam Hippocratis, & ea quæ quotidie videntur. *Sudauit* exonerata natura: etenim ſtatim ſublato qui impediebat ſanguine, ichores illi deferbuerunt, & reſoluti ſunt. Cum enim exinanitæ fuerint venæ, quod in eis aqueum continetur exhalat, vt in lebetibus detectis, & ex vapore ſit ſudor: at ſi lebes ipſe contectus fuerit, efferueſcit magis & diſrumpitur. Ob id vtróque impedimento detracto ceſſauit febris, hoc enim eſt *indicatum eſſe.* Ideo ad ſanguinis largas effluxiones ſudor conſequi ſolet, & ad vtrumque ſimul ſolutio febris. Sicut etiam de Virgine, quæ in Lariſſa: namque calor immodicus qui eſt cauſa effluxionis ſanguinis, etiam eſt cauſa ſudoris: attamen ſi contingat, vt tum non ſequatur ſudor, vt de Virgine in Abderi, non ſoluetur febris, quia non tantum fluxit, quantum oportuit: in illa enim manſit delirium & febris. Quadrifariam ſanguis fluit modicus, & eſt indicatiuus aut malum ſignum: multus ſed non iudicat vt in Virgine in Abderi: multus qui iudicat, ſed non perfectè vt in Metone, multus qui iudicat, vt in Virgine in Lariſſa. Et omnes meri.

TEXTVS XXXIII.

POſt iudicationem inſomnis, delirabat, vrinæ tenues ſubnigræ. Capitis lotionibus vſus eſt: dormiuit: reſipiſcebat.

COMMENTARIVS.

Si febris non ex bile, habeat multa aqua ſuperfuſa capiti calida, ſoluit morbum dicebat & Hippocrates *Septima Aphoriſmorum.* Tum verò illud præcipuè, quod & ſanguis tam flueret, & ipſe dixiſſet *Prima Aphoriſmorum: vndecunque natura repit, inde ducere quæ ducere oportet, per conuenientia loca.* Sed objicitur; ſed mouetur difficultas, quoniam *Tertio de victu in Acutis* dicat Hippocrates. *Caput maximè ſiccum ſeruare oportet, quoniam reliquum corpus ſi madeſcat, refrigerat.* Sed & paulò inferius. *Non ſunt lauandi, quibus ſanguis è naribus erumpit, niſi iuſto minus effluxerit.* At Galenus huic reſpondet, dicens in caſu nos eſſe, probátque minus fluxiſſe ſanguinis, quàm oporteret, quòd vigilaret, deliraret. Hic non abs re eſt conſiderare, de illa conſuetudine lauandi peculiariter caput, introducta à Chriſtianis loco balnei relicti. Soluit ergo febres, ephemeras, vigilias, delirium: ergo balneum ex aqua humectat. At nos vtimur lixiuio, ideò tale balneum, quo nos vtimur ſiccat, alias de hoc locuti ſumus: & docuimus quòd feruens debet eſſe ipſum lixiuium, ex Auenzoar. Quod vero ſit ex frigida poſt lixiuium aut calidam,

Digitized by Google

cetebrum putgat & cortoborat, niſi in valde ſenibus, in quibus poſſet patere apoplexiam.

Sed an vtinæ tenues ſubnigræ? Hic Galenus nihil habet ad quod refugiat, niſi ſanguinis narium fluxum pepetuum, aliter oportet fateri mortem debuiſſe ſequi. Sed neque illam excuſationem ex ſuis principijs deducere poteſt. At nobis quam facile eſt. *Vrina* erant *ſubnigra* quia portio artæ bilis tingebat illas ex exuſtione ſanguinis: antequam enim putreſceret, exuſtus eſt, vtinæ ſubnigtæ id indicabant. Cum dixit *tenues*, & hoc animaduertendum, quoniam in febribus ſanguineis, melior eſt vrina tenuis quàm craſſa, nam tenuia fit dum adhuc ſanguis manet incorruptus, ichores quaſi excolari effluunt: at cum craſſa exit vrina, & multo cum ſedimento, plerúmque conturbatio ſequitur & mors: & etiam ſine illa ſanguine agitato maius periculum eſt.

TEXTVS XXXIV.

HVic recidiua facta non eſt. Sed ſanguis erupit, ſæpè etiam poſt iudicationem.

COMMENTARIVS.

Hic demum ſubijcit quod nos antea teſtati ſumus, effluxionem à ſuperioribus ad internas partes, & à remotiſſimis locis eſſe optimam: ſed nos ibi addidimus, quod neceſſarium erat, vt eſſet ſecundum rectum. Illud etiam remotiſſimum non ita debet intelligi, vt ipſe vult à loco patiente ſed à membro principali. Sed vides quam inconſideratè hæc ſcribit. Cum enim partem illam tam neceſſariam omittat, etiam illud perperam omnino addit, quod minimè hic conuenit, vt fiat ad longinquiſſimam partem, quandoquidem neutro modo ſanguis è naribus fluens per locum maximè diſtantem feratur, nec à membro patiente, nec à principali, quod vnum & idem erat ſcilicet caput. Propterea aliud eſt de deriuatione, abſceſſu, fluxione atque huiuſmodi, aliud de effluxione. Effluxio enim debet fieri per locum ſolitum, velut per nares, vel hæmorrhoïdos: fluxio verò vt dictum eſt à ſuperiore ad inferius, per loca viliora, & è regione patientis loci. Commune tamen eſt fluxioni, & effluxioni, atque omnibus, vt fiant per locum è regione poſitum à dextra in dextris, à ſiniſtra in ſiniſtris. Nam ſi ſecus fiat, quomodo poterit materia quæ morbum facit, in alia parte euacuari. Deinde quoniam ſignum eſt naturæ non rectè operantis. Quanquam dices quomodo poteſt natura expellere aut irritari, ex parte in qua non eſt morbus? Hoc enim cognito ſciemus, ſi quid erit auxilij? Reſpondeo quod natura mouet ab vtraque parte, cum vehemens fuerit noxa: velut homo qui pungitur in brachio, ſi punctura leuis ſit admouet manum, ſin autem grauis valde ſe totum commouet: & ideò in vehementi noxa, natura mouet ab vtraque parte, & cum eſt valde impedita ex parte laborante, tunc emittit ſolum ex parte ſana. Ergo emittere ex parte laborante ſola paruam ſignificat noxam, & ſine impedimento: ex vtraque parte magnam noxam, ſed ſine impedimento: ex aduerſa parte magnam noxam, & cum impedimento, ideo peſſimum omnium. Dicit huic non contigiſſe recidiuam, quaſi admirabile ſit: refertur enim ad illa verba ſuperius. *Plerique igitur ex his qui ægrotarunt in hac constitutione, hoc modo ægrotarunt: Et neminem noui ex his qui ſuperſtites manſerunt, cui non aduenerint recidiua ſecundum rationem facta.* Viſum eſt ergo admiratione dignum, quod in recidiuam non inciderit, cum vrinas malas habuerit, non ſolū ſubnigras & cum ſubnigris contentis, ſed etiã innatantibus vt impeditam naturam oſtenderent, & humorem in venis prauum peccare. Ex ſeptem enim ægris qui in hoc libro conualuiſſe narrantur, perſpicuum eſt nullum præter Metonem ſine recidiua fuiſſe.

TEXTVS XXXV.

ERaſinum, qui habitabat circa Bootæ torrentem, febris vehemens corripuit, poſt cœnam nocte turbatus fuit: diem primam quietè, noctem laborioſè tranſegit. Secunda, omnia exacerbata ſunt, ad noctẽ delirauit. Tertia doloroſè, multum delirauit. Quarta moleſtiſſimè, ad noctem nihil dormiuit. Inſomnia & ratiocinationes: deinde peiora, & magna, & periculoſa, timor, moleſtia.

COMMENTARIVS.

Cum narraſſet de Metone, qui cum multis malis ſignis in quinta liberatus eſt ob ſymptoma ſuperueniens, iudicationem faciente quarta: ita de Eraſino qui & ipſe per ſymptoma ſuperueniens mortuus eſt in quinta, quãuis nihil eſſet mortiferum, & iudicatus eſt in quarta. Ideo demiror Galenum, qui admiretur ipſe de Hippocrate, cum conſtet nullum in hoc merito morbi fuiſſe ſignum, propter quod tam celeriter interire debuerit, declarat cum dixit. *Quinta mane reſipiſcebat, intelligebat omnia, conuulſiones multa, cum ſudore iuxta mortem.* Vt intelligeremus eas cauſam fuiſſe, non tantum ſignum mortis præſertim celeris. Cauſa ergo mortis fuit

conuulſio,

conuulſio, ſignum mortis nigrities in vrina perſeuerans, & quia continere ſe non poterat: Et ſignum celeritaris mortis incrementa magna, quod apparet comparando tertiam diem primæ, & Quartam ſecundæ.

Nunc ſingula expediamus, dicit Græcus codex *πῦρ ἔλαβε, ignis cæpit*: poſt cœnam, quam niſi vomuiſſet, incommodum magnum ſequebatur: at non vomuit. Propterea & quod eſſet robur acceſſionis, *noctem moleſtè, diem quietè tulit*. Secunda nocte omnia exacerbata ſunt, hæc erat finis ſecundæ diei. Propterea loquitur hic Hippocrates more populari. Ideò acceſſio hæc fuit vt docui diebus paribus, & ideò morbus peroitioſus. In tertia quia nox illa ad tertiam pertinebat, *delirauit*, in die etiam magis: quo fit vt dictom eſt, vt celeritatem iudicij promitteret hic morbus. Comprehendit ſub tertia, etiam noctem quartæ diei. In die quarta etiam auctus eſt morbus. Sed *quinta nocte nihil dormiuit, inſomnia, ratiocinationes, & tremor, & moleſtia*. Vnde conſpicuum eſt, factum tum perfectè phreniticum, aderat delirium perpetuum, febris acutiſſima, (nam feruentiſſima febris ſi acuta eſt eſt acutiſſima) inſuper conuulſio.

TEXTVS XXXVI.

QVinta mane reſipiſcebat ac intelligebat omnia. Verùm ad meridiem multum inſanijt: continere ſe non potuit. Extremitates frigidæ, ſubliuidæ. Vrinæ inconcoctæ.

COMMENTARIVS.

Quiota mane fuit finis tertiæ acceſſionis, diei imparis; ideo morbus & ſymptomata remiſerunt. Natura & morbo vires ad pugnam futuram proximè colligentibus. Anticipauit autem ſextæ diei acceſſio, quæ nocte ventura erat aduenit meridie. Iam verò duo tempora phrenitidis coniungit, ſummum vigorem, cum dixit *continere ſe non potuit*, & inclinatiooem ad mortem cum dixit *extremitatos frigida ſubliuida. Vrinæ inconcoctæ.* Hoc indicabat mortem certam, quia morbus qui erat phrenitis, iam vrgebat & poſtulabat ſolui, aliter inclinabat ad mortem: iam enim principium incrementum vigoris, initium & finis tranſierat, & peruenerat ad inclinationem ad mortem: at vrinæ crudæ prohibebant febrem bene iudicari; ideo ſeruari non poterat. Intereſt autem multum inter hoc quod dico, & quod Galenus diceret: nam iuxta Galenum, quia non diſtinguit ſignum iudicationis in febre, à ſigno morbi principalis, neceſſe eſt, vt ſigna cruditaris in abſceſſibus ſint ſigna mortis, & non eſt ſic. Poterit enim morbus terminari ſi leuis ſit, gratia exempli paruus abſceſſus in Phrenitide, inde febris, multò poſt iudicari concocta materia. Vrinæ ergo inconcoctæ in hoc caſu duplex afferunt incommodum: primum quia ſignificant febrem non poſſe iudicari: ſecundum morbum principalem impediri à febre & illius materia, quia febris eſt morbus vniuerſalis toti corpori: & in cura etiam quoniam quo tempore ob morbum ſpecialem conueniret nutrire, nutrire non poſſumus ob morbum, & morbi materiam, nam calor impeditus circa materiam non concoquit morbum, & tales apperunt, & moriuntur: in quibuſdam calor concoquit materiam non cibum, ſed reijciunt ipſum & ſanantur. In quibuſdam neutrum perfectè facit.

In hoc ægro conſtat calorem præter naturam fuiſſe vehementem ob vrinas nigras: materiam multam ob perpetuum ſudorem. Vnde dicebat *Quarta Aphoriſmorum. Sudor multus calidus aut frigidus superfluens, frigidus magis, calidus minus ſignificat morbum.* Dicebat ibi Galenus, vterque ſignificat materiam multam peccare. Tertio ſignificabatur materiæ velox motus ob incrementa acceſſionum. Aderat præterea conuulſio ſymptoma prauam & phrenitis ob delirium perpernum: & ideo omnia hæc indicabat celerem mortem.

TEXTVS XXXVII.

CIrca ſolis occaſum mortuus eſt

COMMENTARIVS.

Mortuus eſt aut in fine quintæ, aut in initio ſextæ, & credo quod poſſit contingere vtrumque & ſæpè accidat, gratia exempli propriè in hoc, & ſimilibus, vbi complicantur febres. Cum enim fuerit febris gratia exempli, quæ in meridie exacerbetur, in diebus imparibus & in mane paris diei inuadat altera acceſſio, & moriturus ſit æger in fine quintæ diei, puta per duas horas ante meridiem, vt ſi ægrotauerit die lunæ, morietur die Sabbathi: & erit quinta die ratione imparis acceſſionis, & dierum integrorum, & in ſexta die ratione initij tertiæ acceſſionis diei paris iam inchoatæ. Et ideo hoc contigit in Etaſino. Circa quod eſt notandum, quod homines moriuntur in initijs acceſſionum ob materiæ multitudinem, & maximè crudæ & frigidæ; & in fine ob reſolutionem virium, & in ſtatu ob vehementiam ſymptomatum. Et ſi ſymptomata fuerint adeò valida, vt non poſſit peruenire ad ſtatum, mors accidit in morbi incremento, & ideò mors incrementi eſt eiuſdẽ rationis cum morte hora ſtatus.

Cum

Digitized by Google

Cum enim maximè in vnoquoque morbo quatuor ſint conſideranda; cauſa morbi, morbus, ſymptomata & vires, his quatuor reſpondent quatuor tempora acceſſionis: materiæ initium, ſymptomatibus incrementum, morbo ſtatus, viribus declinatio. Veruntamen non eſt tanta differentia inter incrementum & ſtatum, quanta eſt inter alia tempora, nam ſymptomata ſociantur morbo, & ideò ſi fuerint validiora, occidunt in incremento, & ſi minus valida in ſtatu & adhuc minus, tunc non ſunt lethalia, verùm mors quæ contingit tunc accidit ratione imbecillitatis virium. Et ſi quis dicat, ſi natura eſt ſufficiens ad propulſandum ſanguinem, aut ſudorem, vel vrinam, quomodo poteſt deficere? Dico quod mors huiuſmodi accidit in tribus caſibus: in febribus peſtilentibus, quia non expellitur materia principalis quæ facit morbum, ſed eſt velut criſis imperfecta: in abſceſſibus alicuius membri valde commodi vel neceſſarij vitæ, quia affectus ille perimit vires, delaſſatus non poteſt integras: Et in ſudore quia calor præter naturam adiuuat ad diſſoluendum & expellendum, & non ad vitam.

TEXTVS XXXVIII.

HVic febres perpetuo cum ſudore: præcordia ſublimia, diſtentio cum dolore. Vrinæ nigræ habentes quædam in medio ſuſpenſa innatantia rotunda, non ſubſidebant: Ab aluo ſtercora prodibant. Sitis perpetuò, non valdè, conuulſiones multæ cum ſudore, circa mortem.

COMMENTARIVS.

Vrinæ nigræ habentes in medio quædam ſuſpenſa innatantia rotunda dicebat *Tertio in Tertium de morbis vulgaribus inquit Galenus*, cum dixiſſet ſuſpenſiones elatæ, ſtatim ſubiecit delirauit: innuens quod eiuſmodi ſuſpenſiones delirium comitatur. De præcordijs dicebat Hippocrates *Primo prognoſticorum*: conſiderandum eſt ſi ilia ſint diſtenta, aut cum dolore vel inflammatione, vel inæqualia. Dicebat ibi Galenus & ſuperius viſum eſt in enarratione Sileni: contentio præcordiorum fit vel ob muſculos, vel ob membranam ſubcingentem coſtas, abſceſſum patientem, aut nimium ſiccatam. Ita dolor ſignificat aut flatum aut inflammationem. Veriſimile eſt autem, quod cum fuerint ſublimia id eſt eleuata & cum dolore, & diſtenta, & cum febre vehementiſſima, quod inflammatione laborauerint. Inde ab initio materia ad caput traducta non finita priore affectione ſubſecutam phrenitidem. Et eſt ſimilis caſui deſcripto ab Hippocrate *Primo de morbis*, dum deſcribit peripneumoniam quæ fit ex febre ardente, & in illa non deficiente, propterea dicit moritur æger. Sudor autem illi perpetuus multitudinem materiæ ſignificabat. Et eſt malus ab initio maximè, quoniam ſignificat opus caloris præter naturam, qui diſſoluit, nam naturalis concoquit. Quo ergo tempore natura coctiones aggredi debet, præternaturalis caloris victoria apparet, hæcque eſt vera cauſa, cur talis ſudor ſit malus: idem in incremento morbi ſed non adeò. *Stercora prodibant* nihil hæc abſurdi, ſi licet. Ergo vel illorum acrem naturam aut multitudinem, aut cruditatem ſignificarunt. Sitis perpetua non magna, oſtendit materiam non valde ſalſam, ſed tamen ſiccitati iunctam. Conuulſiones autem cum multo ſudore declarant ſymptoma, & ſignum ſimul perniciosum: & præterea reſolutionem virium. Ideò conuulſiones cum ſudore plerúmque præſentem ſignificant mortem. Sed redeo ad vrinas cum continuis ſuſpenſis, quæ aliquando ſignificant delirium ſcilicet, cum ſuſpenduntur ob materiæ lenitatem & maximè nigræ. Significant enim materias exuſtas ferri ad caput, & tunc nunquam fallit. In tertio ægro primi ordinis Tertij libri fuere variæ ſuſpenſiones minutim diſperſæ, cum vrinis tenuibus, nec tamen delirauit, ſed veterno tentatus eſt. Patius quoque cum ſuſpenſiones haberet delirauit. Et Phreniticus, & Nicodemus in ſexta die: Et mulier moroſa, quæ ſuſpenſiones habuit rotundas, omnes delirarunt, quædam etiam conuulſionibus tentati ſunt, vt mulier illa. At contra Cherion cum ſuſpenſionibus nebuloſis (ſcribitur hic ordine primo, & Piſhion ſecundo ordine) quamuis vrinam nigram haberent cum ſuſpenſionibus, non delirauit ad vigeſimam vſque: conſtat ergo eas ſuſpenſiones cum perſeuerauerint id ſignificare, & perſæpe etiam cum primùm apparuerint, vt infra dicemus.

TEXTVS XXXIX.

CRitoni in Thaſo erectè obambulanti, pedis dolor vehemens à magno digito cæpit. Decubuit eadem die, horridus, anxius, parum ſubcaleſcens: nocte deſipuit. Secunda die tumor laxus per totum pedem, & circa malleolum ſubrubens cum diſtentione. Puſtulæ nigræ.

COMMENTARIVS.

Huic perfectè iam ſano: hoc enim intelligit per *erectè obambulanti*, pedis dolor vehemens à magno digito, cœpit. Hoc eſt initium podagræ, ſi nil aliud ſubijcias, nam locus & qualitas doloris id oſtendunt.

dunt. *Horridus, anxius, parum ſubcaleſcens*: hæc omnia etiam, ſed præſertim illud de calore podagram comitari poterat. Anxius dicitur æger vt ait Galenus *Septima Aphoriſmorum* qui hicinde ſe reuoluit, nec vno loco quieſcere poteſt. Hoc autem euenire vult, quoties in oris ventriculi tunicis, mala quædam qualitas infixa eſt. Hanc autem ex inedia, tum cibis intempeſtiuè ſumptis accidere docent Hippocrates & Galenus *Secundo de victu in Acutis*. Eſt etiam duplex anxietas ſanorum, de qua propriè dicit *duodecimo Methodi cap.* 5. quod vires debilitat. *Nocte deſipuit.* Hoc iam ad podagram non pertinebat, & peſſimum erat ſignum tam procul aſcendere materiam. (*Secunda die tumor laxus*) etiam hoc ad podagram pertinebat, ſed & color malus non erat. At duo præcipua mala fuerunt *diſtentio & puſtula nigra, μετὰ συντάσεως.* Sed videtur potius ſimplicem extenſionem appellare, compoſito nomine ex *σὺν* & *τάσις* cum extenſione, quam diſtentione propriè vocata *τετανός*. *Puſtula nigra.* Puſtulæ ſunt res præter naturam & non poſſunt eſſe nigræ, niſi materia ipſa prorſus corrupta fuerit & exuſta. Liceat mihi hic aſcribere non abs re totum, quicquid ſcribitur in *libro de Atra bile* his verbis: *Quæcumque per calidam ſiccámque intemperiem fiunt morbi, vt ardentes febres; craſſum atrúmque ſanguinem reddunt. Simile quoque his efficit longa hac æſtate peſtilentia, nec paucis eorum qui ſeruati fuere, nigrorum dictorum excretio per inferiorem ventrem fiebat, die maxima ex parte nono, vel ſeptimo aut vndecimo, quorum etiam complures differentiæ extiterunt, cum quædam ad atram bilem proximè accederent: alia autem nec morderent, nec malè olerent, multa verò quaſi media inter hæc erant. Quibus vero ægrotantibus excretio per ventrem inferiorem huiuſmodi non fieret, his corpus totum puſtulis, quæ nigris exanthematibus ſimiles eſſent, ſcatuit. Interim quoque etiam veluti ſquama decidebat, ſiccescentibus nimirum ipſis euaneſcentibuſque. Qui vero puram atram bilem deiecerunt, omnes periere, cum omnis hic humor aſſatum ſanguinem eſſe indicet. Sed & alia pluribus non febrientibus exanthemata per cutem craſſam ac ſiccam, natura melancholicum humorem extra protrudente. Cuius generis morbus eſt elephas.* In Quarta quoque Aphoriſmorum enumerat morbos, qui à nigro humore fiunt, omnes veluti miſcens: Morbus regius, niger, & puſtulæ, & elephas, & carcinoma, & Quartana, & lienis tumor, & varices nigri, & melancholia & delirium; cui ira, temeritas & immanitas iungitur. Vlceroſæ autem minus malæ ſunt, vt colligitur *Tertia Aphoriſmorum*, quia fiunt natura ex profundo corporis humorem prauum expurgante. Earum etiam aliæ in acumen magis eleuantur, quædam ſunt latioris quæ minus pruriunt *Sexta Aphoriſmorum*, ſed hæ omnes abſque febre, nam *Primo in ſextum Epidemiorum*, febres quæ tubercula parua conſequuntur, peſtilentes nonnunquam ſunt, quod etiam viſum eſt ſupra & *Quinto Methodi*, dum docet in fine peſtiferæ febris, talia apparuiſſe, vlceroſas, plurimis omnibus ſiccas, cum eſſent reliquiæ ſanguinis, qui iam ex febri putruiſſet & in cineres redactus iam eſſet. At de earumdem ortu ab initio & differentijs, tractat *Quarto-decimo Methodi*, cum admodum paruas aliquas eſſe docet, alias maiores, quibus ſuccedunt vlcera cum cruſta. Fiunt autem vt *Secundo in ſextum Epidemiorum* natura craſſiorem partem humoris protrudente ad cutim: qui ſi calidus ſit, vt tuberculis acutæ fiunt: ſin autem frigidus & craſſior, latiores nec ſublimes. Differunt autem à tuberculis, quòd in plura materia diuidatur: minúſque ob id lenta ſit materia, & ideo ſeroſum excrementum plerúmque continent, tubercula magis ſanguineum. Quæ ſententia fuit Galeni *Secundo prognoſticorum* exponentis locum illum Hippocratis ex *Secundo Epidemiorum com.* 60. Sed iuuat verba ſubijcere. *Puſtulæ quædam erumpunt* (in purulentis ſupple) *erodentibus ichoribus in corpore collectis*: Hippocrates docuit eſſe generationem *Secundo Epidemiorum* dum ait: *Ichores in cute exiſtunt, ibique comprehenſi caleſiunt. Etenim in cutem quæ laxior eſt; ſe inſinuantes in exteriore eius ſuperficie, vtpote denſiore ſubſiſtunt. Porrò hanc dirimunt, & ab interna abſiſtere faciunt ſede, ſicque in ea collecti puſtulas gignunt.* Gignuntur autem maximè ex prauis edulijs vt ille idem refert *Primo de differentijs Febrium*, atque oleribus maximè agreſtibus, & acribus, aut corruptis, putridíſque etiam, ſi alioquin optima ſint; Nam ex huiuſmodi non ſolum puſtulas ſed etiam peſtilentes febres generari affirmat. Ex huiuſmodi enim cibis aut crudirates aut acres humores & erodentes ac puſtulas generari neceſſe putat, etſi nos ſecus vt aliquando docebimus. Sed vt ad propoſitum reuertamur. Cum puſtulæ non nigræ fuerint, neque cum febre corpus expurgare ſolent: ſin autem cum febre fuerint, papulas vocant, malæ ſunt, & rurſus ſi nigræ: at hæ & nigræ fuerunt & cum febre & præter id etiam cum delirio, quamobrem mortem celerem ſignificabant. Erat autem eò deteriores tuberculis & carbunculis, quod vel ob naturæ imbecillitatem, vel ob humoris prauitatem, non in vnum natura tuberculum talem materiam colligere potuiſſet, ſed ſpargere coacta fuerit.

TEXTVS XL.

Febris acuta.

COMMENTARIVS.

Apud Græcos ſunt hæc nomina πῦρ, πυρετὸς, πυρετὸς ὀξὺς, πυρετὸς καυσώδης. Totidem apud Latinos: Ignis ſeu febris feruentiſſima, febris, febris acuta, & febris ardens. Eſt ſolum id diſcrimen, quod ignis nomine Latini febrem non intelligunt. Græci intelligunt per πῦρ febrem, quòd ſi dicas febrem feruentiſſimam, iam diſcrimen aliud accedit, quod eodem nomine vteris, Græci non ita: nam πῦρ neque eſt πυρετὸς, neque illius comprehendit nomen, vt in febre febris feruentiſſima. Eſt aliud in hoc nomine πυρετὸς, ſed conſimile ei quod eſt in nomine febris. Nam cum πυρετὸν dico, licet genus ſit ad ὀξὺν καυσώδην, non tamen generis vicem retinet, ſed veluti Poëta de Poëtis omnibus dicitur in adiectione, per ſe tamen de Virgilio, & lapis apud Italos per ſe prolatus, conſimili ratione de Cyneo: ita contraria ratione non de celebriori ſpecie dicitur febris, ſed de humiliore cum per ſe dicitur, id eſt, quæ nec ſit acuta, nec ardens, nec feruentiſſima. Verùm non ita febris apud Latinos ab aliarum ſignificatione excluditur, vt apud Hippocratem πυρετὸς Diximus autem aliàs ſæpe proprium eſſe acutæ febris, vt breuis ſit & cum ſæuis ſymptomatibus atque periculoſa, ardentis autem cum ſiti & caloris vehementia, at acuta poteſt eſſe cum miti calore & ſine ſiti vt ardens mitis, ſed non miti cum calore & cum ſiti. Iam ergo vna non eſt alia, & hoc docuit *tertio Epidemiorum ſect. 3. text. 34.* dicens: Febris non acuta, & loquitur de ardente. Verùm febris feruentiſſima poteſt eſſe non acuta, quia vt vidimus in Cleanactide, ignis corripuit erroneo modo. Conſtat etiam acutam non fuiſſe, quæ in octogeſima die fuerit iudicata. Sed & qui in Dealcis horto habitabat *tertio Epidemiorum* cum prima die dixiſſet πῦρ ἔλαβε id eſt ignis cœpit, poſt pauca ſubijcit τρίτῃ πυρετὸς ὀξὺς id eſt tertia febris acuta, ſoluta eſt etiam in quadrageſima, vt nec propiè acuta foret, nec latiore ſignificato: Et in Phileni vxore, cum ab initio dixit febrem feruentiſſimam, octaua die dixit acutam, & in Clazomenio, πῦρ ἔλαβεν, & paulo poſt πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβεν vt ſi idem ſint bis repetat, ſi diuerſa, conſtat quod propoſuimus. Per ignem igitur intelligit febrem feruentiſſimam; poterat videri forſan, quod per ignem intelligeret febrem ſine rigore, nam de acuta ſæpe adiicit rigorem, vt in Anginoſa apud Bitonem *tertio Epidemiorum*. Tertia rigor febris acuta, & in muliere, quæ decumbebat in Mendacium foro. Secunda die parum riguit febris acuta. Sed hunc ſcrupulum eximit, quod ſcribitur de Philini vxore *in primo eiuſdem*, πῦρ ἔλαβε μετὰ ῥίγεος, id eſt ignis corripuit cum rigore. Verum dicemus eum rigorem non contigiſſe illi, ratione qualitatis febris, ſed puerperij, facit enim rigores. Coniungi ardentem cum acuta frequens eſt exemplum, vt in ſecundo ordine *tertio Epidemiorum* de Pario quodã & Caluo. At de igne non videtur vnquam adiecisse ardentem aut acutam, vt vel ſimul eſſe non poſſint, aut vt alterum in altero intelligatur. At ſi hoc eſſet, fruſtra vt dixi ſubijceret, velut etiam in Chærione *Tertio Epidemiorum* vbi dixiſſet ignis cœpit, ſubijcit: Tertia die febris acuta inuaſit. Relinquitur igitur vt per πῦρ ſeu ignem febrem intelligat æſtuoſam, & quæ ad tactum feruens admodum ſit. Dicemus ergo πῦρ febrem vrentem, quæ eſt cum calore ſicco, mordaci, non autem neceſſario magno ardentem cum magno calore & ſiti: Acutam quæ ſymptomata habet periculoſa, & quæ eſt velocis motus. Talis plerumque eſt cum rigore, & perſæpe etiam cum ſudore. Videtur autem proprium acutarum tertia quaque die intendi & exacerbari, vt *ſecundo in ſextum Epidemiorum* dicit Galenus, ea comitatur putredinem humorum, etſi non omnis quæ ex putredine humorum fit, acuta ſit appellanda, *Primo in tertium de morbis vulgaribus. Secundo* verò *de Criſi* vult febres acutas trium eſſe generum, iuxta tria genera humorum putreſcentium, & etiam conſequi omnes inflammationes membrorum nobilium, idque memoria teneto: Et per inflammationes non ſolum abſceſſus, ſed caliditatem conceptam citra abſceſſum intelligi vult.

Bilioſa tamen dicit *in ſecundo de Articulis* excernuntur in omnibus acutiſſimis febribus, non quòd omnes tales febres à bile prodeant, ſed quoniam adipe colliquato, & carnibus & ſanguine denſo, hic humor generatur. De ardentibus autem & vehementibus dicebat *in Quarto de victu in Acutis*, quòd fiunt ex humidis acribus & bilioſis, & palam eſt quòd per humida intelligit ichores. Ex hoc igitur patet, quòd cum febris commune ſit genus ad omnes, & acutæ ſint quæ ex putredine humorum oriuntur, aut inflammationes membrorum interiorum ſequuntur: & ardentes quæ fiunt ex ichoribus acribus & bilioſis, tanquam ex incendio, vrentem autem à duabus prioribus diſtingui, vrentem eſſe febrem è ſanguine genitum, cum nondum computruit, cuius indicio eſt quòd Hippocrates plerumque ſubijcit tranſitum eius febris in acutam, ſicut febris ex ſanguine in putridam ſi maneat, neceſſario tranſit. Sed obijcies quòd in Sileno cum ea febre laborauerit. Dico quod ex eodem clarè dignoſcitur, tum cauſis præcedentibus, laboraſſe ſanguinea febre: ſed non, ſubiecit

acuta vt in Philini vxore, quia ad nullam certi generis tranſiit.

TEXTVS XLI.

INſaniit: Ab aluo verò mera, bilioſa, ſatis multa prodibant.

COMMENTARIVS.

Cum in prima die dixiſſet *παρεφρόνησε* quod eſt deſipuit, in ſecunda adiecit *ἐξεμάνη* ideſt inſaniit. Eſt autem hoc maius longè, quam deſipere & perpetuitate & magnitudine affectus. Dicimus inſanire illos, qui prorſus à mente ſunt alieni. Indicabat hoc materiam obtinuiſſe cerebrum.

(*Ab aluo vero ſatis multa mera bilioſa prodibant.*) Diximus ſuperius multa praua, cum citra criſim expelluntur, magnitudinem morbi ſignificare: pauca prauitatem, & maximè cum non deficientibus viribus prodeunt. Ita autem diſtinguere oportet. Cruda multa cum robore virium meliora ſunt paucis, & maximè ab initio, praua autem valde, pauca meliora ſemper multis, niſi cocta iam ſint. Et ſi cum imbecillitate virium multa etiam peiora ſint paucis, pauca tamen peſſima etiam ſunt. Mera autem nigra viridia diximus eſſe peſſima excrementa. Eijciuntur mera ob id, quòd calor ille putridus humorem omnem tenuem abſumit & ſiccat, quod & in peſtilentibus morbis, & in ardentiſſimis febribus accidere ob eam cauſam ſolet. Palam eſt autem, cum mera bilioſa dicit flaua intelligere, vt de notiſſima ſpecie bilis: *ἄκρητα* impermiſta appellat Græcus. Semper & æqualiter loquitur Hippocrates de meris ſeu impermiſtis, quæ vnam habent ſubſtantiam & vnum colorem, Galenúſque vbi non conueniebat, aut ſaltem qualiter diſtinctionem appoſuit. Cum enim *ἄκρητα* rectè interpretetur ideſt ſyncera nullum alium habentia colorem, ſeu nigra, ſeu ſubrubra, ſeu flaua intelligat: tam in ſanguine quam in aliis intelligere hoc oportuit, & id ſane bene. Sed non id bene vt velit differentiam hanc procedere, quod hoc nomen *ἄκρητον* aliter in ſanguine, quam in aliis humoribus ſit interpretandum: verum diſcrimen hoc eſt quod in aliis humoribus ſemper verbum illud *ἄκρητον* ad naturalem ſubſtantiam & colorem humoris ſit referendum, in ſanguine verò non ſemper intelligitur color naturalis, ſcilicet ruber, ſed aliquando ater, aliquando alius, ideò ſyncerum etiam ad illos colores ac ſubſtantias refertur. Recta igitur dicit Galenus ſed non rectè, quoniam quæ varietas eſt in hoc nomine, ſanguis aut bilis, cum bilis ſemper naturalem ſignificet ſi nil aliud addatur, ſanguis & naturalem & non naturalem colorem & ſubſtantiam habere poteſt, & ſignificare eo nomine: at *ἄκρητον* ſemper idem prorſus ſignificat, & hoc ſequendo interpretationem Galeni. Sed vt dixi, etiam ſanguis ſolum naturalem colorem refert.

TEXTVS XLII.

MOrtuus eſt altera ab initio die.

COMMENTARIVS.

Phreniticum hunc dicere non poſſumus, quòd iuxta Galenum phrenitis non ante quartam diem occidat. Oportet ergo deteriorem fuiſſe morbum. Porrò ſi bene meminiſtis, cauſæ aliæ ſunt magnitudinis morbi, aliæ autem mortis: & velut plures cauſæ magnitudinis morbi mortem efficiunt, ita plures cauſæ mortis ſi ſimul conueniant, mortem efficiunt celerem. Cauſæ mortis præcipuæ ſunt modus putredinis, fuit autem peſſimus ob nigras puſtulas, & motus materiæ ad ſuperiora, nam inſanijt, & tumor ille laxus factus eſt, materia ad cerebrum conuerſa. Quatuor ergo cum ſint cauſæ velociſſimæ mortis, omnes concurrerunt: materia multa mala, motus ad membrum principale velox. At hic materia peſſima fuit ob nigritiem vt dictum eſt: Materia multa vt quia à digito pedis vltimo ad caput extenderetur, cum excrementis multis meris: motus ad cerebrum membrum principale, & velociſſimus, cum inſanierit in ſecunda die.

Hic meritò poſſet dicere aliquis in huiuſmodi morbis, vbi tanta materia & adeò mala adeſt, vbi illa paulo ante latitat, cum ille vt ſanus ad negocia prodiret? Reſpondeo quòd hoc contingit, cum materia illa habuerit conditiones quas dicam: prima quod ſit tenuis, vt citò poſſit moueri, & citò putreſcere: craſſa enim acutum poſſunt facere, & ſi paulatim faciant, homo antea ægrotat. Secunda vt materia hæc ſit praua admodum: adeò vt cum putreſcere incipit, tranſeat in naturam veneni, & ideò tales vt plurimum habentiecut imbecille, vigilant, ſe replent cibis malis acribus, & vino plurimo, & ideo oportet vt ſit exuſta & in ventriculo, & in iecore ac venis. Tertia vt ſit multa, vt celerius interficiat; demum vt ſit recondita in venis in ambitu, & tunc accidit ei, quod puluerem pyrium habenti ſine igne: licet enim poteſtate peſſima ſit materia, nec præparatione poſſit eſſe deterior, quia tamen actus deeſt, ideò prorſus tales nihil ſentiunt. Nec mouetur à natura materia illa, niſi quia mouet naturam: & hoc quia eſt accenſa à calore febrili, qui gerit vicem ignis, & tunc natura cogitur illam propellere, & cum fuiſſet valida & nondum tota

Digitized by Google

accenſa, propulit ad extremum corporis. Verùm vbi tota accenſa eſt, & quantitas illius non iuxta proportionem eteſceret, occupauit primo cetebrum, quod eſt exangue, ideò multò imbecillius iecote & corde, & poſtea quia erat ſine fine vt ita dicam, occupauit etiam cor & ipſum ſtatim interemit ſine abſceſſu aliquo, ſed corrupto toto ſanguine atque ſpiritibus. Intetim magnus naturæ miniſter, ſcilicet iecur inuigilans ſaluti hominis, cœpit propellere materiam per aluum, & propulit mera biliosa, quæ vel non etant ſubiectum morbi, aut ſi erant qualitatem habebant peculiarem, per quam ſtatim exuterentur, & tranſirent in veneni præſentanei naturam.

TEXTVS XLIII.

CLazomenium qui ad Phrynichidæ puteum decumbebat, febris vehemens corripuit. Dolebat autem caput, collum, lumbos, ab initio. Statim autem ſurditas. Somni non aderant. Febris acuta inuaſit. Præcordium eleuabatur cum tumore: diſtentio non valdè: lingua ſicca. Quarta, ad noctem deſipuit. Quinta, laborioſè omnia exacerbata ſunt.

COMMENTARIVS.

Iam ſæpe intellexiſti ſigna illa pleuitudinem ſanguinis demonſtrare. Oſtendi etiam ſuperius per febrem vrentem vehementem ſeu *πῦρ* ſanguineam febrem intelligi, vnde liquet Hippocratem in nulla febre ſanguinem mittere ſolitum, cum indicia toties apparuerint ſanguinis mittendi, nec vnquam miſerit vt in Sileno Philini vxore, Epicratis vxore Cleanactide, Metone, & hoc præſente. De Critone autem de quo forſan minus conueniebat, vt prorſus deplorato forſan minus conueniebat, vnde mirum eſt de Galeno qui in hoc ſolo vellet mitti ſanguinem. Talia plura etiam habes inferius exempla, vt de Melidia & eo, qui in Dealeis horto habitabat, & ſecundo Pythione, & aliis pluribus. Hinc deriuaſſe opinionem Eraſiſtrati, qui cum nepos fuerit Ariſtotelis, Abnepos fuit Hippocratis, de non mittendo ſanguinem in vllo morbo, dicit Galenus: ſed credo quòd ſolum vbi abſceſſus non eſſet non miſiſſe, miſiſſe vbi eſſet: vt in Anaxione *Tertio Epidemiorum*. Dicendum eſt ergo hanc fuiſſe illius ſententiam, aut tunc ſequutum fuiſſe Herodicum magiſtrum ſuum, quem damnat *ſexto Epidemiorum*, vt forſan eo inuito etiam Anaxioni ſanguinem miſerit, aut ille ſanè miſit, quia in abſceſſibus mittere ſoleret: aut quia eo abſente Hippocrates miſerit. Quòd ſi liber Quartus de victu in Acutis Hippocratis eſſe cenſeatur, opinionem mutauit cum dixit. *In acutis morbis ſanguinem detrahes, ſi vehemens morbus videatur, floruerítque ægrotanti ætas, & virium adfuerit robur.* Ita vt non de ſolis loquatur abſceſſibus. Sed mirum eſt quod *in ſecundo de victu in acutis*, mittit ſanguinem in abſceſſo lateris, cum altior fuerit; ſecus purgat: quanto ergo minus in febribus omnibus ſine abſceſſu: ſed neque in *ſecundo de Morbis* in febre vlla à bile, vel ardente vel ſingultiente ſanguinem mittit, neque *in Tertio*: ſed neque in ſanguinis ſputo in *libro de Internis affectionibus*, quem Galenus Hippocratis eſſe fatetur, licet nunquam in huiuſmodi ſibi ſatis conſtet: ſed vt opinioni ſuæ fauebat, Hippocratis legitimum eſſe dixit: vbi aduerſaretur in aliquo, tanquam non conceſſiſſet, negabat. Sed vt ad rem redeam, in eodem etiam in Typhode febre, quam vehementem eſſe conſtat, & vult eam fieri ex putredine bilis in ſanguine, ſectionem venæ prætermittit. Vnde concludo firmiter, quòd Hippocrates non miſit ſanguinem victus a conſuetudine præpoſtera tot medicorum ſui temporis, velut Euryphontis, cum quo ad Perdicam Regem Macedoniæ curandum accerſitus fuit, & Herodici magiſtri ſui, & omnium aliorum, confiſus in inedia, qua exquiſitiſſima vtebantur. Et vt dicitur *ſecunda Aphoriſmorum*, vbi fames laborandum non eſt: dicebat ibi Galenus, non eſt vtendum vnquam duobus præſidiis, vires debilitantibus; ſed inedia debilitat vires, & ipſa eſt magis neceſſaria, igitur venæ ſectio non eſt habet locum in febribus. Præterea in omnibus febribus continuis materiæ quæ putreſcunt, ſunt in ſanguine qui eſt in venis viſcerum, ſed ſectio venæ extrahit ſanguinem in extremitatibus, non putridum, & relinquit interiorem, ergo nocet. Demum detractio ſanguinis ſemper minuit proportionem virium, ad materiam igitur nocet. In lethali patet, quia ſi materia ſit vt decem vires, vt octo erit proportio ſexquiquarta, ſi detrahas duo, fiet proportio octo ad ſex ſexquitertia quæ eſt maior: ſi verò ſanabilis cum materia & concoctio benigne excedant vires, alites poſſet vti pleno nutrimento, igitur facta æquali detractione, natura grauabitur magis, & deterior reddetur conditio.

Dicendum ergo, quod ſectio venæ eſt maximè neceſſaria, quia nolunt ferre inediam: ſecutius tamen eſt abſtinere, maximè propter peſtilentes febres. Quòd ſi neceſſaria, quanquam eſt intellectum ab Hippocrate cum dixit morbus vehemens, nam declaratum eſt per vehementem febrem, apud Hippocratem intelligitur ſanguinea. Multum tamen confert ſectio venæ ad breuitatem morbi & facilè ferendum, quia melius poteſt nutriri.

(*Statim autem ſurditas, ſomni non aderant*) delata materia calida copioſiore ad cerebrum.

cerebrum. *Febris acuta inuaſit:* ſobſecuta ob putredinem febrem ſanguinis, ideò fuit in maximo vitæ diſcrimine ob omiſſam venæ ſectionem: *præcordium eleuabatur cum tumore*, ſed ſine diſtentione, ideò non à ſiccitate: & ſine dolore, ideo ſine abſceſſu. Addidit cum timore, vt intelligeremus ab humoribus non à flatu eleuatum: *lingua ſicca* iam bile ſupra ſanguinem dominante. *Deſipuit in quarta* ob febrem quæ exacuebatur, & bilem quæ torrebatur. *Quinta omnia exacerbata ſunt* ob acceſſionem, cum morbus eſſet in incremento.

TEXTVS. XLIV.

CIrca vndecimam parum remiſerunt. Ab aluo verò ab initio & vſque ad decimam quartam, tenuia multa aquei coloris prodibant. Toleranter ea quæ ad ſeceſſum pertinent ferebat: poſtea aluus reſtitit. Vrinæ perpetuò tenues quidem, verùm boni coloris, & multa in medio ſuſpenſa habebant diuulſa: non ſubſidebant, circa decimam ſextam minxit paulo craſſiora, habebant ſubſidentiam paruam, paululum alleuarunt, reſipiſcebat magis. Decima ſeptima rurſus tenuia. Circa vtraſque aures tubercula extiterunt cum dolore. Somni non aderant: delirabat: circa crura dolebat.

COMMENTARIVS.

Singula febris, dolores, ſurditas, vigiliæ, præcordij eleuatio, & linguæ ſiccitas. Et quia ſcriptum eſt *ſecunda Aphoriſmorum* his qui non ex ratione leuant non oportet fidere: ideò quærendum eſt, cur cuncta remiſerint. Iure meritò autem conſiderare oportet, cum omnia alleuiantur omnia etiam ex vno pendere principio, principiumque illud melius ſe habere, nec falſam eſſe declinationem. At ſi quædam alleuiantur, quædam non, non eſt tutum, cauſamque quærere oportet: quæ vel eſt auerſio ab illo loco, vel amiſſio ſenſus, vel robur partis aut facultatis. Horum quædam vt liquet bona ſunt, quædam mala. Quinimo tranſmutatio ſæpe in cauſa eſt, velut in habentibus febrem atque dolorem capitis, cum vnum fiat delatis vaporibus ad cor, aliud ad cerebrum; contingit frequenter vt vno aucto alterum diminuatur, & verſa vice eodem diminuto reliquum augeatur. In hoc igitur prima alleuiationis cauſa fuit aluus emittens multa licet tenuia, & aquei coloris, quæ cum bene ferret, quia ſemper emiſſio alui niſi in difficultate inteſtinorum doloroſa, in qua ob dolorem ægrè fertur, ſi bene feratur vel alleuiat morbum, vel alleuiare ſaltem videtur, maximè ſponte facta, nec huic tamen fidendum eſt: nam ſi materiam euacuat peccantem, tripliciter conferre videtur, & quòd quod nocet educit, & quòd alia quæ impedimento ſunt ab illo loco auocat, tum etiam à membris principalibus: & quod vapores educendo calidos, febris facilius fertur, & anxietas cæteraque huiuſmodi. Quod ſi ſolum cruda excernantur, etiam dupliciter iuuare videtur illa auocando, ne materiæ facienti febrem coniungantur, & exhalationem vt dixi vaporum facit. At ſi ſolas feces hoc ipſum agit, vt aluum exoneret, & tranſpirationem faciat. At nocet perſæpe vires ex conatu, & quoniam ſurgere cogitur æger debilitando: vel quod vtilis aliquid excernatur, vel ob dolorem velut in difficultatibus inteſtinorum, & diarrhoæis prauis: vnde exiſtimo difficultatis inteſtinorum nomen principaliter deriuaſſe, ſimiliter & in tineſmis: vtile autem excernitur ſemper in inteſtinorum leuitatibus, vel ſi bonus ſanguis ob vlcus aut oſculi apertionem effluat. Ob tot cauſas dixit meritò Hippocrates bene tuliſſe, quoniam ſi bene fert iuuat ſemper vt dixi. Et ſi non iuuat, non poteſt fieri vt bene ferant ægri. Quandoque ergo iuuat, & eſt cum bene ferunt ſemper, & quandoque etiam cum male ferunt: ſed tunc etiam quandoque nocet nec iuuat: Nunquam autem vt dixi bene ferunt, & non iuuat, hoc enim fieri nequit.

Vrinæ illæ vt boni coloris, ſalutem pollicebantur: vt nihil habebant quod ſubſideret, feram: vt multa ſuſpenſa habebant, delirium: vt diuulſa, vix ſolutionem morbi per effluxionem, ſed potius per abſceſſum vel deriuationem. Quòd vero circa ſextam-decimam tales vrinas indicabat, non quod Galenus putat concoqui materiam morbi, ad quam nullam habet vrina ſignificationem, ſed naturam expeditam vacare moderatè concoctioni cibi. Vnde hoc eſt ſignum neutrum: quandoque enim materiæ morbi non vacat, quia non eſt in venis, & procul à iecore; quandoque quia concoctionem non recipit, quandoque vacat vtrique, & hoc eſt ſignum bonum: reliquorum vltimum prorſus malum, primum neutrum: ideò talis concoctio vrinarum eſt ſignum neutrum in genere. Et ob id fallax ſignum ſolet appellari vrina, ſed non eſt fallax, ſed medici ipſi, fallaces qui alios fallunt per illas, & etiam ſeipſos. Cur verò decima ſeptima rurſus tenuia, hoc Galenus ex ſuis principiis explicare non poteſt ſanè ob motum materiæ, cui natura dum vacaret, cibum concoquere non poterat: Et cum illa non eſſet perfectè ſuperata, direxit eam natura ad aures, quod in parte ſuperiore erat, & ad crura, quod fuerat in inferiore. Cum verò dominari illi non poſſet, exactè parte eius quæ ad aures

transſmittebatur retenta, tum etiam ex motu & agitatione neceſſe fuit conſequi vigilias & delirium. Quærat iure merito aliquis, ſi natura facit tenues vrinas, impedita à motu, cor in tempore ſtatus cum bona pugna ſucceſſura eſt, non iam crudæ & tenues apparent, ſed concoctæ & cum ſubſidentia? Dico quòd tunc eſt indicium perfectæ victoriæ, nam in criſi imperfecta neceſſario eſt cruda. Cum verò perfectè ſuperauerit materiam, etiam conuertit ſe ad cibum, & illum concoquit maximè ſi leuis ſit.

TEXTVS XLV.

Vigeſima, à febre liber iudicatus eſt: non ſudauit, omnia intelligebat. Circa vigeſimam ſeptimam coxæ dexteræ dolor fortis, cito quieuit. Tubercula verò iuxta aures neque ſedata ſunt, neque ſuppurata, verùm dolebant.

COMMENTARIVS.

Quod ſuperius diximus hic eſt demonſtrandum, ſcilicet per *iudicari* (*vtitur autem verbo* κρίθη, *& ſubiungit non ſudauit ſed liber à febre manſit*) nil aliud intelligi apud Hippocratem quàm ſine febre permauere. Quòd ſi omnino non reuertatur apparet perfectè iudicatum. Ex quo apparet Galenum Cymerias tenebras in Hippocrate induxiſſe, dum criſim definit eſſe mutationem ſubitam, ad bonum aut ad malum. Saltem adieciſſet; ita ego intelligi volo, licet hoc verbum aliter accipiatur ab Hippocrate. Et *ſecunda Aphoriſmorum*: huiuſmodi enim permutationes magnas, quando repente ſiunt, Hippocrates criſes vocat; vnde *Tertio de criſi & Primo de diebus creticis* dicit ſumptum eſſe nomen hoc à vulgaribus, qui non ſecus ac ſi de hominis vita in foro iudicium agitaretur; ita & de ægro tum in morbo, & adducit omnia illa, quæ criſim ſuam comitari ſolent, antequam veniat. Anxietates, vigilias, ſomnos graues, deliria, vertigines, dolores capitis, & colli difficiles ſeorſus, lachrimas, ſplendores, aurium ſonitus, ventriculi dolores, difficiles reſpirationes, obliuio, rigor, æſtus, vrinæ retentio, labij tremor inferioris, tum aliarum partium acceſſio: anticipat ſitis, clamor, ſaltus vt exiliant, præſentes non agnoſcant. Huiuſmodi nugis libros repleuit, omnia adducens quæ in omnibus morbis difficilibus occurrere poſſunt: cum tamen vel ſic etiam prætermiſerit multa, non minus frequentia & digna conſideratione, veluti quaſi pruritum, genas rubentes, murmur ventris, convolſio etiam. At aberrat tamen, quia Hippocrates accipit vt hic vides, pro quauis febris ſolutione, & ſupra viſum eſt in Epicratis vxore, & ipſemet ſed poſtmodum non recordatur *Primo de victu in Acutis* criſim ideſt iudicationem nunc dixit vel perfectam morbi ſolutionem, vel permutationem, quæ adeò inſignis eſt, vt æger periculo vacet. Conſtat autem eam eſſe de qua loquitur in textu: *cum febris abit excreata materia quæ abſceſſum in pectore facit*. Hic ex mala interpretatione eius multi ſequuntur errores, quos detegere præſtat. Primus; non intelligit Hippocrates ergo vnquam per *iudicari malè iudicari*: quia ſi febris relinquit ægrum, non poteſt malè iudicari: at hoc intelligit Hippocrates vt dictum eſt. Et ſi febris non relinquat, non eſt criſis neque iudicatio, nec perfecta nec imperfecta: quia per criſim diſceſſum febris ipſe intelligit. Nec cum dicit *ſudauit aut vomuit* iudicatus eſt: hoc ipſum eſt priorum verborum expoſitio, ſed duo ſunt quæ proponit. Obijciunt quidam *ex ſecunda Aphoriſmorum. Quibus criſis futura eſt his nox difficilis ante criſim, quæ verò ſubſequitur lenior, vt in pluribus*: ſi criſis eſſet liberatio à febre, nox ſequens ſemper eſſet leuior, non vt in pluribus. Reſpondeo quòd hoc dictum eſt ob iudicia imperfecta, in quibus nox aliquando moleſtior eſt quæ ſubſequitur. Sufficiant duo exempla de Merone & Melidia, *ex Primo Epidemiorum*, in quorum primo fuit criſis imperfecta abſque recidiua, in ſecundo cum recidiua: & vtrique nox ſequens iudicium, fuit moleſtior antecedente, & tamen cum hoc ſeruati ſunt ambo In libris tamen quos iuuenis conſcripſit, per iudicationem intelligit certamen naturæ, cum morbo tam ad mortem quam ad ſalutem vt etiam Galenus intelligit. Sic in *ſecundo Epidemiorum* malæ iudicationes.

(*Coxa dextera*) Pars materiæ, quia craſſa non expelluntur per ſudoré, quæ remanſerat, cum non eſſet perfectè concocta, ad dexteram coxam tranſmiſſa eſt ſecundum regionem: dictum eſt enim Præcordium eleuabatur cum tumore, diſtentio non valde, & quod intelligebatur de dextro præcordio. Quieuit cito, quoniam materia erat ſatis concocta, & ideò natura eam reuocauit ad effluxionem. Cum enim materia benigna eſt, ad effluxionem reuocatur: Et ſi mala ad ſuppurationem. Si peior doreſcit, ſi peſſima intro redit. Eſt etiam quintus modus, qui quandoque bonus eſt, quandoque malus, & eſt permutatio aut deriuatio, nam ad nobiliora loca malus eſt, ad ignobiliora bonus. Et contingit repente, & eſt communiter deterior: & ſenſim, & eſt melior. Et ſimiliter de parotidibus hoc etiam ſupra demonſtratum eſt. Doluerunt autem, quia materia neque concocta erat, neque ad ſcirrhum tranſibat, ſed calida cum eſſet & in motu, dolorem pariebat. Expectanda igitur erat dies proxima iudicatoria.

catoria. Quod autem dixit *omnia intelligebat* : conſueuit Hippocrates cum aliquod ſymptoma graue adeſt dicere, vel perfectè iudicatus eſt : ſi velit ſignificare illius diſceſſum, vel ſi non poteſt vt hic, ob ſymptomata grauia quæ remanſerunt adijcere perfectè, adijcit liberationem à ſymptomate. Et ideò dicit omnia intelligebat: hoc plus eſt quam ſi dixiſſet, non delirauit. Hoc enim ſolum vitium ablatum eſſe ſignificabat, illud autem (*omnia intelligebat*) robur facultatis intellectus, & ſenſuum interiorum. Liquet autem rectè conſideranti, quòd hic liberatus eſt à febre in vigeſima, nec amplius redijt : à morbo tamen ſolum in quadrageſima. Et hoc illi contigit, quia materia extra venas erat & craſſa: & ideo non amplius computruit, Et eſt caſus mirabilis & ſingularis.

TEXTVS XLVI.

CIrca trigeſimam primam profluuium alui ex multis aquoſis, cum eiuſmodi quæ in dyſenteria prodire ſolent. Vrinas craſſas mingebat. Tubercula circa aures ſedata ſunt.

COMMENTARIVS.

Tribus aut quatuor diebus intermedijs materia fuit in via vt coqueretur, ſepararetur, emitteretur: nec perperam per aluum liquida; per vrinam craſſa expurgata ſunt: nam quæ vltra iecoris gibba ſunt, ſi craſſa ſint difficillimè reuocantur ad iecoris caua, per venas tam anguſtas. Solum ergo ichores ſanguinei dyſenteriæ ſpeciem trahentes per aluum expurgabantur, ideò dixit (*cum eiuſmodi quæ in dyſenteria prodire ſolent*) ideſt ramentis quibuſdam ſanguineis : nam quòd ad vrinas attinebat, purgabatur craſſa & minus ſanguinolenta: ea enim ſunt magis aluo familiaria. Verum de craſſis per vrinam educendis dicebat Galenus *Tertio prognoſticorum* : Sæpè enim iam dictum eſt vt humores corporis calidiores tenuioreſque paratiſſimi ſint ad excretionem : crudis verò & craſſis, aut per abſceſſum, aut per ſympepſim, ideſt per concoctionem natura medeatur. Porrò id ipſum vt per concoctionem medeatur, excretio quædam eſt, quæ ex vrina magna ex parte raro per aluum efficiatur. Dictum eſt autem & de hoc in præcedenti textu, vt liqueat craſſos humores velut crudos pituitoſos melancholicos facilius excerni per vrinas, non per aluum ob vias illas dictas in ſecundo libro; vt contra ſanguinea retrimenta tardò per vrinas, ſæpè per aluum excerni, vnde dyſenteriæ cruentæ. Cauſa vero huius eſt, quod ſanguis ad inteſtina venit ex gibba iecoris, quamuis locis anguſtis, per venas tamen ſemper ſcilicet gibbæ primum partis, inde cauæ, poſt Meſaræi : at per renes cum illos tranſierit, venas exit & in vreteras tranſit: quocirca neceſſe eſt iuxta Hippocratem, vt ſupputet. Hoc incommodum natura quoad poteſt refugiens (quippè quòd proximè ad morbum accedat) per aluum tranſmittit, etſi aliter ſemper pro morbo habendum eſt. Mictus ergo ſanguinis ſemper morboſus eſt, & cum periculo : ex vtero ſecundum naturam niſi alia ratione proueniat : E naribus familiaris, è reliquis partibus vt vomitu vel tuſſi reiectus, vel per aluum non morboſus neceſſariò, ſed periculo non vacat.

TEXTVS XLVII.

CIrca quadrageſimam oculum dexterum dolebat, obſcurius videbat. Reſtitutus eſt.

COMMENTARIVS.

Non dicit iudicatus, quia febris nulla redierat poſt vigeſimam diem : neque dicit quòd in quadrageſima, quoniam ſymptomata non adcò exactè ſeruant circuitum ſuum ſicut febres, propterea dixit reſtitutus eſt, ſcilicet à dolore oculi, & circa quadrageſimum. Quia ergo vrinas craſſas mingebat, tametſi illæ pro purgatione eſſent, contumacem tamen materiam oſtēdebant : vnde portio ſecundum directum, quia etſi laborauerit vtraque pars dextra, tamen magis affligebatur, ad oculum dextrum deriuata eſt, quæ ſucceſſu temporis ſponte euanuit, Et quia dixit *obſcurius videbat*, ſignum eſt impeditæ facultatis principalis, aut in cryſtalloïde, aut neruis concauis. Galenus *Primo in ſextum Epidemiorum com.* 24. dicit quòd eſt ſignum malum, intellige ſi ſit ſine dolore : nam cum dolore eſt minus malum, quia cauſa eſt manifeſta, & ſperandum eſt ſublato dolore reſtitutum iri, vt in Clazomenio. Vnde patet cum non videre in febre non intermittente ſit lethale, vt *Secunda Aphoriſmorum Text.* 49. hic autem fuit decretorium ſignum, tum quòd fuit ſine febre, tum quòd fuit vt dixi cum dolore, demum quòd fuit in vno oculo tantum. Vnde non videre vno oculo, ad morbum eſt referendum, non ad ſignum, & eſt longè minus malum, quam non videre abſolutè, & non eſt recurrendum ad id, *obſcurius videbat*; quia in hoc eadem eſt ratio totius & partis; non videre enim prorſus eſt ſignum vltimæ imbecillitatis, ita obſcurè videre eſt ſignum maximæ imbecillitatis, quoniam natura reſeruat quicquid reliquum eſt virium ad neceſſarias magis operationes, velut reſpirationem, motum arteriarum, & nobiliores vt videre, audire, intelligere, recordari.

Hic non eſt dubitandum de iudicatione Galeni ſeu termino morbi. Vult enim Hippocrates ex hoc quod dixit, *circa vigeſimam primam* circa quadrageſimam nos intelligere, quòd quemadmodum febres determinatis circuitibus vi prohibeantur, terminantur: ita alij morbi propè illos circuitus non ſemper exactè in illis. Propterea poſt vigeſimam diem quam cognouit, cum ſemper adiecerit etiam in vigeſima ſeptima, *περὶ δὲ* quod eſt *circa*, voluit nos intelligere, & ſi hæc in huiuſmodi diebus acciderint, fortuito eueniſſe cum ſufficeret vt propè.

TEXTVS XLVIII.

DRomeadæ vxorem quæ filiam pepererat, & alijs omnibus ſecundum rationem factis, ſecunda die rigor corripuit: febris acuta. Cœpit autem prima die dolere, circa præcordia faſtidioſa ac nauſeabunda, horrida, anxia, & ſequentibus non dormiuit. Spiritus, rarus, magnus, ſtatim reuulſus. Altera à rigore die, ſtercora ab aluo bene prodibant. Vrinæ craſſæ, albæ turbatæ: qualis fit ex his quæ ſubſiderunt, vbi multo tempore ſita, fuerit conturbata: non ſubſidebant: nocte non dormiuit. Tertia circa meridiem ſuperriguit. Febris acuta, Vrinæ ſimiles, præcordij dolor, faſtidioſa ac nauſeabunda, nox moleſta, non dormiuit. Sudauit per totum ſub frigida. Statim autem rurſus recalefacta eſt.

COMMENTARIVS.

Quaſi nullius momenti hiſtoriam egregios noſter expoſitor, illam totam intactam præterit, ſolùm de tribus nos admonet, de vrinis turbidis & oleaginis, de rara & magna ſpiratione, & de ſtilla ſanguinis. At primum videamus hiſtoriam; deinde quantum tria prædicta ſigna ſint lethalia. Non appoſuit vbi habitaret, quia nomen illud Dromeadis non adeò erat commune, vt hallucinari poſſet. Quod ergo inuaſerit rigor, conſequens eſt puerperarum febricitantium potrida febre, vt ſæpè dixi. Quod etiam filiam pepererit longiorem debere eſſe purgationem quæ tamen compreſſa eſt. *Febris acuta*, quoniam humores dum pareret præ agitatione & dolore à natura relicta, putruerunt ſecunda die: idem ſuperius in Epicratis vxore. Prima die ſcilicet febris, cœpit dolere circa præcordia, hoc repletionem ſignificat in venis Meſaræi, ſicut lumborum dolor in venis vltra gibbam iecoris, & ideo faſtidiebat cibum, *nauſeabunda, & anxia*. Omnia circa ventriculi os & imum, corruptorum humorum abundantiam indicabant: Sed & *horrida* quoniam humores crudos horror comitatur. Propterea etiam ſequentibus diebus non dormiuit, id eſt, die ſequenti & vſque ad tertiam: nam & in ſequenti à die ſecunda, & in ipſa tertia dicit *non dormiuit*, id eſt parum omninò vel nihil, cum triplici vtatur diſtinctione. Repetit febrem fuiſſe acutam, vt intelligeremus prorſus tertiam diem ſimilem fuiſſe primæ, vt etiam in reliquis. *Spiritus magnus & rarus* ob affectum cerebrum iam; ex conſenſu neruorum ſexti paris, & materiarum vapores aſcendentes ex inferioribus locis. *Statim reuulſus* id eſt cum ſuſpirijs, nam in ſuſpirijs reuelli ex imo ſpiritus videtur. Hoc maioris raritatis & magnitudinis apertum eſt indicium. Secunda die cum plena eſſent loca illa, quæ ad Meſaræum, necdum exuſta. Stercora ab aluo bene prodibant; vrinæ craſſæ, albæ, turbatæ, & reliqua eò tendunt, vt cruditatem maximam in primis vt dixi venis oſtenderent. *Nocte non dormiuit* id eſt minus quam in cæteris ſcilicet prorſus nihil. Hoc autem caliditatis vt dixi aut ſiccitatis, aut motus vehementis in humoribus indicium erat, qui cum cruditate magnum & longum morbum indicabant, ſi circa febrem acutam fuiſſet: nam huiuſmodi mulierem cauponæ vxorem, aliquando memini me ſeruaſſe ſomniferis & inedia, cum alter medicus ſtultus imperaſſet vigilias, nutriretque mulierem carne & ouis; At cum acuta febre mortis ſymptomaticæ ſignũ erat. Nam in huiuſmodi morbis cum malis crudis humoribus corpus abundat, & febris eſt acuta, mors ſequitur ſymptomatica & repentina, quia cũ viribus debilibus oppreſſio à materia repente iungitur. Tertia ad vnguem ſimilis fuit primæ. Sudauit, acceſſionis facta eſt ſolutio: erat enim ſemitertiana, ſed ſubfrigida, quia materia cruda abundabat. ſtatim autem rurſos calefacta eſt, ſcilicet à calore febrili continuæ febris, qui non potuit tempore ſudoris cum pori aperiuntur, calefacere cutim; & ita calor præter naturam, non poteſt calefacere ſudorem, ſi naturalis deficiat, quia non habet materiam pinguem quam reſoluat, ſed ſolum ichores: & ſi omnino diſſoluat humidum membrorum, mors ſtatim ſequitur. Ideo vana ſunt quæ Galenus affert de cauſis ſudoris frigidi in acutis. Cauſa enim eſt quoniam ſi calor naturalis deficiat, non reſoluitur niſi materia aquea: nam calor naturalis eſt in humido pingui, & meatus aperiuntur, & ingreditur aër frigidus. Quòd verò *Spiritus rarus & magnus* ſignificet delirium, magnam habet dubitationem, cum hæc mulier ab initio habuerit huiuſmodi ſpiritum, & ſolum delirauerit in Quinta, & circa meridiem. Si dicas parum, & vt ita dicam deliraſſe occultè, Quomodo id contingere poteſt, quòd

natura

natura obliuiſcatur officij ſui & tam neceſſarij, cum patiens adhuc optimè ratione valeat? Expectabam autem aliquid dignum à Galeno in tanto operè, quale eſt id de ſpirandi difficultate: et tantum abeſt, vt hoc agat, vt impudentiſſimè hanc hiſtoriam pro ſe commemoret, nulla difficultatis facta mentione, ſolum illi dicto innixus Hippocratis *Primo prognoſticorum cap. 5.* Si verò ſpiratur magnus, multóque interpoſito tempore delirium indicat. Non dicit præſens ſed futurum: at ille exiſtimauit protinus quod delirium eſſet cauſa ſpiritus magni, neſcio qua Dialectica. Ergo id oſtenditur in his quæ neceſſariò non tamen ſtatim ſe conſequuntur, non vnum ab altero procedere, vt ille falſo arbitratur, imò potius delirium præcederet raram & magnam ſpirationem cum illa delirium præcedat, ab eadem cauſa ambo procederent ſiccitate ſcilicet cerebri, cuius indicio ſunt vigiliæ.

TEXTVS XLIX.

QVarta die circa præcordia parum alleuata eſt capitis grauitas cum dolore: in ſoporem incidit: parum de naribus ſtillauit: lingua ſicca: ſiticuloſa, vrinæ tenues, oleoſæ: parum dormiuit. Quinta, ſiticuloſa: faſtidioſa. Vrinæ ſimiles; nihil ab aluo. Circa meridiem multum delirauit, & ſtatim rurſus parum reſipiſcebat: exurgens in ſoporem incidit: frigiditas parua: nocte dormiuit: delirauit.

COMMENTARIVS.

Laborabat hæc crudis multis humoribus cũ cerebri ſiccitate, vt demonſtratum eſt: nam alij etiam omnes, quos deliraſſe dicit, cum huiuſmodi ſpiratione vigilabant. Alleuata eſt circa præcordia materia ad cerebrum tendente: quod ſemper ſignum ſolutionem morbi ſignificat, bonam ſi inde pateat exitus, vt in Herophonte viſum eſt, vbi inquit; Splen minuebatur, ſed tumor ex illius regione & dolor crurum. Et item in Cleanactide; ſed ſanguis erupit. Hic cum non patuerit exitus, mortem ſignificauit. Ideo tranſmutatam materiam ad caput indicant verba illa: *capitis grauitas cum dolore, in ſoporem incidit, parum de naribus ſtillauit*, nec dixit meum, nam ſola paucitas ſufficit. Quæ ſequuntur omnia ad incrementum morbi pertinent, præter illud, *vrina oleoſa.* Dicit Galenus *tertio in tertium de morbis vulgaribus*, huiuſmodi vrinam ex obſeruatione quandoque à ſanis mingi abſque noxa, & febris vim oſtendere in febricitantibus, non tamen humorum malignitatem ſed cruditatem, ſi ſit valde diluti coloris pallidi; ſin autem ſaturi bilioſum calorem. Et ſi reliqua omnia ſint ſalubria breui iudicantur: ipſa verò neque ſalutis indicium eſt, neque lethalis admodum. Meminit & adoleſcentis Melibœæ, qui & ipſe oleaginam minxit vrinam & ipſe mortuus eſt. Fieri oleaginam vrinam haud dubium eſt ex colliquatione pinguedinis aut humorum, & circa renes quidem abſque noxa, in vniuerſo autem corpore à peſtilentibus febribus. *Parum dormiuit*, par erat vt dixi ſeu à ſiccitate; ſeu à prauitate humorum fieri rara & magna ſpiratio, vigilias ſubſequi. Inde in quinta omnia exacerbata ſunt, & fuerunt omnia ſimilia tertiæ diei præter rigorem, & quod ob vehementiam febris aluus nihil reddidit, tum primum delirare cœpit: reſipiſcebat ſtatim: vnde qualitas non fuit ſimplex, ſed à materia ibi contenta cruda: quamobrem & in ſoporem incidit, & dormiuit, & adfuit frigiditas. Quia enim dormiuit dixit, bene dormiſſe intelligendum eſt, quoniam & antea dixerit & non dormiuit, cum peruigil fuerit, & rurſus parum dormiuit.

Hic ergo rurſus ſermo repetendus eſt, quoniam id de rara ſpiratione eſt abſolutum: cur cum materiæ frigidæ omnia ſigna apparuerint, attamen ſtillauit ſanguis è naribus id eſt ex vtraque nare: ac rurſus de vrinis oleaginis dicebat Actuarius in *primo de indicijs vrinarum* duo eſſe ſpectanda ordinem & modum: nam aliquæ ſolum colorem olei proferunt, quædam ſpeciem illius, quædam ſunt prorſus vt oleum ipſum: & iuxta hoc etiam metiri magnitudinem caloris, nam quæ vltimo loco deſcriptæ ſunt, calorem colliquaſſe etiam ſolida oſtendit. Similiter & modum; nam quæ paulatim oleaginæ efficiuntur, colliquationem & hecticam ſignificare ſolent; quæ verò ſimul mictæ oleum referunt, à renibus ſe exonerantibus fiunt: dico etiam per motum cuiuſdam criſis ex alio membro & maximè renibus proximo contingere poſſunt veluti iecore: conſiderandum præterea iubet, quæ pars incaluerit aut totum; neque enim dubium eſt etiam modum caloris cauſam oſtendere. In peſtilentibus & deurentibus febribus à colliquatione ſolidorum fit, in lentis ac ſiccis ab hectica, in criſi autẽ exonerãte ſe natura. In libro etiam de vrinarum differentijs, vrinam oleacei coloris parum ab acuta differre contendit, ſed quæ ſubſtantia oleo perſimilis eſt facilè dignoſcitur. Quæ prorſus oleacea eſt, ad viridem dicit referri debere, ſed tamen tenuem eſſe. Eſt & aliud diſcrimen non leue, nam quædam oleoſæ vrinæ ſunt in ſuperficie tantum; quædam in circulo, & quædam in ipſa. At quæ in ſuperficie tales ſolum ſunt, plerumque vitio renum calidiorum fiunt: quæ verò in circulo materiam contentam in capite declarant: quæ in tota vrina in toto corpore.

Quòd vero attinet ad ſanguinis ſtillam, quod exitium portenderet, ſatis aptum eſt, & quod ex ambabus naribus effluxit: at cur effluxerit non adeo perſpicuum eſt, ſiquidem præcordia ambo doluerunt ab initio, & ideo tranſlata eſt materia ex vtroque latere. Natura autem inchoante opus & non perficiente, quantò melius eſt perfeciſſe & ſalutare, eò deterius ſi non perficiat. At cur emiſerit exiſtimandum, quoniam etſi pituitoſa cruda circa primas venas peccabant, ſanguineum tamen humorem etiam fuiſſe in venis eò quòd poſtmodum ceſſauere purgationes, merito cuius natura eam criſem (vt modo Galeni loquar) tentauit. Niſi quis vellet illa verba præcedentis Textus: *Et aliis omnibus ſecundum rationem factis*, interpretari quòd menſes fluerent. In vniuerſum ob calorem febrilem attenuata materia tentauit exitum natura. Solet enim in morbis qui ex retentione debitæ aut conſuetæ fluxionis ſanguinis accidunt, huiuſmodi aggredi.

TEXTVS L.

SExta mane ſuperriguit: Statim autem recalefacta eſt. Sudauit per totum. Extremitates frigidæ: delirauit. Spiritus magnus rarus: paulo poſt conuulſiones à capite cœperunt. Statim mortua eſt.

COMMENTARIVS.

Dixi *in libro Artis medendi* quem hoc anno euulgauimus, eis qui moriuntur ex acutis humores in atram bilem tranſire. Itaque *ſuperriguit* quaſi præter ordinē ſtatim recalefacta eſt ob vehementem putredinem. *Sudauit* dum crudi eſſent humores, ideò extremitates frigidæ fuerunt ob cauſas enarratas: *delirauit*, quoniam ſpiritus magnus & rarus, ſcilicet magis etiam quàm à principio. Si ergo tanta eſt materia & tanta intemperies in cerebro, vt natura cogatur vel obliuiſci, vel intermittere opus tam conſuetum & tam neceſſarium, quī fieri poteſt vt non ſequatur delirium, vt docebat Hippocrates, imo ex hoc etiam conuulſiones & mors. Propterea tales habentes magnam & raram ſpirationem, non ſolum delirant ſed poſtmodum moriuntur. Quòd ſi ex delirio ſequeretur huiuſmodi reſpiratio, quot ex leui febre in delirium incidunt, imo ex tertianis, qui tamen in ſpirandi hoc genus non incidunt? Nec Galeni reſponſio ſatisfacit: plurimi enim ſunt qui delirant, nec habent hanc reſpirationem, neque dolorem vllum in membris reſpirationis: ſed eſt talis reſpiratio ſignum delirij futuri propriè, nam quod prognoſticum eſſet, ſi foret indicium præſentis ſolum, & cum hoc malefici delirij, conuulſionis etiam ferme ſemper ac mortis. A capite cœperunt id eſt in anteriore parte & in facie, nam quæ in manibus vt plerúmque contingit, inchoant à ſpinali medulla, ortum habent non in capite neque à capite. Hæc ergo mulier ſemitertianæ ſpecie laborauit, non exquiſita, ſed vt ſuperius febres diuiſimus, continua tertiana, ſeu triteophia, cum cerebri imbecillitate tum innata, tum ex puerperio: Et materia collecta multa in cerebro; cum malo affectu ventriculi: & ideo mortua eſt morte ſymptomatica, & præuenit ob id per vnam diem.

Sed quærat iure merito aliquis, cur per totum ſudauerit, cum extremitates fuerint frigidæ? nam ſudor omnis fit à calore. Ego enim etiam in meipſo expertus ſum, quod ſudabant pedes frigidi valde, ſed etiam ſine morbo. Dicemus ergo quod quoties cutis eſt valde plena humore aqueo, perfrigerata ſudat, & calefacta non adeò: nam calor reſoluit in ſpiritum, illud humidum frigus verò conſtringendo exprimit, & hoc etiam experientia ipſa didici, & ita ſudor frigidus poteſt prouenire in calida particula, & in frigida, & in calida deterius eſt ſignum. Ex hoc etiam patet cur extrema & maximè pedes magis ſudent, quoniam ob laborem & locum decliuem copia humidi craſſi ob grauitatem ad illa deſcendit, vnde ob denſitatem incaleſcit, & conuertitur in ſudorē, ideò talis ſudor ſignificat repletionē crudi & ſeroſi humoris, & prouocat exercitationem partium earum, & alleuiat corpus.

TEXTVS LI.

HOmo quidam calefactus cænauit, & bibit amplius. Vomuit omnia noctu: febris acuta. Præcordij dextri dolor, inflammatio ſubmollis in externa parte, noctem moleſte tulit. Vrinæ ab initio rubræ, craſſæ, depoſitæ non ſubſidebant, lingua ſicca: non valde ſiticuloſus. Quarta febris acuta. Dolores omnium.

COMMENTARIVS.

Hic nihil habemus in tam pulchra hiſtoria à Galeno, niſi quòd quamuis morbus leuiſſimus videatur, cibus & potus intempeſtiuè ſumptus mortem parere poteſt. Hoc iam in alio exemplo ſuperius habuiſtis: at hic extra propoſitum adductum videtur, quandoquidem vomuerit cuncta. At ex largo potu aliqualiter læſum fuiſſe exiſtimandum eſt, interiſſe ob hoc abſurdum. *Febris acuta.* Diceris quomodo cognouit febrem acutam ab initio? iſtud eſt conſideratione dignum, quod ad prædictionem & curam maximè pertinet. Id cognoſcebat Hippocrates maximè ex quatuor

quatuor ſignis : primum à calore mordaci valde, hoc tamen ſignum etſi ſit inſeparabile, non tamen eſt proprium. Secundum eſt ab vrina, quæ eſt mali coloris aliquo modo : nam in Ephemera eſt boni coloris omnino, & in intermittentibus etiam nihil habet viride, nec liuidum in circulo, nec nigrum. Omnis autem continua neceſſario habet circulum mali coloris, hoc tamen non declarauit Hippocrates, ſed ſcitote illius mentem : omnis vrina mala declarat febrem acutam, ſed non omnis febris acuta habet vrinam malam, quia ſæpius vidiſtis quod in acuta febre perſeuerauit vrina bona. Tertium eſt à malis ſymptomatibus, dolore lumborum, capitis, colli, ariditate linguæ, ſiti, vigilia, excrementis liquidis bilioſis. Quartum à permutatione veloci, quia vt dictum eſt in acuta, motus eſt velox. Et licet in Tertiana ſit etiam permutatio velox : calor tamen non eſt adeò acris : ita vt cum potum dederis cutis humectetur, adeſt vomitus & ſudor, plerumque & oris amaritudo, quæ non adſunt in acuta in principio. Rigor etiam eſt communis vtrique : ideò cum videris rigorem in febre valida & cuius calor ſit mordax, vide an ſint ſigna tertianæ, aliter eſt acuta. In hac ergo palam eſt quod fuit acuta, quia incœpit à leni calore, ergo non potuit eſſe tertiana. Et aderant malæ vrinæ, calor acris, præcordij dolor & inflammatio ſubmollis, ex interna parte dicit Cornarius *φλεγμὸν ὑπολάπαρος ἐκ τῦ ἔσω μέρος*. In alio Cruſerij codice externa parte Codex Græcus habet *ἔξω*, quod eſt extra loco *ἔσω* quod eſt intra. Credendum eſt exterius debere legi, quoniam fruſtra adiectum eſſet quod erat in quæſtione. *Lingua ſicca.* Et ideo fuit febris hæc peſtilens vt liquet ex ſignis omnibus . . . *Quarta febris acuta, dolores omnium.* Voluit nos ſcire, quod omnia manſerunt vſque ad diem indicantem in eodem ſtatu. Ex quo apparet, quod non debuit mori in ſeptima, Vrinæ ergo fuerunt ab initio craſſæ & rubræ, non ſubſidebant. Iam declaraui ſuperius, quod ſigna lethalia apparent ab initio, & ita ſigna valde mala, ſi ab initio appareant lethalia redduntur : non ergo in quinta die primum, ſed ab ipſa prima die apparuit morbus lethalis, ex vrina craſſa, rubra & turbida, quæ indicabat calorem præternaturalem iam miſcere omnia, at hoc contingere non poteſt niſi febris ſit peſtilens : & ex abſceſſu è regione iecoris maligno, natura ab initio propellente materiam ad cutim. Et ideo cum cibus euomitur ab initio morbi, indicat vel febrem intermittentem, vel venenum, vel febrem peſtilentem : quoniam non eſt proprium febris, vt quis euomat cibum, niſi materia ſit circa os ventriculi : at hoc ſolet contingere in febribus propriè intermittentibus. Erat & tertium ſignum lethale valde ab initio, vt dixi, *lingua ſicca* : quod non conuenit niſi

peſtilentibus febribus, quantò lethalius cum hoc non ſiticuloſum eſſe ?

TEXTVS LII.

QVinta minxit leue, oleoſum, multum : febris acuta. Sexta veſperi multum delirauit : nec nocte dormiuit. Septima omnia exacerbata ſunt, Vrinæ ſimiles : ſermones multi, continere ſe non potuit : ab aluo cum irritatione prodierunt liquida turbata, cum lumbricis. Nox laborioſa.

COMMENTARIVS.

Oleoſum multum aliqui ex codicibus Græcis, aliis non impreſſis legunt *non multum*. Ego malui ſeruare vulgatos codices & lectionem, quandoquidem vtrumque legi poſſit, vel ſi de colore ſolo intelligatur *multum* : ſin de ſubſtantia, legere oportet *non multum*, aliter fuiſſet decretoria ad ſalutem vel ad mortem, loquendo more Galeni. Hoc autem eſt quartum ſignum febris peſtilentis, quia vt dictum eſt proprium earum eſt, vt colliquent ſolida vt ſuperius viſum eſt. Erat in animo ſcribere contradictionem de hoc, in dictis Galeni, quia *Tertio in Tertium* dixit non eſſe malum ſignum, & hic vult quòd ſit lethale ſignum. Ita me Dij iuuent, vt hominem hunc natum ad confundendum omnia exiſtimem ; vbi enim vrinam oleaginam, lethalem eſſe toto genere ſuo demonſtrauit? at aliqua eſt ? Quæ ? Quando ? Quomodo ? vt tandem dicamus cum Poëta:

At veſtri proaui Galeni dicta probarunt
Scriptaque tot nugis : nimium patienter vtrumque
Ne dicam ſtulte, mirati.

Nec auctor ille vrinarum cum diſtinguat eas clarius in elæochroas ideſt olei colorem præferentes: Elæophanes ſpeciem habentes olei, & Elæodes quæ oleum ipſum vndequaque referunt, cum diſſolutionem pinguedinis in prima, carnis in ſecunda, & ſolidorum in tertia, oſtendere affirmet, lethales eſſe dicit. In morbo ergo acuto ſi non confertim prodeat peſtilentem indicat, & adducit illud ex *ſeptima Aphoriſmorum*: Quibus inſidens pingue ac ſimul totum, iis renum vitium acutum ſignificatur. *In ſexta delirauit multum* ; hoc eſt ſignum malum & peſtilens, non tamen proprium, ſed potius phreniticum ; vigiliæ autem ſunt magis propriæ peſtilenti, vt affirmat Pharneſius, quanquam eſſet longa diſputatio de hoc, nam acutis ſunt familiares : in non acutis non poteſt eſſe peſtilen-

tes. Verùm vigiliæ præter modum febris phreniticæ ſunt, & peſtilentes febres noſtræ tempeſtatis quæ ſunt cum exanthematibus illis rubris phrenitidem patiunt, ideo ſunt ſignum non ex intento, quamuis ſatis familiare. In ſeptima apparuit ſignum phrenitidis veræ, confirmato delirio, cum vellet omnino ſurgere. Inde quintum ſignum proprium & ſextum, liquida excrementa turbata, vt etiam Decimo ad Almanſorem, & lumbrici. Vt enim dicebat Alexander Trallianus, *lib.* 12. *c.* 2. *vbi putredo ibi animalium generatio*: quamuis ipſe videatur ſentire illam in venis non poſſe fieri, ſed ſolum in ventre. Hoc vnum ſatis eſt vermes in peſtilentibus, & experimento & ratione docente, plurimos ac maximè generari. Non dixi an viui an mortui. *In ſecundo Prognoſticorum text.* 18. inquit. *At lumbricos teretes vna cum morbo ad iudicationem tendente, cum deiectionibus deſcendere idoneum eſt.* Galenus *Tertio de victu in Acutis* dicit, lumbricos helminthes, qui ſolent ab inteſtinis ad ventriculum aſcendere, vires reddere imbecilles. Eiuſmodi dixit *Tertia Aphoriſmorum* generari ex imbecilli coctione. Rhodiginus putat ἑλμίνθων nomen eſſe commune lumbricis omnibus, vt idem Græcè ſonet, quod Latinè lumbricis: ſed ſpecies eſt, non genus, rotundorum. *Nox laborioſa* cum auferat beneficium exhalationis.

TEXTVS LIII.

MAne riguit: febris acuta. Sudauit calidum: A febre liber eſſe viſus eſt, non multum dormiuit. A ſomno frigiditas, ſputatio. Veſperi multum delirauit. Paulo poſt vomuit nigra, pauca, bilioſa. Nona, frigiditas: multum delirabat, non dormiuit. Decima, crura dolebat. Omnia exacerbata ſunt, delirauit. Vndecima mortuus eſt.

COMMENTARIVS.

Indignabuntur imperiti, quòd tam apertè laceſſam Galenum ſuum: dico auctorem explendæ ambitionis & auaritiæ ſuæ, vt nonnunquam Romanos & Turcas probare cogat, quod à medicis prorſus abſtinuerint. Ille maledixit de veteribus, corrupit bene inuenta, aliena ſibi tribuit, oſcitanter tractauit neceſſaria & ſcitu digna. Omitto modò quod tot admiſerit errores. Itaque ne mihi vitio vertatur hoc, nemo magis fuit illius admirator, donec deprehendi fucum factum poſteritati, impoſtorem maximum fuiſſe. In hac primum ſententia fuit Princeps, poſt Auerroes, noſtra ætate Veſalius, inde plures alij, cumque his Braſauolus; omnes velut contra tyrannum muſſant, nemo audet vera proferre: ſit tandem locus veritati. Vnde illi tanta gloria? Quid hic affert niſi ſuos illos dies Iudicatorios, quorum cauſam ne nouit (vt alias ſæpe docui) quidem: Et ſi veræ millies eſſent, quid medico vtilitatis afferunt. Sed afferant: quorſum tam pulchram & vtilem contemplationem relinquere, vt de diebus creticis agamus. Pereat, ſanetur modo in decima vel vndecima, vt ille dicebat, de morbo, cauſa morbi, ſymptomatibus, auxiliiſque ſi qua ſunt agamus: numquid nos vocarunt vt diſceptemus, an vigeſima dies potior ſit vigeſima prima. Itaque octaua riguit febris acuta, iam ad pares dies acceſſionibus conuerſis: ſudauit calidum & à febre liber viſus eſt eſſe. Hoc proprium peſtilentis febris, vt videas paucos illorum, qui non multum ante mortem bene ſe habere videantur, natura propellente materias febris communis, ac ſi quis venenum ſumpſiſſet, à quo vel cum quo tertiana excitaretur, ſolui contingeret tertianam, videretur (hoc enim vocabulo rectè vſus eſt) alleuari, & tamen ad mortem tenderet. *Non multum dormiuit*, infidæ pugnæ & alleuiationis ſignum. *A ſomno frigiditas*. In quo morbo ſomnus laborem facit lethale, quantò magis pugna peracta. *Sputatio*. Iſtud per accidens vt dicunt, non ex intento morbi fuit, colliquata materia aliqua quæ erat in cerebro. *Veſperi multum delirauit*: iam hoc erat ſignum appropinquantis mortis, cum potius alleuari tum debuiſſet. Paulo poſt; *vomuit nigra, pauca, bilioſa*. Robuſtus erat hic vir, aliter ſignificabatur mors in ſequentem diem, vt *Quarta Aphoriſmorum*. Erant *pauca*: rarò enim talia, & maximè in fine morborum, cum vires ſunt inualidæ, magna quantitate excernuntur. Non tamen indicabant mortem ſequenti die omnino, quia nigra multum differunt ab atra bile, vt in *libro de Atra bile cap.* 3. Sed & hæc ſputionem illam, quæ præceſſerat efficere potuerunt, nam ante vomitum ſæpe copia ſputi abundat, Et copiam ſputi repleto ventriculo vomitus comitari ſolet. Sed cum dixit *bilioſa*, intelligit neque compacta, nec lenta, ſed ad minima diuiſa, qualis eſſe bilis ſolet. Nona die affuerunt omnia ſigna mala: & *vigilia* & *delirium*, & vigilia partim cauſæ euertendi vires, partim ſigna iam euerſarum. Decima *crura dolebat*: hoc ſignum niſi affuiſſet, reliqua & præcedentia omnino non fuiſſent lethalia: poterat ad bonum interpretari, ſed addit *omnia exacerbata ſunt, delirauit*. Vnde ſcitu dignum eſt, dolores hos quandoque conualituris accidere, quanquam morituris. Sed in conualituris quieſcunt, mente valent, & dolor certam partem occupat, velut ſi abſceſſum materia factura ſit: at in morituris dolor is accidit per totum membrum cum laſſitudine, & vigilant nihilominus, & delirant. Dolent autem non deriuata ad locum materia peccante, ſed velut in delaſſatis, &

perſæ

perſæpe ſiccato humido proprio membrorum, qui modus eſt antecedens quoddam ad tentionem illam, quæ à ſiccitate accidere ſolet. Cur autem diſtulerit mortem ad vndecimam vſque cum tot ſignis lethalibus, dictum eſt ſi bene meminiſti, quòd vel moriuntur in ſymptomate vt Dromeadæ vxor, nec eſt neceſſe vt moriatur in die iudicatorio : vel in acceſſione ipſa, velut illa quæ periit in ſeptima, ex abortu quinto menſe facto, *Tertio Epidemiorum* in Primis ægris : aut inter duas acceſſiones vt in compoſitis febribus, velut Eraſinus: vel in die iudicatoria, quotieſcunque nullum prædictorum adſit vt in hoc viro. Animaduertendum eſt ergo hunc virum ab initio laboraſſe anthrace cum febre peſtilenti, inde materiam illam ad cerebrum tranſlatam, fuiſſeque factum phreniticum non modo Galeni ſed Hippocratis. Et tamen non adfuit cum tanto delirio, & tam longo : incæpit enim in ſexta ſpiratio rara & magna, quia materia erat in membris inferioribus, & vehementia febris traducta fuit ad cerebrum ; poſſumus etiam dicere quod obierit in vndecimo, ratione conſtitutionis. Sed longius deducere hoc oporteret, quia Hippocrates antea loquutus eſt, de ſanandis in conſtitutione.

TEXTVS LIV.

MVlierem quæ decumbebat in littore, trimeſtri fætu grauidam, febris vehemens corripuit, ſtatímque lumbos dolere cœpit. Tertia, dolor colli, capitis ſecundum clauiculam, & manom dexteram. Statim lingua voce deſtituta eſt: dextra manus reſoluta eſt cum conuulſione, velut his, qui aliqua ſiderantur parte, contingere ſolet. Delirabat penitus : noctem moleſte tulit, non dormiuit : aluus turbata eſt, ex bilioſis meris paucis, Quarta die lingua voce ſoluta eſt. Conuulſiones eorundem : dolores omnium permanebant. Iuxta præcordia tumor cum dolore, non dormiebat, penitus delirabat : aluus turbata. Vrinæ tenues, non boni coloris.

COMMENTARIVS.

Centies dixi iam vehementem febrim ſanguineam eſſe, in qua dolor capitis, & colli, & lumborum, aut ſaltem alicuius horum præcedit, alia in qua laſſitudo. Acceſſit & ſymptoma graue ex repletione partium ſuperiorum; vt enim in lebete cum feruet, immodica fumi quantitas ad ſuperiora defertur, ita ex repletione in partibus inferioribus, per lomborum dolorem ſignificata, indoluit caput collum & pars tenuior, deſcendit ad linguam, & alia ad manum dextram, vnde ſimul conuulſa eſt cum reſolutione : pars etiam in cerebro craſſior retenta, delirium & vigilias peperit. Natura etiam partem ad inteſtina delegauit, quærens ſe exonerare, & pauca bilioſa mera deiecit : vnde triplex lethale ſignum. Primum quia mera bilioſa excernebantur ab initio : Secundum quia dicebat in *Quinta Aphoriſmorum* 29. *Mulierem vtero gerentem capi ab aliquo morbo acuto lethale eſt*. Hæc verò febre illa vehementi quam ignem vocant. Eſt aliud ibi dictum. *Quæcunque vtero gerentes à febribus corripiuntur, & vehementer caleſiunt ſine occaſione manifeſta, difficulter pariunt, aut cum periculo, aut abortum facientes periclitantur*. Quæ verò profuerunt illi, ne omnino periclitaretur, non fuit menſis, qui à Galeno neſcio quo infortunio adducitur in commento præter propoſitum, ex *Quarta Aphoriſmorum*: miratur etiam quòd ætatem non docuerit, Hippocrates intelligit ſemper conſiſtentem : ſed alia eſt in mulieribus ab ea, quæ in viris. Quod etiam docuit Plato, dum primum viros nuptijs aptos docet à trigeſimo anno ad trigeſimum-quintum, mulieres autem à ſextodecimo ad vigeſimum vſque. Quo fit vt duobus circuitibus celerius conſiſtat mulier, quam vir; annis ſiquidem quatuordecim. Et vt ætatem virorum conſiſtere docuimus à trigeſimo anno ad quadrageſimum; ita mulieris filios ferentis à vigeſimo ad trigeſimum vſque, velle autem ſubtilius inquirere, ſolertiæ eſt iſtorum medicorum Galenicorum : mihi ſatis eſt, mulierem hanc egiſſe annum à vigeſimo ad vigeſimum, paulo plus aut minus, idque ſuffeciſſe Hippocrati, quandoquidem etiam ſi ætatem docuiſſet exactiſſimè, maiorem reliquiſſet dubitationem : nam bilioſæ vſque à decimo-octauo conſiſtere incipiunt, nec vltra trigeſimum procedunt pituitoſæ atque ſanguineæ, neque à vigeſimo forſan & vſque ad trigeſimum quintum extenduntur : aliæ à vigeſimo quarto & penè ad quadrageſimum. Melancholico autem temperamento ſerius ad vigorem perueniunt, vtpote vix vigeſimo ſecundo anno aut vigeſimoquarto, nec attingunt trigeſimum. Talia conſiderare diligentius ex vniuerſali methodo ſapientis eſt atque prudentis, ſcribere autem nugas amantis. Sicut etiam cum hic Galenus fruſtra ſe diffundit de cibandi ratione, de qua ne verbum quidem Hippocrates fecit, quaſi deeſſent difficultates ex litera declarandæ. Tertium igitur lethale ſignum fuit reſolutio, cum conuulſione etiam præcipuè ab initio. Viſum eſt de hoc *ſexta Aphoriſmorum*, & differentia inter conuulſionem, diſtentionem & reſolutionem. At nunc non pigebit breuiter (& eò magis quòd etiam melius) iſta attingere.

Nec quis vt in Galeno hoc reformidet, ſi

qua videbuntur in noſtris ſcripis eſſe contraria, quod etiam alias admonui ad hæc vltima traducere: nam priora dum Galenum aut errantem ſequerer, aut nondum perfectè conſtitutis principiis, conſcripſi. Igitur diſtentio fit muſculis aut ſiccatis aut plenis, & in latitudinem diſtentis, & ob id ſecundum longitudinem contractis, aut morſu quodam reuulſis verſus principia non in neruis. Conuulſio autem ex cerebro eiſdem ex cauſis, ſed morſo potius ac vapore neruorum initia vellicante. Reſolutio autem materia tenui intra neruos ex cerebro demiſſa, non in muſculos vt in conuulſione. Differunt ergo diſtentio & conuulſio, quia in diſtentione materia peccat, aut flatus in muſculis, in conuulſione neruus & vapor aut morſus: ſtabilis eſt diſtentio, conuulſio ſemper fit & eſt cum motu, diſtentio cum quiete. Reſolutio eſt in neruo & in ſubſtantia, diſtentio in muſculi partibus vacuis.

Reſolutio cum fiat ex materia, & ſine motu: conuulſio fit omnis à quodam morſu, & cum motu eſt. At conuulſio in cerebro ſemper manet, vnde conuulſi rationis non ſunt compotes, reſolutio liberato cerebro morbus eſt in neruo. Subiectum reſolutionis neruus, conuulſionis cerebrum, diſtentionis muſculus. Repleto cerebro fit conuulſio ſimul ac reſolutio. Ex conuulſione etiam fit reſolutio, ſi vapor concreſcat. Ex quo patet quod in diſtentione ignis in ſpina dorſi liberat, quia prohibet cerebrum lædi, non in conuulſione. In hac ergo laborabat cerebrum, ſecundum clauiculam, ideſt iuxta collum etiam & humerum vt apud Veſalium *lib*. 1. *cap*. 22. per totum enim brachium extendi dolorem intelligi voluit. Non poterat hic morbus quartam diem ſuperare, quin periret; vnicum erat auxilium, vt materia eſſet tenuis & flatuoſa: Ideo in quarta ſoluta eſt lingua & reſtituta, reliqua non ita: materia enim fuit craſſior, cœpit tamen rurſum materia ad inferiora deriuari, præcordia enim inflata ſunt cum dolore.

TEXTVS LV.

QVinta, febris acuta: præcordij dolor: plane delirabat: ſeceſſus bilioſi, ad noctem ſudauit, à febre libera. Sexta, reſipiſcebat. Ab omnibus alleuata eſt. Verum circa ſiniſtram clauiculam dolor permanebat: ſiticuloſa. Vrinæ tenues: non dormiuit. Septima tremor, in ſoporem incidit, parum delirauit: dolores iuxta clauiculam & ſiniſtrum brachium permanſerunt. Reliqua alleuata ſunt, omnia intelligebat.

COMMENTARIVS.

Ita me dij ſeruent, vt Galenus oſtendit, quàm parum hic in exponendo valeret, qui nullius eorum quæ hic ſcribuntur rationem adducere audet. Sed omnia aduerſum principia ſua dicit. Equidem eo vſque fuere principij ſigna & ſymptomata, vrinæ tenues, non boni coloris, vigiliæ, delirium, aluus turbata, conuulſio, reſolutio, dolores. At in quinta ſucceſſit febris acuta, quam dixi continentem ſubſequi neceſſariò, ſi non erumpat ſanguis, aut ſit ex paracmaſticarum genere. In quinta ergo cum acuta febris inuaſiſſet, rurſus per ſudorem ſoluta eſt, ſed non liberata, quoniam vt dixi duæ erant materiæ, tenuis quæ euanuit, & craſſa: Ideo recidiuam expectare oportebat, quæ in vndecima die aduenit.

Fuit ergo radix ſalutis, quod materiæ maxima pars ad cerebrum tranſlata eſt, & ipſum rurſus ſe exonerauit, aliter perijſſet. Iudicio eſt, quod dicit: *dolores iuxta clauiculam & ſiniſtrum brachium permanſerunt, reliqua alleuata ſunt: omnia intelligebat.*

Hic ergo tria ſunt conſideranda, ſine quibus locus non poſſet intelligi: Primum quod cum morbi duo ſimul incipiunt, & grauior non eſt lethalis, neque alter redditur lethalis, velut hic incœpit affectus neruorum, & capitis delirium, licet delirium aliquanto poſt, in principio tamen & ante quartam diem, & non fuit lethalis, quia natura ſe exonerauit ad neruos, & delirium ceſſauit poſtmodum: febris quoque ſimul incœpit, ideò nec ipſa potuit eſſe lethalis. Eſt enim huiuſmodi morbus exoneratio quædam naturæ oppreſſæ vt liquet: ſecundum quòd hic morbus ſemper fuit abſque putredine, niſi in quinta: ſed natura præualuit, quoniam quod putruerat, caſu & non per ſe putruerat, ex materia quæ in ventriculo erat contenta. Tertium quod febris hæc fuit ex genere ephemeræ à cruditate, & materia erat contenta in ventriculo, & in tunicis eius ac meſaræo: ideò dixit: *Iuxta præcordia tumor cum dolore.* Et rurſus *præcordij dolor.* Mouebatur autem materia à meſaræo & venis inferioribus ad ventriculum, vt exonerarent: & quia vtero gerebat, & ſanguis ob id abundabat, iuxta naturalem conſequentiam ſanguis etiam totus, & vapores ex partibus circa ventriculum ad cerebrum deferebantur: Et hos motus conſequuta fuit febris ſanguinea, ſimilis ephemeræ, & ideò cum motus diutius perſeueraret, inflammato ſanguine pars parua computruit, quæ ſudore expulſa eſt à natura intra viginti quatuor horas. Hic ergo omnia patent niſi illud de vrinis, & hoc fatigat Galenum: ſed tria ſunt conſideranda; febris, genus morbi, & natura ægrotantis: Febris ſanguinea erat, quæ nihil habet cum vrina vt neque ephemera: donec enim ſanguis aut humor non putreſcit, nulla eſt cruditas in vrina, nec coctio vt nec in humore.

Coctio

Coctio enim vrinæ & cruditas pendent à coctione & cruditate humoris, & coctio & cruditas humoris pendent à putredine. Quòd ad morbum etiam attinet, non erat in venis ſed extra, ideò non poterant ſignificare vrinæ ſupra morbum, neque morbus commutare vrinas. Qualitas etiam patientis cum vtero gereret, efficit vt huiuſmodi vrinæ ſint crudæ & fœdæ, nam vrinæ prægnantium ferme ſemper recipiunt aliquid corruptorum illarum ſuperfluorumque humorum, vnde rarò bonæ ſunt.

Reliquum eſt de tremore: Et hic fuit motus materiæ, & expulſio ex cerebro ad principia neruorum, atque in hoc ex euaporatione factus eſt ſopor & delirium: ſed quia iam ſudor prodierat, & motus ille inferiorum partium erat leuior, & natura magis ei aſſueuerat, ſolum manſerunt dolores, reſoluta etiam parte quæ in neruis & in eorum origine erat, & tranſmutaro reſiduo ad muſculos. Et iſta fuit cauſa alleuiationis. Dices forſan quid afferebant interim vrinæ illæ tenues, non boni coloris? Dico quòd natura impedita circa materiam in præcordiis, & reliquias quæ remanſerant in cerebro, non poterat concoquere vrinas, neque in colore neque in contentis: ſed neque interim febris ex toto ſublata eſt, licet dicat à febre libera: tum quia non dixit iudicata eſt, tum quia in vndecima dicit, tres dies à febre libera manſit: nam ſi quinta liberata eſt, & ad vndecimam vſque talis permanſiſſet, dixiſſet quinque dies libera à febre manſit. Sed & toto eodem tempore, quoniam febris non aderat, nec fuerat febris putrida niſi in quinta die, & nil aliud ſubijcit de vrina, exiſtimandum eſt illam crudam ſemper fuiſſe: ſcilicet tenuem & mali coloris. In vniuerſum ergo hæc mulier cum tot grauibus ſymptomatibus, & quæ medicum parum oculatum perterrere potuiſſet, non fuit in periculo vitæ niſi in quinta die, ſed natura cito illi ſubuenit. Fuit autem in periculo abortus, ex quo aliquæ ſubleuantur: deſinente priore morbo, plures moriuntur.

TEXTVS LVI.

TRes dies à febre libera manſit. Vndecima reuerſa eſt, ſuperriguit, febris vehemens corripuit. Circa decimam-quartam vomuit bilioſa, flaua ſatis multa: ſudauit. A febre libera iudicata eſt.

COMMENTARIVS.

Cur hic dixit libera iudicata eſt, planum ex ſuperioribus puto, cur antea cum tribus diebus ſine febre manſerit, non dixerit iudicata eſt: forſan dignum eſt dubitatione. Verùm cum in quinta ſudauerit & liberata ſit à febre, ſed in ſeptima tremuerit nec in quinta iudicata dici potuit, quæ diu febre non caruerit: nec in ſeptima, cum non tum primum caruerit febre; reliquum eſt igitur vt intermiſerit ſolum. Sed ad vtiliora procedamus, *vndecima reuerſa* eſt: dixi antea febres redire conſueſſe diebus iudicatorijs. Et huiuſmodi exemplum ſuperius vidimus, *Superriguit febris vehemens*, non dicit acuta, quoniam exiſtimat materiam potius motu accendere febrem, quam putredine: nam cum dixit vrinæ tenues in ſexta præſupponit ſolum in colore mutatas, & fuiſſe boni coloris. Non enim credit, quod ſi febris fuiſſet putrida, quòd potuiſſet ſeruari niſi cum vrina concocta. Intereſt enim illud diſcriminis, vt ab initio morbi abſque bonis vrinis indicari poſſint, ob repetitas purgationes per ſudores aut aluum; at vnica purgatione ſolui morbum, qui ex putrida materia fiat, abſque vrinis concoctis difficile eſt: nō enim integra vna expulſione ſolui poteſt morbus, niſi etiã integrè materia expellatur; at materia quomodo integrè expelli poterit niſi etiam perfectè fuerit concocta? At quomodo concocta integrè etiam poterit, niſi natura prorſus dominante, adeò vt etiam vacare cibi concoctioni poſſit.

Circa decimam-quartam. Non dixit in ipſa; quandóque enim paululum antecedit, vel ob acceſſionem vel motus aſtrorum. Res enim naturales non perfectis circuitibus conſtant, nec diebus integris numerantur, dicebat Hippocrates: nec annus nec menſis: verno tempore omnia pullulant, non tamen æquinoctij die ſed propè. Et circa caniculæ ortum, non in ipſo ortu Eteſiæ ſpirare incipiunt: Et puer pubeſcit circa quartum decimum annum, non in quarto-decimo anno: quantò minus ergo in diebus hunc exactum numerum exigere debemus. An quia hoc idem in aſtris contingat, vt propè metam quandam & retroceſſus, & circuitus, & coitus fiant illorum, nullius autem ad vnguem exacta norma ſtruetur? idque defendi poteſt: an quoniam operationes ſingulæ ex quibus aliqua fiunt tot dies exigant, qui cumulati eandem menſuram exhibeant, ſed non ad vnguem ob fragmenta maiora aut minora: tum maximè quòd vno nondum abſoluto opere, reliquum natura inchoet. Cum autem dixit *biliosa flaua ſatis multa*, materiam indicauit, quæ morbum fecerat; non malam, ſed naturalem, quaſi & liberationem naturæ ac robur eius. In expulſionibus enim materiarum benignarum, illud inſpicere oportet, quoniam ſi copioſa ſit, & materia ipſa non valde praua, nec vires labefactantur, ſignum eſt & effectus bonus, multitudo ipſa. Signum roboris virium & effectus primus, quoniam alleuiat morbum. Sed etſi materia non ſit bona, modo conſtent vires, bonum erit. Sufficiet ergo multitudo materiæ, & vt alleuiet æger, & bene ferat, Quòd ſi cum his æger non alleuietur

alienietur periculum eſt ingens, quia ſignificatur plus ſupereſſe quàm eductum ſit: ideò licet vires non deciderint, timendum tamen eſt, cum quod relinquitur plerumque deterius ſit, & natura à ſymptomatibus & morbo, & auxilijs deterius interim habeat, ne decidant. In vniuerſum ergo quoad capita reducitur ad id Hippocratis *prima Aphoriſm.* 25. *Si qualia oportet purgari purgentur, confert & bene ferunt.* Imo melius purgatio bona eſt, quæ id fert, & quam æger facilè fert. His duobus ſpecialius addũtur ſi multa ſint, iã enim expreſſio cauſæ habetur: *& non mala*; id eſt natura, vt atra bilis, tempore vt cruda, modo vt mera. Dicet in quo ergo differunt mala à bonis, ſi tres cõditiones ſeruẽtur, vt ſint multa & conſtantibus viribus, & æger alleuietur. Et ſimiliter etiam ſi pauca eſſent modo prodeſſent. Dicimus multa eſſe ſine ſuſpicione, pauca non ſunt ſine ſuſpicione, cum morbus eſt magnus, ne pars in corpore reſideat. Multa etiam fidem faciunt robuſtarum virium, pauca non, etiam quòd vires non debilitentur. Materia quoque mala, tametſi vires maneant, offenſas tamen generant: velut ſi per aluum ſequuntur dyſenteriæ, ſi per ventriculum appetitus deiectiones. Et in vniuerſum, ſi ſimus à materiæ periculo liberi, timendum tamen eſt ab intemperie, quæ talem humorem generare potuit, vnde ex leui errore quandoque etiam pereunt. Vtrinque ergo & poſt gibbam iecoris & ante, vt plerumque ſolet, quia febres vndique humores corrumpunt, cum materia peccauerit, vtrinque etiam natura eam propulſauit.

TEXTVS LVII.

MEledix, quæ decumbebat iuxta Iunonis templum, capitis & colli & pectoris dolor magnus cœpit. Statim autem febris acuta corripuit. Menſes pauci apparebant. Dolores omnium horum continui. Sexta die, ſoporoſa, anxia, horrida: rubor in maxilla: parum delirauit.

COMMENTARIVS.

Hæc laborauit febre ſanguinea putrida, ideò à potentiori indixit nomen, non vehementem ſed acutam appellans. Fuerunt indicia magnæ repletionis, ſemper autem vt dixi euacuatio non malorum valde ab initio bona eſt: vt in hac, *menſes pauci apparebant.* Fuit etiam vrina boni coloris licet tenuis id eſt ſine contentis aut paucis. Galenus negat poſſe eſſe vrinam tenuem boni coloris, quòd bonus color ſit modicè pallidus, at tenues ſunt albæ. In vniuerſum ab initio non fuerunt ſigna lethalia. Poſſunt tamen apparere bona ſigna, & tamen æger mori. Tertium etiam ſignum *dolor partium* non fuit malum, natura ſpargente materiam. Omnia perſeuerarunt vſque ad diem ſextam. *Sexta die*: Posuit tria genera ſignorum à toto horrida: à ventriculi ore anxia, à capite Sopor, rubor in maxillis, delirium. Dixi verbum κωματώδης non ſemper pro affectu morboſo capi: Et quid ſit coma ſuperius. Sed iam dicamus quid interſit inter vrinam, vel excrementa cruda, tenuia, aquoſa. Aquoſum declarauimus differre à crudo & tenui, quod colore careat: hoc enim in primo libro iam demonſtrauimus. At crudum à tenui non videtur differre, quandoquidem vtrumque iam ſit coloratum, niſi aqueum adijciatur. Tenue ergo dicimus, quod ad ſolam ſubſtantiam attinet, verum crudum poteſt etiam eſſe craſſum. Præterea crudum dicitur, quomodocumque tenuitati malus color aut mala contenta adiunguntur. Tenue ergo ſimpliciter minus malum eſt: inde crudum quod vel tenue eſt, cum malo colore & malis contentis, vel ſimpliciter mali coloris & albi, cum malis contentis aut cum nullis: aqueum autem tenue & ſine colore. Dolor ille in partibus ſuperioribus rubedo maxillæ, ſopor, delirium à ſanguine corrupto pendebant: vnde notandum quod ſigna mala deteriora ſunt, cum in initio morbi vel in fine apparent, in incremento autem minus malum. Cauſæ ſatis dictæ ſunt.

Reliquum eſt vt videamus, cur in ſexta die talia apparuerint, cum non fuerit exacerbatio diebus paribus? Hoc pendet ex dictis, ſi memor es: nam tota hæc conſtitutio, ſeu in conualituria, ſeu in perituris ad ſextam diem dirigebatur. De morituris ſatis dictum eſt, ſed de his qui ſanitati reſtituti ſunt habes illud. *Quibuſdam morbus regius accidit ſexta die:* Et illud; *plurimis autem indicatio ſexta die facta eſt*: & rurſus; *Aliquibus vero indicatus eſt ſexta:* Si ergo debuit eſſe pluribus communis; igitur & aliquibus, è quorum numero hæc vna fuit. Non tamen perfectè decernere poteſt; imo potius in ſeptima ſudauit, & dimiſit febris: adhuc ergo hæremus in vado, nam videntur ſymptomata inualuiſſe. Reſpondeo quòd ob motum vehementẽ ad pugnam ſymptomata inualuerunt, vt *Tertio de Criſi, primo de Diebus creticis*: fuerunt enim iudicia futuræ criſis, quæ in ſeptima ſubſecuta eſt. (*Maxilla rubor*) Intellige dextræ; hæc ſignum eſt pulmoniæ *Primo prognoſticorum*, Sed hic delatos vapores à pectore ſignificat. Incaleſcente enim corde, rubor ille accidit in genis, vt in pueris atque puellis verecundia ſuffuſis. Galenus *Quarta Aphoriſmorum* refert in adones qui ſunt pro

Digitized by Google

prope maxillas. Ego neſcio vnde cauſam hanc tam ancipitem ſumpſerit clarà propoſitâ: ibi eoim muſculi ſubſiint. Maſſeter præcipuè triangularis ac magnus, & alius ori proprior qui buccas mouet, venæ plerimæ, & cutis tenuis, quorum cauſa etiam: ſed labiorum longè tenuior cutis, rubra perpetuò illa reddit. Adducitur quarta cauſa ab Ariſtotele, dum quærit cur homines in facie maximè ſudeut, dicit quia cutis facici rara eſt. *Delirauit parum :* quia materia erat ſanguinea, quæ non adeo efficit vigilias nec delitium, ideò vigilias non eſt paſſa, ſed potius comatoſa fuit, & ex delirio breui reſipuit. Fuit & ob eam cauſam dolor magnus, nam materia multa & tenuis aderat, quæ ſudore ſoluta eſt: aliter ſi fuiſſet craſſa, oportuiſſet ſolui morbum profluuio largo ſaoguinis, vt alias & in Metone dictum eſt. Quomodo autem cognouerit febrem acutam fuiſſe, ſatis ſupra docuimus. Sed & quòd non diuturna futura eſſet, oſtenderunt omnia ſigna caliditatis, & anticipando ſymptomata anxia, horrida, comatoſa, cum delitio & genis rubentibus: talia enim ſanguinem peccati oſtendunt, febris autem ſanguinea quartum-decimum diem non excedit.

TEXTVS LVIII.

SEptima ſudauit: febris dimiſit. Dolores permanebant. Rediit, ſomni pauci. Vrinæ perpetuo boni coloris, verùm tenues; ſeceſſus tenues, bilioſi, mordaces, valde pauci, nigri, graueolentes prodibant. In vrinis ſubſidentia alba, lenis ſudauit. Iudicata eſt perfectè vndecima die.

COMMENTARIVS.

Septima ſudauit. Hic dubitatio grauis, quomodo potuerit omnino ſudare & febris diſcedere, non præcedentibus ſignis coctionis? nam iudicata eſt licet non dixerit, quia in fine ſubijcit *Iudicata eſt perfectè:* quaſi dicat antea iodicata erat, ſed non perfectè. Hoc igitur Galenum fatigat non Hippocratem, qui noo vult illam coctionem in vrinis imaginatam à Galeno per tempora: cum Hippocrates velit *ſecundo Prognoſticorum text. 26.* vrinas à principio ipſo morbi acuti eſſe coococtas. Quio etiam Galenus ibi dicit, illum loqui de vrinis: Et quòd vbi hæ bonæ ſint, indicant humorem coctum ſolum adeſſe, ſi mutentur miſceri incoctum. At ô Galene hac in parte neſcio cui te comparem, quomodo ab initio morbi & per totum vſque ad vigorem poterit humor coctus ſolum apparere in vrina, ſi coctio ſolum perficitur in vigore morbi? Alias de hoc tractauimus, & *in ſecundo de vrinis:* verùm ibi duas attulimus ſolutiones pro defendenda Galeni ignorantia: ſed liberius loquendo Hippocratis ſententia eſt, quòd materia morbi ſi bona ſit vrina, perpetuò concocta appareat, quia natura a functione minimè impeditur. In vrina autem mala, cum ſit duorum generum colore & ſubſtantia, & ſignificatur impedimentum naturæ à materia, & à contentis, & tunc materia mala aut deciditur per ſe, vel immiſta ſubſidentiæ naturali, & ita eſt ſignum malum. Ergo bona vrina bonum nihil ſignificat, ſed eò optima eſt quoniam malum non ſignificat: ſubſtantia autem & color malus ſignificat impedimentum naturæ, ſedimen autem malum, aut nebula flatum aut aliquid mali immiſtum ſedimento. Et ſi ſolum malum ſedimentum oee verè ſedimentum appareat, tunc impeditam naturam à materia morbi, & materiam prauam ſignificat. Ob id in iudicationibus talia non mala ſunt ſigna, quoniam non eſt abſurdum eo tempore, nec naturam ex pugna impeditam eſſe, nec malam materiam, quando natura id vult vt ſe alleuiet, excerni. Ex qoo facilè intelligis Galeoum hac in parte nec prima attigiſſe rudimenta. Cum ergo Hippocrates iubet obſeruari coctiones, de propriis morbis intelligit, ſcilicet abſceſſibus & fluxionibus, cum aliquid ex materia morbi ſecernitur, quo in caſu etiam de excrementis alui intelligit, nam & in ipſis aliquid de materia peccante continetur, præſertim in his morbis, qui ſunt citra iecoris gibba.

Horum igitur cauſa non conuenit in ſtatu morbi nutrimentum exhibere, cum videamus naturam alteri negocio vacare. Demitur autem Galeoum, qui dixerit in *ſecundo Prognoſticorum*, ſedimentum fieri multum aut paucum, iuxta quantitatem cibi aſſumpti, quod & verum eſt: inde quaſi ſui immemor voluerit ipſum eſſe excrementum, & reſecari ex materia morbi peccante. Quòd ſi quis obijciat, quomodo ergo purgabo concocta, ſi neſcio quando concoctio peracta ſit, cum ex vrinis id non poſſim cognoſcere; Reſpoodeo quòd Hippocrates id noo cognouit, nec vult vt cognoſcatur eo modo: ſed ibi acceſſiones & conſtitutiones morbi indicabunt, ita vt ex omnibus. Idcirco cum dicit hic; *ſeceſſus tenues, bilioſi, mordaces, valde pauci, nigri, graueolentes prodibant,* quoniam hæc ex inteſtinis & locis vicinis, non ex venis vltra gibbam; interim ſubſecutæ ſunt vrinæ bonæ, liberata prorſus natura: nec fuit opus alia pugna naturæ cum materia morbi, ſed per aluum talia excernebantur.

Sed cur ſi cauſa non eſt ſolutionis morbi vrina concocta, attamen apparuit? Et ſi excrementa illa fuere critica, cur non in die iudicatorio & multa ſed pauca, & non concocta fuere ſed acria? Tertio cur fuere graueolentia: hoc enim peſtiferum ſignum eſt. Hæc decuerat declaraſſe Galenum, nam de paucitate ſomni noo mirum eſt imminente iudicio. Igitur concoctio illa ſignificabat naturæ

vim dominari perfectæ materiæ morbi. Et ſi quis dicat tempore criſis eum natura expellit, non poteſt vacare coctioni, dico qood tunc natura non impeditur, ſed ſignificat eam rediiſſe ea coctione materiæ peccantis ad coctionem cibi. Eapulſio autem eſt aliud munus à coctione, & ſimiliter ſeparatio. Ad id de die iudicatorio non eſt neceſſe in vtins: primum quia vix contingere poteſt, raro etiam in alui deiectionibus, quoniam conſuetæ ſunt, & ideò natura ſolet excernere paulatim: tum maximè quòd non fuit criſis principalis: & fuerunt pauca, ob id ſingulis diebus quæ collecta ſi fuiſſent, plura fuiſſent. De critica die cœperunt in ea ſcilicet ſeptima, cum etiam dixit, rediit ſcilicet febris: nam cum nihil addat, exiſtimandum eſt rediiſſe febrem ipſa die. Et propterea dixit, dimiſit, non dixit iudicatus eſt. De fecibus illis quòd fuerunt adeò prauæ non eſt intelligendum illud de valde nigris: talia enim pertinent ad atram bilem, ſed fuerunt indicia torridi iecoris, quæ affectio ſi tranſiſſet in gibba iecoris, periiſſet omnino: ſed in caua non erat periculum vllum, niſi ſuccedente difficultate inteſtinorum iuxta illud *Quarta Aphoriſmorum: difficultas inteſtinorum ſi ab atra bile incœperit, lethalis eſt*. Vnde huiuſmodi ſolum periculoſa ſunt cum ad diarrhæam conuertuntur. Quod etiam melius fuit vt paucæ eſſent quam multæ: quæ enim ſimpliciter mala ſunt, quò plura eò meliora natura ſe exonerante: quæ verò valde mala, quò pauciora; tum quia ſe exonerando periculum eſt, tum quia plus facit cauſæ magnitudo quàm liberatio ab effecto.

Sed obijcies ex *ſecundo Prognoſticorum text.* 16. 20. 21. Corpulenta reddatur deiectio, morbo ad iudicationem tendente, oportet. Quæ enim eſt aquoſa admodum aut exigua, mala eſt, ſed ſi nigra ſit aut fœtida, exitioſior eſt. Hæc autem fuit pauca, tenuis, nigra, malè olens & iudicationis tempore. Reſpondeo quod Hippocrates vult vt ibi exponit Galenus, vt non ſit aquoſa ideſt coloris diluti neque ſubſtantiæ, ſed bene liquida ac tenuis, imo craſſa ideſt corpulenta & dura mala eſt. Nigra fit cum à bile atra tingitur, ſed graue olet ob putredinem vehementem, hic niſi obſtaret illud *acris*, dicere poſſemus ſanguine putrefacto talem exitiſſe.

Vt vt ſit, conſtat in hac muliere retentis menſibus ſeu parum fluentibus, naturam ſe exonerasſe parte caua iecoris, in viro autem deterius futurum. Et ſi vir ille etiam hemorrhoidibus fuiſſet aſſuetus, aut fiſtulis quæ occluſæ extant talia deieciſſe, non eſt malum, imo forſan non ſolum bonum ſed neceſſarium ſymptoma. Atque ob id in huiuſmodi principaliter obſeruare oportet: primum an æger alleuetur an non: deinde an fuerit ſubiectus talibus cauſis, quales nunc dictæ ſunt. Tertio qualis ſit conſtitutio temporis, nam epidemij morbi aliquando ſymptomata mala efficiunt bona, & bona lethalia. Demum quomodo ſe habeant ad morbum principalem quæ excernuntur, nam egeſtiones & vomitus poſſunt eſſe mali, & tamen æger ex his exoneratus non grauabitur: non autem ita de vrinis & ſudoribus, & ſanguine, abſceſſibus, qui neceſſario coniuncti ſunt cum morbo, quia ex illius materia fiunt. Demum an natura ſæpius materiam expulerit; Quia vt dictum eſt morbi qui in pluribus vicibus ſoluuntur, ſunt generaliter ſecuriores, quàm cum natura ſimul totam materiam aggreditur. Illud paterga quaſi addendum ex Hippocrate, egeſtionem quæ paulatim & aſſiduè emittitur ob vigilias (& motum etiam) vires debilitare, quæ autem tota ſimul excernitur, afferre periculum deliquij animi: intellige vbi humores euacuentur. Ex quo liquet ſemper cum malo boni aliquid excerni. Ideò maximè probat, cum bis aut ter ſingulo die deijcit aluus.

Cum autem dixit *dolores permanſiſſe*, indicauit per ſudores non euacuatam materiam, quæ in muſculis erat, ſed in venis, vt ob copiam materiæ maximam, pars computruerit in venis quæ febrem excitauit, pars in muſculis fuerit, quæ demum in vndecima die cum reſiduo materiæ, quæ in venis erat per ſudorem euacuata eſt: alia rurſus pars fuit in venis meſaræi, quæ per aluum eſt expurgata.

Nunc reliquum eſt vt aliquid dicam de Thaſo vrbe, in quo hæc omnia peracta ſunt. *Eſt autem Thaſus inſula in Archipelago in decima Europa tabula noua ſeu nona antiqua è regione Abderis. Thalaſia apud Ptolomeum longitudinem habens* 51 *partium cum dodrante, latitudinem XLI. cum dimidio; ſatis magna, in qua erat ciuitas eiuſdem nominis Thaſus dicta in maris littore: vinum celeberrimum naſcebatur in illa. Eſt autem ex aduerſo Thracia poſita & expoſita ventis Aquilonis & frigidis, vt Galenus refert, quo fit vt ſi vera ſint hæc, ciuitatem ipſam in littore verſus mediterranea poſitam eſſe neceſſe ſit, reſpiceréque Neſum fluuium olim, hodie vrbem Aſphroſam in littore continentis & ſuper flumine poſitam, Rhodope: ex monte famoſo Neſus defluebat, & Hadrianopolis olim, hodie Andrinopolis à Borea latere à regione inſula in continenti poſita, centum ferme M. Paſſuum ab ea diſtans. In Thaſo autem vrbe erant Bootes torrens, Platamon, forum Heracleum, campus iuxta Herculis templum, Iunonis quoque templum, Phrynichida puteus, Telluris templum, nouus murus, Mendacium forum: fons frigida aqua, campus lenis aliuſque vocatus Melibæa: atque hæc ex tanta vetuſtate.*

COMMEN

COMMENTARIVS PRIMVS IN SECVNDVM Epidemiorum Hippocratis Librum.

TEXTVS I.

CArbunculi in Cranone æſtiui : Pluebat in ardoribus aqua larga , contigebat hoc per totum & maximè ab auſtro. Et ſubnaſcebatur quidem in cute ſanies. Dum autem intro concipiebantur , caleſcebant ; & pruritum inducebant Deinde puſtulæ velut ab igne inuſtæ excitabantur & ſub cutem vri ſibi videbantur.

COMMENTARIVS.

Hæc tota particula prognoſtico ex genere eſt , eiuſmodi prædictionem ex cauſis morborum venatur. Superius autem viſum eſt , vbinam Cranon oppidum in Theſſalia fuerit , ventis Meridionalibus expoſitum , quocirca omnes diſpoſitiones ad putredinem augebantur, Diximus præterea *in libro de Prouidentia* ex temporum conſtitutione , quod vbi vehemens fuerit conſtitutio , actio , & morbi ſtatim conſequuntur , quod etiam ſuperius diximus. Et cum plueret aqua larga & in ardoribus id eſt caniculæ tempore , multa aqua & diu omnia ad calidum & humidum vergebant. Inſuper ſuperius declarauimus, quod calor cum humido ſunt cauſa putredinis , tum verò quid ſit etiam vera putredo. Quocirca putredinem in ipſa conſtitutione ſecuram , ſed non vehementem veriſimile fuit. Diximus præter id etiam quod Hippocrates non niſi iuuenis, & ante primum librum hunc condidit. Nam abſurdum eſt credere, quod ſi tantus fuiſſet quantus apparuit in primo, quòd maiore ordine hunc non ſcripſiſſet librum. Nec eſt quod quis obijciat hunc non fuiſſe emendatum, nam ſubſcriberem huic rationi facilè. Sed neruos illos non habet hæc oratio , quos primus ac tertius. Quî enim fieri potuit vt ſi poſt ſcriptus eſſet , hic non ſaltem hiſtoriam ægrotantium melius aut æquè bene ſcripſiſſet ? certius argumentum eſt , quod ſi in Cranone fuiſſet , poſtquam in Thaſo , non tamen niſi iuuenis fuiſſet , mortuus autem eſt ſenex , quî fieri poteſt vt primum emendauerit ac tertium, ſecundum melius ſcriptum in tanto tempore non potuerit. Luce igitur clarius eſt, ſecundum ante primum ſcriptum fuiſſe , neglectum autem ab illo tanquam nimis vitioſum & fructum adoleſcentiæ : filios tum ob pietatem curaſſe , vt ab ipſis emendari qualeſcumque eſſent,in publicum prodirent.

Nunc reuertor ad expoſitionem. *Carbunculi in Cranone æſtiui :* Subijcit cauſam: *Pluebat in ardoribus aqua larga.* Contigebat vt plueret aqua larga per totum ſcilicet tempus , ſed maximè cum flarent auſtri ſcilicet vehementes , nam ab huiuſmodi auſtris ſolis fiunt tempeſtates , vt ait Philoſophus *Vigeſima-ſexta problematum. Et ſubnaſcebatur quidem in cute ſanies.* Partes exteriores derelictæ à calore naturali facilè putreſcunt , quia videmus quod ſudor promanat è ſumma ſuperficie, & cum ſit ſalſus facilè ex quauis cauſa cutem erodit. Auſter autem facit putredines cum ſit calidus ſemper , in hac autem conſtitutione etiam humidus. Diximus ſuperius de huiuſmodi: contracti enim ichores intus putreſcunt , fiuntque magis ſalſi & pruritum mouent , vnde puſtulæ excitantur , natura tranſmittentes ſanguinem ad locum affectum , ex qua aduſtione generabantur eſcharæ , & ex eſchatis & humore illo acri putrido videbantur vri partes. Quod Coroatius vertit *ſanies* Græcè habetur ἐν τῷ δέρματι ἰχῶρες , id eſt ſub cute vel in cute ichores. Fiunt ergo putredines , pruritus exuſtiones , & iuxta eandem rationem ; & pruritus quidem admodùm delaſſat ſcabendo hominem , vt in ſcabie ſi quid aliud , adeò vt aliqui linquantur animo , & cauſa eſt voluptas : ad delectationem autem concurrunt ſpiritus ,& diſſipantur vt etiam in Venere & ſuperflua lætitia : altera eſt labor aſſiduus. Tertia eſt quod corpus incaleſcit & exſoluitur;& etiam quia cum exhalatione inutilis aperiunt ora arteriarum , & exit ſpiritus vitalis. Quinta cauſa eſt quoniam plus prouocatur quàm expellatur , ideo ſcabendo perit ſimul corpus , & homo cogitur ſufferre eam moleſtiam.

TEXTVS. II.

IN ardoribus ſiccitatis febres plerumque citra ſudorem.

COMMENTARIVS.

Sudor fit ex vapore à corpore exhalante, cum cogitur ab aëris frigore, nam aër frigidior eſt æſtate ære qui intro continetur; cum vero fuerit tempus valdè calidum & ſiccum, adeò attenuantur vapores, vt non poſſint in ſudorem conuerti. Nec ſolum dum extra feruntur vapores ſiccantur;ſed & antequam corpus exeant: his ergo temporibus febres ſudore carent. Sed cur non deſinunt citra ſudorem ſicut cum ſudore, ſi nihilominus vapor reſoluitur vtroque modo? Quoniam cum citra ſudorem fit, periculum eſt ne in hecticam tranſeat, diſſoluta materia putrida. At cum ſudor exit non adeò huic periculo ægri ſunt obnoxij. An verò hoc dixit innuens non fuiſſe ſudores, nam ſi fuiſſent reſoluti eſſent ichores. At quomodo in ardoribus ſiccitatis cum pluuiæ magnæ & largæ cecidiſſent: Hoc ergo inferius oſtenmus.

TEXTVS III.

IN his vero ſi minutæ imbris guttæ deciderint, magis ſudatoriæ fiunt ab initio.

COMMENTARIVS.

Cur dixerit, *rurſus ſi minuta gutta deciderint* cum extra propoſitum ſit largis decidentibus imbribus. Videtur ergo intendere triplicis diuiſionis ſenſum: Febres in ardoribus ſiccitatis ſiccæ ſunt & ſine ſudore, cum minutis guttis cum ſudore, & ſudotificæ, cum largis autem imbribus puſtulas & ichores generant. Sed cur dixit ab initio? Quoniam poſt tempus quæ cum magnis fiont imbribus onerata natura multis ichoribus fiunt ſudotificæ. Hæc eſt prima diuiſio ſiue ordo. Secunda eſt ratione pluuiæ; alia aſſidua non larga, alia larga non aſſidua, alia larga & aſſidua, cuius & loci huius meminit. *Primo in primum Epidimiorum com.* 1. *in fine.* Tertia eſt comparatione morborum ad tempora. Quidam enim fiunt in ipſis, quidam poſt ipſa. Primi exemplum eſt hic, & ponitur *tertia Aphoriſmorum com.* 11. vbi etiam meminit huius loci. Quarta eſt ratione generationis abſceſſus; cum enim colligitur fit carbunculus, cum ſpargitur puſtula, vt *Quarto decimo artis curandi cap.* 10. Quinta eſt ratione materiæ generaliter: puſtula enim fit ex materia tenui, carbunculus ex craſſa *Tertio in tertium Epidemiorum com.* 50. conueniunt in feruore. Cauſa enim efficiens eſt immodicus calor in vtroque; Sexta eſt ratione materiæ ſpecialiter, quoniam vel aduritur bilis flaua, vel atra, vel pituita; ſed hæc non eſt ex eo genere. Propriè autem fiunt potius exuſtis ichoribus vt dixi, quàm humoribus. Septima eſt ratione eorum quæ ſuccedunt, quædam puſtulæ manent, quædam autem rumpuntur, nam cum aduſtio magna eſt, neceſſe eſt eſcharam fieri vrentem, & generari vlcus. Galenus in *libro de Tumoribus cap.* 6. cancrenam & carbunculum ſimilia ferme eſſe oſtendit. Primum quod in vtriuſque generatione bullæ quædam præcedunt: Dum autem generantur com cruſta fiunt, velut in ambuſtis, & cum febre validiſſima & vlcere demum quod periculum non leue afferant. Sed differunt quod carbunculorum cruſtæ cinerei ſunt coloris aut nigræ, cancrenarum autem non ita. Sunt autem è genere morborum qui à calore tanquam flamma fiunt vt Galenus *Quarto de victu in acutis com.* 21. Sed hæc vulgata & certè parum grauia: quis enim hoc neſcit eiuſmodi morbos eſſe valde calidos ac feruidos, dico phlegmonas, eryſipelata, carbunculos, herpetes. Sed hoc ſcire eſt potius grammatici, quàm medici, niſi ad auctoris ſententiam intelligendum referatur: at negotium eſt ſcire quomodo fiat carbunculus, & cur adeo ferueat, an ob materiam ipſam, an ob modum putredinis an ob vtrumque. Et certè hic alia eſt dubitatio (nam conferre quippiam materiam ipſam, non tamen præcipuam eſſe cauſam haud dubium eſt) an morbi hi tantum feruoris concipiant, quoniam putredo alterius ſit generis, an quoniam magis putreſcant: velut ſi dicamus Socratem doctiorem Platone, quia Socrates norit medicinam, Plato architecturam; an quoniam cum vterque eandem nouerit ſcientiam, Socrates tamen magis exactè illam nouerit quàm Plato. Huiuſmodi quæſtiones erat conſideratione dignæ. Sed turpe exiſtimauerim propoſuiſſe nec diſſoluiſſe. Quorſum enim hoc? non niſi temporis iacturam facere. Dico ergo materiam calidam concipere maiorem flammam quod ſimul ardeat, atque eo modo hos morbos calidiores eſſe, ſicut videmus in lignis tenuibus & ſiccis, à quibus flamma procedit alacrior. Putredo autem peſtilens qualitate maior ſemper eſt, non autem quantitate, ſed neque illam reijcit. Sunt enim peſtilentes morbi magna cum putredine & parua: & qui magna cum ſunt, & ob id ardere videntur, neceſſario ſtatim interficiont. Fiunt ergo carbunculi & huiuſmodi, cum corpora calida & humida aqueo humido & calore vt ita dicam exotico, calido & humido loco concluduntur: at corpora eorum qui in Cranone habitabant, maloque victu victitarant,

vt

Digitized by Google

vt Galenus *libro de cibis boni & mali ſucci cap.* 1. plena erant malis ſuccis, & erant calida & humida, & loco clauſa calido & humido, cum eſſent vt Galenus recitat loco clauſa humili, & in valle & calidis ventis expoſito: quomodo enim poterant eſſe magis clauſa quam toto continente, aëre huiuſmodi temperamento vitiato, vbi per tot millia paſſuum circum circa vigebat æſtus & ſuffocatio huiuſmodi, atque mala intemperies: neceſſe igitur erat humores horum computreſcere & accendi. Ex his liquet puſtulas quæ cum febre vehementi & ardente adueniunt, eſſe è genere maleficarum, vt tubercula quæ ſine febre, non eſſe carbunculos. Rurſus cum venerint cum febre tepida, non eſſe illis fidendum: fieri enim poteſt vt ſint turbecula peſtifera, & carbunculi. Galenus *Secundo de Differentijs febrium cap.* 2. cenſet carbunculos generari ex craſſiore ſanguinis parte in melancholicum humorem conuerſo: hoc autem incrementum ſuſcipit, adeò vt ſi omnino exuratur in atram tranſeat bilem. Eſt autem duplex carbunculorum generatio, vt colligitur Secundo *de Preſagio ex pulſibus cap.* 1. Vna cum carbunculi aut febrem, vel ſimul cum febre generantur: alia cum carbunculi ex febre humorem adurente fiunt. Hic prius facti ſunt carbunculi: Et non dixit de febribus tum, ſed ſtatim adiecit quænam febres ſiccæ ſint, quæ ſudotificæ, quæ cum putredine. Nec mireris quòd Galenus *Primo de Differentijs febrium cap.* 4. videatur dicere morbos qui in Cranone facti ſunt peſtilentes, de quibus egit Hippocrates *in Tertio Epidemiorum*: ſed innuit duos ſtatus peſtilentes; vnum deſcriptum in *Secundo libro de Cranone*; alium *in Tertio* quem appellat *conſtitutionem peſtilentem.*

TEXTVS IV.

AT hæc difficiliora iudicatu manent quàm aliter: Attamen minus ſi non propter hæc fuerint, ſed propter morbi modum.

COMMENTARIVS.

Si ſudent ab initio dicit difficilior morbus eſt iudicatu: hoc enim declaratum eſt alias ab Hippocrate *Quarta Aphoriſmorum*, non enim excernitur vt decretorius, ſed ex immoderata caloris vi aut humidi ſuperflui copia: tum illud infra *Signa decretoria quæ non decernunt*. Dicit ergo, quòd hæc ſigna velut ſudor ab initio, etſi reddant difficiliorem morbum ad iudicationem, tamen minus reddunt difficilem, quando adueniunt ex natura temporis quam ex natura morbi: cum autem dixit: *difficiliora iudicatu manent*, intelligit vel quòd ſecius iudicentur, vel quòd iudicatio non ſit adeò bona. Non eſſe adeò bonam contingit, vel quia morbus redeat, vel quia fiat cum ſignis & ſymptomatibus terribilibus; vel quia virtus debilis relinquatur, vel quia morbus aliquis maneat, demum quòd excernatur aliquid non per adeò conuenientia loca. Attamen minus ſi non propter hæc. Iſta pars duplicem habet ſenſum vtrumque alteri contrarium. Primus eſt, quòd talia quæ ab initio apparent, minus impediunt ſi ſint ex natura conſtitutionis, quàm morbi. Quòd ſi ſic intelligatur, continget quia impedimentum quod à morbo aduenit, contingeret ex qualitate materiæ, quia tam diu durat, quàm diu ipſa materia: at ſi ex conſtitutione contingat, primum permutata natura aëris, permutabitur qualitas illa. Deinde quod ſymptomatis cauſa ſit externa, velut imbecillitas caloris, & abundantia aquoſi humoris ſunt cauſæ ſudoris vt dictum eſt internæ: at externæ ſunt calidum & humidum ambiens; vnde in interno impedimento non ſolum cauſa eſt cauſæ ſymptomatis illius, ſed etiam eſt morbus, ſeu conditio morbi vel cauſæ; at in externa cauſa non eſt aliud conſideratione dignum, niſi quatenus producit illud ſymptoma. Ex quo patet, quod febris peſtilens ex aëre & phrenitis vulgaris eſt minoris periculi, quàm quæ propria eſt cuique. Alter ſenſus verior priori contrarius, ſcilicet vt quæ eueniunt ex conſtitutione temporis difficiliora ſint iudicatu, ſed minus tamen difficilia ſint huiuſmodi, ſcilicet ſudor aut aliquod ſimile, ſi fuerint propter morbum, quàm ſi fuerint propter aëris conſtitutionem. Et hoc habet cauſam, quia quæ conſequuntur ad naturam morbi in ſuo genere, ſunt minus periculoſa: vt conuulſio in comitiali, & ſyncopis in dolore. Et huic aſſentitur magis Græca lectio, quæ clarius exprimit.

TEXTVS V.

FEbres ardentes in æſtiuis magis fiunt, & in aliis temporibus; reſiccantur autem magis æſtate.

COMMENTARIVS.

Videtur prima facie contradictio, cum dixit in æſtiuis temporibus, & poſt, & poſt etiam in aliis, adeò vt nihil dixiſſe videatur. Sententia tamen eſt deducta ex illo loco *de victu in acut: febris ardens fit, cum venula tempore æſtiuo exſiccata acres & bilioſos ichores ad ſe trahunt: & febris vehemens eſt, corpus quaſi ab oſſearia laſſitudine correptum laborat & dolet. Fit autem magna ex parte ob longum iter, diuturnámque ſitim, cum venulæ arefactæ acres calidáſque fluxiones ad ſe traxerint.* Eſt ergo ſenſus, quamuis

omni tempore fiant febres ardentes, æſtate tamen magis contingunt, quòd venulæ areſactæ fluxiones acres ad ſe trahunt. Hic haud dubium eſt de tota ſententia, ſolum relinquitur ambiguum id, vnde trahant venulæ ſi omnes humores ſecundum naturam in venis ſint, nam in eis generantur. Videtur ergo in laſſitudinibus ob laborem exſiccatis muſculis trahi ex venis ichores, atque inde repleti muſculi ac concaleſieri, quos concalefactos iam venulæ ob attractionem & reſolutionem exſiccatæ iterum trahunt, atque ita viciſſim replentur ex eo quod iam ex eis erat eductum, idque bilioſum eſt, ideſt calidum, ſiccum, tenue, amarum & acre. Superius autem dixi quid per ardentes febres intelligat. Inſinuat enim quod febres hæ, quæ carbunculos ſunt conſecutæ, fuerint ardentes: cum enim ſanguis putreſceret, pars tenuis tranſit in flauam bilem *ſecundo de differentiis febrium cap.* 4. craſſa autem in atram. Ex flaua bile factæ ſunt febres ardentes, ex atra carbunculi, vlcera acria & puſtulæ.

TEXTVS VI.

Avtumno maximè ferinum: Et oris ventriculi dolor, quamquam & ipſe minus maleficus fuerit, dum morbus eiuſmodi extiterit.

COMMENTARIVS.

Cum locutus eſſet de æſtate, tranſit ad Autumnum, illum comparans ad æſtatem; Et dicit quod *Autumnus eſt maximè ferinus.* Idem *ſexto Epidemiorum*; ferinum autumno & oris ventriculi dolores, & horrores, & atra bilis. Galenus ibidem per ferinum omnem morbum peſſimum comprehendit, carcinoma, elephantiaſim, phtiſim & Aſcarides, elminthéſque. Dictum eſt autem de cauſis generationis horum omnium *Tertia Aphoriſmorum*. Etenim melancholiæ id anni tempus reſpondet, & coaceruatam habet malorum ſuccorum congeriem, & dies tum inæqualiter afficitur. Quia tamen in morbis minus periclitantur ægrotantes, quorum temporibus morbi congruunt, quàm à quibus natura diſſident vt *Secunda Aphoriſmorum* habetur, ideo meritò ſubiungit: *Quanquam & ipſe minus maleficus.* Quales autem ſint morbi Autumni, declarauit in eiſdem. Nomine autem ferini, quod manſueſcere non poteſt, intelligit, cuiuſmodi ſunt hydropes, inſaniæ: vel à nomine vt cancri, elephantiaſis ab elephante & cancro. Sed veriſimilius eſt, Hippocratem rei naturam magis quàm verba ſectatum fuiſſe. Accidit enim vt nomina talia quibuſdam morbis à feris impoſita ſint, velut & ſphacelum ſerpentem Itali lupinam vocant, quòd deuoret. Cum autem καρδιαγμὸς dixerit Hippocrates ideſt cordis dolores, ſatis audacter hi tranſtulerunt oris ventriculi dolores, cum neſciam vter ſit frequentior: raro enim os ventriculi dolet, morſum frequentius patitur, in fame imum ſanè frequenter, quod ibi humores reſideant non in ore, neque enim ibi poſſunt manere, propterea ego verterem vt littera iacet, exponerem autem iuxta iudicium mentis. Sed hanc audaciam habent Galeni ſectatores. Quid enim obeſſe poteſt recta tranſlatio? Ad hunc locum facit exemplum ſcriptum in *Quarto huius* hoc modo: *Eumenis vxor autumnio vomuit bilem atram: ſed & odores manifeſti erant, & febres horridæ, & cordis dolores: bilioſa pauca vomebat: & lumbricum, ſeceſſus tenues per omne tempus.* Itaque ibidem dicendum eſt.

TEXTVS VII.

Aſcarides veſperi ſimiliter huic: & illæ tunc infeſtant in die plerumque, non ſolum ideò quod magis affligunt, ſed etiam ipſæ per ſe ipſas.

COMMENTARIVS.

Cum declaraſſet naturam temporum anni, hic vult comparare naturam partium diei ad tempus anni: dicens quod aſcarides maximè veſperi mouentur, & magis infeſtaor in die quàm in nocte: Et intendit hoc oſtendere, quod morbi omnes mouentur magis in vno tempore anni quam alio: & in vna parte diei quam alia; & quod partes diei manent eædem cum partibus anni: igitur partes diei reſpondent partibus anni: conſtruitur igitur ratio hoc modo; in partibus diuerſis anni mouentur diuerſi modi. Et hoc eſt dictum *Tertia Aphoriſmorum*: & non ob aliud quam ſimilitudinem temperaturæ, & hoc eſt demonſtratum *in primo de natura humana*: ſed & morbi mouentur magis in vna hora diei quàm alia, quod experimento docetur, & ratione eadem, quia horæ diei ſimiles temperamento humoris magis illum mouebunt; igitur cum quicquid eſt ſimile vni, ſit ſimile ſimili: illi erunt partes dies ſimiles partibus anni. Oſtendit ergo hoc in partibus diei, & toto die; nam aſcarides magis affligunt die quam noctu, & hora veſpertina magis quam matutina. Et ratio huius eſt, quoniam cum ſint animalia frigida, indigent calore ſolis, vt ſerpentes ad motum: illi enim tota hyeme ferme planè immobiles latent. Hi ergo mouentur, & dum mouentur affligunt, noctu autem quieſcunt. Affligunt autem magis veſperi duabus ex cauſis, quoniam ſentiunt frigus

ex

ex quo læduntur, & ſe retrabunt ad intima: Et quod tum eſuriunt conſumptis prandij reliquiis, & maximè, ſi quis parum comederit in prandio.

Hic autem oriuntur non leues dubitationes; prima eſt, quoniam ſi tribuamos veſpertinum tempus ideſt ante occaſum, ſolis autumno, cogemur primam partem noctis tribuere hyemi, & ſecundam veri: & ita frigidiſſimam partem diei veri temperatiſſimo. Secunda eſt, cur aſcarides magis affligunt die quàm noctu, etiam ſi æqualiot affligerent quoad ſeipſas: hoc enim eſt quod videtur innuere Hippocrates. Alia eſt dubitatio, quia comparatio non videtur eſſe bona, quoniam in partibus anni, quia longè ſunt, non ſolum viget temperies, ſed etiam humores generantur: in partibus autem diei ſola intemperies dominatur, non autem poſſunt humores generari. Reſpondeo ergo quòd hæc comparatio eſt ad æſtatem, non ad autumnum, niſi ratione finis: nam finem æſtatis excipit autumnus: & ideo finis diei, & hora veſpertina ad finem æſtatis referri debet: ſub fine ergo diei, incipiunt hæc animalia torquere, & vſque ad initium noctis mordent, & dolores faciunt, & moleſtiam inferunt: adeò vt in quibuſdam vix ferri queat: comparantur ergo, vt ardentes febres, ad æſtatem & autumnum; ita hi ad diei finem, & initium noctis: cauſa vero, cur magis affligant in die quam noctu eſt, quoniam in die interiora frigent, exteriora calida ſunt: contra in nocte, vt Hippocrates dicebat *ſexto Epidemiorum*. Sed frigidæ partes magis vexantur à dolore: ideo magis torquent vermes in die quàm noctu: Palàm dormiens (inquit) calidior eſt intus, frigidior extra, vigilans autem contra. Quod autem tempora anni generent humores, oſtendit quod ſunt efficaciora ad mouendum morbos; non quod partes diei etiam non moueant, licet non adeò certo motu & ordine. Animaduertendum, quòd ſicut ver, & Autumnus ſunt breuiſſimæ partes anni: ita & in die, vt incipiat verna temperata poſt primam horam ab ortu ſolis, & finem recipit inter tertiam, & quartam: & Autumnalis per horam ante occaſum vſque ad ſecundam noctis.

TEXTVS VIII.

IN autumno acutiſſimi morbi, & maximè lethales: Et omninò ſimilitudinem habent, eo quod veſperi exarcebantur: tamquam annus ipſe habeat circuitus morborum.

COMMENTARIVS.

Non de primo inſultu tantum, ſed natura morbi loquitur: velut tertianæ febres, & ardentes *Tertia Aphoriſmorum* fiunt in æſtate, quia tempus æſtiuum comprehendit totum illarum tempus: ita morbi ex natura bilis exacerbationes habent, & ſæuiunt in die, & melancholiæ veſpertino tempore: Et totum tempus exacerbationis comprehenditur à tempore veſpertino, vt alleuiationis à matutino. Primum, quod proponitur aliàs in tertia Aphoriſmorum viſum eſt: Morbi enim autumni lethales ſunt, & celerrimè perimunt. Dicit ergo quod tales morbi ſimilitudinem habent, cum ſicut in anni partibus, occupant autũnum: ita in die veſpertinum tempus: videtur ergo (dicit Hippocrates) quod ſicut dies habet circuitum, & in deteriore parte illius ſcilicet veſpertina exacerbantur morbi, ita annus habet circuitum, & in eius deteriore parte exacerbantur, ſeu multiplicantur, & ſæuiores fiunt morbi deterrimi: hi autem ſunt acuti, & exitiales. Quod ergo dixit de autumno, & morbis exitialibus, & veſpertina hora, dictum, puta de matutina, & morbis mitibus, & vere. Sicut ergo dies comparatur ad circuitum vnius morbi, putà Socratis; ita quod in prima parte diei minus ſe habebat, in ſecunda morbus inualeſcet, in initio noctis moleſtius affligetur: ita in prima parte anni comparando ad homines vniuerſos mitiores apparebunt morbi, ideſt in vere, grauiores in æſtate, grauiſſimi in autumno. Et ſicut æſtas & hyems occupant maximam partem anni, autumnus & ver modicam particulam, & vix quantum ſola hyems, ita diei maior pars æſtati tribuetur, minor veri: & noctis minor autumno, maior autem hyemi. Scribitur prima pars huius in *tertia Aphoriſmorum*.

TEXTVS IX.

QVale eſt dies morbi, quale eſt veſpertinum tempus ad exacerbationem: Tale eſt morbi, & vniuſcuiuſque conſtitutionis inter ſe, vbi non quid in ſuperiori ſpecie fuerit innouatum: ſin minus, alia ſanè conſtitutione hæc imperium obtinuerint. Quare etiam annus ad ſe ipſum hoc modo ſe habet.

COMMENTARIVS.

Sententia eſt, quòd qualis eſt totus dies ad totum circuitum acceſſionis & veſpertinum tempus ideſt deterior pars temporis, ad exacerbationem, ideſt deteriorem partem morbi, tale eſt conſtitutionis totius ad totum curſum morbi, & deterioris partis conſtitutionis ad partem deteriorem morbi; Ideſt ſicut dies vna comprehendit

vnum

vnum circuitum, in quo ſunt principium, incrementum, ſtatus & declinatio, ita in qualibet conſtitutione eſt principium, in quo pauci ſunt morbi, & mites; & incrementum in quo plures & validi, & ſtatus in quo adhuc plures & violentiſſimi: & declinatio io quo plures & non periculoſi. Si verò conſtitutio impedita fuerit in ſequenti, ſuccedet quod debuerat ſequi. Gratia exempli, in æſtate inceperunt febres ardentes, & ſuperueniente frigore deſiuerunt: tum autumno calore redeunte redibit impetus morborum, qui ſuperuenire debuerat. Et hoc eſt quod intendit: Mutatio diurna eſt minus efficax, quàm annua ratione partium, nihilominus diurna non poteſt impediri vt annua: nam ſi non fluant tempora vt fluere debent, non euenient morbi adeò multi ac magni vt expectabatur. At ſi eueniat frigus in meridie, non ob hoc exacerbatio meridiana impedietur. Sed neque æſtiua ex frigore, ſed procraſtinabitur ſolùm, quia redeunte calore vel in æſtate, vel autumno, redibunt morbi, & conſtatur ratio huiuſmodi: morbi proprij temporibus ſecundum naturam ſi tempora tardantur, tardantur & morbi, ſed non tolluntur: igitur in conſtitutione præter naturam niſi omnino euertatur ſeries] temporum, redeunte conſtitutione præter naturam, redibunt etiam morbi. Concludit ex hoc, quod tria eodem modo io comparatione ad morbos ſe habebunt: Annus, conſtitutio & dies. Meminit huius primæ partis *in Quarto huius*. Inde ſubiungit.

TEXTVS X.

IN quietis ac conſtantibus temporibus & annis tempeſtiuè tempeſtiua præbentibus boni ſtatus, & iudicatu facillimi fiunt: in inconſtantibus verò inconſtantes, & qui difficulter iudicantur. Quum ſanè in Perintho defecerit aut abundauerit quid, vt aut venti ſint aut non venti; aut aquæ, aut ſiccitates, aut ardores, aut frigora.

COMMENTARIVS.

Superius vt dixi tria propoſuerat: Primum conſtitutio habet optimum, peſſimum, ac medium, comparata ad circuitum morborum. Secundum annus habet optimum, peſſimum & medium, ſeu media, ad circuitum morborum, ſcilicet Epidemiorum vel popularium. Tertium dies habent partes optimas, peſſimas & medias, comparatas ad circuitus morborum ſeu generales, ſeu ſingulos, & in vnoquoque morbo. Declarat de duobus primis vno ſermone hoc docens, ac inquit: ſi conſtitutio fuerit conſtans & tempeſtiua, ſeu multò magis annus, vt æſtas ſit calida & ſicca, cum eteſiis ventis ſuo tempore, non quieta nimis, nec cum ventis alienis, nec nimio feruore, nec imbribus aut frigore, hæc enim omnia declarat: & eò magis ſi vnumquodque tempus ſuam ad vnguem naturam retinuerit, tunc inquit morbi erunt boni ſtatus, ideſt faciles, tam in principio quàm incremento vigore, & declinatione, & facillimi iudicatu ideſt vt febris abſcedat, & ſoluantur. At ſi fuerint inconſtantes ideſt vt non maneant in ſua qualitate, vt ſi æſtas eſſet tota frigida, aut ſi pars eſſet calida & ſicca, pars frigida & humida, & hoc propriè vocatur inconſtans, ſicut primum intempeſtiuum comparatione ad conſtitutionem: & quantum ad annum attinet, vtroque modo dicitur inconſtans annus; non autem intempeſtiuus, ſed ſolum comparatione ad partes ipſius anni, fient morbi inconſtantes ideſt difficiles, non boni ſtatus, & qui difficulter ſoluantur: aut quia interimant, aut quia reuertantur, aut quia tranſmutentur in alios morbos, aut quia perpetua quædam ſtigmata relinquantur, à quibus homo nūquam liberetur, vel quoniam ſerò ſanentur, vel quoniam ad magnum vitæ periculum prius perducant quàm liberentur: demum quia naturam adeò fatigent, vt non perperam diſceſſiſſe videantur. Septem his modis dicuntur morbi difficulter ſolui. Scribitur Prima pars huius *Tertia Aphoriſmorum*.

Solum ergo reſtat docendum, quomodo tempeſtiuæ dicantur conſtitutiones], ſeu anni tempora, ſeu vt dixi annus conſtans vel bonus, & eum ipſum breuiter Hippocrates deſcribit in *libro de Aere aquis & locis* dicens: *Annus ſecundum rationem eſt, cum ſigna in aſtris orientibus ac occidentibus fiunt: & in autumno aquæ, & hyems ſit moderata, vt nec valde clemens, nec admodum frigiditate excedat: & vere atque æſtate tempeſtiuè pluat: ſic ſanè ſaluberrimum eſſe annum par eſt*. Inde ſe declarat quomodo: cum enim canis ortus adeſt, Eteſiæ flare debēt, atque imbres decidere; ſecus ſicca ſit nec pluuiis abundet, ſed nec ſpirent auſtri, verùm boreales venti, nec tamen adeò vſque vt frigida euadat. Similiter ſub arcturo imbres etiam decidant, ſed non admodum diuturni, nec auſter vnquā vtilis, nec vllus ventus qui aſſiduè perflet: ſed neque ſuæ qualitatis ſit expers tempus, nec omnino ſæuiat.] Hyems enim frigida & non admodum humida, ſed nullo modo ſicca. Atque in vere imbres breues decidant, & auræ ſpirent, ſic vt temperatum ſit: Et vnicuique regioni ſuum eſt temperamentum, quod alij non conuenit; illi autem maximè eſt ſalutare. Et ob id dixit, *Quum ſanè in Perintho*, non fruſtra: nam voluit vt in vnaquaque regione ſciamus conſtitutionem illi naturalem, qualiter ſe habeat. Et eius, non ſimpliciter alicuius generalis vbique, cum nulla talis ſit comparatione,

Digitized by Google

paratione, annus dicatur conſtans aut inconſtans, & ſimilitet conſtitutio; nec ſufficit ſcire quomodo ſit inconſtans, niſi ſciamus etiam qua ratione, & quomodo à naturali ſtatu deuiet, & quid portendat. Aſſumpſit autem Petinrbum, cum eſſet in Cranone, vt euidentius intelligeremus, non loqui de ſua regione tanquam media.

TEXTVS XI.

VEr autem omnino ſaluberrimum, & minimè exitiale.

COMMENTARIVS.

Cum docuiſſet vnum extremum, docet alind ſuo more, vt per talia extrema cognoſcamos medium aut media quotquot fuerint. Cum ergo dixit *Autumno morbi acutiſſimi* ideſt abundant: huic opponitur *ver autem ſaluberrimum*, quia pauci admodum ægrotant: Et cum dixit *atque exitiales maximè*, intellexit, quòd non ſolum multi tali tempore periculoſis morbis ægrotant, ſed quòd etiam ex his qui ægrotant, multi moriuntur: hic verò quòd cum pauci ægrotent, periculosè: hoc enim modo debet intelligi ſaluberrimum, vt opponitur acotiſſimis & periculoſiſſimis morbis. Subiungit *& minimè exitiale* ideſt etiam quòd aliqui ægrotent acutiſſimis morbis: nam eſſe non poteſt, vt in magno populo, ob morboſam naturam, malam victus rationem caſúſque, vt aliquibus non contingat ſic ægrotare, acutiſſimis ſcilicet morbis. Ex his tamen dicit *pauciſſimi* in comparatione ad totum reliquum anni tempus, non ſolum ad autumnum pereunt. Et ita patet non eſſe repetitum hunc Aphoriſmum ex tertia particula, cum ſit ad alium finem, ſcilicet quod anni & partes annorum, & fortuitæ conſtitutiones, & diei partes, diuerſo modo ſe habent ad circuitus morborum, eadem tamen ratio in omnibus obſeruari debet.

TEXTVS XII.

CIrca principia morborum conſiderandum, an ſtatim florent. Clarum autem hoc fit ex incremento, Incrementa verò ex circuitibus, & iudicationes quoque hinc manifeſtæ fiunt, Itemque ex exacerbationibus, in circuitibus, ſi citius accedant aut non: Et ſi diutius durent aut non, Et ſi magis affligant aut non.

COMMENTARIVS.

Vt ergo circuitum morborum qualis ſit dignoſcamus, admonet nos vt conſideremus an ſtatim floreat morbus ſcilicet, an multò poſt. Florere morbum quid ſit, docuit ſuperius in *Primo lib. ſect. 2. com. 49.* & refertur à Galeno. vbi hunc locum adducit *in Primo de Criſi cap.* 4 Et cum voluerimus ſcire, an ſtatim floreat, conſideranda ſunt incrementa ipſius exacerbationis in circuitibus, & ex ipſis circuitibus. Hoc autem oſtendit trifariam, vel quia exacerbatio anticipet horam, vt ſi euenerit exacerbatio die prima hora quinta, die tertia adueniat hora tertia, erit ſignum incrementi, & ſimiliter ſi diutius duret, eſt ſignum incrementi, & ſi ſymptomata ſint ſæuiora, hoc etiam eſt ſignum eiuſdem. Et hoc recitatur à Galeno *libro Primo de criſi cap* 3. ſub Hippocratis nomine, ſed locum non apponit. Dixit autem *exacerbationes in circuitibus*, quia ſi hodie inuaderet exacerbatio hora quinta, cras autem tertia, hoc non eſſet ſignum incrementi, quia non eſt in circuitu. Et per incrementum cognoſcimus declinationem, quia oppoſito modo ſe habet: nam in ea inuadit exacerbatio ſerius, & minus vexat, & ſymptomata habet leuiora. Statim ergo floret, cum omnia ſtatim ſunt in extremo, longitudo exacerbationis, magnitudo ſymptomatum, & de anticipatione in comparatione ad incrementum: ſed ſi vigor multas, quod tamen ratò accidit, contineat exacerbationes, illæ inter ſe non anticipant aut valdè parum. Hoc autem dixit de continua quæ ſtatim floret, ob id quod febris quæ apud illum vocatur ignis ſeu vehemens, & eſt ſanguinea, peruenit ad ſtatum perſæpe in paucis horis, vt dicebat Galenus, *Tertio de criſi cap. 4. ſynochus eſt ferme tota ſtatus, adeò celeriter tranſit principium & incrementum; & in libro de totius morbi temporibus cap. 4. ſynocha tranſit ad ſtatum in tribus vel quatuor horis.* Dicebat *in Primo de criſi cap.* 10. *Rarò ſtatus in acutis tres continet acceſſiones, in diuturnis autem febribus etiam plures.* Iraque febres ſanguineæ propriè dicuntur ſtatim florere, & poſt quæ acutæ valde ſunt.

Incrementa verò ex circuitibus Tertianæ enim in ſeptem circuitibus terminantur, quotidianæ autem tardius finiuntur, his autem quartanæ: quæcunque ergo citius finiuntur, citius perueniunt ad ſtatum & florent. Dicuntur febres florere in ſtatu ob varia ſymptomata quæ producunt, ſicut arbores, cum & ipſæ florent.

Et iudicationes hinc manifeſtæ fiunt. Intelligit hic iudicationes aliter, quàm cum dicebat ſuperius, *iudicata eſt.* Erat enim iunior: nam intelligit cum natura decernit, euacuando materiam per ſudorem, vel vrinas vel alio modo. Ex incrementis ergo celeribus, cum iudicationes fiant in diebus decretorijs, conſiderandum eſt ſi mor-

bus ſit ſæuiſſimus, & acceſſio validiſſima erit, in die acceſſionis ante iudicationem: ſi acceſſiones fuerint moderatæ cum exacerbationibus, erit in die decretoria: ſin autem fiant per dies impares erit in antecedente diem decretoriam, & ita lethalis aut cum recidiua. Et ſi incrementa ſint exigua erit iudicatio in die critica, niſi impediatur tardè & morbus erit diuturnus. Ex quo concludo quod ſuperius dictum eſt, morbos comparari ad conſtitutionem, ad annum, ad diei partes, & ad naturam propriam. Quòd ſi incidat exacerbatio in horam diei deteriorem ex natura, & fuerit ſæua, & perimat, morietur in illa hora.

TEXTVS XIII.

EX omnibus autem continuis, aut intermittentibus; & diuturnis, & vulneribus, & ſpuris, & doloribus: Itémque tuberculorum inflammationes, & quæcumque alia poſterius apparent: fortaſſis autem & ex alijs communibus rebus, quæ quidem citius fiunt breuiora ſint: quæ verò tardius longiora.

COMMENTARIVS.

Huc referre oportet Aphoriſmum: *Sed & ex his quæ apparent indicia fiunt, velut in morbo laterali, ſi ſputum ſtatim adſit, inchoantem breuiat: ſi verò poſterius contingat producit. Et vrina & alui excrementa, & ſudores ſi appareant, & faciles & difficiles oſtendunt indicationes, & breues & longos morbos.* Hoc igitur eſt tertium ſignum, ex ſuperuenientibus ſeu aſſidentibus ſymptomatibus; Quæ cum ſtatim adueniunt morbum breuem fore oſtendunt, ſi ſerò non ſolùm longum, quia iam talis ſit, ſed etiam in poſterum. Primum ergo ſignum eſt ex natura morbi quæ per circuitum oſtenditur: Secundum ex incrementis. Tertium ex accidentibus ſuperuenientibus: poſſumus & quartum dicere ex anni temporibus, iuxta ea quæ ſuperius enarrata ſunt. Sed iam litteram exponamus, cum acuti morbi de quibus egit opponatur diuturnis, & continui intermittentibus, & ſpontanei vulneribus: dicit eandem etiam rationem à circuitibus incrementis & reliquis, vtpote temporibus anni ſuperuenientibus, ſputis, doloribus. Et dolor eſt in aliquibus ſignum pathognomicum, vt in morbo laterali, & pleriſque abſceſſibus, in quibuſdam verò aſſidens: vt in mala intemperie ventriculi. Ita ſputum in deſtillatione eſt pathognomicum, in laterali morbo aſſidens. Tuberculorum inflammationes ſæpè decretoriæ ſunt, ſed non perfecti iudicij. Omnia hæc ergo vbi citò appareant, tam in morbo lethali, quam ad ſanitatem tendente breuem finem oſtendunt, ſi ſerò tardum. Idque ratione: nam huiuſmodi cum citò apparent materiæ motum celerem & affectum naturæ declarãt, ex quibus neceſſariò mors aut ſanitas breui ſequetur: ſin autem tardè, motũ ſegnem & ἀτααδίαν quãdam oſtendunt, vnde morbus producitur. Sed cur ſigna quædam lethalia ſtatim ab initio apparent, alia iuxta rationem, id eſt morbi medium: alia iuxta finem, quæ non poſſunt iuxta rationem dictam indicare, velut conuulſio quæ apparet in vndecima, mortem in quarta-decima declarabit, quam deberet in decima-ſeptima aut vigeſima oſtendere. Dico ergo quòd ſigna concoctionis & cruditatis ſunt, quæ ſignificant pro ratione morbi, & ſimiliter corruptionis, ea ratione quod ſigna coctionis & corruptionis ſignificant celeritatem cum apparent: ſed alterum eſt mortis ſignum, alterum ſalutis, nec ſunt propriè ſymptomata, ſed ſigna. Quæ autem ſunt imperfectè corruptionis aut coctionis, dimidium temporis ad ſalutem vel mortem: & ſi ſint cruditatis, quandocumque apparuerint, longitudinem morbi ſignificant. Quæ igitur mox apparent, ſignificant breuem aut longum morbum, iuxta cruditatẽ aut coctionem vel corruptionem, & iuxta tempora in quibus apparent. Sed ſputum vt accipitur hic & *prima Aphoriſmorum*, accipitur pro ſigno coctionis, quia præſupponitur coctum quod expuitur, & pus iam factum in morbo laterali, & tunc etiam duplicat tempus ad hunc ſenſum in ſequentem diem iudicatoriam: vt ſi in vndecima ad decimam-ſeptimam, qui primus eſt poſt vndecimam indicatiuus, & ſi in quartadecima ad vigeſimam, qui primus eſt indicatorius primi ordinis. At dubitabis ſi perfectè cocta eſt materia in vndecima, cur non ſtatim vel ſaltem in quarta-decima expurgatur? Reſpondeo quod vt ſuperius dixi, non eſt hæc iudicatio, ſed febris quæ præſupponit totam materiam eſſe excretam: at hæc non ſimul excernitur, igitur oportet vt in multos dies differatur. Secundo quia materia illa quæ apparet concocta, non eſt eiuſdem generis tota: reliqua enim concoquitur, ſeparatur autem ſolum quod concoctum eſt. Cum ergo ad portionem illam concoquendam exigantur vndecim dies, ad reliquam totam perfectè concoquendam, quæ in multo maiore eſt copia, ſaltem ſex dies aut etiam plures erunt neceſſarij, ideò non excernitur niſi intra illam diem præſcriptam. Materia etiam quæ per ſputum excernitur, etſi concocta ſit ſpecie, non tamen eſt exquiſitè concocta: intra concoctionem ergo perfectam ſpecie, & perfectam verè, intercedit multum adhuc laboris in opere naturæ, quare neceſſe eſt ob has tres cauſas, cum vna ſola per ſe ſufficeret, ſimul

iunctas

iunctus intercedere multũ temporis, inter ea quæ mox apparent, & morbi ſolutionem. Galenus autem ſuo more laborat multum, vt hunc locum explicet, & maximè *in primo de Criſi*, & hoc eſt quia Hippocrates videtur velle, quod tale ſputum concoctum poſſit apparere in initio morbi: dicit ſi concoctum, quomodo eſt in morbi initio? Sed Hippocrates vocat morbi initium primum tempus, & ideò has difficultates quæ ſunt leues, & quæ poſſunt vno explicari verbo, in immenſum fruſtra auget, cum conſtet coctionem huiuſmodi vt clarè loquar, ſi in primis diebus appareat, duplici modo breuem morbum oſtendere: & quòd iam propè finem ſit coctio, & quòd materia illa motum magnum ſeu mutationem perpeſſa ſit in breui tempore, quod & illius ſubtilitatem, & vim agentis magnam oſtendit. Et ſi ad coctionem, agens illud eſt calor naturalis, & ſi ad corruptionem calor putridos. Cum ergo calor naturalis viget, fit ſputum album, lene, æquale, non fetidum, bene permiſtum, & quod facilè expuitur: ſi autem præter naturam fit; loco non fetidi fetidum, loco bene permiſti purum, loco eius quod facile expuitur lentum vel rotundum, vel quod difficulter expuitur; loco æqualis inæquale, craſſum; loco lenis quod partes habet concretas intus, velut gipſum & ſordidum: & loco albi flauum, rubrum, viride, croceum, cœruleum, liuidum ſeu fuſcum, nigrum, tum etiam ſanguineum, ſed hoc ſolum cruditatem oſtendit. Verum non vt ad concoctum ſputum coctum ſpatium temporis ad ſolutionem morbi exigitur, ita ad prauum idem tempus intercedere neceſſarium eſt ad mortem: quãdoquidem mala bonis celerius aduenire ſoleant. Sed ſi robuſtæ primum ſint vires, & vitia non ſint plura, neque in extremo: nam ſi talia fuerint, vtpote ſputum nigrum, rotundum, fetidum, quod vix excernatur, tale in ſequentem diem vix differetur ad mortem. Attamen antequam tale euadat, vt malum appareat, multò antea eſt neceſſarium, quo fit vt res ferme redeat ad idem, & conduplicetur etiam tempus. Si ergo à prima die ſputum prauum appareat, poterit quàm breuiſſimè interire, at non poterit quàm breuiſſimè ſanari, quia à prima die concoctum non poteſt apparere, ſed ad ſummum cum celerrimè, in tertia. Hæc igitur quæ ad vnum propoſitum tendunt, & nuſquam vagantur, debuerat Galenus docere, & non vagari huc illúcque ſine fructu: nam ex hoc conijciemus ſcilicet tribus illis cauſis dictis, producendi morbi ſolutionem, vſque in diem ſequentem iudicatoriam; poterimus quod Galenus neſciuit, multò minus docere potuit, ſcire diem exquiſitè ſolutionis morbi, iuxta ſcilicet exactam coctionem veram, multitudinem ſputi, in comparatione ad abſceſſus magnitudinẽ: nam hoc declarat quanta pars non ſolùm veriſimiliter cocta ſit, verùm etiam quantum excernat, atque ob id facit facilè vt ſit ſputum & virium robur. Alia verò ſigna quæ ſunt lethalia, non exigunt tempus vt delirium, ſtabile frigus, extremitatum conuulſio, pulſus, caſus ſyncopis, liuor cum ſudore frigido extremorum, non poſſe deglutire, non videre, non audire, non intelligere, mane ſupinum vt cadauer, excrementa admodum fetida; ſed tamdiu ſupereſſe poſſunt, quantum vires reſiſtere. Ob id ſignum hoc non exigit niſi illarum cognitionem.

TEXTVS XIV.

QVum etiam in circuitibus citiorem recurſum, ac reliquum augmentum, morbus neget: nam & eorum qui ſtatim pereunt, velociores ſunt iudicationes, quoniam & dolores, & continui ac validi. Quæ verò ad melius iudicant, non ſtatim apparent.

COMMENTARIVS.

Signa ſalutis ſunt coctionis ſigna: ſigna coctionis non poſſunt vt viſum eſt ſtatim apparere, igitur ſigna ſalutis non poſſunt ab initio apparere. Et eſt in primo tertiæ figuræ iuxta ea quæ trademus, ſeu ſecundæ iuxta Auerrois ſententiam. Dicemus enim hoc modo: omnia ſigna propria ſalutis à coctionis ſignis ſumentur, ab initio nunquam poſſunt ſumi ſigna coctionis, igitur ab initio non poſſunt ſumi ſigna ſalutis.

Quum etiam in circuitibus; Docet quod morbus aliquando poteſt interficere ante ſtatum & incrementum, & poteſt contingere iudicium ad malum ante illa tempora, & hòc ob continuitatem dolorum, ac magnitudinem. Et intelligit per *dolores* ſeu *πόνους*, quæcumque præter naturam moleſtiam afferunt, velut vigilias, ſitim, inquietem, cibi abominationem: & huiuſmodi; ſed præſertim quæ ſtatim vires euertunt, velut ſyncopim, conuulſionem, ſoporem morboſum, febrem, hæc enim præcipitare ſolent vires, cum vrgent vehementer, & omnibus celerius difficilem valde reſpirationem. Connumerat ergo ſigna non alia à ſuperuenientibus, & ſunt comprehenſa in illis duobus verbis ante dictis, *ſputum & dolores*. Per *dolores* enim omnino quæ ſunt contraria naturæ intelligit: per *ſputum* quæ media natura ſunt, quæ alibi vt dixi ſuperuenientia appellauit. Iam ergo habes ſigna ſumpta à ſuperuenientibus, circa coctionem naturalia partim, & partim contra naturam, & ab his quæ ſunt prorſus contra naturam. Reſtat vt ſit tertium quoddam genus, quod

neque eſt naturalium ſignorom, neque præternaturalium, ſed decretariorum, à quo eõam morborum longitudo & breuitas, finis quoque ſcilicet ſalus & mots oſtenduntur.

TEXTVS XV.

SIgna decretoria quænon decernunt, partim lethalia ſunt, partim difficilis ſunt iudicationis.

COMMENTARIVS.

Hoc eſt quintum genus indiciorum qualitatis morbi longi, breuis lethalis aut non lethalis, cuius meminit Galenus ſuperius in enarratione Philini, & *primo de Criſi cap.*14. tum alibi ſæpius. Viſum eſt autem, quod longè ſecus expouit: non enim intelligendum eſt de ſignis primùm, quæ non ſtatim decernuot, ſed poſt tempus ſigoificant; velut coctio eſt decretorium ſignum, & tameo oon ſtatim iudicium ſignificat. Præterea ſigna indicatiua ſudor in Quarta ſignificat criſim in ſeptima per ſudorem, oec mali quicquam amplius; Sed neque ex his quæ paulatim morbum ſoluunt, vt vrina & egeſtio: paulatim enim ſanant ægrum, nec ſubitò decernunt, nec ſi à principio morbi aduenіant. Viſum enim eſt ſuperius in multis, quorum aluus decretorio modo ab initio turbata eſt. & tamen morbus non fuit diuturnus neque lethalis, vt inter reliquos Herophonti & Melidiæ contigit. Cum ergo natura tentat criſim, & non perficit illam, ſed modo decretorio puta in ſeptima vel vndecima apparet ſudor ſatis magnus, aut fluxus ſanguinis narium, aut menſes, tunc ſignum eſt mortis aut longitudinis morbi: Idque ratione poteſt demonſtrari; ſi oatura conatur decernere & non decernit, materia eſt inobediens & multa; ſi igitur vires debiles ſunt, mortem ſequi neceſſe eſt, ſin autem validæ, longus erit morbus. Itaque ſcire cauſam, eſt noſcere quid ſequi poſſit, & perfectè intelligere. Intelligendum eſt ergo dictum hoc iuxta demonſtrationem.

TEXTVS XVI.

QVæ præiudicata ſunt, ſi crudè iudicata fuerint, recidiuæ fiunt: Sin minus iniudicata manent aut malæ fiunt iudicationes. Poſſunt etiam fieri pernicioſa, ea quæ non parua ſunt.

COMMENTARIVS.

Cum declaraſſet quid ſigna decretoria quæ oon decernunt, ſignificent: declarat modò contrarium, ſcilicet quales ſint iudicationes, quæ ſine ſignis decretorijs adueniunt. Tribus enim modis hæc comparatio contingere poteſt: vel vt decretorijs ſignis iudicatio ſuccedat, & hoc eſt bonum: vel vt decretotia ſigna adueniant, non autem iudicium ſequatur; idque in præcedente declaratum eſt: vel vt decernant abſque ſignis decretorijs. Diuidit ergo bifariam hoc; nam quæ præiudicata ſunt, ſi crudè ſint iudicata, & ſine ſignis coctionis recidiuæ fiunt, quia vel non tota, vel oon prorſus materia eiecta eſt: non tota vt ſi pars materiæ per ſudorem prodierit, non prorſus velut ſi abſceſſus factus ſit, nam ſi tota & extra corpus materia fuerit euacuata, non poterit eſſe criſis præiudicata de materia cruda ſed concocta. Igitur ſi cruda eſt, neceſſe eſt alterum duorum factum eſſe. Si ergo pars materiæ relicta eſt, neceſſe eſt eam putreſcere denuo atque expelli, ergo fiet recidiua. Si abſceſſus, neceſſe eſt vt tandem extra corpus protrudatur; atque ita vt denuo putreſcat, & ita fiet recidiua, & etiam per ſecundam eiectionem. Debet autem legi *crudè* pro aduerbio non nomine ὠμῶς. (*Sin minus*) Id eſt ſi noo crudè nec intempeſtiuè, tunc aut manent in poſterum ſine iudicio deliteſcúntque vel ſenſim, aut tranſeunt in ἕξιν & habitum, aut malè iudicantur nec morbus finem accipit. Vel ſi morbi non ſint parui, interitum afferre poſſunt. Cauſa eſt, quoniam ſi tempore quo iudicari debuerunt iudicata ſunt, ſed tamen ſine ſignis decretorijs, ſignificat hoc impeditam eſſe oaturam: vel à cauſa aliqua externa, & ſic non ſequetur iudicium: vel à materiæ prauitate, & ita fiet mala iudicatio. Sed ſi cum hac mala iudicatione adfuerit virium imbecillitas, etiam morietur. Exemplum præiudicati morbi eſt poſitum ſupra Clazomenio in decima-ſeptima, & ea muliere quæ decumbebat in littore, quam reliquit febris in octaua, atque hæc præiudicata ſunt crudè, ideò deuenerunt ad recidiuam, & ſeruati tamen ſunt. Qui vero præiudicati ſunt malè vt Pythion Primus, & qui in Dealcis horto habitabat: Pythioo ſiquidem iudicatus eſt in decima, cum deberet iudicari in quarta-decima, ideo poſt quadraginta dies ideſt die quinquageſima ab initio morbi, facta eſt ſupputatio circa ſedem; alteri verò iudicatio facta eſt in vndecima, quæ debuit differri ſaltem ad vigeſimam, ideò malè iudicati ſont, ſed & hic euaſit beneficio virium quadrageſima die. Porro Euryanactia filia præiudicata eſt à magno morbo in ſexta, ideo trigeſima die à morbi ioitio mortua eſt.

De hac præiudicatione quam Galenus non vidit nedum intellexit, quam videmos

mos

mus tamen Hippocratem magnifacere, verba facere decet. Sententia igitur Hippocratis eſt, quod in his mortalibus ſi vnum contrarium adeſt, adeſt & reliquum: conſtat autem apparere ſigna decretoria, quæ non decernunt, ergo etiam adſunt morbi qui decernunt abſque decretoriis ſignis. In morbis igitur acutis, quia materia celerius mouetur & facilius, tum ob motus illius, tum ob caſus, tum ob naturam patientium, præiudicantur multi morbi: in diuturnis autem vt quartanis & quotidianis rarius. Hæ ergo præiudicationes, quandoque contingunt ſine coctionis ſignis, & tunc accidunt ob violentiam ſymptomatum, & cauſas ſuperius dictas, & ſignificant recidiuas, quandoque autem fiunt iudicia cum ſignis coctionis, & tamen ſine ſignis decretoriis; atque id bifatiam, eſtque antea viſum exemplum in Epicratis vxore die octuageſima, & Clazomenio in vigeſima: vel non præcedentibus ſignis decretoriis, licet cum decretorio ſigno fiant, cuiuſmodi fuerunt exempla ſuperius adducta. Et huiuſmodi iudicationes debent intelligi ſecundo hoc modo non primo, quia fiunt quædam ſine euacuatione, & tamen febris relinquit ægrum. Cum ergo natura non ſe præparat ad pugnam, ſed repente quaſi materiam aggreditur, hoc contingit vel quia primum impedita, vel poſt irritata, quorum vtrunque malum eſt.

TEXTVS XVII.

QVæcumque iudicatoria ſigna fiunt, eadem hæc ſi non fiunt, difficilis ſunt iudicationis.

COMMENTARIVS.

Per ſigna indicatoria intelligit, quæ iudicium conſequuntur, velut dictum eſt in primo modo. Quidam enim ſanantur abſque ſigno iudicatorio, atque in his difficiles ſunt iudicationes. Hoc dictum eſt, quia morbi quidam non ſoluuntur abſque ſignis iudicatoriis, vt ardentes febres: in his ergo ſi ſoluantur, abſque eis difficiles ſunt iudicationes. At non in omnibus, vt in ſanguinea peragmaſtica, & febribus quibuſdam longis pituitoſis: vel poteſt intelligi, quod ſi criſis fiat non præcedentibus ſignis iudicatoriis ſolitis illi criſi, vt tremor labij pro vomitu, rubor in facie pro fluxu ſanguinis narium, tunc iudicatio difficilis erit. Et ſi quis objeiat, ergo hic erit ſenſus idem cum priore. *Quæcumque præiudicata etiam ſunt, ſi crudè iudicata fuerunt*: ſed non eſt idem, quia ibi intelligitur *præiudicatum*, iudicatum ante diem iudicationis, & etiam ſi velis intelligere per *præiudicata* ſine ſignis decretoriis præcedentibus, quamquam prior ſenſus ſit longè clarior & ſine difficultate, tunc dicemus quod ibi intelligit de ſignis iudicatoriis generalibus, hic autem propriis vnicuique iudicationi, vt dedi nuper exemplum. Cum autem vterque ſenſus verus ſit, & Hippocrate dignus, difficile eſt inuenire germinum, & quem Hippocrates intendit: ſed amplectemur vtrumque.

TEXTVS XVIII.

QVæ vero contraria ſignificant, malum: non ſolum ſi recurrant, ſed etiam primariæ naturæ contraria repentia.

COMMENTARIVS.

Morbi qui ſine ſigno decretorio, ſanguinis euacuatione, abſceſſu, vomitu, ſudore, alui fluore, vrinarum multitudine recedunt, difficiles habent iudicationes, ideſt quoniam ſæpius repetunt antequam ſoluantur. Et qui iudicium habent non præcedentibus ſignis, quæ talia iudicia prænunciare ſolent, iudicationem ipſam tanquam natura ad eam actionem imparata, difficilem in ipſo actu iudicandi habent: hoc enim totum in antecedenti textu declaratum eſt. Quod ſi ſigna potius contrarium iudicent dicit Hippocrates, deterius eſt. Poſſunt autem id bifatiam facere, vel vt quietem pro motu oſtendant, vel motum contrarium; vt ventris murmur pro vomitu, & ruborem faciei pro ſanguine ex hæmorrhoidibus fluxuro. Veriſimilior autem eſt hæc interpretatio priore, quoniam ſigna quietis materiæ pauca prodita ſunt: melius eſt ergo vt intelligamus per contraria ſigna, contrarium motum motui iudicationis iudicantia. Sed quod addit, *non ſolum ſi recurrant ſed etiam primaria &c.* ideſt quod à principio bona apparuerint, deinde in contrarium conuertantur, velut ſudor primum prodit, inde ceſſat, hoc malum certè eſt, ſed etſi non appareat omnino; atque hic primus ſenſus. Alius propior: Mala ſunt ſigna, quæ contrarium naturæ ſignificant, vt frigus extremorum, frigidus ſudor in febre, non ſolum ſi repetant, ſed etiam ſi ſemel tantum eueniant contraria naturæ, vt delirare à ſomno, & laſſitudinem ſentire, ſudare frigidum, non appetere poſt euacuationem, *Recurrere* vocat quæ adueniunt celeriter & confertim, *repentia* quæ ſenſim adueniunt, & longo poſt tempore, velut ſi refrigeretur corpus & extrema, idque accidat ſæpius velut in Philiſco: *frigida in Quinta fuere vndique extremitates, in ſexta autem frigidum ſudauit, extremitates liuida*: hoc eſt *recurrere*. *Repentia* quæ ſenſim adueniunt & occupant, vt in Sileno; *octaua frigidum ſudauit*,

ut, poſt extremitates parum recaleſcebant in decima, extremitates rurſus frigida. Et de Euryaoactis filia, *quæ ſenſim & triſtitia & faſtidio & delirio ad mortem deducta eſt.* Alius ſenſus eſt vt quæ coorraria ſignificant his quæ patitur mala ſint. Sed hoc in ſequenti clarius.

TEXTVS XIX.

QVemadmodum etiam malorum ſignum ea quæ ad contraria repunt.

COMMENTARIVS.

Ad contraria quidem dupliciter; aut ſecundum naturam, aut præter naturam: præter naturam vt in tertio libro ſuper primum dictum eſt, vt à principali membro ad minus principale, ſeu à nobiliore ad ignobilius, ſecundum rectum, & à ſuperiore parte in inferiorem. Diximus etiam quod effluxiones meliores ſunt transmutationibus & deriuationibus, & etiam quomodo per propinqua loca. Sed de naturali exemplum habebimus inferius: vtroque ergo modo cum materiæ ad contraria repunt malum eſt, vtpote ab inferiore parte ad ſuperiorem, ad alterum latus verſus membrum principale, ex effluxione abſceſſos.

TEXTVS XX.

COnſiderare verò ſic oportet in cibis, compreſſionibus venarum, tumoribus præcordiorum ſurſum vergentibus, deorſum vergentibus.

COMMENTARIVS.

Libro ſecundo Prognoſticorum inquit Hippocrates: *dolores qui cum febre affligunt circa lumbos & inferas ſedes, ſi præcordia attigerint, inferas relinquentes ſedes, exitiales admodum ſunt: contingit tamen & iuxta venarum rationem, licet aſcendant, bonas fieri tranſmutationes,* vt ibi: *Quibus abſceſſus fiunt ex pulmonia, ac circa aures ac ſuppurant, aut ad inferas ſedes, ac fiſtulantur, ij ſuperſunt, In cibis autem ſi euomant cum proprium ſit vt ſecedant: &c.* Ideò clara eſt expoſitio, præter illud compreſſionibus venarum ideſt.... hæmorrhoidibus: nam ſi non fluant poſtquam intumuerint, ad contraria repere dicuntur. Hæc igitur dicuntur ad contraria repere, in his quæ ſunt præter naturam. Quod ſi quis obijciat, quia cibi deſcenſus eſt ſecundum naturam: Dico quod ſufficit vt id quod ad contraria vertitur, manifeſtè contra naturam tranſmutari videatur vt in præſenti caſu.

TEXTVS XXI.

SEd & multa ſunt eiuſmodi, velut abortientium mammæ graciles fiunt: neque enim contrarium eſt, neque tuſſes diuturnæ, quoniam vbi teſtis intumuit, ceſſant: & teſtis tumor à tuſſi ceſſat, & alleuatur. Quæ res commonefacit nos communionis pectoris mammarum genituræ vocis.

COMMENTARIVS.

Cum docuiſſet quod mala ſunt ſigna eorum, quæ ad contrarium repunt, & quænam ſint, quæ apertè ad contraria repunt, vt dictum eſt de cibo, compreſſionibus venarum, docet occultos eſſe conſenſus, in quibus ſunt mala ſigna, quæ non ſunt manifeſta, neque ad contrarium: velut ſi mulieri vtero gerenti mammæ detumeſcant, ſignificant abortum, & tamen hoc non eſt ad contrarium repere. Et circa hoc dicebat idem Quinta Aphoriſmorum: *quæ corruptura ſunt fœtus, his mammæ extenuantur: ſi verò rurſus duræ fiant, dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infeſtabit, & non corrumpent.* Diximus ibi conſenſum vteri cum mammis, & nunc idem declarat Hippocrates. Et ſicut in mulieribus cum vtero conſentiunt mammæ, ita cum viris vterus non ſit, adſint autem teſtes, oportet inuenire in viris, quod teſtibus conſentiant loco mammarum. Nam mammæ in viris ſunt non ob ornatum tantũ vt quidam credunt, ſed ex neceſſitate creationis illarum, cæterum alioquin inutiles: ſubſtituit ergo loco mammarum pulmones, & inſtrumenta vocis. Itaque legendum erit diuiſim, communionis ſcilicet pectoris, mammarum, cum inſtrumentis genituræ in fœminis, & pectoris vocis cum inſtrumentis genituræ in maſculis.

TEXTVS. XXII.

ABſceſſus aut per venas, aut per oſſa, aut neruos, aut cutem, aut alias emuriones.

COMMENTARIVS.

Cum declaraſſet in generali, quæ repunt, quomodo bona ſint aut mala, & ratione eorum quæ repunt, & quà repunt: docere incipit modò ſpecialiter, & quæ bene repunt, ſcilicet de quibus dicat, vtpote quoniam loquitur de abſceſſibus, & quà repunt, vtpote per venas aut oſſa aut neruos, atque ita continuatur ſermo præcedentibus. Per venas fieri abſceſſum eſt familiare, ſiquidem *lib. de Inæquali*

Inæquali intemperie cap. 3. enarrat ea, quæ in præſentis loci abundè totius ferme intellectum faciunt his vetbis. Quippè calida fluxio, vbi in muſculum procubuit, primum maiores atteriæ, venæque opplentur, ac diſtenduntut; ab ijs minores, atque ita tes procedit, donec ad minimas ſit peruentum. In ijs vbi valenter impacta fluxio eſt, nec amplius contineri poteſt, partim eius, per ipſatum ora, partim pet tunicas colatum foras tranſmittitur; tum vetò ſpatia ipſa vacua, quæ inter prima ſunt corpora, fluxione implentur. Sic omnia ab humore, omníque ex parte, incaloſcunt, ac perfunduntur. Ea ſunt nerui, ligamenta, membranæ, caro ipſa; antequam hæc, arteriæ & venæ, quæ ſcilicet & primæ & ptæter cætera vario dolore afficiuntur. Quippè interius à fluxione tum excaleſiunt, tum diſtenduntur, ac diuelluntur: exterius non modò excaleſiunt, ſed etiam premuntut, ac degrauantur, reliquæ particulæ aliæ comprimendo ſolum vel iocaleſcendo, aliæ vtroque genere laborant, appellatúrque morbus ipſe phlegmon. Quomodo autem etiam per oſſa abſceſſus fiunt, non ſolùm experimento deptehenſum eſt, ſed & Ptinceps hoc teſtatur *Septima tertij cap.* 1. Sed de his aliàs. Simili ratione & per cauitates netuorum, & per cutem cum per illam prodeunt: & ſicut herpes ptopriè qui pet ſumma cutis ſerpens (etyſipelatis genus eſt hoc) illam varijs in locis exulcetat. Per alias emotiones poſſumus intelligete, non ſolùm abſceſſus, ſed etiam fluxiones & tranſitus, vt cum materiæ per aluum euacuantur. Abſceſſus enim multa habent ſignificata, pro quo vide *quarto contradicentium.* Diſcrimen eius eſt duplex: ſubſtantiæ quæ tranſit, & loci veluti carnium & ligamentorum & adipis, qua materia tranſit ceu per viam quandam; iſque ſenſus, etſi vterque verus ſit, & ſententiæ atque Hippoctatis inſtituto conueniens, verbis ſequentibus magis congruere videtur.

TEXTVS XXIII.

BOni autem ſunt qui infra morbum fiunt, velut varices, lumborum grauitates ex ſupernis.

COMMENTARIVS.

Intendit quadruplicem diuiſionem: bonorum, optimorum, malorum, & peſſimorum abſceſſuum. Atque id in Dialectica cum tot voluminibus obſcurum eſt: peſſimum cui aduerſerut ptoptiè; an optimo? neutiquam; quoniam noo ſtatim quod peſſimum non eſt, optimum eſt, neque quod non optimum peſſimum. At ſi bono peſſimum contrarium eſt, non erit malum: at non quicquid non bonum eſt, ſtatim peſſimum, & quicquid non malum optimum: imo nec quod bonum non eſt, neceſſariò malum eſt: poteſt enim eſſe mediocre. Si igitur contrarium eſt bonum malo, & non bonum bono, contraria autem maximè diſtant; non etit peſſimum contrarium bono, quantò minus optimo. Dicemus autem quantum ſatis eſt huic ptopoſito: quoniam medio conſtituto contratia erunt genete bonum & malum: maximè enim etiam genere diſtant, & optimum & peſſimum genete & quantitate, contraria erunt.

Rurſus optimum malo aduerſabitut genere, quantitate etiam; nihil enim magis à malo optimo diſtare poteſt: at optimo non ita malum aduetſabitut contrariumque erit, ſed genere tantum: eſt igitut contrarium ſolum geoere, & genere etiam quaotitate, ſed medium, & quantitate etiam omnino. Comparatiua autem nihil ſunt pet ſe, ſed ad alia dicuntur: quò fit vt plura mala dicantur meliora & bona deteriora. Dicuntur ergo boni ſimpliciter abſceſſus, ſeu detiuationes vel fluxiones, ad locum inferiorem morbo: mali ergo ad ſuperiorem. Inde docet optimos.

optimum
bonum
medium
malum
peſſimum

TEXTVS XXIV.

OPtimi verò potiſſimum ſunt inferni, & longiſſimè infra ventrem, & remotiſſimi à morbo: & qui per effluxionem fiunt, velut ſanguis è naribus, pus ex aure, ſputum, vrina, quæ per effluxionem fiunt.

COMMENTARIVS.

Cum ptopoſuiſſet abſceſſum bonum, quem vt dixi ex Galeno *in primo Epidemiorum ſect.* 2. *com.* 35. ſæpè ſolet Hippocrates vocare etiam effluxionem, ſeu tranſmutationem quamcunque: hic proponit optimas conditiones, quas dicit eſſe vt ſint inferni, & procul à ventre ex inferiore parte, & procul à loco morbi, & vt pet effluxionem fiant. Singulorum autem rationem reddere oportet: & primum eius quæ fit per effluxionem, vbi dat exemplum ſanguinis è naribus, nam hic non videtur fieri ex longiſſima regione, à loco morbi vt in ſoda idest capitis dolore, neque ab inferiore parte ſimpliciter: cum vt alias dictum eſt inferior pars intelligatur infra iecur, & tamen eſt vtilis admodum, vt in Aphoriſmo 4. *Quibus in febribus aures obſurduerint, ſanguis è naribus fluens ſoluit morbum.* Et ſimiliter illud, *caput dolenti aut circumdolenti ſanguis è naribus fluens morbum ſoluit.* Et rurſus: *quibus ſperatur ad articulos abſceſſum futurum,*

nurum, vrina multa, craſſa, alba, & ſanguis è naribus fluens, citò morbum ſoluit: Tum etiam in laſſitudine phlegmonis participe, & in menſibus deficientibus. Cauſa eſt ergo qnòd in effluxione, quantò locus eſt propior, tantò commodior ad euacuandam materiam peccantem & melius tota expurgatur, minus inficiuntur boni humores, & natura minus debilitatur? ergo effluxio quantò propior loco patienti, tantò melior; at abſceſſos & deriuari quantò longius à loco patiente fit, eò melius eſt, quia ſignum eſt maioris roboris virium, quia hoc in caſu materia remanet in corpore, in effluxione quocumque ex loco fiat, fit ad longinquiſſimas partes, cum exeat corpus, & ſi abſceſſus fiat prope locum patientem, dum concoquitur locus patiens affligitur: igitur quantò magis procul fit abſceſſus, eò commodius eſt. (*Pus ex aure*) Viſum eſt in *Aphoriſmo eodem ſexta particula*, quòd pus ex aure ſi prodeat, ſoluit dolorem capitis, atque hoc eſt ſecundum ſignum præter naturam: duo alia proponit excrementorũ ſecundum naturam, ſcilicet ſputum & vrinam: hæc enim à partibus maximè propinquis ſunt vtiliora. Cur ergo longiſſimè à morbo viſum eſt: cur autem etiam à ventre ferme eadem cauſa eſt & in natura robur virium, & in coquendo maior ſecuritas ne membra naturalia lædantur: vnde ex propinquis abſceſſibus ipſi ventri magis generantur febres & hydropes. Quòd verò in infernis partibus magis quàm ſupernis, hoc difficultatem habet, cum minus ibi concoquatur: nihilominus quoniam partes illæ ſunt remotiores à membris principalibus, & maiores, ideò abſceſſus in illis locis minus ſunt periculoſi.

TEXTVS XXV.

AT abſceſſus quibus hæc non fiunt ſunt velut dentes, oculi, naſus, ſudor.

COMMENTARIVS.

In præſenti textu docet modò malos abſceſſus, aut qui non fiant, & ita proponit tria genera: ſudorem tanquam qui non ſit abſceſſus, eò quòd non eſt proprius alicui parti, & fit aceruatim, non autem ſenſim ideoque non eſt bonus: ad oſſa quia non poteſt fieri; ad naſum & oculos, quia non ſunt in inferiore parte corporis; licet ſint procul à ventre. Intelligendum eſt, quod infernum dicitur bifariam: aut ſimpliciter vt in cruribus & pedibus, aut comparatiuè vt in brachijs, vt ſi materia peccans eſſet in capite. Simpliciter ergo ſuperiores ſunt caput & collum, inferiores crura, tibiæ, pedes: mediæ brachij: pectus venter. Verbo ſuperiora dicuntur ſimpliciter quæ ſunt ſupra iecor, inferiora quæ infra. In abſceſſibus ergo ad ſuperiora ſimpliciter, non fit optima tranſmutatio, quia partes ſuperiores ſimpliciter ſunt nobiles; oculi, naſus, & aures ac os: at in ſuperioribus comparatiuè non eſt periculum ratione nobilitatis partis, ſed ratione motus naturæ. Et cauſa huius eſt, quoniam natura partem tenuiorem in abſceſſu, vel reſoluit vel miſcet cum craſſa: craſſa autem debet mitti ad inferiora, igitur ſi ad ſuperiora mittatur, natura aberrat.

TEXTVS XXVI.

SEd & quæ ſub cutem abſcedunt foras, tubercula velut putreſcentia: & quæ ſuppurationem patiuntur, aut vlcus aut eiuſmodi puſtulæ, aut ſquammæ, aut capillorum defluuium, vitiligines, lepræ aut eiuſmodi quæ ſunt abſceſſus aceruatim fluentes, & non ſemirepentes, & quæcumque alia dicta ſunt.

COMMENTARIVS.

In hoc texto connumerat multa exempla præter tria illa dicta non bonorum abſceſſuum, & ſunt omnes qui non reſoluuntur, aut abſque ſenſu, aut per effluxionem, vt dictum eſt in *Primo & in ſecundo libro ſuper primum Hippocratis*, Ibi docuimus cauſam, cur etiam quæ ad ſuppurationem veniunt, non omnino bona ſint: præter id enim quòd laborioſè ad ſuppurationem veniant, corpus ægrum efficiunt, nec liberant ſed mutant morbum: Et quæcumque alia dicta ſunt, id eſt qui ſunt ad loca non debita, vt ſunt tria genera iam ad loca non debita: Et quæ non propriè è loco patiente euacuant, vt ſudor: nam ſi tota materia morbi educitur, æger nimis debilitatur, euacuata tanta materia vndique innoxia: ſi non tota æger non ſanatur, Et ſi confertim ruat materia ad locum, ita vt priore ſanato affectu nihilominus corpus defædatum relinquatur. Hi ergo ſunt modi malæ tranſmutationis, vt cum ſequente ſint quatuor.

TEXTVS XXVII.

ET ſi non pro rationis excretionis morbi dignitate fiant, velut Temeni nepti ex morbo magno ad digitum decubuit, qui cum non ſufficeret ad ſuſcipiendum morbum recurrit, & mortua eſt,

COMMEN

COMMENTARIVS.

Hic eſt quartus modus praui decubitus cum natura ad locum mittit, qui non eſt capax tantæ molis, quanta eſt materiæ facientis morbum: vnde vel neceſſe eſt recurrere materiam vt in exemplo puellæ ad membrum principale, & ob id interire aut adeò intendi particulam, vt dolores, febres, vigiliæ & conuulſiones ſequantur, & nihilo ſecius perire. Huiuſmodi tranſmutatio fuit peſſima, quia ad eam ſecuta eſt mors, ſed non in genere. Peſſima enim vt ſuperius dixi non eſt quæ ſimpliciter opponitur bonæ aut optimæ, nam & mala eis opponitur, ſed quæ in ſingulis conditionibus ei aduerſatur: velut optima deriuatio vt viſum eſt, quæ procul à ventre, à loco morbi infra, & ad locum infimum in loca conuenientia, & ſolius materiæ peccantis, quæ veſtigium mali affectus non relinquat, ac perfecta ſit. Ergo peſſima hac ratione, quæ omnia oppoſita his amplectitur, aut maximam partem, aut maioris momenti, velut ſi tranſmutetur ad ventrem vel pectus ex inferiore loco, & prope ipſum tamen; aut ſi ex pectore in morbo laterali ad peripneumoniam vel anginam, non deficiente morbo ipſo laterali. Hæc enim paucis conditionibus, octo illis optimæ tranſmutationis oppoſitas complectitur; Et ideo lethaliſſima eſt.

Cur autem huiuſmodi tranſmutatio ad loca quæ recipere non poſſint fiat, ratio eſt quoniam natura mouet materiam ad locum è regione leui motu, nam non dominatur: cum enim dominatur mouendo ad locum ex quo non habeat exitum, repellit eam ad alium locum per venas, quæ eam non refugiunt, quoniam non eſt adeò illis contraria, & ita eouſque donec perueniat ad loca laxa, in quæ recipi poſſit, vel vt dirigatur ad exitum è corpore. Duo igitur ſunt in cauſa huiuſmodi tranſlationum; prauitas materiæ & locus in quo inuenitur è regione poſitus ei ad quem transfertur. Vnde ſi natura robuſta ſit retinet eam ibi violenter, & excitantur dolores, febres, vigiliæ & conuulſiones: & ſi vires ſint imbecilles, cum materia quæ corrumpitur, in dies fiat deterior *Primo de differentiis febrium cap. 6.* maiore impulſu redit ad loca interiora, nec excitat dolores nec febrem adeò magnam, ſed occupat aliquod membrum principale, & interficit ſtatim multitudine & prauitate, quæ duo adeſſe quaſi neceſſe eſt: niſi enim eſſet multa, non poſſet redire iam deducta ad locum infirmiorem, quia membra valida impellunt ſuperflua ad membra debilia, vt *Prima Primi doc. 6. cap. ſingulari de membris in fine* ideò retrocedit, quia iam occupat loca media tota, & augetur in horas, intumeſcens calore putrido, & ob adiectionem quæ fit; quia quicquid tangitur à putrido, quod non ſuperatur à natura putreſcit, & ita excitatur motus à calore illo putrido: hoc enim eſt declaratum *in ſecundo de d ntibus* quod calor omnis mouet, & cum non poſſit mouere ad exitum, quia locus anguſtus eſt, retro agitur & interficit, vt dictum fuit de Critone.

Dubium videri poſſit de hac Temene, an forſan ea eſſet, de quo *Quarto Epidemiorum pag. 6.* proximè, loquitur ibidem de Apemanto & filio mulieris id eſt vxoris Temenes, ſororiſque Apemanti & fabro, vt etiam in ſequenti particula, *Apæmantus & pater fabri.* Meminit & eiuſdem vxoris in eodem quarto, ac ſororiæ ſuæ. Sed obſtat id quòd *in Quarto* hi omnes erant in Perintho, hic autem *in ſecundo* vtrobique videtur fuiſſe in Cranone. Quia in tertia poſtmodum particula inquit, *in Perinthum ferme circa ſolſtitium venimus.* Prætereà *in ſecundo* ſcribitur *Καὶ μάντου Apæmantis*, in *Quarto Κνημάνθου Apemanthus.* Conſtat non eundem eſſe, niſi forſan erratum ſit in altero eorum. Meminit etiam in ſexto huius Temenis neptis, dicens *apud Temena neptim, nigricantis erat coloris.* Sed redeo ad vtiliora, nam de his alij conſiderabunt. In morbis magnis idem contingit, ſeu ſint magni ob materiæ multitudinem, ſeu ob affectus magnitudinem, vt in magno vlcere: ſeu quod ſint in membro principali, ſeu quod ſint cacoëthes vt in vulnere articulorum, & finium muſculorum. Quoniam licet materia non ſit multa, vires tamen adeò ſunt labefactatæ, aut nerui malè affecti vt ex quauis cauſa incidant in diſtentiones aut conuulſiones, vnde mors ſequitur: & hoc in vulneribus, quemadmodum ipſe Hippocrates *in Quinta Aphoriſmorum* ait, *conuulſio ex vulnere lethalis eſt.* Quod idem de diſtentione verum eſt, Quanquam dicant *exuſta ceruicis ſpina diſtentionem ex vulnere ortam ſanari.* Per quas autem partes tranſlationes bonæ fieri debeant, ſubijcit.

TEXTVS XXVIII.

ABſceſſus aut per venas, aut per aluum, aut per neruos, aut per cutem, aut iuxta oſſa, aut ſecundum ſpinalem medullam, aut ſecundum alias effluxiones, os, pudendum, aures, nares, &c.

COMMENTARIVS.

Recolligit dicta, & ſpecialiter ea diſtinguit in duo genera, non naturales tranſmutationes, & enumerat ſex, & naturales, vbi effluunt è corpore, & ponit quinque. Per *venas* intellige vtrumque genus tam earum quæ ſunt quietæ, quam quæ pulſant. Per ſpinalem medullam vide librum de locis in homine ad hæc verba. *Quum vero in ſpinam fluxio proceſſerit huic tabes fit, & lumbi dolent, & anteriores illi capitis par-*

tes vacua videntur eſſe. Atque hic de noxia fluxione loquitur: verùm ſermo inſtitutus eſt de fluxione ſalutari potius, per quam materiæ è corpore deriuantur in ignobiliores partes: cum dixit *iuxta oſſa*, non intelligit vt ſit per ipſa oſſa, quoniam naturæ facilius eſt os circum ambiendo tranſmittere materiam paulo longiore via, quàm breuiore, per tantam duritiem quanta eſt ipſum os.

TEXTVS XXIX.

EX vtero iudicationes octauo menſe. Poſtridie quicumque ad lumbos & crura, etiam ex tuſſi, & ex ipſomet teſte ad eundem iudicantur. Tuſſiculoſi abſceſſus ſupra ventrem fiunt, non ſimiliter perfectè liberant.

COMMENTARIVS.

Scribitur *ſexto Epidemiorum* hoc: Quibuſcumque ex abortu circa vterum & tumoribus ad capitis grauitatem conuertitur, & iuxta ſinciput, maximi dolores & quicumque alij ab vteris; his in octo aut decem menſibus morbus ad coxam deſinit. Exiſtimat Hippocrates eſſe membris genitalibus non ſolum cum pectore familiaritatem quandam, ſed vtrotumque cum octauo menſe. Atque huiuſmodi iudicationes non perfectas & intempeſtiuas eſſe putat: τῇ ὑστέρῃ enim & Poſtridie vt ὑστεραίῃ τῇ vel ὑστέρα vulua & vterus; ὑστεραία vuluaceris vel vterious, vel ὑστερέω careo, vt ſit ſenſus, *Indicationes octauo menſe ex vtero fiunt*, vel *iudicationes octauo menſe deficientes ſunt ad lumbos & reliqua*. Sed enim & ad teſtes ex tuſſi fit iudicatio, vt in *Quarto Epidemiorum*. *Tuſſiunt ſiccam tuſſim qui teſtes affectos habent, & ex tuſſi vena ſecta ad teſtem ſolutio fit*. Et in hac infra: *Quibus tuſſis ſicca eſt his non ſoluitur, niſi vehemens dolor ad crura vel ad coxas aut ad teſtem irruat*. (*Et ex ipſomet*) Ideſt quòd ex teſte fiat iudicatio ad tuſſim, ac denuo ad ſeipſum, ſicque ſoluatur morbus; vel vt ex interiore parte ad exteriorem: nullum iſtorum ſenſuum probo, quoniam non ſic dicitur ſolui morbus aut iudicari. Sed eum potius ſenſum probo, vt morbus diſcedat ac teuertatur, indéque ſolutus ſanetur, materiam propellente natura. Id fit quoniam cum tedit aliam formam ſuſcipit, qua facilius expellitur. Hunc modum iudicationis, qui non ſunt valdè experti in arte, admirantur; ſed qui in arte ſunt exercitati, quotidie vident. (*Nam qui tuſſiculoſi abſceſſus*) Declarat quòd cum abſceſſus ad teſtes fiant ex tuſſi, non perfecti, quod qui fiunt ſupra ventrem, non ſimiliter perfecti fiunt, & habet duplicem intellectum. Primus quod ſimiliter tales abſceſſus non ſunt perfecti, vt neque qui fiunt in teſtibus, vel quòd non ſimiliter perfecti ideſt non adeò perfecti fiunt, vt illi; ſcilicet quòd ſunt longè imperfectiores illis. Et hic eſt verior ſenſus. De his autem loquitur generaliter in Prognoſtico, & quanquam non faciat mentionem de tuſſi, tamen etiam illis conuenit, vt intelligamus Hippocratis dictum de huiuſmodi tumoribus eſſe veriſſimum: inquit enim *Tumor in præcordio durus ſi adſit & doloroſus, peſſimus quidem eſt ſi per totum fuerit præcordium. Si verò fuerit in altera parte, minus periculoſus eſt in ſiniſtra. Significant autem huiuſmodi tumores, in principio quidem, mortem breui affuturam. Si vero viginti dies tranſgrediatur, tum febris detinens, tum humor non conſidens ad ſuppurationem conuertitur. Contingit autem his in primo circuitu etiam ſanguinis eruptio è naribus, & valde prodeſt. Verum interrogare conuenit, an caput doleant, aut hebetem viſum habeant. Si enim horum quid fuerit, ad eum locum repit. Magis tamen in iunioribus quinque ac triginta annis, ſanguinis eruptionem expectare conuenit. At verò molles tumores, & doloris exortes, & qui digito cadunt, diuturniores iudicationes faciunt, & minus illis ſunt horrendi. Si verò tranſgrediatur ſexaginta dies, febris detinens, & tumor non conſidat, ſuppuratum fore ſignificat & hunc & eum, qui in reliquo ventre eſt eodem modo. Quicumque igitur tumores doloroſi ſunt & duri & magni, periculum mortis breui affore ſignificant. Qui verò molles & doloris exortes ſunt, & digito compreſſi cedunt, diuturniores illis ſunt. Cæterum tumores in ventre minus faciunt abſceſſus, quàm qui ſunt in præcordiis. Minimè verò qui ſub vmbilico conſiſtunt ad ſuppurationem conuertuntur*. Et rurſos ſexto Epidemiorum: *Abſceſſus velut glandularum tumores, ſignum quidem ſunt earum partium quæ germina habent, ſed & aliarum, maximè vero circa viſcera: Maligni autem hi ſunt*. Ideo conſtat huiuſmodi tumores aut inſanabiles, aut æquè poſſe ſanari, aut vehementer eſſe periculoſos, qualitercumque ſupra ventrem ſint, id eſt in ventre vel pectore, vel poſt aures. *Poſtridie quicumque ad lumbos*, ideſt in ſequenti iudicatoria die: hi enim facillimi ſunt, vt illi difficiles & ſeri ex vtero.

TEXTVS XXX.

SAnguinis eruptiones largæ ex naribus plerumque liberant, velut Heragoræ, quod medici non animaduerterunt.

COMMENTARIVS.

Hoc ferme in præcedenti dictum eſt: contingit autem in his ſanguinis eruptio è naribus in primo circuitu, & valde prodeſt. Sed & hoc ad teſticulorum pertinet

abſceſſum,

abſceſſum, & referri poteſt ad ventris tumores, ad tuſſim autem minimè. Pat autem eſt effluxionem copioſam liberare, quandoquidem ſi materia extra corpus exeat, aur mortem ſi intempeſtiuè, aut ſalutem ſi tempeſtiuè neceſſariò afferat. Hoc autem Heragotæ contigiſſe air, vt liberaretur ſcilicet ob fluxum ſanguinis, & tamen alij medici non animaduettetunt. Plures igitur ibi iu Cranone Medici præter Hippocratem erant.

TEXTVS XXXI.

QVi voces aſperas natura habent, his etiam linguæ ſubaſperæ ſunt, & quæcumqe aſperitates à morbis ſimiliter. Quæ igitur duræ ſunt linguæ à natura, etiam ſine morbo hoc habent. Molles verò tardiores ſunt, & ad peccatum, & ad bonum, quàm prior natura.

COMMENTARIVS.

Superius viſum eſt, vocem cum membtis genitalibus habere conſenſum. Sed & infra huiuſmodi exempla videbimus, & ſupra etiam egimus de vocis ſignificatis & cauſis. Galenus vt dixi vocem aſperam refert in ſiccitatem, vt etiam *primo Prorrhicicorum*, & *in libro Artis Medica*, vbi aſperitatis vocis cauſam eſſe vult ſiccitatem, inæqualitatis autem humidum inæqualiter ſparſum. Vult ergo docere hac in parte, quod aſperæ voces fiuut ob aſperitatem partium, ei muneri ſubſeruientium quæ ſunt arteria, ſ larynx, & muſculi eas partes moueutes: tum etiam partes oris & palatum. Si igitur partes hæ aſperæ fuerint, ſeu ob ſiccitatem, ſeu ob excrementirium humidum, etiam lingua talis erit. Sed cum hic ſermo ſit de naturali temperie, vt ex textu ipſo habetur, ob ſiccitatem eiuſmodi aſperitas contingit: lingua autem eum aſpera arteria ſimilitudine muſculorum conuenit, tunica autem magis eum gula, Ob id ergo ſi voces ſint aſperæ, lingua etiam erit ſicca, lingua autem ſiccca ſubaſperam efficir vocem. *Et quæcumque aſperitates à morbis ſimiliter.* Argumentum eſt huiuſmodi: ſi naturaliter vox eſt aſpera, his etiam lingua ſubaſpera eſt: ſic ergo ſi vox aliquid præternaturaliter patitur, eodem modo lingua, præter naturam ſimili modo affecta erit.

(*Quæ igitur dura*) infert corrolarium, *lingua dura naturaliter poteſt eſſe*: quia cum ſequatur naturam membrorum vocis & illa poſſint eſſe ſicca & dura, quia vox poteſt eſſe aſpera, igitur & lingua poteſt eſſe dura. Quomodo autem vox aſpera fiat, ex ſiccitate nemo docuit, elicitur autem ex hoc loco, & argumentum eſt huiuſmodi: Omne ſiccum eſt durum, & omue durum facit aſperam vocem, igitur ſiccum facit aſperam vocem. Sed ex hoc ab effectu ſuprà cauſam ſequitur vox aſpera, igitur à ſiccitate. Primam propoſitionem declarabat Galenus *Secundo de Temperamentis*, & patet etiam ſenſu ipſo & ratione. Nam durum dicitur, quod neque flecti poteſt, nec cedit tactui: at quæ cedunt & flectuntur, hæc id patiuntur quia humida. Humida enim ſubſtantia nil aliud eſt quàm molle, & id ipſum etiam declaratur experimento, nam ligna viridia flectuntur, ſicca non ita. Sed hoc totum adeò clarum eſt, vt omnis probatio potius obſcuritatem afferat, quàm lucem. Secunda eſt difficilior, ſcilicet quod durum efficiat aſperam vocem, deberet enim potius exilem aut tenuem facere quia difficilius mouetur, & quod difficile monetur, minorem ictum facit; ergo remiſſiorem ſonum & non aſperiorem. Reſpondeo quòd durum facilius mouetur, quàm molle, quia totum ſimul mouetur, ideò magnum poteſt ſonum efficere. Sed duram facit vocem & ſonum ob hoc, quia non cedit, molle autem cedit. Vox autem mollis nil aliud eſt, quàm quæ cedit & accommodatur inſtrumento auris. Similes enim ſuut affectiones, quæ fiunt ipſis agentibus, vt videmus in veſtigio facto à re dura, nam eſt totum perfectum: à molli autem retrocedunt partes. (*Molles verò tardiores*) Intendit vnum quòd mollia tardiora ſuut ad bonum & ad malum, quàm prior natura ideſt quàm ſicca. Eam ſententiam videtur innuere *in libro de locis in Homine*. Quod enim ſiccius (corpus eſt) morbos magis recipere ac magis dolere à natura ſolet, humidum verò minus: Morbus enim qui in ſicco eſt ſtabilitur & non ceſſat. Qui verò in humido diffluit, & alias aliam partem corporis occupat, & ſemper tranſmigrans requiem facit, & citius quoque ſedatur vtpote non ſtabilitus: Oporter igitur intelligere eodem modo, quod ſicca natura facilius incurrit morbos, atque ſanatur, quoniam magis conſiſtit circa medium, & tatior exiſtit. Quod etiam quantum ad reditum quotidie videmus corpora ſicca facillimè ſaneſcere, facillimè etiam ægrotant, quia languidiora ſunt, & minus calore naturali prædita. Humida verò cum plena ſint, vbi ægrotarint difficillimè reſtituuntur ob multitudinem humidi, nec hoc eſt contrarium ei, quòd ibi dicit Hippocrates, ſcilicet quòd ſicca difficilius reſtituuntur: quia ibidem loquitur de ſiccis quoad ſubſtantiam. Videmus enim hoc apertè in pueris, qui facillimè ægrotant, & facillimè ſanantur, vt de magnis morbis intelligendum ſit, quòd ſicca facilius his corripiuntur & difficilius ſanantur, contra de leuibus: vtrobique ergo idem ſentit, & de magnis morbis atque affectibus ſermo eſt. Sed adhuc remanet dubitatio,

quia hic vult qoòd tardius molles ad naturalem ſtatum reſtituuntur, ibi quod ſicci. Dico quod ibi loquitur de morbis, hic de imbecillitate.

TEXTVS XXXII.

COnſideranda ſunt etiam longa capita, ex viuendi ratione, & ceruices longæ, ab inclinationibus: & venarum amplitudo & craſſitudo ab eadem, & anguſtiæ, ac latitudines, & breuitates, ac tenuitates ex contrarijs.

COMMENTARIVS.

Cum declataſſet in præcedenti præternaturalem affectum ex naturalis ſimilitudine; hic tranſit ad naturalem etiam affectum continuando: & circa primam partem dicebatut ſexto huius: *Acuminata habentes capita, ſiquidem valida fuerint ceruice, ſecundum alia atque oſſa ipſa validi erunt.* Acumen capitis ex longitudine accidit, longa ergo capita ſunt robuſtiora, quàm quæ omnino exactè rotunda ſunt: Ex viuendi ratione intelligit Macrocephalos de qoibos *in libro de Aëre Aquis & locis: Primum omnium de Macrocephalis, cum nulla omnino alia gens ſit, qua ſimilia capita habeat, A principio quidem conſuetudo in cauſa fuit, vt tam longis capitibus eſſent, Nunc autem natura ipſa cum conſuetudine conſpirauit, ſiquidem generoſiſſimum apud eos putatur, caput habere quàm maximè longum, conſuetudinis autem hoc initium fuit: Quum recens infans natus eſt, caput eius adhuc tenerum ac molle cum ſit, quàm celerrimè conſtringunt manibus, coaptantéſque cogunt in longitudinem augeri, quin & vinculis connectunt, ac aptis inſtrumentis colligant, quò rotunditas capitis prohibeatur, ac longitudo augeatur. Ea conſuetudo tantum effecit vt eiuſmodi natura capitum exiſteret. Temporis verò progreſſu natura quoque tales produxit, vt non eſſet neceſſe conſuetudine priore cogere. Quum enim ſemen genitale ab omnibus corporis membris procedat, à ſanis quidem ſanum, à morbidis morboſum, fiatque vt ex caluis calui gignantur, ex caſiis caſij, & vt plurimum diſtortus diſtortum generet, eadémque ratio ſit circa reliquas formas: quid prohiberet vt non ex Macrocephalis Macrocephali gignerentur? Nunc autem non naſcuntur ita magnis capitibus quemadmodum prius, quum conſuetudo non amplius duret, per incuriam hominum intercepta.* Hoc igitut viſo conſiderandum ptimo, cur capita longa & acuta validiora ſint, quod in Genuenſibus manifeſtum eſt. Sututæ enim in his magis conſtringuntut, & non adeò obnoxij ſunt ictibus externis: quia ſunt anguſtiora, & etiam quia ſpatium quo aſcendunt vapores, recta maius eſt. Videmus ſanè primum Hippocratem hoc dicentem, & videmus experimeotum in liguribos vt dixi: demum videmus quòd gens illa delectabatut hac forma, vt non eſſet veriſimile fruſtra id factum ab eis, & etiam quia à tranſuerſis ictibus minus læduntur, & rectis non adeò occurrunt. Et ſi quis dicat, cur ergo natura non effecit capita oblonga, non rotunda, ſi ſunt validiora? Reſpondeo quòd ad operationes mentis non ſunt meliora ſed magis inconſtantia & volubilia, vnde à Poetis laceſſuntur. Sed quo ad ſanitatem ſunt ſicciora & meliora. Excrementa enim melius colliguntur & effluunt.

(*Et ceruices longè ab inclinationibus*) hoc eſt quod dicit Galenus in *Arte Medendi cap.* 11. dum de vtriſque loquitur, ſcilicet acutis capitibus, & ceruice. *Quòd ſi ea, quæ ſecundum occiput, eminentia aliquatenus minuatur, ſimul intueri oportet neruos atque ceruicem vna cum oſſibus aliis. Nam, ſi ſecundum naturam conſtiterint, materia defectu, non virtutis imbecillitate hoc contigit: illis verò non recte habentibus, principium eſt debile. Sed magna ex parte defectus, qui occipiti eueniunt, conſequitur eorum, quæ ante diximus imbecillitas: rariſſiméque aliter euenire conſueuit. Caput etiam, quod ſecundum occiput in acutiem tendit, animaduertere oportet, iiſdem adhibitis diſtinguendi rationibus, quibus antea in capite grandiori facto vtebamur. Sæpè numero verò & hic optimum eſt ſignum, figura concinna cerebelli.* Eſt enim cerebrum quod totum capitis ambitum complet, poſteriore parte excepta, ex qoa quæ media eſt dorſi medulla, ſuperiore quidem à cerebro, inferiore à cerebello oritur, qoaſi cerebrum in duo media diuidens. Vt enim Veſalius docet) non quemadmodum in iumentis) cerebrum ad poſteriorem partem magis exporrigitur, cerebellum tegens, qood vix decima pars eſt ipſius cerebri. Itaque his quibus acuta ſunt capita, cerebrum vel anteriore vel poſteriore parte contrahitur, rotunda amiſſa forma.

(*Et venarum amplitudo*) opponitur amplitudini breuitas, & anguſtia latitudini, & tenuitas craſſitiei. Sed dubitabit aliquis, num poſſint venæ oon pertingere ad ſuum finem, & eſſe breues? Dico quòd intelligit quoties peruenirunt, ſed anguſtæ admodum. Latitudo intelligitur, cum truncus ei parti delegatus fuerit, quantus eſſe debet aut etiam maior: amplitudo cum eam latitudinem vſque io finem & in omnibus ſuis ramis ſeruat. Ex contrariis igitur quæ bene ſe habent ex latitudine, malè ſe habent ex anguſtia, & ita de reliquis. Intendit quemadmodum dictum eſt de ſiccitate ex voce, ita de caliditate & humida qualitate ex venarum amplitudine, de robore ex forma capitis, & ita de reliquis membris:

btis : nam calida humida robuſta celeriter iudicantur atque ſanantur, difficiliua pereunt. Et quæ deinceps ſubiungit.

TEXTVS XXXIII.

QVorum venæ amplæ, & ventres & oſſa ampla; hi ſunt qui, tenues ſunt. Pingues verò his contraria habent, & in his qui fame macerantur, mediocritates.

COMMENTARIVS.

Quicumque venas habent amplas calidioris ſunt ieroris, dicebat Galenus *in Arte medica* & ideò ad pinguedinem minimè apti, ſiquidem pinguedo fit à frigido. Sed etſi ventres ideſt cauitates fuerint magnæ, aut oſſa, hi erunt teoues. Galenus *ſecundo de Temperamentis c. 4.* declarat, quòd pingues habent anguſtas venas, & ideo hac io parte concors eſt Galenus & experimentum. Hippoerates in *libro de carnibus* dicit, quòd oſſa fiunt ex pingui ſuperante glutinoſum, & quòd pingue exuſtum ſi ſit, quia frigidum ſit non autem glutinoſum quod fiunt oſſa ſolida; ſin autem æqualiter ſint miſta, fiunt oſſa caua. Ariſtoteles autem dicit oſſa eſſe omnia terrea, & fieri à calore exſiccante humidum. Porrò oſſium natura ex capite colligi debere; ex capite ſcilicet, quia caput magis conſpicua habet oſſa atque maiora, ideo ibi ſumendum indicium docet Hippocrates, *ſexto Epidemiorum*. Circa quod notandum, quòd vt plurimum ſi caput magoum eſt, cerebrum magnum eſt, contentum pro continente: ſi cerebrum magnum & cerebellum, quia proportionem habent ferne eandem: ſi cerebrum & cerebellum ſpinalis medulla etiam, quæ ab vtroque oritur: ſi ſpinalis medulla, etiam oſſa ſpinæ, & ſpina ipſa continens pro contento: ſi oſſa ſpioæ magna, & coſtæ etiam, quæ ab illis oriuntur, & reliqua.

Et in his qui fame macerantur mediocritates. Ideſt quòd pingues dum fame macerantur ad mediocritatem reducuntur, nam ſi multum extenuentur, non ſunt humidi verùm frigidi. Ideò dixit Hippocrates, corporibus humidis famem adhibere conuenit: fames enim corpora ſiccat. Vt ergo ſciamus an pinguedo ſit à frigore, an ab humido, indicium eſt ſumendum à fame. Ideò intelligimus generaliter naturam patientis ex famis tolerantia. Si enim pinguis eſt humidus eſt & frigidus; ſi macilentus, calidus vehemcoter ſed & humidus.

TEXTVS XXXIV.

AB his conſideranda ea ſunt quæ præpropera inerementa vnieuique detrahunt, & quæ diminutiones adaugent: Et ea quæ incrementa coadaugent, & quæ corroborant.

COMMENTARIVS.

Loquitur hic vt dixi de oaturali ſtatu: Et dicit *ab his* ideſt præterea conſideranda ſunt, quæ omnino conſumunt hominem celeriter, & dicit *præpropera incrementa* quia *quæ longo tempore extenuantur corpora, lentè reficere oportet*: ita contraria ratione ſolum qui celeriter pingueſcunt, celeriter etiam extenuantur: nam quæ diſſoluunt diuturnum habitum, veneni inſtar ſunt. Similiter & quæ diminutiones ſeu præproperas, ſeu diuturnas, & ex longo tempore factas reſtituunt, nam in hoc vtrumque modum conſiderare oportet: & ſimiliter quæ incrementa coadaugent, quoniam incrementa fiunt à ſimilibus in ſubſtantia, ideo in humido & ſicco, vt *Sexto de tuenda ſanitate: cap. 3.* ſed in qualitatibus actiuis ſi temperatæ ſint à temperatis, ſin autem intemperatæ à moderatè contrariis iuuantur. Et ſimiliter quæ corroborant: eadem enim eſt ratio reſtituentium bonum habitum, & quæ vires corroborant. At ſi pinguis magis pingueſcat, hoc non facit ad robur, ſed ad impedimentum. Ideò dico quod in hoc diſtinguere oportet. Nam corpus carnoſum reddere vſque ad mediocritatem, & etiam pinguefacere extenuatos ſemper bonom eſt: at ad vlteriora producere, cum videatur ex ſimilibus quibus reſtitutus eſt fieri, vtile videtur: non tamen eſt, quoniam in habitum malum deducitur. Velut ſi quis ſuperfluè vtatur bonis cibis, conueniunt quidem generis ratione, non autem quantitate & modo. Ideò dicit coυſque adhibenda ſunt talia, quouſque corroborant. Vnde meta ſemper ab operatione ſumpta fallax non eſt, at tuta.

TEXTVS XXXV.

ET quæ ſint communes venarum diſſectiones.

COMMENTARIVS.

Intendit quod nunc videtur obſcurum ob notitiam, olim clarum ob ignorantiam, ſcilicet quantum vtilitatis afferat anatomia maximè venarum ad dignoſcendos curandoſque

dóſque morbos, quam in hoc etiam libro aggreditur. Et io libro *de oſſibus & de locis in homine* diligenter proſequitur: tum alibi ſæpe. Tantò enim magis fuit deſiderium cognitionis horum, quantò ea ætate hæc ignota erant, Ideò vult per hæc quæ hucuſque dixit nobis inſinuare, ſcilicet cogoitionem exitus morborum eſſe ex cauſis, quæ ſunt trium generum: Generales & naturales vt venarum conſenſus, velut durities ſplenis indicat iecur ſiccum, & ad hydropem paratum: naturalis diſpoſitio propria quam docuit cognoſcere ex forma ob compoſitionem, & his quæ iuuant & nocent ob temperiem: Et à præter naturalibus: velut dictum eſt ſuperius. Modò ſubiungit quartum ſignum ſeu potius cauſam à violentia externa.

TEXTVS XXXVI.

PEctinum ruptiones quæ quidem circa pubem fiunt, ſtatim plerumque fiunt innoxiæ. Quæ verò paululum ſupra vmbilicum in dextra parte, hæ doloroſæ ſunt & anxioſæ, & ſtercoris vomitum inducunt, velut etiam Pittaco accidit. Fiunt autem hæ aut plaga, aut vulſura, aut alterius inſultu.

COMMENTARIVS.

Poſtquam egit de habitu acquiſito ex viuendi ratione, qui naturalis dici poteſt, incipit tractare de malis habitibus, in compoſitione qui morboſi ſunt: & primo tractat de habitu rupturæ, qui fit ex violenta aliqua cauſa. Et certè quantum mihi debeat genus humanum, intelligere quiſque ſine inuidia poteſt quod res admodum confuſas, ac vt ita dicam veterum imperitia obfuſcatas, & vetuſtate obſoletas, reduxi ad priſtinam lucem. Et quantis laboribus hoc vno exemplo adeò inuoluto diſcere licebit: atque id maximè quòd totum hoc negocium hernioſorum ſolet relinqui medicis Nurſienſibus vocatis, circulatoribus & vagabundis, qui ob imperitiam & dolum ægros interficiunt, adeò vt omnes coguntur caſtratione præter propoſitum primò curare: & infantes quidem multi euadunt, plerique tamen debilitato adeò loco poſt paucos annos, vnum ſcilicet aut duos aut tres vel quatuor tandem pereunt: partim in inſanabiles morbos deducti, partim ex acutis ſuperuenientibus malo habitui, iam ob tam vehementem dolorem & tantam omnium neruorum vaſorúmque læſionem, vt ſanguis totus corrumpatur, & cum eo iecur præcipuè, & naturalia membra. Grandiorum autem & ſeneſcentium præcipuè plerique, & quaſi omnes ob dictas cauſas pereunt. Quin etiam ſi quis cautus non ſit, præclari iſti artifices diſrumpunt, tangendo peritoneum, vt qui medicamentis ſanari poſſunt, infantes præſertim, tum alij cogantur experiri caſtrationem ob lucrum. Quot etiam inueoti ſunt, qui excindentes eos, qui lapide non laborabant, ſed vrigine ſola ob materiam acrem influentem, aut ſcabiem veſicæ, aut vlcus, conati ſunt inter illa ſæuiſſima tormenta intrudere per vulnus latentem ſub vltimis manus ſiniſtræ digitis lapidem, vt eum denuò extraherent. Et quidem ex his deprehenſus eſt vnus inter alios, ægerque periit. Familiare autem eſt, cum tangunt, ſi medicus non ſit cautus, vt imponant ferrum ferro affricantes, dum cathetera explorant an lapidem habeant in veſica, ſonum reddere cathetera lapidi affricatæ, atque ita perſuadere ægro, aſtantibus ac medicis, illum lapide laborare, vt miſerum illum lucri cauſa poſtmodum fruſtra ſecent ac plerumque perdant. Itaque ob tot dolos tum etiam operationem ipſam, quæ per ſe admodum grauis eſt, ac doloris intolerabilis; tum etiam quod peritus medicus ac pius tot modis aberrare poſſit, ſupra infraue excidendo, ſanguinem nimis cohibendo, aut effluere incautè ſinendo: tum quia exciſis ſubſequuntur aut mali habitus, vt cacoëxia à iecore, aut morbi cerebri mali ob vehementem læſionem neruorum: aut quia ſacculus ille præciſus nimis eſt, vt peritoneum laboret contractum, aut denuo laxatum ſpeciem redeuntis herniæ rurſus præbeat. His tot incommodis atque periculis, cum C. Marius adeò fortis vir, exciſis vnius cruris varicibus, conſtanti animo immotoque corpore, ac felici ſucceſſu, alterum crus ob ſolum dolorem medico curandum præbere noluit, vt Cicero 2. *Tuſculanarum quaeſtionum iuxta finem in vita illius* & Plutarchus autores ſunt; cur eſt vt quis ſe tantis tormentis tot euidentibuſque periculis ſe exponat? Quod ſi modo ob nimiam complexionem multarum herniæ ſpecierum quis facere cogatur, quomodo id facere conueniat ſecurius meliuſque, nam reliqua non minuere licet, edocebo.

Primum ergo ſcire oportet, quod morbus hic, ſeu hernia, ſeu ramex, aut ruptura dicatur, (nam hæc poſterius diſtinguentur) quatuor in locis contingere ſolet: circa vmbilicum & maximè in mulieribus, & à latere dextro ſupra parum, vt Hippocrates in textu, fieri ſolet. Eaque vocatur ab his qui nominum curam gerunt, ἐξόμφαλον πάθος affectus, vt ita exumbilicatis, ſeu procidentia vmbilici, qui fit plerumque rupto omento, rarò laxato, & ob id inteſtinis in cutem ventris incumbentibus. Et ideò anxioſæ ſunt & graues tales procidentiæ, quoniam inteſtina ſitum mutant: & fex deſcendere non poteſt illis conſtrictis, atque ideo dolorem & laborem magnum præſtant, & ad fecum vomitum

indu

inducunt; atque hæc adeo clara ſunt, vt demonſtratione alia non indigeant. Quæ verò fit in inguine è regione oſſis pubis, etiam magis à dextra fit ob inteſtinum orbum ſeu monoculum, quod quamuis in paucis ſit, quale in ſuibus, vt bene animaduertit Veſalius, nihilominus aliqui habent prælongum, vt ſues, & omnes tamen aliquid obtinent additamenti, quod qualecumque ſit, plurimum facit ad onus & noxam augendam, etiam ſi ipſum additamentum quàm minimum ſit. Sunt & aliæ cauſæ, cur magis vrgeat vtraque hernia à latere dextro quàm à ſiniſtro, quas prætereo, ne omnia videar in hoc vnum commentum congerere velle, poſtquam tot ſunt mihi enarranda, & vtilia, & neceſſaria, adeò vt per ſe longiſſimum ſit euaſurum. Vocant autem hoc herniæ genus *bubonicam* ſeu *bubonocelem*, vt Aëtius & Paulus à Græco nomine, ſicut etiam *Serapio*. Ergo ex his duabus duas alias inſinuat Hippocrates tertiam ſcilicet mediam, quæ contingit in ventre inter vmbilicum & os pubis, & quartam quæ fit in ſcroto ipſo. Et quoniam quæ in ſcroto ipſo fit, etiam neceſſario *Bubonocele* dici poteſt ſeu inguinalis, & tumet pars altera ſupra os pubis in vtraque: attamen hoc intereſt quod in Bubonocele tumor non deſcendit infra os pubis, & in eo ſemper manet; at in ea quæ fit in ſcroto, tumet ſcrotum, & pars quæ eſt è directo oſſis pubis fit caua, vt Paulus docet, quoniam feces in ſcrotum deferuntur, & Peritoneum comprimit locum medium, & ideò ſinuatur. Et tunc ſi feces ſint ſiccæ maximum periculum imminet, ne non poſſint reduci inteſtina ad locum ſuum, & inuadat coli dolor aut ilei, & pereant. Ex quo patet, quam bene dixit Hippocrates hic cum inquit; *ſtatim plerumque ſunt innoxia quæ in pube fiunt, nam ſtatim reducuntur*: at quæ in ſcroto, ſunt periculoſiſſimæ ob cauſas dictas. Bubonocele etiam excitatur ambulando, multo potu, flatu, erecta ſtatione: & ita etiam quæ in ſcroto fit, idque eſt commune vt dixi, cum ex vna in aliam tranſitur, ſiquidem ex bubonocele ſeu inguinali in eam quæ eſt ſcroti: at bubonocele in lecto decumbentibus & maximè ſupinis ſemper reducitur, at ea quæ in ſcroto fit non ita: ſed plerumque indiget manuum auxilio, vt in locum proprium inteſtina reſtituantur. Ideo quia homo non poteſt ſemper ſupinus manere, quidam ob magnitudinem affectus herniæ inteſtinalis ſcroti, ſolent retinere vinculum etiam in lecto.

(*Fiunt autem hæ aut plaga*) Hic oportet docere ſitum, & membranas circumuoluentes teſtes, & quæ in ſcroti compoſitionem ingrediuntur, quas pulcherrimè deſcribit Veſſalius *lib. 5. cap. 13.* Duæ igitur ſunt communes ambobus teſtibus, & ambos inuoluunt: *ſcrotum* ſeu vt quidam dicunt *ſcortum*, ſeu ὄσχεον, & eſt pellis illa rugoſa exterior, quæ ex ventris pelle oritur: & alia intus carnoſa quæ *dartos* à Paulo appellatur *lib. 6. cap. 61.* & à Ruffo Epheſio, & Fallopio, *in ſuis annotationibus*: & oritur vt ibidem eodem modo vt ſuperior, ex cute ventris, ita hæc ex membrana carnoſa, & hæ in caſtratione non mouentur vllo modo, & ſunt ſimul annexæ. Tertia interius procedendo eſt ſacculus, qui à Mundino vocatur *didymus* per metaphoram continens pro contento, & eſt tranſlatio, vt tectum etiam pro domo, vt apud Quintilianum *lib. 8. cap. 6.* nam δίδυμοι geminus vocatur & ad teſtes refertur. Vnum eſt quòd eſt peculiaris ſacculus circumuoluens teſtem dextrum vnus, alter ſiniſtrum, colore glaſtea, tenuis forma, adeò vt vnus ſacculus auelli poſſit altero illæſo. Initium ſacculi eſt à media regione pubis (hoc maximè intereſt ſcire) at illi in inutilibus nugantur. Infra hos didymos ſinguli alij ſacculi rubri ob multas venas & muſculos etiam continentur, vocantúrque hi ſacculi *Erythroides* quaſi rubri, qui multis fibris intus & extra aliis ſacculis coniunguntur. Hos duos ſcilicet didymon & erythroidem, Fallopius vnum tantum eſſe contendit; nos tamen Veſalium ſecuti illos diſtinximus. Satis conſtat Διδύμων omniũ anatomicorũ conſenſu oriri ex peritoneo: ibique membranam illam perforatam eſſe, non ſolum ob didymum & erythroidem, ſed etiam ob vaſa ſeminaria, quæ per foramina illa deferuntur, arteria ſcilicet & vena, vt apud Veſalium tum in enarratione diſſectionis eius partis, tùm in figuris. Eſtque foramen illud vt Mundinus inſinuat, docens locum ſectionis in caſtratione & conuenit cum Veſalio loco adducto: & eſt è regione fermè apicis oſſis pubis. Quinta tunica quæ ambit teſticulum, illi eſt annexa neruea dura intra erythroidem, hanc Ruffus *nerueam*, Galenus *darton* nominat, vnde confuſio, niſi quis appellationes iuxta auctores diſtinguat. Has ergo tres poſtremas tunicas vna cum teſticulo præſcindunt Nurſiani carnifices: Quorum tamen aliqui ſunt admodum periti, bonum tamen vidi neminem ad hanc vſque diem, credo artes effingere hominum etiam mores. Vnum ſat eſt vaſa ſeminis & à didymis & ab erythroïde ſeparata eſſe, maximè è regione oſſis pubis & ante, vt tunicæ illæ ſine his apprehendi digitis poſſint.

In ſcrotum igitur per foramen alterum dictum, aut nonnunquam per vtrumque deſcendunt inteſtina vocatúrque enterocela; quandóque omentum vocatúrque epiplocele; quandóque aquam & vocatur hydrocele, nonnunquam flatum. Sed huius non meminit Celſus, neque nomen appoſuere eredo ob contemptum: non enim manet ſed breui diſſoluitur. Paulus *lib. 6. cap. 64.* meminit ſanè ventoſæ ſed non herniæ, verùm Ramitis, & eſt aliud omnibi genus varicoſum. Atque hæ omnes herniæ ſunt iuxta Celſum vt dixi, quanquam flatuoſæ non meminerit, ſæpius tamen inuadit quam Epiplocele. Rariſſimè

verò

verò imò vt ita dicam Epiplocele contingit: nam omentum non adeò deſcendit in hominibus, vt in ſcrotum vllo modo deſcendere poſſit: niſi diſtracto ex ſuperiore parte toto, tantundem quantum eleuabatur, deſcendat, quod quam rarò poſſit accidere quilibet videt, & quanto indigeat caſu. Ergo reliqua tria genera ad herniam pertinent. Sabinorum enim lingua ſaxum hernium vocatur: hernia igitur quaſi ſaxea ob duritiem dicitur. Fit ergo omnis hernia influente ex ſuperiore parte corpore inteſtino, aqua aut flatu, rariſſimè vt dictum eſt omento. Manifeſtum verò quòd non poteſt tranſire extra ſacculum didymi, quia continuum eſt cum peritoneo, inteſtina autem & reliqua intra peritoneum continentur, intra didymum ergo fit omnis hernia, quod etiam ex ſanatione dignoſcitur. Nam ad quid exſecare didymum, ſi hernia extra ipſum fieri poſſet? Sed neque inter didymum & erythroïdem, cum connexæ ſint multis fibris hæ tunicæ inuicem; relinquitur igitur vt intra erythroïdem, materia quæuis ſeu inteſtinum, ſeu aqua recipiatur. Quanquam verò Celſus velit aquoſam in tunica poſſe fieri, eſt tamen res potius contemplatione digna, quàm conſideratione, cum nec veniat niſi rarò, nec conſiſtere poſſit, niſi in concauitatem aliquam defluat. Sanè aquea & quæ à flatu eſt etiam inter didymum, & carneam membranam, & frequenter generari ſolet, & ego curatam punctione leni acus in Ioan. Antonio Vico mercato Patricio Mediolanenſi vidi, ac breui. Sed neque in neruea membrana poteſt hernia inteſtinalis generari, nec epiplocele; nimis enim adhærent teſticulo Relinquitur igitur vt enterocele omnis ac epiplocele fiant in concauitate, quæ nerueam membranam & erythroïdem inter iacet. Dixi hoc quia enterocele ſeu inteſtinalis omnium eſt peſſima, grauiſſima, periculoſiſſima, & ſanatu difficillima, tum frequenter inuadens. Quótque ſunt genera herniæ in ſcroto, tot ſunt etiam in inguine, atque ex his peſſima rurſus enterocele, inde quod raro accidit bubonocele. In ventre ſimiliter generantur enterocele & epiplocele frequenter: aquoſa & flatuoſa aliud nomen ſubeunt hydropis ſcilicet: ideò de hac Hippocrates infra loquetur. Omnium vt dixi inteſtinalis lethaliſſima difficillima ſanatu, & moleſtiſſima eſt. Ramices autem fiunt non ex influxu materiæ propriè, atque in concauitate, ſed in tunicis ipſis; tótque ſunt eius genera, quot eſſe poſſunt. Sarcocela quæ ex carne conſtat, cirſocela quæ ex venis agglomeratis, ſub qua etiam varicoſa continetur: ſcirocela ex materia dura conſtat, poteſt etiam humor viſcidus in eis generari: hoc etiam tertium eſt diſcrimen ab hernia, quod rarò vel nunquam ramices fiunt in inguine, quoniam pauciores ſint ibi tunicæ, & parua cauitas, & locus decliuis. Plurimum ergo differunt hernia & ramex, & ſpecies à ſpeciebus, & genus à genere.

Circa cauſas autem vt nos non fallat auctoritas quandoque clarorum virorum, animaduertendum eſt Paulum narraſſe quæ ſcripta inuenit, non quæ vidit, in quo rectè reprehenditur ab Ingraſſio. Verùm ipſe nimis anxiè quærit quod reprehendat vt videatur omnium cenſor, cum Dialecticæ non multum peritus videatur. Exigebat hoc munus alterum Ariſtotelem. Quòd ſi contentus fuiſſet inuentione illa interpretandi, quæ certè perpulchra eſt, à reprehenſione autem leui abſtinuiſſet, nec confudiſſet quæ digerere potius expediebat, nec adeò nominibus ſed potius rebus intentus, ſanè magnam laudem eo ordine docendi promereri ſine reprehenſione poterat. Sed *non omnia poſſumus omnes*. Demiror ſolum Veſalium, qui ſolo ingenij naturalis vigore tam ſcitè Galenum arguerit, aliorum neminem vidi cui hoc factum feliciter ceſſerit, niſi Dialectica & Philoſophia atque Mathematicis eſſent abundè inſtructus, vt poſſet verum à falſo bene diſcernere. Quod etiam Galenus in *libro de Conſtitutione Artis Medicæ* cenſet. Sed ad rem redeo. Paulus ex diſruptione peritonei plerumque credit fieri hernias, id non negarem, ſed rariſſimè contingere cenſeo. Nam ſi de peritoneo circumambiente ventrem loquitur, quorſum hoc cum omnino etiamſi totum diſrumperetur, non ea parte ſint prolapſura inteſtina: ſin autem vbi perforatum eſt adhuc eò non prodibunt, quoniam omnino illa in ſacculum deferri neceſſe eſt. At ſi ſacculus ipſe diſrumpatur, magnam oportet eſſe diſruptionem per quam inteſtina effunduntur, & cum magno dolore fieri. Eſt enim ſacculus ille magno ſenſu præditus, quod etiam in caſtratione deprehenditur. Non negarim fieri poſſe, vt totus quaſi ſacculus cum parte peritonei circumiacente laceretur, ſed hoc rariſſimum eſt: nonnunquam tamen contingit, & vt paulatim laceratum pondere inteſtinorum aperiatur, inde inteſtina prodeant. Verùm quod generaliter contingit, eſt, vt prolapſis inteſtinis ſenſim tum ob mollem quâ dilatant, tum humidam ſubſtantiam quâ laxant, tum ob pódus quo diſcendunt tunica erythroïdis, tum didymi aperiuntur, deſcendúntque inteſtina ipſa in ſcrotum, adiuuante etiam lenitate tunicarum, & erythroïdis, & inteſtinorum: inde fit vt diuturnum hunc caſum inteſtinorum conſequi ſoleat hydrocele. Laxato enim loco, & reſudante humore ex inteſtino, tum concalefacta concauitate paulatim impletur locus humore, teſticulus & vaſa ſeminis corrumpuntur, fit morbus continuus & intolerandus, plenúſque moleſtiæ. Eadem ratione ſed minus contingit, hoc in inguinali enterocele. Hernia quoque hæc mala ſolet ramicem carneam, aut cirſocelem, vel aliam quampiam huiuſmodi inuehere. Augetur etiam hic morbus

bus equitatione & deambulatione, à cibo maximè & eò magis pleniore & multo potu à flatuoſis, ſtando cum labore, cantu, clamore tubarum, & tibiarum pulſatione: Vnde tibicines plerique huic malo ſunt obnoxij, & qui valent vinculis, etiam ſi non laborent, partes eas conſtrictas tenere ſolent. Augetur etiam diſpoſitio ſaltu, curſu, eleuatione, ponderum agitatione, equorum tuſſi, ſternutatione, venere & maximè poſt repletionem hyeme, regione humida & pluuijs minuitúrque contrarijs. Dicit ergo Hippocrates quod hernia vmbilici fit plaga, aut vulſura, aut alia vi, quia talis vix contingere poteſt, niſi omento abrupto, aut ſaltem inteſtinis adeo extenſis, vt laxato omento fiat tumor ille: at non eſt ſic de buboncela, nec hernia ſcroti, quia omentum nonobſtat, quin proprio pondere ad eum locum deſcendant, laxato peritonei ſacculo, eſtque morbus ſenibus familiaris, & hæreditarius etiam.

Vt ergo ex his etiam præſeruatio & curatio habeatur, quia nemo locupletius eam tractauit quàm Paulus locis adductis, tum etiam *in tertio libro cap.* 53. vbi docet curam per medicamenta, ad ea loca te remittam; ſolum ea in quibus deficit commemorabo, incipiendo à vinculorum ratione. Vincula igitur perpetua eſſe debent, quoniam cum partes illæ laxantur, non amplius poſſunt conſtringi: ideò procurandum eſt diligentiſſimè: ne laxentur. Porrò vincula dum premunt dilatant ſacculum, & deteriorem efficiunt morbum. Mollia etiam vincula potius cedunt quam retinent, ideo bonum eſt vinculum ferreum, quod lignum habet ita aptatum, vt anguſto apice non ſolum comprimat, ſed ſurſum repellat inteſtina ipſa; & hoc diiudicat patiens ſi ſit prudens, nam dum ſe flectit magis comprimit; & dum erigitur etiam aſtrictum eſt, & eſt tenue vt calefaciat renes, & ex ferro, quia non tam facile frangitur, & magis cedit; & rotundum ne lædat carnem, & ſuperponitur interulæ, & eſt circundatum linea tela, & lignum illud eſt in modum vnci, vt vides inferius contractum verſus ventrem, vt validè premat: Et cum parum premit, ſi à renibus circulus ferreus eleuetur, magis adhæret quia fit breuior, cum ſit obliquus ob ſitum, altior ſcilicet retro quam ante: Et iuuat tam in cuſtodia huiuſmodi, quam etiam cura per medicamenta ceratum, ſubtenerè auulſis prius pilis per medicamentum in balneo, & ſit ex omni genere glutinis ceratum, & ex bituminibus atque lapidibus, & cum remouetur ſupinus frigidiſſima aqua locus perfundatur. Quod ſi inteſtina valde delabantur in ſcrotum, vinculo coërcenda ſunt, quod ab inferiore parte premat, ideóque quod ſpatulis inſideat. Et ego laudo huiuſmodi viros, vt ferant femoralia vocata linea die noctúque: Primum quia retinent melius longè inteſtina, ne diſcedant in ſcrotum, & vinculum melius applicatur, & non adeò lædit: Et quod maius eſt omnibus aliis commodis, prohibet deſcenſū materiæ ad ſcrotum, ex quo cogimur deuenire ad caſtrationem, quandoquidem ſecus ſit morbus qui vinculis prohibeatur, ne labatur in deterius, & ſiccis temporibus, etiam mitigetur per ſe: & maximè ſi quis vtatur catapotiis ex agarico deraſo & maſtiche. Eſt & alius modus nobilis, quo curatum referunt quendam cænobitam & eſt, vt cute ſecta vinciatur didymus aureo filo.


Secundus modus eſt, vt curent per medicamenta, ſiue ſit buboncele, ſeu ſcroti: & Matthiolus recitat de medicamento per os ſumpto, ex typha hippogloſſo, betonica, & radice gladioli cum duobus oui luteis in ſartagine frixis, ex pondere cuiuſque plantæ, drachmam aſſumendo per menſem, aut amplius mane, quod curantur non ſolum pueri, ſed etiam iuuenes. Quod vtinam verum ſit, ſymphiti radicem vtilem eſſe, & thus & maſtichen in omni cauſa haud dubito. Quæ lacerato ſacculo fit ſi paruum vulnus ſit, facilius ſanatur, ſi magnum numquam: media eſt quæ ob laxitatem eius fit. Flatuoſa autem in pueris ſæpe accidit, & facilè ſanatur, imponuntque emperici, vulgo perſuadentes enterocelem curaſſe.

At in flatuoſa hernia vel ſcrotum inflatur ſine pondere, & ſine inguinis tumore præcedente, vel ſolum inguen abſque ſcroto, nec cedit molliter vt in enterocele. Si quid in cura iuuat, eſt eſus piloſelæ vocatæ herbæ à forma ſic dictæ, cuius folium longum eſt & anguſtum: ſed præſtantior difficiliórque tanto, quantò magis inuentu maior, maiore folio piloſo, tamen toto luteo flore, vt calendulæ. Quidam exiſtimarunt vinculo ſtricto per quadraginta dies ceratóque ſiccante valido aut oleo ex cera ac reſina deſtillatis locum augendo: hoc enim glutinat partes. Cibus ſit panis ſiligineus, bis coctus, iuuat & ſumere radicem filipendulæ, cum mumia: & ſi vera ſit multum confert, ſi quid conferre poteſt. Et iungere locum oleo è floribus ſambuci, in ſole vt alias docui facto. Et certè ſexaginta diebus perſeuerare cum vinculo die noctuque, & maximè cum planta aliqua, quæ id à proprietate poſſit, (quam eſſe non dubito) omnibus magnam ſpem ſalutis afferre poteſt, pluribus etiam ſalutem: nam occulta quædam ſunt in huiuſmodi difficillimis, & quorum ſanatio à proprietate pendet, quæ non facilè intelliguntur.

Buboncele autem in omnibus ſanatur, vt Paulus docet abſque caſtratione, atque ob id etiam mulieres quæ & illud genus & exomphalon frequentius etiam ob partum incurrunt; at ſcroti nunquam, cum eo careant. Sed tamen in inguine contingit, ibique ſiſtitur; quibuſdam in crus intus à latere inguinis, bubonis inſtar finitur, quod genus tamen herniæ vel à flatu

potius, vel ab aqua fieri crediderim, non ab inteſtinis: tum quia vacuum ibi nullum eſt ad ea excipienda, tum quia ſtatim non poteſt diſſolui. Sed neque ramex eſt: omnis enim ramex niſi incidatur vel pungatur, curam longam exigit: at huiuſmodi morbus in tribus aut quatuor diebus ſanari ſolet, quo fit vt aqua vel flatu conſtet. Exomphaton autem neque in illis, neque in viris ſanatur, ſi ex raptura omenti ſit: ita neque ventris hernia, quandoquidem etiam difficillimè locus ille vinciri poſſit. Si tamen ex laxitate omenti non fractura contingat, à ceratis & vinculis iuuatur, & quandoque ſanatur cuſtodia magna adhibita. Quæ autem buboncele inteſtinalis eſt ſic curatur. Incide tranſuerſim nouacula è regione media loci tumoris, in inguine vſque ad didymum, didymum à carnoſo velamine ſepara & extrahe, vt ad vnguem in caſtratione: inde ſue didymum in loco, vbi præcidi ſolet, cum educere volumus teſticulum, & hoc validis filis duplicatis: deinde repone, & cum acu aurea non ferrea, quia non eſt adeò, imò fere non eſt obnoxia conuulſioni, neque diſtentioni. Et ſi non aurea ſaltem ſit ænea vt teſtatur Ariſtoteles, & experimentum docet. Alij non educunt, neque ſeparant didymum à darto, ſed ſolum vtriuque ſuunt vt Paulus: & melius eſt, atque eo modo curant vulnus. Decet autem clyſteribus vacuatos modicè ptiſana nutrire, à vino abſtinere, & quinquies in die balneare illos ad quattum decimum diem vſque, atque ita ſaneſcunt tutò: nec eſt periculi, quod in caſtratione de vita. Nihilominus ſi inteſtina ad ſcrotum iam deſcendere conſueuere, non poſſunt huiuſmodi conſolidatæ partes tam tenues illa retinere, ſed vi deſcendunt & abrumpunt: breui enim fila abſcedunt & partes iunctæ, quoniam recenti vlcere madent inuicem agglutinantur, ſed retinere tantum pondus nequeunt. Sed ſi inguen tantum laborat, ſcrotum nondum, indignus eſt hic morbus tanta cura, quæ parum à caſtrationis cruciatu abeſt: ideò eam pauci exercent, atque eò magis quod obſcura eſt illius apud Paulum Aeginetam enarratio, adeò vt miſerear medicorum, qui deſtituti Dialectica & aliis artibus, talia legunt: cum nos tot auxiliis támque claris vix potuerimus aſſequi, atque inde explicare quid ſibi vellet in tam arduo manuum opere atque periculoſo. Sed audi difficilius.

Et eſt alius modus curandi in buboncele inteſtinali, eſtque vt cogas deſcendere inteſtinum ad inguen quod ſolet triangulam efficere figuram, inde reductis inteſtinis, deſcriptoque loco attramento quæ figura trigoni formam refert, ſuperiore parte latiore, vt *A B C* & ducatur media linea ab imo trianguli *C D* ad perpendiculum ſupra *A B* cum atramento, habeáſque tria ferramenta *E* ad longitudinem *C D* & *F* quod ab vno latere habeat ex-



porrectum additamentum rectum, ad quantitatem minorem *A D* & *B D*, longitudinem autem *A C* vel *B C*: & tertium ſit *G* rotundum vt vides: cum *E* ergo ſuper *E D* ignito vlcus facies, cutim & pinguedinem ſecando, ita tamen vt peritonei ſacculum non attingas, cum *F* adures latera *C B* & *C A* & cum additamento partes *A D* & *B D*. reliquum quod in medio intercidet cum *G* quod inclinando in vtramque partem aduret quantum oportet; licet enim ex figura ipſa quantumuis exurere. Ita neceſſe erit, vt tota cutis incluſa trigono *A B C* excidat, dupléxque ſequatur emolumentum, & vt peritoneum ſubcontrahatur vi ignis ſiccatum, & etiam à cicatrice locus noua obducta, atque ita inteſtinum retineatur. Ex quo liquet quòd ſi inteſtinum iam in ſcrotum deſcendere ſolitum ſit, hanc curam minimè ſufficere: quoniam non tantum contrahitur, vt inteſtina iam aſſueta lapſui poſſit retinere. Ob id ſi ſæpius repetatur ſcilicet duorum menſium interpoſito ſpatio, firmis interim vinculis tutiſſimum erit, verumtamen eſt vt vides cura valde grauis, cum quater ignem experiri neceſſarium ſit. Propterea Mundinus in ſua anatomia ponit aliam ſine cruciatu vllo, & quæ ſatisfacit etiam inteſtinorum deſcenſui ad ſcrotum, & habet locum caſtrationis, & eſt Raſis *vigeſimo quarto continentis* autoritate Bintalij & Fabri. Sed Mundinus eam ſolus rectè deſcribit, & eſt huiuſmodi. Deſcripto vt prius ſpatio quod tumet, antequam deſcendant inteſtina in ſcrotum ſeu ſcortum *A B C* trigono, & reductis inteſtinis ad ſuperiora validiſſimo vinculo, quod frenum vocant, Arabes calce viua & ſapone tenero, cutem & pinguedinem penetrabis in viginti quatuor horis. Sed memento vt non totum ſpacium trianguli amplectaris, ſed longè minus, quia medicamentum ſemper latius ſerpit, velut occupando ſpacium ſolum trigoni intus deſcripti, *H K L*, & ita penetrabis ad peritoneum, & ſi vis id ſtatim facere, poteris cum capitello ex calce cinere quercus maſculæ, & chalcantho facto: vel ſi ſine mora facere vis, accipe chalcanthum, ſulphus, cinnaberim artificialem, auri pigmentum, alumen rochæ

vocatum,

vocatum, ſalem ammoniacum, torrefacito ſingula iuncta ſimul vt exurantur, & vocatur calx: & deſtilla vt dicunt, oleúmque excipe: atque eo madefacito lignum oliuæ, & excindes quam voles partem, ita etiam peritonei: Inde immittes luteum oui cum dimidio reſinæ quod vocant digeſtiuum vulgares, & partem peritonei putrefactam extrahes, donec quicquid corruptum fuerit à medicamento exciderit, appareátque caro rubra, & pars peritonei calore ſuo naturali prædita. Vnde capitelli vſus longè præſtantior eſt quam exſectio cum oleo illo: inde ſarcoticis carnem reſtaura, & epuloticis curim: ſed quam celerrimè ne tumorem etees. Propterea parum carnis, & minus quam pro amiſſa ſubſtantia reſtitues: vt cicatrix caua remaneat potius quam tumida: quod & ſi tumor aliquis remaneret, ad decorem aliquid, ad vtilitatem nil refertet. Quippe quaſi molli puluinari melius retinerentur, inſideréntque inteſtina. Et nil hic obſtat ad ſalutem ſecuritatémque, tum curationis mitis rationem; niſi quod Curtius dicit petite teſticulum ſubiectum ea ex parte: quod verum eſt, ſi cogamut vaſa ſeminis corrumpere; aliter non. Ideò in amplo vlcere, hoc ſolum verum eſt: in mediocri non: Sed & ſi exareſcat parum affert detrimenti: aliquando enim poſt, digitis eleuant, omiſſis vaſis ſeminarijs, & ferro comprehenſam ſtylo candenti transfodiunt, laqueúmque immittunt, donec excidat. Sed non videtur hic modus vtilis, quandoquidem à laqueo illo læderetur vaſa ſeminis, & ita peribit teſticulus, & incurret periculum hæmorroſagiæ. Propterea, & neque recta neque tranſuerſa vſtio bona eſt, quoniam vaſa ſeminis tranſuerſim deſcendunt in ſcrotum: ergo vtraque via corrumpentur; Oportet igitur ſeu igne, ſeu exurente medicamento perforetur ſacculus, fieri paralella linea inferius ad vaſa ſeminis, inde puluinari repellere rum illa tum inteſtina ſuperius, poſt medicamento putrefacere, demum conſolidare: at hoc quis non videt quàm tædioſum ſit? tantò autem periculoſius eſt candens ferrum, quantò breuius. Ideo bene dixit Nicolus, *in timidis & patientibus melius eſt medicamento, in aliis igne vti.* Hanc curationem ad vnguem deſcripſit de ferro bicipiti Albucaſis *primo ſuæ Chirurgiæ* cuius nos meminimus alibi, & eſt tutiſſima & perfecta, & debet vſtio fieri, ſeu cum medicamento perforatio à latere verſus coxendicem, quia vaſa ſeminaria & erythroides tendunt per locum peni propinquum, & ita hæ partes quæ ad generationem ſunt neceſſariæ, & in quibus eſt periculum doloris & profluuij ſanguinis, remanebunt illeſæ: præterea quoniam à lateribus & non in medio, iuxta peuem deſcendunt omentum & inteſtina. *In quinto curandi* non id ſolum animaduertere decet, quòd vt dixi quinquies in balneum ægrum immittere decet, quod in ſola caſtratione & neceſſarium eſt, ob metum conuulſionis, & tutum ob vinctum dydymum, exemptúmque teſtem, tum etiam curatione per futuram ſuperius deſcripta: & quod iuuat ceruicem patientium oleo cum pipere trito inungere, ſcilicet aduerſus diſtentionis periculum. Sed ſi in illam inciderit, candenti ferro expedit ſtatim adurere, inter ſecundam ac tertiam colli vertebram. Atque his tribus præcipuè præſidijs, igne, inde pipere contrito ſubtiliſſimè cum oleo circa ceruicem, & frequenti balnei fotu vtemur ſecurè aduerſus quamcunque diſtentionem. Cauendum eſt autem quam diligentiſſimè, ne dum vehementius auxiliamur, iam laxiore didymo præſertim vrendo frangatur ob contractionem & pondus, neque enim ſanatur.

TEXTVS XXXVII.

Qvibus id quod medium eſt inter abdomen & cutem inflatur, & non ſedatur, color eſt velut qui multum pallidus eſt, & qui ex candicante pallet: quoniam omne huiuſmodi ab hepate eſt, & ex hoc ſunt hepatici in his morbi, & morbi Regij ab hepate, ad ſubalbidum colorem vergunt: & qui ex aqua inter cutem & ex pituita alba laborant. Qui verò à ſplene ſunt, tum hydropes, tum morbi Regij, nigriores ſunt.

COMMENTARIVS.

Cum natura animalia efficere cogitaſſet cognitionis non expertia, & ad ſimilitudinem beatarum ſubſtantiarum, vitam in illis conſtituere decreuit, vt, in ea tanquam in fundamento omnia conſiſterent: ſenſus, cogitationes, voluntates, memoriæ, appetitiones, motuúmque corporum initia. Quocirca calorem qui non extinguetetur corpore claudere opus fuit, ipſúmque ob id ſemper mobilem. Sed & ex illo reſpirationem arteriaſque commenta eſt. Sed cum motus cognitionem arceret, & impediret, animam quidem cum ipſo coniunxit medio, vitæ vitamque in illo ſemper mobili fabricauit, inſtrumentum ſcilicet cerebrum procul ab eodem ſepoſuit, immobile, frigidúmque, & quietis principium quoddam, in quod ex corde motus imago deferretur. In nullo horum ſcilicet corde tanquam principio, & cerebro tanquam inſtrumento, ſit ſanitas aut morbus, neque per ſe

ſe id curant, ſed omnis ea cura magno ſeroo demandata eſt, ſcilicet iecori & his quæ ei ſeruiunt membris: vicario ventriculo delegatis: lieni, veſicæ felis renibus, & veſicæ quæ renibus inſeruit, cum miniſtris omnibus venis. Ipſum quoque principium & inſtrumentum primum à delegatis illi ſeruis & facultatibus, magni ſerui iecoris reguntur. Nutriuntur concoquunt, attrahunt, retinent, expellunt quæ illis noxia ſunt: quamobrem hoc ægrotat & ſaneſcit, & quæ ægrotant curat membra. In eo ergo tres vigent intemperies, calida, ſicca, frigida, humida, & frigida ſicca, totidemque morbi fiunt generales. Nam febres omnes ſi quis præter hecticas negauerit eſſe morbos, contenderitque ſolum eas eſſe affectas, qui nec in membris ſunt, nec omnino conſiſtunt, non malè dixerit. Tria ergo ſunt verè morborum genera, ad quæ alia omnia reducuntur. Calida & ſicca temperies, ex qua morbus regius fit: frigida & humida, ex qua alba pituita; & frigida & ſicca ex qua vtrumque genus fit morbi: & regius niger, & anaſarca nigra. Calida enim & ſicca temperies regium morbum generat, hydropem non poteſt, quia tenue eſt quod gignitur: Frigida & humida hydropem facit, morbum regium non poteſt, quia humorem craſſum gignit: Frigida & ſicca vtrumque, quia & craſſum ob frigiditatem, & tenuem ob ſiccitatem generat humorem. Ad hos igitur tanquam primos principales & generales; omnia morborum genera reducuntur, nec quaſquam prius petit ex morbo, quàm ad horum vnum perueniat, neque ſenex, neque iuuenis, multò minus timere debet, quamdiu ab his procul adfuerit. Vlcera, febres, cum ad interitum properant, habitum in horum aliquod prius mutant. Soli morbi in compoſitione, qui repente occidunt, (Sed & id rariſſimè) abſque horum aduentu perimunt. Nempè & qui venenum ſumpſerunt, ſtatim incipiunt miraculi inſtar, & ſi videatur regio morbo laborare, alij inflantur, & in hydropem tranſeunt. Aqua autem inter cus morbus eſt iecoris, non principalis neque primus, & tympanites, ſed ad regios morbos & albam pituitam ſequuntur: Aqua tamen inter cus magis ad albam pituitam conſequitur; ad regium morbum tympanites. Hæc igitur præmiſiſſe ſufficiat: nunc ordinem ſequamur, inde expoſitionem trademus.

Cum ergo tractaſſet de tumoribus factis violenta cauſa, tractat nunc de tumoribus, factis à membro laborante ob intemperiem. Et ideò proponit tumorem inter abdomen & cutem, & intelligit tumorem albæ pituitæ, qui plerumque conſiſtit inter carnoſam membranam, aut paulo infra, & cutim muſculos apprehendentem; quia vt dixi hic morbus ad albam pituitam pertinet, & etiam ad morbum regium: Vterque enim horum alium quaſi contrarium generare ſolet. Nam morbus regius cum fiat ab immoderato calore & ſiccitate, præter naturam corrumpit calorem naturalem in ipſo principio, & ideò debilis factus extrema relinquere incipit, & non facta coctione generatur alba pituita, non ſolum ibi collecto humore, qui vim naturæ ſubterfugit in cute & membris ei propinquis, ſed ob laxitatem loci, & imbecillitatem membri, tranſmittitur quicquid in membris intimis non potuit ſuperari. Sed & ex alba pituita morbus regius vice verſa generatur: nam corrupto ſanguine ob humorem crudum, corrumpitur bilis, & pituita etiam ipſa tranſit in bilem, & ſanguis putreſcit, & ita morbus regius generatur. Propterea licet morbus regius non ſit tumor, quia vt dixi congener eſt albæ pituitæ, & illi ſemper mixtus, ideo & de eo hic agit. Agam igitur primùm de regio morbo, tanquam ſimpliciſſimo. Meminit & de hoc ſupra in conſtitutione temporis tertia, vbi dicit quod apparuit ſexta die in febribus, & quod erat popularis: & plerique ſeruabantur copioſa alui deiectione, vel multitudine vrinæ, vel fluxu ſanguinis narium, vel pluribus ex his. Eius autem qui non eſt Epidemius, proponit quatuor genera *lib. 6. de Internis affect. pag.* 20. Primum quidem æſtate maximè corripit, bile commota. Conſiſtit igitur bilis ſub cute vt in capite, quare ſtatim corpus in alium colorem mutat, & fit pallidum, velut malicorium. Et oculi pallidi fiunt, & in capite ſub pilis velut cortex, ſubeſt & rigor ac febris corripit, & pallidam vrinam mingit, & craſſum ſubpallidum in ipſa ſubſidet, & mane quamdiu ieiunus fuerit, ad cor & viſcera exugitur: & ſi quis ipſum alloquatur aut interroget, ægrè fert, & anxius fit, & non ſuſtinet audire. Stercus autem excretũ cum pallore albicat, & malè olet. Hic quum ita habuerit, maximè moritur in quatuordecim diebus: ſi verò has effugiat ſanatur. Secundum quod corripit tempore hyemis & ex ebrietate & frigore. Incipit autem primum rigor inuadere, poſtea etiam febris detinet. Et humor qui eſt in corpore, congelatur in cute. Quòd autem ſic habeat, ex his oſtenditur. Liuidum eſt ipſius corpus & ſubdutum. Et venæ per corpus diſtentæ ſunt pallidæ, maiores autem & craſſiores ſunt quam prius. Et aliæ venæ ſubnigriores diſtentæ ſunt. Et ſi quis aliquam ipſarum ſecet, ſanguis effluet pallidus ſi pallidæ ſunt venæ. Si vero nigræ fuerint, niger ſanguis effluet. Et veſtem anteriorem corpori adiacentem, præ prutitu non ſuſtinet. Hic promptus eſt ad iter faciendum & ambulandum. Sed præ debilitate crura labaſcunt, ac ipſum non ſufferunt, & ſitit vehementer. Hic morbus non minus priore lethalis eſt. Procedit autem ad amplius tempus ſi non in primis diebus ſanus fiat. Si verò morbus prolongetur, & ad octauum aut nonum diem duret, in

morbum

morbum incidit,& morbus & dolor magis premit, & exſurgere non poteſt & plerique in hoc tempore ſtatim pereunt. Tertium quod popularis appellatur hic, eo quod omni tempore corripit. Fit autem à repletione maximè ac ebrietate & poſtquam riguerit, ſtatim ſanè corpus immutatur, & pallidum fit, & oculi pallidi valde ſunt. Et ſub pilos ac ſub vngues morbus procedit. Et rigor ac febris debilis tenet. Et debile eſt corpus, & in capite dolor adeſt. Et pallidum ac craſſum mingit. Hic morbus minus lethalis eſt prioribus & curatus breui ſanatur. Quartum quod fit à pituita, hyeme autem maximè corripit: & color ipſius ægri eſt albus & pectora ipſius pituita plena fiunt: & ſpuit ſaliuam: & cum ex ſereat, ſingultus ipſi aboritur. Et album lotium ac craſſitum mingit & in vrina ſubſidet velut farina. Hic morbus non eſt lethalis, & breui ſanatur. Fit morbus regius plerumque ex obſtructione meatus fellis ad inteſtina: vnde indicium habetur ex albis egeſtionibus, vt *in Coacis prædictionibus*. E regio morbo abunde colorati moriuntur, alba autem egeſtio in his præcedit. Inferius etiam ſigna prædicentia illum docet, dum dixit: *Quibus lumborum ac lateris dolor abſque manifeſta cauſa, hi regium morbum incurrunt.* In his ſenſus hebetiores eſſe ait vt ibi: *Morbo regio affecti non adeò ſubtils ſenſu præditi ſunt.* Eſt autem morbus vt plerumque diuturnus ſed qui ad febres malas ſuccedit, atque venena acutus, de quo *in libro de iudicationibus* inquit: *Morbus regius acutus eſt, & celeriter occidens: color totus malicorij ſpeciem refert & eſt vehementer cum virore pallidus, quemadmodum lacerti cum virore pallidiores: conſimilis autem eſt cutis. Et in vrina ſubſides velut eruum fuluum: & febris & horror debilis habet. Quandoque etiam ſtragula habere non ſuſtinet, ſed mordetur ac raditur matutino tempore, vbi nondum cibum accepit, internis partibus: deinde viſcera plerumque lancinantur. Et ſi quis erigat ipſum aut alloquatur, non ſuſtinet. Hic vt plurimum moritur intra quatuordecim dies. Has autem vbi effugerit ſanus fit.* Ex hoc colligitur, quod experimentum docet, ratio atteſtatur; Regium morbum adducere pruritus graues & maximè in vola manuum, & fœdas impetigines partim ſe exonerante natura, partim quòd iecur tum malè affectum huiuſmodi humores generat, ac tranſmittit more bilis ad cutim ipſam: quæ cum ceſſant non ceſſanta morbo, magnum malum afferunt. Dicebat *in libro de affectionibus* generaliter de regio morbo, quòd fit cum bilis ſub cutem vertitur, traditque curam huiuſmodi: Morbum autem regium ſic curare oportet. Extrinſecus quidem corpus molliendum eſt balneis calidis. Aluus verò & veſica humectanda, & vrinam cientia danda, quæ ſunt præſcripta. Si verò fortis fuerit, purgato capite, pharmacum quoddam potandum dato, quod bilem deorſum purgat. Poſtea vero vrinam cientibus vrendum eſt. Alibi vero ſcilicet *in ſeptimo Epidemiorum* generalem magis ac accommodatam proponit. Eſt autem hæc. *Regio morbo correpto prodeſt laborare, ſudare, panem edere, bibere non multum, lauare caput calida multa, ſed potius tepida, vinum album, ſomno non multo vti.* Meminit & eius imò vtriuſque *ſexto Epidemiorum* dum dixit: *vxor cuiuſdam morbo regio in magno theatro poſt ſtatuam ſuperueniente, eadem permanſit.* Qui verò apud Timenci neptim habitauit, niger factus eſt, liquet quòd etiam diuturni mentionem hic facit. *At alba pituita.* Pituitæ autem albæ quæ nigra eſt, & a ſplene, meminit libro *de internis affectionibus* hoc modo. Tabeſcit autem ſimiliter & à cauis venis: Hæ vero pituita hydropiſormi, & bile replentur. Patitur autem eadem, ab vtris tandem tabeſcat. Et homo ſtatim niger fit ac ſubtumidus. Et partes ſub oculis pallidæ fiunt. Et venæ in corpore pallidæ diſtentæ ſunt, quædam verò valde rubicundæ maxime autem manifeſtæ ſunt, quæ ſunt ſub alis. Et ſpuit pallida, quæ vbi ipſum inuaſerint ſuffocant: & tuſſire volens aliquando non poteſt. Quandoque autem præ ſuffocatione & tuſſiendi cupiditate, bilem aceruatim vomit, aliquando veró pituitam. Sæpè verò etiam cibos, quum comederit. Et vbi reuomuit, leuior ſibi eſſe videtur. Deinde modico tempore interpoſito, in iiſdem doloribus iacet. Hic etiam acutius loquitur quàm quum ſanus eſſet. Et rigor ac febris interquieſcens, rurſus ſudoroſa corripit.

Sed de alba pituita ſimplici, quæ eſt morbus principalis meminit Hippocrates ante *in libro de affectionibus pag. 6. Pituita alba quum tenuerit, corpus totum intumeſcit albo tumore: & in eadem die alia parte melius ſibi videtur habere, alia deterius. Et tumor alias, in alia corporis parte maior & minor fit.* De his igitur morbis conſtat, quòd omnes alij ad eos reducuntur. Nam ſi mors ſequi debet, oportet vitæ principium vitiari calore nimio aut frigore: ſed ſi calore; fit regius morbus, ſi frigore; alba pituita. Plura ſane dicenda eſſent, ſed aliis in locis etiam de his actum eſt: ideò Hippocratem audiamus.

TEXTVS XXXVIII.

SEd & vlcera quæ ægrè perſanantur, exalbidorum ſunt, qui fere lentis colorem referunt. Et cutis diffringitur ac labia, velut Antilochus habuit & aleuas, ab humoribus ex corpore ſalſuginoſo, quod ſub cute maximè, & à capite contingit, quum à pulmone fuerit calefactum.

COMMENTARIVS.

Hunc locum paoci Intelligerent, qui non vidiſſent ea quæ idem ſcripſit *in Primo de morbis*. Series autem eſt huiuſmodi: ſi vero pus in ventre moram traxerit, totum corpus ab ipſo caleſcit maximè verò viciniſſimæ partes. Caleſcente autem corpore, humiditas maximè eliquatur. Et quæ quidem à ſupernis partibus eliquatur, in ſupernum ventriculum maxime confluit, & pus fit ad hoc quod iam in ipſo eſt. Pars vero eius etiam in infernum ventriculum fluit, & quandoque aluus ab ipſa turbatur & hominem perimit. Nam cibi ingeſti ſecedunt inconcocti, & alimentum ab ipſis corpori non accedit. Et ſputi ſurſum purgatio non æqualis contingit, aluo nimirum calefacta, & omnia deorſum trahente in ſeipſam. Et à ſputo quidem ſuffocatur & ſtertit, dum non purgatur: à ventre vero fluente debilitatus, & plerumque perimitur. In huiuſmodi autem morbis hunc fluxum maximè exhibet caput, vtpote quod cauum eſt, & ſupernè ſitum. Quum enim ab aluo fuerit calefactum, tenuiſſimam pituitam de corpore in ſeipſam trahit. Vbi verò hæc in ipſo fuerit collecta, reddit rurſum acruatam & craſſam, velut dictum eſt: & pars quidem ipſius in ſupernum ventriculum defluit: pars verò in infernum. Idem etiam oporter conſiderare ex illo Aphoriſmo ſextæ particulæ: *Aqua inter cutem laborantibus vlcera in corpore nata difficulter ſanantur.* Hoc enim intendit, quoniam vlcera ſi debent ſanari, oportet vt ſiccentur, & mala intemperies auferatur, ſed qui laborant alba pituita, ex defluxione à capite, vtrumque patiuntur impedimentum: igitur talia vlcera difficillimè ſanantur. Proponit autem, quòd ob malam intemperiem lentis colorem referunt, & cutis diſtringitur, & labia ob prauitatem humoris. In omnibus ſanè vlceribus neceſſe eſt labia & cutim diſtringi, ſed non eo modo quo his, quia labia illa aſpera fiunt & inæqualia, & cutis frangitur ac corrumpitur circum circa: nam in bonis vlceribus cutis eſt integra, & ſanæ ſimilis, & vt vno verbo dicam, qualis eſt in vulnere ſimplici ad vnguem.

TEXTVS XXXIX.

OCcaſiones vnde quis ægrotare cæpit, conſiderare oportet, ſiue capitis ſit dolor, ſiue auris, ſiue lateris: ſignum autem ſunt in quibuſdam dentes, & in quibuſdam inguinum tumores.

COMMENTARIVS.

Occaſio duplex eſt: alia externa, vt ſol, exercitatio, timor, alia interna vt dolor: cognitio cauſæ externæ non facit ad curationem, ſed ſolum ad cognitionem *Quarto artis curandi*. At cauſa hæc ſeu origo ex internis, indicat & de cognitione, & curatione morbi. Duplex etiam eſt horum differentia: quibuſdam enim dolores adueniunt ſtatim ante morbum, vt in Hermocrate ægro, cui dolebat caput & lumbi *Tertio Epidemiorum*: quibuſdam iam diu ante, vt in eo qui in Dealcis horto habitabat, nam ei longo ante tempore doluit caput, & tempus dextrum. Vnde notandum huiuſmodi morbos, ſeu diuturni ſint ſeu noui, ſuccedente febre indicare materiæ locum: materia enim quæ febrem facit putreſcendo, aut in aliqua continetur concauitate principali, vt in cerebro vel pectore: vel in cauitate, in qua per ſe non eſt apta facere febrem, vt ventriculi inteſtinorum vteri, & tamen facit ob vehementem putredinem: plerumque tamen ſolet in eis facere ephemeras, aut in venis magnis, & facit febrem magnam: aut paruis, & facit febres longas: aut in membris principalibus collecta, vt cerebro & pulmone & iecore, aut in muſculis & tunc facit intermittentes: aut eſt collecta in ipſa ſubſtantia membrorum, & fiunt abſceſſus. Febres igitur quæ fiunt ex materia contenta in capite difficilius ſoluuntur, & ſunt tepidiores, & mala producunt ſymptomata, ſicut quæ fiunt in locis pectoris, ſunt vehementiores, ſed celerius ſoluuntur & concoquuntur. Et attulit exemplum de dentibus, quarum febres vt plurimum ſunt ephemeræ, velut etiam ex inguinum tumoribus: cum enim febris fit ex dolore procul à membris principalibus, eſt è genere ephemerarum: Ita febres quæ incipiunt cum ſuffuſione, longæ ſunt & plerumque etiam pernitioſæ.

TEXTVS XL.

VLcera oborientia ac iudicantia febres, & tubercula: Quibus hæc non fiunt, iudicatio ſublata eſt. Quibus intus relinquuntur, certiſſimæ recidiuæ ac celerrimæ.

COMMENTARIVS.

Cum declaraſſet morborum cognitionem fieri ex initiis, vtpote dolore partis, docet etiam illorum finem eſſe per eiuſmodi: dicens *febres indicari & per tubercula & per vlcera*. De *tuberculis* ſæpius actum eſt, maximè *in Quarta Aphoriſmorum*. 33. & 44. De *vlceribus* intelligi debet ad tubercula conſequentibus, quoniam abſceſſus

vt

vt viſum eſt alij reſoluuntur, alij per vrinam vel effluxiones abſcedunt, alij per vlcera purgantur. *Quibus hac non fiunt, dicit indicationem eſſe ſublatã* ideſt in quibus deberent iure fieri. At quibus intus relinquuntur *certiſſimæ fiunt recidiuæ.* Vbi materia collecta eſt & non exit, neceſſe eſt vt putreſcat & febtis adueniat. Si ſanguis in ventrem exciderit præter naturam neceſſe eſt ſuppurari. Sed dubium manet, quomodo intelligatur *indicatio ſublata*, vt differt à *recidiua*; nam eodem modo debet differre quod intus relinquitur, ab his quibus hæc non fiunt? Dicendum eſt ergo quod prima verba intelligenda ſunt hoc modo. *Vlcera oborientia & tubercula quæ indicant febres*, ſupple, ſi adueniant, *bonum in febribus*, de quibus dixit *in ſecundo & Tertio Prognoſticorum*: ſin autem non adueniant iudicatio ſublata eſt. Sed ſi adueniant & lateant, certiſſimæ fiunt & celerrimæ, recidiuæ, & hic eſt verus ſenſus. Eſt ergo ſententia eius huiuſmodi. In febribus quæ per abſceſſum ſunt iudicandæ, ſi non aduenerit abſceſſus (idem dico de vlcere) non indicantur ſed confirmantur. Sed ſi natura non expellat, certiſſima eſt & celerrima recidiua. *Non expellere* intelligit nec per abſceſſum, nec per effluxionem; quaſi dicat etiamſi per effluxionem expellat, manet tamen febris: Et hoc totum eſt verum, nam febres illæ licet minuantur valdè, non tamen finiuntur.

TEXTVS XLI.

CRudos ac liquidos ſeceſſus, millium ſolidum in oleo coctum ſiſtit. Exemplo eſt nautæ puer, & Myriochaune.

COMMENTARIVS.

More ſuo vltimum remedium in ſiſtendo aluum proponit per duo exempla; pueri nautæ, & Myriochaune, qui ſanati ſunt hoc modo. Eſt millium frigidum in Primo ordine, & ſiccum in fine ſecundi, aut initio tertij, *ſeptimo de ſimplicibus medicamentis*, & ſiſtit aluum, vt Dioſcorides *in ſecundo libro cap.* 88. docet; frigida enim ſiſtunt & ſicca magis, millium autem vtramque excellentem habet qualitatem. Tenues etiam habet partes, quibus vrinam prouocat, teſte Dioſcoride. Si quis obijciat illud *ex libro de affectionibus: Oleum & quæcunque oleoſa ſunt reficiunt & pituitoſa ſunt*, de crudo oleo intelligenda ſunt. Dicebat Galenus *Primo de alimentis cap.* 22. *frixa omnia flatum quidem deponunt, verum difficilius coquuntur & ventrem magis ſiſtunt, craſſiorisque ſucci alimentum corpori exhibent.* Et in Tertio dum loquitur de ouis: *dum friguntur in nidorem vertuntur, & præterquam quòd ſuccum craſſum gignunt, ipſum etiam prauum & excrementitium præbent: Et antea quam frixa ſunt in ſartagine ſunt ſicciora, quæ autem elixa humidora.* Et ex hoc patent conditiones optimi medicamenti, quod omnibus facultatibus morbo aduerſetur, quòd etiam præparatio; quòd id quod miſcetur conueniat in eiſdem viribus, & deducat medicamentum ad temperamentum, quòd ſit ſuaue, adeò vt habeat rationem cibi, quòd emendet vitia conſequentia morbum: & quod deducat materiam illius ad alium locum conuenientem, quæ omnia inſunt huic medicamento.

COMMENTARIVS II. IN SECVNDVM Epidemiorum Hippocratis Librum.

TEXTVS I.

MVlier cor, hoc eſt os ventriculi dolebat, & nihil remittebat dolor. Huic polentæ pollen mali punici ſuccum inſperſus, & ſemel in die acceptus in cibo ſatis fuit, & non reuomebat: velut Charioni contigit.

COMMENTARIVS.

Hæc tota vt dixi ſectio viginti exempla continet, quorum primum eſt hoc. *Mulier* vt dixi *καρδιάλγει* ideſt *cor dolebat*: hic interpretes voluit *ventriculi os* vertere: ſed melius eſt atque conſultius, exponere quàm interpretari: nam verum eſt quòd pro ore ventriculi affectu, aut ventriculo ipſo intelligi debet, non tamen ipſum os ventriculi laborauit: ſatis ſit caſum eſſe quaſi perſimilem illi qui à Galeno deſcribitur, & curatus eſt *Duodecimo Methodi*

eum

cum dixit : Adiicere enim iuſſi præſidia colica, alicaque calente, quæ cocta in aqua eſſet, nutriri, immiſſis & mali punici granis. Cum autem tota nocte citra dolorem dormiuiſſet, miratus profecto eſt remedij nouitatem : rogauitque quid eſſet bibendum. Dedimus itaque bibendum dilutum rhois cremorem : quo videlicet, ſiue aliqua eſſet in ſommo inteſtino facta vlceroſa affectio, eam adſtringeret : ſiue etiam ex conſuetudine aliquid ex ſuperioribus locis in partem afflictam conflueret, id repri-meret: prandióque eodem vti iuſſimus : deinde ad veſperam cœnare pane puro madefacto in vino aliquo, naturaliter quidem auſtero, ſed veteri. Conceſſimus præterea, vt auſterum quemcumque ſi vellet fructum ſumeret, ſiue malum, ſiue pyrum, ſiue punicum. Simili ratione etiam tertio die cibatus, in quarto Theriacen bibit, ſanúſque omnino eſt redditus ac de cætero ad conſueta reuerſus, nullum ſenſit incommodum. Polenta autem lentus eſt cibus qui biliosis conuenit : conficitur ex farina hordei inſperſi aqua, & per nocte ſiccati, infrixi ac moliti vt *Plinius docet*. Parum nutrit vt Oribaſius in *Primo & Quarto libro* fitque ex hordeo non toſto. Prior dicitur hordeum toſtum : Eos qui non exercentur dicit multum nutrit, ſitim extinguit, dicebat Paulus. Fit etiam ex auena hordeacea, igitur humectat, refrigerat, biliſque impetum cohibet; ideò in hoc caſu maximè conueniebat pollen polentæ, id eſt ex farina tenuiore. Punica mala dulcia conferunt ventriculo, acida cohibent ventriculi dolores, teſte Dioſcoride.

TEXTVS II.

MVtationes proſunt, ſi non ad praua mutentur, velut his qui à medicamentis vomunt febrium gratia. Fines in meraciora deſinentes, putrefactionem ſignificant, velut Dexippo.

COMMENTARIVS.

Non eſt hoc quod dixit *in libro de locis in homine pag.* 14. vomitus ſedatur, & ſimilibus vtpote aqua, quæ vomitum prouocando educit materiam vomitum facientem, & à contrario vt cum ſedatur prouocante aluum atque purgante : Idem de fluxu. Sed & *Sexta Aphoriſmorum* idem ferme docetur, ſed intelligit quòd perſæpe debet Medicus vt in febre (intelligas & in quouis morbo) cum non iuuatur, vel ſi parum iuuetur, vel etiam ſi iuuetur egregiè, ſed morbus tamen non diſcedat, tranſire ad alia genera euacuationum. Et hic eſt primus ſenſus verus ; alius magis congruens ſequentibus; in medicamentis quæ purgant aut vomitum ciunt, mutatio excrementorum bona, niſi ad mala mutatio fiat. Et eſt ſententia eiuſdem *ſecunda Aphoriſmorum*, Ita vt ex tribus ſenſibus veris primus omnino non conueniat : ſecundus conuenit ſed non toti. Tertius conuenit & perfectus eſt, ſcilicet quod mutationes in excretionibus bonæ ſunt, niſi ad praua mutentur : Et hoc probat exemplo medicamenti vomitum prouocantis, vt intelligamus idem eſſe & magis verum in medicamento purgante, & in purgatione à natura facta. Et ratio huius eſt, quoniam vt ſcribitur *Quarta Aphoriſmorum*, quantò colores plures non praui fuerint, tantò melius. Et hoc eſt quòd natura melius fert multorum humorum miſſionem, quàm ſyncerorum abundantiam : quia qualitates immodicæ euertunt vires & naturam. Medicamentum autem trahit quicquid occurrit, & ob id ſemper ferme diuerſa : natura autem non poteſt hoc, quia non expellit niſi exactè cocta : Et ſi expellat, hoc contingit ob nimium onus, & multitudinem materiæ.

Si tamen meraciora in fine prodeant, res deterius agitur : dictum eſt autem de hoc *in Aphoriſmis : 7. Partic. 6. & 13.* Et meræ egeſtiones dicuntur; vel quæ vnius ſunt humoris, vtpote flaua aut pallida bilis, & hæ non ſunt valdè malæ; aut quia ſine alio humido miſtæ, & hæ plerumque ſunt rubiginoſæ. Atra bilis ſanè ac viridis & rubiginoſa, mera eſſe ſolet. Et cauſa eſt in ſeipſa, velut dici conſueuit de regulo, quod circa eius latebram, nullum viuens inuenitur, cum prauitas caloris conſumit, quicquid eſt humidi, egeſtio ſyncera redditur, vt apud Galenum ibi. Sed tamen fex dura, quæ fit ab eadem cauſa, non adeò portendit malum. Exiſtimo ergo ſyncerum hic comparatiuè ſumptum ſignificare putredinem, ob id quòd per putredinem ſolent exſecari partes quæ quaſi formam membri referunt, & hæ meraciores ſunt. Poſtquam ergo in mutationibus excrementorum deuentum fuerit in fine ad meraciora, hoc valde malum exiſtit : corruptis enim humoribus ſolida etiam liqueſcere incipiunt, vel ante hæc excreta putredinis maximum ſunt indicium, velut Dexippo : Perijt enim.

TEXTVS III.

SErapis ex liquida aluo intumuit. Pruritus autem haud ſcio quot diebus, non vltra. Habebat autem & abſceſſum quendam in lateris mollitudine, qui nigrefactus occidit.

COMMENTARIVS.

Hic vir ex lenitate inteſtinorum incidit in hydropem. Dicebat Hippocrates *in libro de Aere & Aquis & locis pag.* 8. Inteſtino

teſtino

ceſtiuorum leuitates & aqua intercus fere omnibus morbis reliquis deſinentibus ſuperueniunt, cum non queant facilè ventriculi ab humidis exſiccari. Et *in Coacis prædictionibus pag.* 20. Qui in longis inteſtinorum leuitatibus vna cum animalculis tormina & dolores patiuntur, his ſoluris intumeſcunt. *Et ibidem* In bilioſis aluus turbata egerens parua genituræ ſimilia, mucoſa, & dolorem circa pubem inducentia, & vrinæ non facilè ſolubiles prodeuntes, in hydropem ex huiuſmodi deſinunt. Et *in libro de Affectionibus pag.* 7. Qui in hydropem ex dyſenteria deſinunt. Dico generaliter fluxus ventris in tumorem ventris terminantur, cum longi fuerint, Quoniam ſi ſint ob imbecillitatem, aucta imbecillitate in membris intentionis retinetur materia, & etiam generantur flatus, & intumeſcit venter: Et ſi ſit materia praua, corrumpuntur viſcera & membra naturalia, & materia quæ retinetur efficit hydropem. Et ſi ſit materia bona quæ expellitur, velut ſanguis calor naturalis refrigeratur. Et à calore diminuto generatur flatus, ex eo hydrops ſicca. Et ſi contingat ob defluxum materiæ à toto corpore, ex tranſitu debilitatur coctio in viſceribus, & venter intumeſcit, poſtquam totum quod crudum eſt euacuari non poteſt. Et ſi ſit materia hydropis, quam natura expellit ab initio, quis dubitat quod cum non expellitur, quin fiat hydrops. Ex fluxibus igitur diuturnis qualibuſcunque cum ceſſauerint, maximè in ſenibus vel extenuatis tumeſcit venter: & hoc oſtendit experientia.

(*Pruritus autem*) Hoc indicat quòd materia retinebatur, cuius pars protruſa ad cutim efficiebat pruritum. Materia enim ſeroſa putrefacta, maximè pruritum inducit: Et hic non fuit perpetuus, quia materia intus redijt & computruit, & ideò habuit abſceſſum quendam in mollitudine, ideſt in dextro latere, in loco ſub coſtis, & infra iecoris regionem, qui nigrefactus occidit: quoniam in hydropicis tales abſceſſus non coquuntur ob imbecillitatem caloris naturalis, & impedimentum materiei corruptæ, & ideò corrumpuntur & denigrantur, quod euenit ob putredinem adurentem. Aduruntur enim quædam cum putredine, quoties putredo illa magna eſt, & ad naturam ignis conuertitur. Et talis materia habet naturam veneni: & intus penetrat, & illud eſt quod occidit non quod apparet extra. Et hoc eſt quia humor ille niger, eſt via ad mortem, & homines moriuntur.

TEXTVS IV.

ET Stymargi vxor ex ventris per paucos dies turbatione, vbi multum in ſiſtendo laboraſſet: Et poſt pueri ſexus fœminei quadrimeſtris ex corruptione diſceſſum ſana facta eſſet, intumuit.

COMMENTARIVS.

Hic eſt ſecundus caſus, in quo ex ventris fluxu peruenit in ventris tumorem: quartum verò exemplum: cum enim materia retenta fuiſſet, quæ ventrem turbabat, & violenter retenta: & menſes etiam qui purgationem abortus conſequi debuerant, & debilitatum iecur, & membra naturalia in abortu, ratione dolorum & purgationis, & vigiliarum, & huiuſmodi, *intumuit*: affine igitur hoc exemplum priori, quod ad tumorem attinet, & tumoris cauſam, non totam ſed partem. Vnde ſciendum quòd velut rationem reddidimus in præcedenti texto, de aluo retenta & fluida, ita ex immodico ſanguine fluente aut retento, cum fluere ſoleret, vt *in ſecundo de Naturalibus facultatibus cap.* 8. *poſt Prin.* iecur refrigeratur & fit hydrops, vitiata ſeu labefactata coctione; ita labefactata inquit ventriculi coctione, fit diarrhoëa: vnde duo ſupponuntur, & quòd ex defluxu ſanguinis refrigerari debeat corpus, & retento etiam ſanguine corrupto, vt in hæmorrhoïdibus & menſibus, de quibus dat exemplum: Conſtat enim ſanguinem menſtruum frigidiorem eſſe naturali, vt apud Ariſtotelem declaratur *Primo de Generatione animalium cap.* 19. Verùm ſi ſolam ob refrigerationem generatur hydrops, cur in vulneribus magnis, vbi ſanguis ad mortem vſque effluit, non generatur hydrops? Propterea vt dixi, hydrops fit quandocumque ſanguis eſt corruptus, & ob id naturæ grauis, quem natura ſeu retineat ſeu expellat, concoctio corrumpitur: non enim defectu concoctionis, ſed corruptione hydrops generatur. At verò in abortibus & ex abortibus idem ſæpè contingit, quoniam vt dixi ſanguis retentus corrumpitur, & cum expellitur, etiam ob dolores debilitatur.

TEXTVS. V.

MOſcho calculo vehementer laboranti, in ſuperna palpebra ordeolum obortum eſt, magis ad aurē, deinde intro exulceratum eſt: quinta & ſexta die ex internis pus erupit: infernas affectiones ſoluit glandularum tumor, ac inflammatio circa aurem erat, itémque inferne in collo, & è directo ſuperni tumoris.

COMMENTARIVS.

Quintum exemplum eſt calculo laborantis, cui ſuperuenit *ordeolum*: neqoe exprimit quo calculo laboraret, an renum an veſicæ: ſed planum eſt cum dixit, *Infernas affectiones ſoluit*: neque enim calculum veſicæ ſic liberaſſet. Ex ordiolo igitur orto, glandularum tumor & inflammatio circa aurem contigit & in collo è regione ſuperni tumoris, adeò vt ſanguis ad ſuperiores partes fuerit delatus, & laxata laborante particula lapis excidit. Propterea tum Hippocrates erat, vt dixi cum Herodico medico emperico & imperito: nam ſi ſanguinem miſiſſet ægrotanti, vt infra docebitur, euaſiſſet: ſed non adiura natura ob magnum robur virium, tam abſonam mutationem molita eſt, quæ quanquam non fuerit iuxta regulas ab eodem ſuperius deſcriptas, tamen id notaodum eſt, quòd cum morbus non eſſet ex humore, ſed re omnino præter naturam, quiuis abſceſſus vel tranſmutatio modò potens ſit liberat, quoniam in huiuſmodi tranſmutatur ſanguis, & materia benigna, ideò ſufficit vt à loco patiente remoueatur: nam non eſt aliud periculum. Erupit autem ſolum quod ſuppuratum eſt, ſupporatum quod collectum, collectum quod extra venas protruſum eſt, vt in libro *de Inæquali intemperie cap.* 3. Intendit magis ad aurem ideſt in directo ferme enchanthidis anguli ſcilicet exterioris.

Tria autem hic ſunt animaduerſione digna: primum quod tumores illi omnes fuerunt ex latere dolente, vt etiam ſuperius docuimus. E regione enim fiunt bonæ tranſmutationes, hoc autem non dixit vt manifeſtum, ſed ex his ſolum patet, cum dixit. *Itémque inferne in collo & è directo ſuperni tumoris*, ſecundum quod eſt maioris momenti, quod tam magnus morbus diſſolutus eſt per ordeolum in palpebra. Intelligitur hoc quia materia nulla peccabat, ſed aderat ſolum dolor ob lapidem: protrudit natura ſanguinem ex loco, & hic fuit copioſus, & ideò impleuit glandulas, collum, loca poſt aurem & palpebram: non tamen factus eſt abſceſſus magnus, quia nec in loco aderat dolor, nec materia erat corrupta, ſed ſi alterum horum affuiſſet, factum fuiſſet toberculum magnum: ideò non erat laxato lapide, & ideo ſoluto dolore materia quæ protruderetur à loco: nec in loco cauſa attractionis, ideo non potuit fieri collectio magna, neque abſceſſus.

Dicit quod *quinta & ſexta die pus ex interna parte erupit*. In calidis locis erumpit ſi tenue ſit integumentum pus quarta die: in tanto enim circuitu pus ſolet generari. Sed cauſæ quare erupertit cito, fuit calor ex circumpoſito humore, & quoniam leuis fuit expreſſio, ideò laxa vt dixi particula, & ob id tenuiſſimum ſolum collectum eſt, & demum tenuitas tunicæ interioris, vnde etiam intus erupit, nam membrana illa exoriebatur à pericraneo, & finitur in cartilagines, quæ circumambiunt loca ciliorum, ideò exteriore ex parte eſt cutis, cum membrana carnea; in interiore ſola illa membrana tenuis, in medio ſpatium & humor quidam tenuis, non pinguedo; ideo facile abſceſſum concipiunt palpebræ.

TEXTVS VI.

ARiſtæi ſororius fatigatus in via incaleſcebat: Deinde in tibia tumores fiebant, terebinthi fructibus ſimiles. Poſt ſucceſſit febris continua: Et ſudor poſtridie factus eſt. Idemque alijs diebus paribus continuauit, febriſque perſeuerabat.

COMMENTARIVS.

Sororius eſt cui ſoror alicuius nubit, *fatigatus incaleſcebat*, nam labor calefacit: motus enim attenuat, & cauſa eſt vt quod frigidum eſt, dum attenuatur, tepeſcat. Eſt autem quæſtio pulchra, quomodo motus calefaciat? accipiendum eſt ex manifeſtis. Quæcumque non conſtant refrigerantur velut aqua & aër. Ventus enim omnis vt aëris ſolum eſt refrigerat, & quantò concitatior & quantò celerius fluit aqua vt Tygris & Abduæ, at contra Nili & Eridani tepida eſt, quoniam lentè progrediuntur. Sed ſolida plumbum, ferrum, lapides & per aërem delati, & inuicem affricari, quantò celerius mouentur, eò magis incaleſcunt. Cauſa eſt ſumenda ex differentia, differentia raritas, aër & aqua motu rareſcunt, ſolida non ita rareſcere, igitur caliditatis cauſa, condenſati frigiditatis. At quomodo niſi vt ex principijs noſtris, quòd calor cæleſtis, qui vbique ſpargitur ingreditur, & locum calefacit, in denſum non ingreditur. Forſan dicet quis, non poſſe id eo modo contingere, ſed potius ſuapte natura vt Philoſophi volunt, nam cum reducatur ad ignis formam, oporteret ignem vbique ſarpſum eſſe. Propterea dico, quod calor ille vt recipitur in materia augetur motu & intenditur.

(*Deinde in tibia tumores*) corpus erat immundum, & ideo dicebat Hippocrates: *Si impurgatus laborauerit vlcera erumpent.* Et clarius Galenus *Tertio Aphoriſmorum. Quibus vicem purgationis humorum qui ſunt in profundo corporis exercitatio ſuppleuerit, ijs ad cutem viſcoſos humores euocans, vlcera & ſcabiem efficiet.* Mediocritatem magnitudinis exprimit, quoniam cum materia fuerit in venis, facit abſceſſus; cum autem ſpargitur in muſculos fit ſcabies, tubercula autem magnitudine

media

media ſunt, & fiunt à parte eroſi humoris, ac humore ipſo qualicumque: ſicut abſceſſus ex humore, & ſcabies ac puſtulæ ex ſeroſa tantum parte. Atque hæc eſt prima differentia. Secunda ratione loci, nam ſcabies gignitur ex excrementis in muſculis ſparſis, per totum corpus, & abſceſſus & materia contenta in venis: Tertia eſt ratione qualitatis corruptionis, nam in puſtulis corruptio fit à calore, parum à putredine, in abſceſſibus à putredine, parum à calore. Poſt ſucceſſit ſebris, corrupti erant humores, & ichores ex magnitudine caloris, ideo putrida febris ſucceſſit. At quia Hippocrates non adeò exercitatus erat, duo tantum animaduertit, quòd erat ſudorifica febris, & quod in diebus paribus exacerbabatur. Hoc autem ratiooe non obſcura, quoniam aderat multa copia humoris concalefacti aquei, qui per ſudorem exprimebatur: Et ideò non ſoluebatur, tum quia non erat in decretorio, tum quia erat ante coctionem materiæ. Imò potius fuit in caſu Hippocratis *Aphoriſmi quarta particula*: Febricitanti ſudor ſuperueniens febre non deficiente malum. Protogatur enim morbus, & multum humidum ſignificat. Sunt autem duorum generum febres ſudorificæ: à laſſitudine de quibus agit *in fine ſecundi de Diæta* his verbis. Inexercitati humidam carnem habentes com laborauerint, corpore calefacto multam colliquationem remittunt: Quicquid igitur exſudauerit, aut cum corpore depurgatum fuerit, non exhibet magis laborem in parte corporis, præter conſuetudinem euacuata. Quicquid verò ab excretione intus remanſerit, non ſolum ei parti ex qua excerni cœperat, laborem exhibet, ſed etiam illi quæ ſuſcipere humorem cœpit, non enim commoda eſt corpori, ſed infeſta. Et in carnes quidem corporum non ſimiliter congregatur, ſed potius in carnoſas partes, atque illis negotium exhibet donec exierit. Tanquam enim circuitum non habens ſed quieſcens calcfit in ipſa, tum illa quæ ei allabantur. Si igitur multum fuerit quod excretum eſt, & iam ſanum corpus exſuperat, vt totum concaleſcat, & febrem vehementem inducit. Sanguine enim calefacto atque attracto celerem circuitum faciunt ea quæ ſunt in corpore, & tum reliquum corpus præ ſpiritu purgatur: tum quod compactum eſt, caleſcens attenuatur: & ſimul ex carne foras ſub cutem extruditur, Idque ſudor calidus vocatur; Quo excreto ſanguis in naturalem ſtatum redit, & febris remittit & laſſitudo ſedatur, maximè tertia die. Sed huiuſmodi genus ſebris abſque frigore licet eſſet, tamen imparibus diebus exacerbabatur, paribus autem remittebatur cum ſudore. Alterum verò genus quod ex conſtitutione fit, habet *Septimo Epidemiorum*.

TEXTVS VII.

Erat autem ſublienoſus: ſanguis ex ſiniſtra nare frequenter paulatim erumpebat, iudicatus eſt.

COMMENTARIVS.

Ad hoc ergo facit hiſtoria illa, nam fieri potuit vt conſtitutio temporis eſſet ſudorifica. Inquit enim ibi: *Poſt canem febres fiebant ſudorifica, & non perfrigerabantur penitus poſt ſudorem, ſed rurſus incaleſcebant: & leniter longa, & iudicatu difficiles, & non valde ſiticuloſa: paucis in ſeptimo & nono deſinebant, alijs vndecimo, & decimo-quarto, & decimo-ſeptimo. Polycrati febris, & ſudor, qualis deſcriptus eſt: à medicamento purgatio deorſum vehementer: & febris adeò lenis facta eſt, vt obſcura conſiſteret, preterquam in temporibus, & ſudores ad veſperam circa caput, collum, pectus: deinde rurſus etiam per totum ventrem, & rurſus incaleſcebat. At circa duodecimum & decimum-quartum febris acuta eſt, & modica alui ſubegeſtiones: poſt purgationem vſus eſt ſorbitionibus. Circa decimum-quintum dolores ventris iuxta ſplenem, & ſiniſtram lateris mollitudinem, calidorum appoſitio minus profuit quàm frigidorum. Quum infuſo per clyſterem molli vſus eſſet, ceſſauit dolor.* In horum hiſtoria continetur quòd partes circa ſplenem laborarunt. Id quidem contigit, quòd materiæ tenuior ac pinguior pars exhalaſſet, ideo reſiduo ſuperaſſato, par erat ſplenem laborare, verum in Ariſtei ſororio hoc non contigit ex febre, ſed potius contra: erat enim natura *ſublienoſus*; naturam appello nunc propriam, ſed habitum longo vſu acquiſitum. Quomodo autem ex liene poſſit ſanguis è nare ſiniſtra profluere vtiliter, dubium eſt: nam aliud eſt quod *profluat vtiliter* ex illa nare, aliud quòd *profluat*. Profluit quidem conuiuienter, quoniam partes ſuperiores inferioribus concaleſcunt, atque ita ſanguis feruet, & aperit ora venarum, & effluit. At quod vtiliter, difficile videtur, cum materia ex liene ad narem non poſſit peruenire, niſi rurſus cauam venam ingrediatur, & ex caua ſurſum deferatur, in venas faciei & narium. Quin quod maius eſt, vt rurſus in iecur perueniret, non à venis portæ ſolum nutritur vt Veſalius auctor eſt: quod certè neceſſarium eſt ſi non per arterias materia ſurſum, & antea in cor ipſum deferatur.

* * *

TEXTVS VIII.

POſtridie iuxta ſiniſtram aurem tumor; ſequenti die etiam circa dextram, ſed hic minor, & inſuper tepeſcebat. Hi euanuerunt, & non ſupperati ſunt.

COMMENTARIVS.

Poſt iudicationem ſedata in venis inflammatione, poſtridie materiam collectam oatura poſt aures tramſmiſit, cuius cauſam ſuperius explicauimus. Inſuper & id declaratum eſt, quòd melius ſit euaneſcere parotidas, maximè ſuecedente effluxione, quàm vt ad ſuppurationem vertantur. Quòd ſi ſine effluxione euanuerint, palam eſt minari periculum, ſi magnæ ac duræ fuerint, tum rubræ & cum febre, aliter ob tenuitatem & paucitatem materiæ euanuiſſe illas ſuſpicandum eſt: quo in caſu procul à metu abſunt. Quomodo verò ex liene ad autem ſiniſtram tranſitus fit, eadem manet difficultas, quæ ad vnguem prius de naribus dicta eſt, atque ob id è regione primũ orta eſt, poſtea vt ait ad dextram conuerſa, ob impetum ſolum naturæ, quod contingit cum violenter nimis illa vexatur à materia praua aut multa, ob id tamen leuior fuit in dextra patte, quia non erat ibi materia noxia. Tepor autem indicabat bunitatem & materiam mitem ac tenuem, nam frigidi tumores à nimia craſſitie fiunt; rubicundi & calidi ex ardente; fuſci autem & rubri obſcuti cum ſplendore ſanguinem exuſtum velut etiam in carbuneulis. Animaduertendum etiam eſt eirca hoc, quod ſebres parotidarum plerumque ſunt adeò obſcutæ, vt lateant, quare iudicium oportet reponere in qualitaie ſola abſceſſus, Et hæc vt dixi in calorem & colorem, & magnitudinem, & duritiem diſtinguitur. Horum non dixerim quid peſſimum ſit, ſed quod excedit velut ſi valde duræ ſint, aut valde magnæ, aut colore lucido, rubro, qualis eſt ſerpentibus, qui ad viridem pallidum & cœruleum vergit. In genere tamen magnitudo petieuloſior eſt, ſi deliteſeat ſine ſigno: ſin autem ad ſuppurationem comparentur plus refert durities: ſin ad vitæ periculum, & mortem iuexpectatam eolor. Conſiderandæ etiam ſunt vigiliæ aut ſopores, nam vtrumque lethale eſt ſi deliteſcant, Et ſi non deliteſcant magnum tamen afferunt periculum.

TEXTVS IX.

QVi ab Alcibiade venit, ei ex febribus paruis ante iudicationem teſtis ſiniſter intumuit: habebat autem ſplenem magnum. Et ſanè Indicata eſt febris tunc vigeſima die, deinde alias atque alias ſubincaleſcebat, & ſubfloridum ſpuebat.

COMMENTARIVS.

Hic eſt ſeptimus caſus ſen obſeruatio potius. Per *febres paruas* intelligit *lentas* atque *remiſſas* quæ à craſſa & lenta fiunt materia. Ducet autem detiuationem ex liene ad teſtem ſiniſtrum, quòd ea pars infirma eſſet; vnde abſceſſus & effluxiones fieri ſolent per partes debiliores, & ob id ad glandulas, & per loca maioris effluxus: velut ſi quis habeat liquidam aluum naturaliter, aut ex habitu aequiſito per aluum, etſi ſolitus ſit plurimum mingere per vrinàs: Et in his qui facilè ſudant, aut quibus hæmorrhoides fluunt, aut ſanguis è naribus, aut qui vomunt ſæpe, per eiuſmodi luca effluxiones ferme ſemper contingunt. Et ideò hic eum baberet partem ſiniſtram ob lienem debilem, intumuit ex febre ſiniſter teſticulus, non dexter. Cauſa omnium horum eſt primum laxitas viarum; ſecunda eſt imbecilliras partis, nam membra valida tranſmittunt ſuperflua ſua ad membra debilia, vt Galenus docet *in libro de Alimentis, cap. 5. Primo & Tertiodecimo Methodi cap. 5. & ſecando de differentiis Febrium cap.* 11. tum etiam à Principe. Et tettia eſt, quia membra debilia plura ſuperflua gignunt, non ſolum magis excipiunt excrementa, quamobrem effluxiones & tranſmutationes contingunt in imbecilliote parte. Quarta quia vis expellendi, magis oneratur & incitatur ad expellendum ob copiam ſolitorum excrementorum. Et ita continuatur hic textus præcedenti, in quo etiam de ſublienoſo & tranſmutatioue ad ſupetiota ſetmonem habuir. Videndum eſt mudo cum non laboraret pectus, eur tamen ad teſtes materia in febte bac deriuata fuerit ad teſtem, & an quicquam eontulerit lienis tumor, cum dieat; *Habebat autem ſplenem magnum:* quaſi dicat ob hoc *teſtis ſiniſter intumuit.* Eadem enim videtur ratio, eur & ſiniſter intumuerir. Cauſa enim ſpeciei videtur comprebendere eauſam generis, vt canſa quod ſit facilis intellectus, debet ſumi ex canſa intellectus. Si igitur cauſa fuir, quod ſiniſter teſticulus intumnertt, fuit lien, igitur & quòd teſtis intumuerit. Dico ergo quòd teſtium abſceſſus fiunt materia ad illos delata. & maximè ex coxïs; vnde infra: ſolutio coxarum doloris, oculorum

diſtottioues

diſtortiones, cæcitas, teſtium tumores, mammarum eleuatio. Sed forſan ſenſus ad diuiſionem pertinet; ideſt tumoris teſtium ſolutio, eſt mammarum eleuatio: at hoc *ex libro de Iudicationibus* ita confirmabimus. *Quibus in febribus coxarum dolor, oculorum diſtortio, aut cæcitas, aut teſtium tumores, aut mammarum eleuatio, febrem ſoluit*, vt debeat legi coniunctim oon diuiſim: nam de interpretatione loci infra huius libri ſuo loco videbimus. At quod coxarum dolor fiat ex tumore lienis, ſupra viſum eſt in Herophonte. Ex liene igitur teſticulus afficitur, tum maximè ex imbecillitate. Videndum eſt igitur, vel quomodo materia ex loco deriuetur, vel in ipſo recipiatur. Docuimus nuper ex vena portæ ſolum nutriri lienem, vt neceſſe ſit vel per arterias deferri materiam, vel venam portæ ad teſtes pertingere. Nutriuntur enim teſtes à vaſis ipſis ſeminariis, vt Veſalius docet. Quapropter dicere neceſſe eſt materiam in lie ne contentam, per arterias protruſam ad teſtes, cum tamen non raro contingat.

(*Et ſanè indicata eſt febris die vigeſima*) Cur ſit iodicata febris, ſic eſt quaſi addideris rationem. Nam breui iudicari non potuit in huiuſmodi febrium genere, atque compnſitione, nec ob abſceſſum valde tardè; nam abſceſſus ſolent febrium intermiſſiones ſequi. Itaque vigeſima iudicata eſt: Qnaſi dicat febrim lentam, & tumorem ſplenis conſecutus eſt tumor teſtis ſiniſtri, & ob id iudicata eſt in vigeſima, Verùm cum ſic iudicata ſit inordinatè incaleſcebat, & ſubfloridum ideſt ſputum ſanguine dilutum ſpuebat. *Incaleſcebat* ideſt febre leui tentabatur: ſpuebatque eruenia, quæ non fuerunt ex pulmone, in tabem enim incidiſſet. Vnde autem ſputum illud prodiret dignum eſt inueſtigatione, Nam ſi contabuiſſet adieciſſet. Meminit ſputi ſanguinei in epaticis *In libro de coacis prædictionibus*, ſed vnde veniat non aperit. Melius eſt opinari vt dictum eſt alias, quòd qui lienoſi ſunt, ſanguinem habent corruptum & maximè in gingiuis & partibus oris, qui febre ſuccedente colliquatus inficit ſputum, & hoc eſt veriſimilius. Continuatio ab initio huius ad præſentem partem perſpicua eſt, & in ſequentes textus. Nam cum dixiſſet in principio, *non renomebat* ſubijcit in ſecundo; *Qui à medicamentis renomunt.* Cum verò de mutationibus loquutus eſſet, quaſdam docuit terminari in tumorem ventris: oſtendit deinde quaſdam etiam eſſe ſalutares. Docuit etiam alias mutationes non adeò vtiles, vtiles tamen eſſe. Deinde hic quòd abſceſſus ipſi per ſe iudicant.

TEXTVS X.

CVidam manus dextra, & crus ſiniſtrum, quum ex tuſſi parum & nihil memorabile eieciſſet, ſiderationis modo reſoluta ſunt: alia vero nulla re alterata eſt, neque facie, neque mente: Nec verò adeò vehementer illis partibus. Cœpit ad melius procedere circa vigeſimam diem. Factum autem hoc eſt illi ferè circa menſium eruptionem, & fortaſſis tunc primum apparebant. Erat enim virgo.

COMMENTARIVS.

Hic eſt modus tranſmutationis, ex materia in membris ſpiritus contenta ad neruos, vt pateat continuitas cum præcedentibus. Et eſt ſimilis proceſſus ſeptimæ particulæ Aphoriſmorum. Dicebat Hippocrates *Septima ſectione ſexti Epidemiorum: Duriſſima autem & vehementiſſima erant, quæ ad leuem reſolutionem deducebant tuſſes.* Mirari videtur Hippocrates hic, quòd ex tuſſi facta ſit reſolutio: deinde quòd ſimul in dextra manu, & crure ſiniſtro. Tertio quòd mens nullo pacto læſa ſit. Quarto quòd nec partes illæ ſint multum læſæ, Dicit quòd circa vigeſimam diem cœpit in melius mutari, & miteſcere morbus, ſcilicet qui alioquin diuturnus eſſe ſoleat. Deinde ſubdit, quod id contigit circa menſium eruptionem, Et forte primam, tum cum eſſet virgo. Et rurſos infra in hac eadem particula de Angina loquens. *Qui verò tumores ad alteram partem vergentes habebant, hi vnde verticula inclinata fuerant, iſthic reſoluebantur, atque inde ad alteram partem diſtrahebantur.* Et iterum: *Cæterum reſolutiones leuiter ſyderatorum modo non per totum corpus contingebant, veluti ex aliis* (ſupple cauſis) *ſed vſque ad manum, ab anginoſa affectione. Atque hi matura expuebant, eaque difficulter & pauca.* Sed ſunt qui legant, *non matura*: Neque enim ſine aduerſatiua congruebat *matura* dicere, eaque pauca difficulter: ſed vel *matura* eaque multa & facilè, vel *non matura* eaque difficulter & pauca, aut *omnino matura* ſed pauca & difficulter. Duplex igitur cauſa aperta ex hoc eſt, reſolutionis ex an gina, quæ cum tuſſi coniuncta erat. Vna; vt tumor, qui anginam conſequebatur ſpinæ vertebras hoc modo eliderer, loca atque ita reſoluerentur: nam vi per tumorem ita per tuſſim poterat elidi vertebra, & fieri reſolutio, & ob id dixit, & appellauit duriſſimas & violentiſſimas tuſſes, quæ ad leuem ſiderationem deducerent; non enim ad magnam, cum non poſſent quantum-

eumque violentiſſimæ eſſent tuſſes, multum elidere vertebras. Alius modus eſt, vt materia quæ ex cerebro ad pectus deſtillabat, ad ſpinam dorſi deflueret, & reſolutionem faceret. Omitto modo quæ tum admiranda contigerint, & ſequar ordinem propoſitum, in quod ſimul in dextra manu & crure: & clarum eſt, quòd vt alias dixi, ſpinalis medulla diuiſa eſt bifariam, propterea altero modo contigit reſolui dextram manum & ſiniſtrum crus: nam ſi per obſtructionem reſoluatur membrum, quicquid eſt à parte inferiore loci illius obſtructionis medullæ ſpinalis, ex eadem parte cum obſtruatur, neceſſe eſt neruos etiam ex eadem parte reſolui. Oportuiſſet igitur etiam crus dextrum reſolui. Cum ergo reſolutum minimè ſit, conſtat reſolutionem eam fuiſſe ob luxationem. Senſus autem ſecundæ auctoritatis eſt, quòd luxata vertebra, ſpinalis medulla non amittebat ſenſum neque motum, & ob id inferiores nerui & partes, quibus inſerebantur non reſoluebantur, neque ægrotabant: ſed cum ſpinæ vertebra



gratia exempli *A* ad dextram luxaretur, attractus neruus *B* qui illi adnaſcitur decurtabatur ex C, extenſúſque priuabatur facultate ſenſus & motus. Atque ita patet ſecundum. Primum autem apparet ex eo, quod talis luxatio partim erat ex tuſſi mouente vertebram, partim ex materia tuſſis, quæ à capite fluens non per ſpinam ſed vincula vertebrarum illa laxauerat. Propterea rectè expoſuit ſeu vertit Cornarius *tuſſes duriſſimæ* ideſt quæ ſedari non poterant, non dolores vt alius quidam. Dolores enim non excutiunt vertebram; Et ita patet primum. Tertium quòd mens non ſit læſa, quia non erat defectus in origine, vt in aliis reſolutionibus: ſed vertebra exciderat impetu tuſſis, & reſolutione ſuorum vinculorum. Quartum etiam patet, quod partes illæ non ſint multum læſæ, & quod breui redierit ad ſalutem, cum morbus ſoleat eſſe longus: quoniam tuſſis non eſt proprium excutere vertebras, & multò minus cum ea vt dicit non fuerit valde violenta: rediit autem ob id ad ſtatum ſuum, quia vertebra etiam rediit: nam facta magna effluxione ſanguinis, & ceſſante tuſſi, exſiccatis ob effluxionem ſanguinis vinculis, neceſſe fuit duas illas vertebras, ſuperiorem ſiniſtram, & inferiorem dextram reſtitui ſuo loco, atque ita etiam elongari neruum, ac molliorem reddi & ſanari.

TEXTVS XI.

APæmantus & pater fabri illius qui caput fregit, & Nicoſtratus non extuſſiebant quicquam. Erant autem alibì circa renes dolores. Interrogationes factæ ſunt: dicebant ipſos ſemper repleri potu aut cibo. Dolores fortiſſimos quomodo dignouerit quis conſpicatus, fuga, tolerantiæ, experientiæ, & timiditates indicant.

COMMENTARIVS.

In hoc textu proponit tria exempla Hippocrates eorum, in quibus materia tranſmutata eſt ad renes, ſed citra tuſſim, & dicit hoc fuiſſe ex cibi immodica repletione, & ideò ad comprobandum hoc apponit tria exempla, aliter quis potuiſſet exiſtimare, quòd etiam citra tuſſim & malum regimen poſſint incidere homines in huiuſmodi dolores, quaſi dicat abſceſſus & dolores fiunt ex triplici cauſa: vel ex imbecillitate partis cum febre, vt in eo qui venit ab Alcibiade: vel ex tuſſi & commotione vt in virgine illa: vel ex immoderato cibo aut potu vt in præſenti textu & exemplo ſeu potius exemplis. Propterea docet quomodo hoc venari poſſimus, dicens ex quatuor licere id aſſequi, quæ tamen potius ſunt referenda ad ſimulantes morbum: nam febres ſimulare non licet ob calorem, vrinas, pulſum & reſpirationem: defectum mentis & animi poſſumus, tum dolores & tumores, ſed hos niſi magno cum artificio vtpote admota thapſia vt inquit Galenus: ſimiliter & defectus vt non poſſe loqui, videre, audire, vt apud Boccacium de Salernitano apud ſactas virgines. Cum ergo ſint tria maximè, quæ licet fingere; dolor, tumor, & offenſio operationis, Hippocrates docet illos deprehendere, atque hæc ſumpſit ſibi Galenus, in ſuúmque libellum tranſtulit, ſuo more etiam Hippocratis nomine præterito; Et ſimul docet Hippocrates dignoſcere magnitudinem morbi, velut doloris; an verè ſit magnus, an tantus illi ob mollitiem videatur, vt in mulieribus & viris nimium delicatis, proponitque duos modos contrarios, fugam atque tolerantiam, experientiam & timorem. Experientia ergo eſt futuri velut & timor: vt ſi medicus fingat aliquid velle facere, vtpote in querente ſe angi dolore vehementi dentis, vt eruat dentem, vel ſcindere ventrem in dolore illius, aut vrere caput in fingente ſurditatem vel cæcitatem, vel admouere candens ferrum in eo qui animo linquitur, aut vana loquitur, aut qui ſibi vinxit brachia, vt pulſus lateant & deperditi videantur;

tur;

tur; vel amatiſſimum exhibere medicamentum in eo, qui vrinam perturbar ſucco arantij immiſto, aut iuber defodi illo audiente eum qui pro mortuo iacet, vt quidam ſingunt: ſi ergo non obſtat experientiæ, æger eſt: ſi timet, trepidat, cunctatur, cauſatut quædam, eſt dolus. Similiter adhibitis medicamentis fetuentibus aut vehementer amaris, aut longa cibi abſtinentia, aur à potu vini coërcendo: ſi queritur non tantum labotat, aut omnino non laborat: ſi libenter perfert & tolerat, æger eſt. Atque ego potius de doloris magnitudine Hippocratem loqui exiſtimo, quàm de omnino ſimulantibus morbum: quanquam & in hoc ſit ſingulare & principale indicium, quoniam ad deprehendendos morbum ſimulantes, Galenus quatuor alia indicia ponit: rationem victus præteritum, quæ eum morbum efficere potuerit: cauſam ſimulandi vtpote amorem, timorem laboris, damnationis, hominem fingere ſuetum: ſyndromen ſignorum, vtpote pallorem, oculos languidos, extenuationem corporis, vigilias, lachrymas, naturam morbi aut doloris loco conuenientem: demum vt interrogatus diuerſis temporibus non eadem de qualitate affectus reſpondeat. Itaque hanc ſententiam de his qui laborant, vere dictam putem ſed ad magnitudinem doloris deprehendendam, hoc præcepiſſe Hippocratem non inaniter, ſed vt dixi magnitudinem cauſæ morbi venatutus, qua deprehenſa haberemus quantitatem auxiliorum. Conuenit autem vt ſic deprehenderemus vt in hoc caſu renum dolorem, quando morbus ipſe nec ſui natura de ſe indicium præberet, nec cauſam haberet naturalem, ſed ſolum errorem in victu. Quomodo autem experientia multa opus ſit deprehendere, non ſolum hoc quod propoſuit in ſequenti textu, declarat hoc modo.

TEXTVS XII.

AQua quæ cito caleſcit, & citò frigeſcit, ſemper leuior eſt. Cibi & potus experientia opus habent, an ad æqualitatem maneant. Dicendum quòd vbi ſanguis effluxit, expalleſcunt, & quæcumque alia huiuſcemodi.

COMMENTARIVS.

Non in eo ſenſu hic ſcribitur prima pars huius ſententiæ, quo in *Quinta Aphoriſmorum* 26. Sed hoc intendit cum dixiſſet *experientia & timiditates: quòd ſi morbus quiuis &c.* ſed exemplum eſt de dolore, mutatione ex calore in frigus, vel ex frigore in calorem velocem, ſeu mutatio illa per ſe ſit, ſeu ex artis beneficio, ſemper materia illa tenuis eſt, ſecus craſſa, ex contraria ratione. Alius ſenſus eſt, qui videtur accommodatior ſequentibus verbis, & eſt quia ſubijcit, quod cibi & potus experientiam habent, an ad æqualitatem maneant. Eſt ergo ac ſi diceret, videndum eſt an cibi ſint boni ſucci an mali, an tenues an craſſi. Et hoc de tenuibus & craſſis, quòd facile vel difficulter concoquantur, velut de aqua quod facilè vel difficulter calefit aut refrigeratur. Et hoc quia dixerat in præcedenti, quòd repleti erant cibo vel potu: dicit oporter videre quali cibo vel potu; craſſo aut tenui, boni alimenti aut mali. Vt autem ſciamus an boni an mali ſit alimenti, dicit oporter vt conſiſtat iuxta æqualitatem: hoc explicatur primum ab eodem *in libro de affectionibus pag.* 13. cum dixit alimentum validum præbere panem, mazam, carnes, piſces & vinum, & quod hæc vt temperatè adhibita, multum iuuant corpus: ita ſi quis excedat metam, plurimum nocebit. At contra reliqua quæ ſunt debilia vt olera, legumina, fructus, vt parum iuuant, ita etiam ſi excedat, parum nocent. Addit infra aquam, Maza eſt, vt apud Pauli ſcholiaſten, polenta inſperſa. Paulus *libro Primo ait* Maza hordeacco pane difficilius concoquitur, & magis flatum gignit: melle tamen addito aluum mouet. Atheneus *libro Dypnoſophiſtarum Quarto decimo* narrat Mazam olim fuiſſe cibum, vt hic deſcribitur communem, à pinſendo dictam, inde commutato nomine ob multiplex artificium, cum euaſiſſet in cibum periucundum, à *Maza* permutatum in *mabaſare* quod erat cibum delicatiſſimum efficere, vt ex carnibus, aceto, iure ac aromatibus conditis, adeò vt Maza quidem eſſet ſed ob gratiam *naltya* vocaretur. Hippocrates autem *Tertio de diata* negat poſſe dari regulam generalem boni alimenti ob duas cauſas; varietatem temperaturarum & ætatum, quibus dicit alia atque alia conueniunt: Et quod eadem edulia non ſunt eiuſdem facultatis ac vitium apud omnes, velut frumentum & vinum, & reliqua. Galenus autem *tertio de Alimentis* dicit cibos exhibere triplex alimentum: alios quidem ſeroſum & aqueum, alios denſum & craſſum; alios medium quo gignitur ſanguis optimus, qui ſoli ſunt boni alimenti, & paulo poſt dicit tales cibos eſſe friabiles. Vt videantur hanc æqualitatem tam Hippocrates quàm Galenus potius referre ad ſubſtantiam, quàm ad qualitatem calidi aut frigidi, vt conſideranda ſit in bono cibo multitudo alimenti, & ſubſtantiæ æqualitas. Nam rectè de excedentibus in qualitate dixit Hippocrates *libro de alimentis* cibum medicamentoſum malum eſſe, optimum ideſt ſi conueniat, & malum ſi non indigeat tali qualitate.

Dicendum quod vbi ſanguis effluxerit expalleſcunt. Redit ad docendum, quomodo ex tolerantia dignoſcuntur dolores, an magni ſint aut parui, quod habetur ex conſequentibus: ſicut enim ex mul-

ta

ta effluxione ſanguinis expalleſcunt, ita magnis doloribus dicit imbecilles fiunt vires, & color mutatur, anhelitus, ſermo: atque ita docet ex his quæ neceſſario ſuperueniunt doloris magnitudinem intelligere. Cibi ergo ſeu calidiores ſeu pleniores ſumpti fuerint copioſius, & ſi æger amiſerit appetitum cibi, florem coloris, robur, & angatur, valde intelliges dolores eſſe magnos; contra paruos. Quæ ratio etiam in aliis morbis eſt obſeruanda.

Conſiderandum eſt vt habetur infra, quòd ex fluxu ſangvinis narium non ſolum impalleſcunt homines, ſed etiam moriuntur: hoc autem maximè accidit in quibuſdam naturæ excretionibus violentis, dum febres ſunt peſtilentes: ſecus tarò ad mortem ægri perueniunt. Oportet ergo in talibus occurrere ſymptomati ſtatim, & non ſinere effluere ſanguinem; atque ita ex magnitudine palloris dijodicabimus euacuationem qualis ſit. Nam ſi ſymptomatica fuerit, expalleſcunt multum, & vires deficiunt: ſi bona viuidus & lucidus color, & ſi non, ruber manet. Pallor enim non ſolum candorem ſignificat, ſed fuſcum & nitoris expertem.

TEXTVS XIII.

ABortus maſculus ſexaginta dierum, in partuum ſuppreſſionibus ſalubris.

COMMENTARIVS.

Hoc dictum confeſtim Galenus è ſuo libro exploderet: Quid enim primū abortus poteſt eſſe ſalubris? deinde quales partuum ſuppreſſiones cum abortu eſſe poſſunt? Demum cur magis maſculus & in ſexaginta diebus. Propterea facilius eſt plerumque plures errores corrigere, quàm paucos, quod vno mutato omnia commutentur, & cum falſa ſint, ad verum ſenſum reduci melius poſſunt. Habet autem τὸ ἐξηκονθήμερον ἀπόφθαρμα ἄρσεν τόκων ἐν ἐπισχέσεσιν ὑγιηρὸν. *Sexaginta dierum corruptio maſculi fœtus in ſuppreſſione ſana.* Quaſi dicat, cum retinentur menſes, deinde mulier concipit, & abortit fœtum maſculum circa finem ſecundi menſis, tunc vtile eſt ad ſoluendam illam ſuppreſſionem. Dixerat enim prius. Et quæcumque alia huiuſmodi ſuccedentia, declarant morbi magnitudinem vel paruitatem, nam abortus quamuis ſit res mala, ſi tamen contingat ex maſculo in ſecundo menſe, minus malus eſt in ſuppreſſione menſium. Nam poſt magis hæret fœtus ipſi vtero, vehementius maximè in Quarto menſe, vt *Quarta Aphoriſmorum*, antea vero nondum venæ repletæ ſunt ſanguine craſſo, & ideò non adeo alleuiator malis. In ſecundo autem menſe facillimè abortit, & maximè maſculum, quia mouetur in tribus menſibus, & fœmina in quatuor, *lib. de Sterilibus*: vnde infra: Fœtus qui ſeptuageſimo die mouetur, aut nonageſimo, triplicato tempore perficitur. Intelligit ergo de maſculo iuxta tempus motus, in quo maximè abortiunt. Pereunt enim quæcumque circa tempora mutationum ſuarum, velut arbores cum germinant, vt etiam Theophraſtus docet, & fœtus cum moueri incipiunt, & pueri poſt partum maximè. Et ideo etiam creditum eſt climatericis mori homines, quod corpora mutationem eo tempore accipiant. At ergo quæ mulieres ſuppreſſionibus menſium obnoxij ſunt, per talex abortus liberantur.

TEXTVS XIV.

HErcules intumeſcebat mali ipſius die octaua. Magis ex dyſenteria laborat, quiſquis ſanè etiam è teneſmo vexatur.

COMMENTARIVS.

Cum deeſt aliquid, quod ad ſententiam facit, antecedentibus aut ſequentibus intelligere decet. Nam hunc ſermonem Hippocratix eſſe tum multis conſtat, tum authoritate Galeni *in primo de Humoribus*, vbi docet Primum, Secundum, & Tertium Epidemiorum eſſe Hippocratis: Quin & certo ordine connexos. Quartum verò & ſextum Theſſali illius filij, Quintum & Septimum Neutrius illorum: ſed hæc intelligenda ſunt vt ab initio propoſuimus. Si ergo ſic legamus; Hercules à dyſenteria octaua die intumuit, quoniam quiſque ea magis laborat cum à teneſmo etiam detinetur, clara erit ſententia: diximus enim ſupra quòd à fluxu ventris fit hydrops. Hic tria ſolum quærere oportet, cur ſcilicet nondum cohibita dyſenteria factus ſit tumor ventris: deinde cur in octaua die. Tertio cur dyſenteria grauior fiat à tineſmo: Dicendum eſt ergo, quòd cum tineſmus ſit inflammatio ani cum voluntate irrita egerendi, quòd in illo nixu inteſtina deſcendunt, & comprimuntur à muſculis, quæ cum iam exulcerata ſint, atque debilitata, à dyſenteria magis læduntur & exulcerantur, & dolores fiunt grauiores, & morbus augetur. E maiore enim vlcere & magis irritato, & maiore cum dolore fiunt effluxiones maiores ſanguinis, & eroſiones maiores & inflammationes. Et quòd intumuerit venter, nondum cohibita dyſenteria, non more aliorum contigit, ob debilitatem ventriculi: nam & ventriculo immodicè debilitato cum partibus illi vicinis fit flatus, inter omentum & peritoneum: quia crudi humores à calore non concoquente diſſoluuntur, locúſque inflatur. Quòd verò dicunt, flatum fieri

à

à calore diminuto, non eſt intelligendum de diminuto in intenſione & gradu, imo à febrili maiore quam naturali fit flatus. Sed à quouis calore maguo; nam à valde debili non fit, concoquere non potente, quia naturalis non ſit. Modus igitur caloris & qualitas eſt potius caoſa flatus, quàm paruitas; imo vt dixi à paruo calore non fit flatus. Et quia calor nullus rarus non poteſt concoqui; oportet enim quòd calor qui concoqui denſus ſit, fiet flatus à calore raro & ſicco & magno. Sed eſt poſtmodum diſcrimen, quia calorum magnorum ſiccorum eum omnes generent flatum, quicunque ſunt maximi poſtquam flatum genuerint, etiam diſſoluunt illum: ideò diſcutientia flatum, omnia ſunt è genere calidorum, in tertio ordine: talia tamen licet diſcutiant eos, neceſſario tamen prius illos generant, ideo bifariam periculoſa, & flatum generãdo & nimium membra naturalia, maximè iecur excalefaciendo. Ob id damnoſa ſemper niſi contraria illi æqualis intemperies frigida viguerit io eiſdem membris. Contigit autem hoc die octaua, quoniam tum magis dolores & inflammatio creuerunt, ob quæ minus fluxit materia & calor ...

TEXTVS XV.

QVædam lactans puſtulas per corpus vbique habebat. Poſtquam autem lactare ceſſauit, ſedatæ ſunt per æſtatem.

COMMENTARIVS.

Hic eſt vndecimus caſus ſeu exemplum morborum conſequentium ad cauſas alias. Sunt autem vt viſum eſt alias trium generum; naturales, non naturales, & præter naturam. Naturales vt dentitio partus, variolæ, & morbilli vocati, de quibus alias ſatis conſtat, morbos eſſe contractos à prima generatione. Eiuſdem modi ſed tamen alterius diuiſionis, ſunt imbecillitates membrorum à natiuitate contractæ. Aliæ cauſæ ſunt non naturales, vt ſupra de Apemanto qui ægrotauit ob cibum vel potum immoderatum, cuiuſmodi etiam eſt boc de æſtate, quæ cauſa fuit ſalutis, & lactatione morbi, quæ ambo ſunt præter naturam, ſeu non ſecundum naturam. Quæ vero ſunt contra naturam, vt de eo qui ab Alcibiade venit, cuius teſticulus intumuit ex febribus leuibus & liene tumido. In hoc ergo exemplo docet, quod non naturale eſt, neque contra naturam, ſed ſolum præter fuiſſe caoſam morbi. Ceſſaſſe puſtulas æſtate non eſt mirum, exhalante humore aëri ſeu per halitum obſcurum, ſeu per ſudorem. Sed æſtas etiam talia protitat velut *Tertia Aphoriſmorum: oris vlcerationes genitalium putredines, & ſudamina.* Liquet igitur quòd æſtas diſſoluit puſtulas, vnde ſcabies maximè finitur æſtate, & generat. Quæcumque enim ex craſſa ſubſtantia iam ad cutim deferontur, nec antea ob id finiunt, ſuperueniens æſtas diſſoluit: At in quibus materiæ intro coactæ nondum ad cutim dirigantur, eiuſmodi tamen ſunt, vt ad eam partem à natura impellantur; aut nimis aeria ſunt, æſtate ſuperueniente generant puſtulas & irritantur. Cur ergo lactatio puſtulas debuerit procreare, cauſa fuit, quoniam lactatio perſæpe cohiber menſes, & his cohibitis corrumpitur ſanguis: hoc etiam poteſt contingere, quia lactantes plus aſſumunt cibi, quam ſoleant, & niſi vires ſint validæ corrumpitur cibus, non concoquitur. Tertia eſt quòd ſegregatur purum ab impuro, & ideo ſanguis in prægnante & lactante deterior euadit. Quarta quoniam lac generatur per vlteriorem coctionem: ideò feruet ſanguis, non ſolum qui in lac conuertitur ſed totus, & ita in bilem vertitur, aut ex omnibus his.

TEXTVS XVI.

COnarij illius qui coriacea præparabat, vxori, quum peperiſſet & perfectè exoluta eſſet, viſum eſt de ſecunda membranoſum quiddam remanere: diſceſſit autem quarta die malè. Nam vrinæ ſtillicidio vexabatur, ſtatim concipiens peperit maſculum Habebat autem iam multos annos, & poſtremum neque menſes prodibant. Quando autem peperiſſet, vrinæ ſtillicidium paululum intermittebat.

COMMENTARIVS.

Non dixit quòd ſanata ſit. Morbi enim quidem ſunt qui non curantur nec miteſcunt, lethales ſcilicet: alij contra perfectè ſanantur vt febres, pleræque: quidam minuuntur ex parte, ſed nunquã ſanantur. Cauſa horum eſt quòd eum ſanatio ſit remotio cauſæ, quædam autem caoſæ nunquam remotui poſſint, & harum quædam ſemper augentur, quædam manent; aliæ autem remoueri poſſuot, alij ſunt morbi qui ex pluribus cauſis originem ducunt: iuxta hoc erunt quatuor morborum genera: lethales quorum cauſæ ſemper augentur, & nunquam remoueri poſſunt: inſanabiles longi qui à cauſis pendent, quæ non augentur, ſed non poſſunt remoueri: qui verò à cauſis oriuntur quæ remoueri poſſunt, ſanabiles ſunt: at qui ex cauſis diuerſis oriuntur, quarum quædam auferri poſſunt, quædam non, nec tamen augentur ſemper, hi morbi catenus minui poſſunt, quatenus à cauſa pendent, quæ

remoueri poteſt, eatenus inſanabiles quatenus ab alia. Proponatur imbecillitas ventriculi, partim ex frigiditate, partim ex laxitate, partim ex humoribus crudis aborta; & primum quidem occurratur calidis, melius aliquantò ſe habebit, ſaltem dolores minuentur. Inde præparata materia humores educantur, ceſſabit grauitas, nauſea, melius aliquanto concoquetur. Poſt etiam frigiditas funditus tollatur: calor exercitatione augeatur, tum demum videbitur comparatione prioris temporis melius ſe habere, non tamen exactè concoquetur. Tum deceptus medicus, veramque ignorans imbecillitatis cauſam calefaciet, purgabit, concoquet, aſtringet, omnia interturbabit, & nihil proficiet. Hoc eſt quoniam cauſa illa immutabilis eſt: omnis ergo ſimplex morbus qui minui poteſt, poteſt & ſanari, vt hectica. Remãſit igitur ſecundæ pars poſt partũ, ideſt mẽbranæ exterioris circumuoluentis fœtum, diſceſſit quarta die malè: reddit rationem, quia vrinæ ſtillicidio vexabatur. Nam vt habetur à Veſalio *libro ſecundo* his verbis: In mulieribus verò, quarum veſicæ ceruiri einſmodi corpus glandoſum non adnaſcitur, muſculus rotum meatum ambit, qui à veſicæ corpore in ſuperiorem ſedem colli \{vteri non procul à pudendo ſubingreditur: & muſculus hic quantò in mulieribus prolixior eſt, tantò etiam tenuior viſitur, eundem tamen prorſus vſum in his ac io viris præſtans. Primariò enim in hoc ipſum Natura condidit, vt meatui veſicæ præficeretur, obſtaculo futurus ne tranſuerſæ veſicæ fibræ motu ſuo naturali vrinam præter noſtram voluntatem excernant. Oritur hic à membrana, & annuli vicem circumambientis refert, vt eodem libro docet. Itaque cum veſicæ ceruicis pars vteri ceruici inſeratur, atque in illam vrinam effundat, vt apud Veſſalium imago oſtendit, factum eſt ex auulſa membrana, quæ interior quidem vtero erat, exterior, veſicæ, ceruici, qua parte ei circumducitur muſculus, vt eo lacerato vel eroſo illa in ſtilliridium vrinæ peruenerit, quo magis premebatur dum iterum concepiſſet, quoniam tum veſicæ fundus ab vteri fundo, qui ei ſubſtat, comprimeretur: magíſque vexaretur eodem ſtillicidio, quò fit vt omnes etiam mulieres ſub tempore partus vrinam continere nequeant. Sed liberata pondere partus etiam alleuata eſt ſtillicidio, non tamen liberata, cum iam collum veſicæ læſum eſſet ea parte, qua comprimere ſe debet. Atque hæc manifeſta ſunt iuxta ſententiam communem: verùm ſi ſequamur Falloppij hiſtoriam de muſculo veſicæ, tum rationes, diffirilius ſatisfaciemus quæſito. Pro his igitur conſulere oportebit dicta *Quarto contradicentium.* 17.

TEXTVS XVII.

QVædam priuſquam conciperet, coxam dolebat. Poſtquam autem coucepit, non amplius dolebat. Vbi verò peperit, vigeſima die rurſus doluit. Peperit igitur maſculum.

COMMENTARIVS.

Verbum ἄν parit difficultatem: ſed melius vertatur (*atque*) quaſi admonentis, quam *igitur* inferentis, nam cætera ſunt perſpicua in hoc tertio decimo caſu, ſeu exemplo mulieris coxendicis dolorem parientis. Sin (*autem*) legatur, adhuc clarius erit. Antequam conciperet doluit coxendicem, poſtquam concepit, non doluit. Cauſam quærere oportet. Atque in omnibus præſtat generalis ne ſit ao propria perſpicere. Generalis vt cum dico; conceptio finit morbos; ſpecialis autem vt cum in hoc caſu propriè. Et tunc bifariam etiam diſtinguitur: aut enim generalis eſt omnibus morborum generibus, aut coxendicum doloribus. Com verò Hippocrates hic non prodat cauſam ſed omnia ſymptomata quæ conuenerunt, concurſumque ſignorum συνδρομὴν vocatum, oportet per euidentia ſenſui aut experimento comperta declarare. Conſtat ſanè multas mulieres, quæ ante conceptum coxendice laborabant, vbi conceperunt non amplius laborauiſſe, aliis dolorem fuiſſe mitigatum, eas verò in quibus deſæuiit haud concepiſſe. Aliàs ſcio huius meminiſſe conſenſus vteri cum coxendice. Nunc dicamus *ex libro de ſuperfœtatione.* Si cui dolores in coxendice aut capite, aut manibus, aut aliqua alia parte fuerint corporis, & cum prægnans ſit deſinunt, conceptu verò ab vtero exoluto rurſus redeunt odorata, & bibere, & ad vteri os apponere conducit. Et huius cauſam prodidit *libro de locis in homine titulo de morbis mulieribus* dicens. *Vbi vteri impleti intumuerint, nihil fluit & pleni fiunt: cum autem pleni facti fuerint, coxendicéſque contingunt, dolores exhibent in coxendices & in inguen, velut pila in ventre diſcurrunt, & caput dolore affligunt, modo altera parte tantum, modo etiam toto.* Et rurſus docebat ibidem, quid ſit coxendix dicens: *Coxendicis articuli duo ſunt qua acetabula appellantur: Et femora in hac inarticulata ſunt: iuxta autem femora appendices duæ; altera intus altera foris, & in articulum neutra procedit, neque ab altera parte; ſed ad os, ad femur inſeruntur: femur autem supernè vbi in acetabulum ingruit, biſidum eſt huiuſmodi bicipitate. In ea quidem parte qua intro inclinata eſt, quaque acetabulum ingreditur, in ſummitate leue eſt, atque rotundum; altera autem bicipitatis pars exterior magis foras prominet,*

net, & inſerius apparet ad nares, vocaturque coxendix. Dictum etiam eſt de hoc in *Quinta particula Aphoriſmorum.* Dicemus & de hoc infra, in Eupolemi & Polemarchi vxore: vt cauſa ſit retentio menſium, vt vterus laxatus incumbat coxendici, ideò conceptione facta menſes in fœtum abſumuntur, & mulier liberatur.

TEXTVS XVIII.

PRægnanti in tibia inferne dextera, tertio aut quarto menſe puſtulæ, ad quas manna thuris vtimur, itémque in manna dextera iuxta magnum digitum: haud ſcio an pepetit, reliqui enim ipſam ſemeſtrem: habitabat autem velut ego puto, in ædibus Archelai ad rupem.

COMMENTARIVS.

Hic eſt quartus-decimus caſus languentium enarratorum, in hoc ſecundo, quartus autem muliebris, tertius autem ex his quæ conceperunt, vt ordo congruus habeatur, exquiſitus autem ad duos præcedentes & duos ſequentes. Sunt enim quinque caſus prægnantium. Hic ergo duo docet: primum morbum, puſtulas ſcilicet quæ prægnanti acciderunt; inde curationem per mannam thuris. Quod ad puſtulas attinet, contigerunt ei à Quarto menſe ad ſextum, & in tibia dextra & manu dextra iuxta magnum digitum: quocirca temporibus & locis ſecuriſſimis. De temporibus liquet *Quarta Aphoriſmorum*, Non dicit tamen curatam eſſe. Quòd ad primum pertinet, videtur ſimilis hiſtoria ei, quæ naratur *in Primo de morbis muliebribus* licet non agat de puſtulis, dicens quòd huiuſmodi bilioſa excrementa, cum bilioſæ ſint, nec tum expurgentur, menſes congerunt, quæ niſi per vomitum aut ſeceſſum expurgentur, ſæpe abortiunt. In hoc ergo caſu, natura tranſmiſit excrementum illud, & fuit ſecurius in prægnante ad extrema ex dextra parte, quia iecur laborabat. Cum verò dixit *Puſtula ad quas manna thuris vtimur*, intelligit vlcera, quæ huiuſmodi medicamento ſanantur. Eſt autem manna thuris ipſius thuris puluis quidam craſſior, ſeu fragmenta thuris. Sunt enim vt habetur à Dioſcoride, thuris quatuor vſus: ſcilicet lachrymæ, corticis, fuliginis ac mannæ. Eſt igitur manna thuris fragmenta, quod etiam Plinius docet, & Galenus: Et ideo dicebat Paulus, eius vires quales thuris ſed imbecilliores, quod etiam à Dioſcoride ſumpſit. Vnde meritò quis dubitauerit, cum ſit idem & iiſdem viribus, cur diſtinxerint: reſpondeo factum eſſe, vt pauperibus ſatisfieret, ſcientibus nobis quòd ea poſſumus vti illius loco, quanquam debiliore, exſiccat etiam aliquanto plus: conſolidat autem vlcera in humidioribus corporibus, putredinem cohibens, aſtringit & plus ipſo thure.

TEXTVS XIX.

ANtigenis vxor habitabat iuxta Nicomachum, peperit puerum carnoſum quidem, verùm qui haberet maximas partes diſcretas, magnitudine verò eſſet quatuor digitorum, & ſine oſſibus: deinde craſſus ac rotundus. Hæc autem anheloſa erat ante partum, deinde ſimul cum partu pus reuomuit modicum, velut ex furunculo vocato tuberculo.

COMMENTARIVS.

Enarrat hiſtoriam abortus non vulgarem, cum mulier quædam prægnans anheloſa peperit (hoc autem commune etiam abortoi verbum) ſiquidem perfecto tempore, vt videtur, potius, an nondum abſoluto non dicit puerum monſtroſum magnitudine & ſubſtantia: ſubſtantia quidem, quòd oſſibus careret: magnitudine quod eſſet quatuor digitorum. Vnde coniici poteſt quod fuerit tempore perfecto, nam nil mirum fuiſſet abortum fuiſſe tam paruum, quando etiam fœtus bis minores atque diſcreti inueniantur. Quòd verò dicit *craſſus ac rotundus*, ὕςερον δὲ παχὺ ςρογγύλον, *pinguis & rotundus.* Sed credo intelligat non craſſum aut pinguem, ſed potius quod dicimus ſolidum: nam craſſum ambiguum habet ſignificatum: pinguis parum conuenit huiuſmodi fœtibus. Poſſet & intelligi diuerſa ratione mollis, nam mollia ſolemus pinguia appellare. Deinde ſimul reuomuit cum partu pus modicum, vt obſcurum non ſit membra anhelitus affecta eſſe. Sed an per ſe, an per conſenſum non ſatis conſtet, cum dicat vomuiſſe: hoc enim eſt membrorum naturalium. Iam verò ſingula diſquiramus ſeorſum, & primum de tempore.

Dico quòd hic fuit abortus & non partus: nam naſci monſtroſum paruum conuenit, & perfecto tempore: at naſci maioribus tantum partibus diſcretis, non conuenit niſi in abortu & ante tempus: natura enim non poteſt ceſſare à munere ſuo, quin in tempore propoſito vel prope, finem ſuum conſequatur, quia vt dicebat Galenus *Primo de tuenda ſanitate cap.* 1. fœtus à prima generatione quando eſt ſemen, procedit perpetuò exſiccando, ideò hoc opus naturæ impediri non poteſt, nec vnquam inuenietur corpus ſenile verè humidum &

& molle in ſulidis membris. Et perfectio huius opetis conſequitur quantitatem temporis, & aſtrorum circuitum, licet fieri poſſit poſtmodum vt in qualitate exſiccandi & finis natura aberret non parum, vel obſcurè: prima tamen ratio ſcilicet magnitudo ſiccitatis conſequitur magnitudinem temporis. Similiter in formatione dicebat Galenus *Primo de Facultatibus naturalibus cap. 6.* cum duæ ſint facultates; vna quæ ſubſtantiam membri efficit, vtpote duram craſſam, ſiccam, carneam, atque hæc eſt proprie naturalis; altera verò quæ meatus fingit, & formam atque figuram conſtituit, ad operationes agendas artificioſa eſt, & vt ita dicam diuina, & ipſa in ſuo tempore perficit opus, & impediri non poteſt, quòd ad hoc attinet: bene poteſt impediri quòd ad perfectionem operationis; ſcilicet vt ſit recta & decens formatio, aut mala, aut non perfecta, aut monſtroſa. Sunt enim quatuor modi: at hæc operatio erat imperfecta, quia ſolum erant diſcretæ maiores partes; quod contingit in maſculis, (& ob id ſexus hic meminit) in triginta diebus; in fœminis autem in quadraginta duobus, vt *in libro de Natura pueri*; ſed de hoc abundè *in contradictionibus*, vt liqueat fætum hunc non fuiſſe abſolutum, ſed bimeſtrem: cui conſentit etiam magnitudo quatuor digitorum, vt non fuerit monſtroſus, niſi quia caruit oſſibus: in huiuſmodi enim fœtibus, quamuis oſſa non ſint dura, partes tamen proportione illis reſpondent, vt duriores ſint, & cum aliæ flectantur, illæ ſtant rectæ.

De ſupputatione ergo illa dicebat *in libro de Coacis prædictionibus pag. 20. Quibus puellis vterum geſtantibus ceruicis ſpiratio erecta accidit, his mammæ ſuppurant, & menſes apparere in principio malum eſt.* Hoc ergo videtur eſſe in cauſa, quoniam cum morbi coniunguntur, neceſſario vno è tribus modis coniunguntur: vel quia vnus eſt alterius cauſa, vel quia ab eadem cauſa ambo proueniunt, vel quia fortuitò coniunctio illa accidit. Vnum autem eſſe alterius cauſam, bifariam eueniri poteſt, vt ſint quatuor modi; veluti in caſu præſenti fuit tuberculum ſuppuratum. Vel ergo contigit, vt ab eadem cauſa factum fuerit tuberculum, & corruptio fætus, vel corruptio fætus fuit cauſa tuberculi, aut tuberculum cauſa corruptionis fætus: vel caſu ita contigit, vt ſimul hæc duo eſſent. Si caſu contigit, hiſtoria eſt inartificioſa & Hippocrate indigna: ſin autem fuit vtrumque ab eadem cauſa, fuit ea corruptio ſanguinis. Sed ad formationem malam hoc non ſufficit, verum oportet affuiſſe etiam facultatis illius diuinæ impedimentum in primo inſtrumento: neque enim ſufficit quòd in materia ſolum, ſcilicet in ſanguine: ſed in ſemine maſculi aut fæminæ. Et quia res quantò magis ad vnam cauſam reducitur, eò euidentior apparet, ideò vt aliàs declaratum eſt, cum ſemen fœmineum concurrat actiuè, ſed in virtute maſculini, melius eſt vt credamus ſemen fœmineum illius fuiſſe corruptum, & vim formandi perfectam non habuiſſe, ſi modo error fuit in formatione. At non eſt neceſſe, vt hoc admittamus, quanquam enim monſtroſus fuerit fœtus, fuit ob vitium naturæ atque materiæ, tantum deficientibus oſſibus. Dicemus ergo, quod cauſa communis fuit, non per ſe: nam videmus multas anheloſas parere fœtus ſine huiuſmodi vitijs: & fætus pari vitioſiores multò hoc ipſo abſque ſuppuratione: igitur ambo hæc ab eadem cauſa, ſcilicet humorum vitio prouenere, ſanguinis præcipuè. Quicumque autem morbi parui ſunt, & non per ſe, ſymptomata etiam parua habent.

Cum ergo tuberculum fuerit exiguum, ſi fuiſſet in membris naturalibus, non potuiſſet efficere reſpirationem recta ceruice: ſi fuiſſet in pulmone vel pectore, non potuiſſet eijci vomito, in talibus caſibus non oportet relinquere principale ſymptoma coniunctum, propter illud quod conſequitur. Dicendum eſt ergo quod fuit in imo aſperæ arteriæ, & ob id difficultatem ſpirandi effecit, quia tamen non erat in pulmone, nec pectore, vbi diſruptum ejectum fuit leui excreatione, cum qua fuit coniuncta maior vomendi neceſſitas, per conſenſum ventriculi cum aſpera arteria, quàm tuſſis: ideo Hippocrates dixit vomitu fuiſſe reiectam.

Et quia monſtra fiunt ex eo, quod vis quæ format non ſuperat materiam; vis autem quæ format, non poteſt eſſe impedita in principio, cum ſit agens non in materia, ſed in anima: neque in materia, nihil enim fieret: ſed vel in inſtrumento, vel caſu, vel defectus in ipſa materia. In inſtrumento ergo in ſemine, quod non imprimit aut perficit operationem: in motu autem cum in ipſa creatione facta colliduntur, vt ex duobus oculis fiat vnus, inde creſcit colliſis originibus, & ex vno digito fiunt duo, vnde ſedigiti, vel ſi aſini ſemen agat in materiam equi fit mulus: hoc autem diſcrimen poteſt eſſe in diuerſa ſpecie, vel in diuerſo genere, vel etiam magis diuerſo, cum materia fuerit materia quidem ſeminis, ſed non eiuſdem ſeminis in ſpecie. Quæ vero contingunt à natura, vt hoc, non propriè monſtra dicuntur ſed monſtroſa, ſicut etiam quæ in magnitudine euariant; à materiæ enim conditione oriuntur.

TEXTVS

TEXTVS XX.

QVæ filias peperit gemellas, & difficulter peperit, & non valde purgata eſt, tota intumuit: deinde venter ipſi magnus fiebat. Reliqua verò reprimebantur, & rubicunda prodibant vſque ad ſextum menſem: deinde alba valde per omne iam tempus. Atque hæ fluxiones Veneri officiebant, & mera rubicunda ipſi profluebant.

COMMENTARIVS.

Non eſt neceſſe illas, quæ duas puellas pariunt, difficulter parere, ſed quod intumuerit triplicem affert cauſam quod duas pepererit puellas: geminato enim labore atque dolore, vites magis debilitantur & quod difficulter pepererit, diu ſcilicet manens in partu, & præcipuè dum infans iam capite prodijt: ſicut de me ferunt, quòd ſeptem horis manſerim capite extra porrecto, vnde tanquam de morituro, vt matrem ſeruarent, vi exemerunt, atque ita ſemi-mortuus in lucem prodij: antea quoque duobus diebus integris, ab hora ſcilicet teuolutionis in caput eam fatigaueram, iſtiuſmodi eſt difficulter pati. Tertio quod parum purgata ſit, vt affuerint omnes cauſæ tumoris ventris, humore concepto corruptóque, vnde naturalibus membris oppreſſis ſimul ac debilitatis, tota flatu etiam genito plurimo intumuit. Profluxerunt autem alba perpetuo tempore ab ipſo partu, & rubra etiam per ſex menſes, non valde purgabatur, quia dixit reliqua verò reprimebantur, ſcilicet purgationes puerperij: vnde *lib. de Atra bile cap.* 8. Cum enim natura quæ fœtum format augétque, vteri gerendi tempore optimum ſanguinem trahat, relinquitur portio in venis deterrima, quæ poſt partum excernitur, vti ſingulis menſibus ſuperflua & inutilis non ſolum quantitate ſed etiam qualitate: quæ ſanguine ſecundum naturam habente magna ex parte nigrior eſt. Alba autem duorum ſunt generum, quæ fœtent à menſibus putridis, ac ad rubrum attinent, & flauum & craſſiora tenuioráque; & quæ non fœtent æqualia magis, ſemen ſcilicet muliebre. Rubrum autem ſignificat ſanguinem biliosum, ex quibus in Venere lædebatur, & cogebatur ab ea abſtinere.

TEXTVS XXI.

IN diuturnis inteſtinorum leuitatibus, ructus acidus oboriens, antea nunquam factus, ſignum bonum, velut Demænetæ contigit. Fortaſſis autem licet etiam arte parare, Nam turbationes eiuſmodi alterant. Fortaſſis autem & ructus acidi inteſtinorum leuitatem ſoluunt.

COMMENTARIVS.

Tria proponit hoc in loco, & eſt decimum-ſeptimum exemplum, quorum cauſa præſentem ſubſcripſi tabellam. Primum eſt Aphoriſmus ſextæ particulæ. Hic additur exemplum Demænetæ. Secundum eſt dubitantis, quaſi diceret; ſi ſuperueniente ructu acido ſanatur, leuitas inteſtinorum vt viſum eſt in Demænete, forſan exhibendo ea quæ talem ructum excitant, poſſet æger ſanari. De primo dictum eſt: de ſecundo ſuperſunt duæ dubitationes; vna an arte facta eandem habeant vtilitatem, quam quæ à natura: altera quomodo liceat parare ructum acidum? De

1. Mulier.
2. Dexippus.
3. Serapis.
4. Stimargus.
5. Moſchus.
6. Ariſtæus.
7. Alcibiades.
8. Quædam.
9. Apdemãtus.
10. Hercules.
11. Lactans.
12. Coriarij.
13. Quædam.
14. Prægoans.
15. Antigenis.
16. Puerpera.
17. Demænetas.
18. Lycia.
19. Coi ſoror.
20. Dion.

primo dico, quod vbi ars ſola operatur; non eſt vt fiat comparatio vt in luxatis: in quibuſdam ſola natura operatur, vt tranſmittendo materias per loca intima & dura, velut oſſa, nec in his comparatio eſt facienda: nec in oſſium reſtauratione, vbi finis eſt vnus, modi diuerſi: nam medicus reponit, natura glutinat. Quartus modus eſt, cum medicus cum natura operatur idem, quod natura per ſe ſola. De hoc dicebat Hippocrates *in libro de Arte*: *Natura ſtimulata & impulſa, artis peritis quæ ſunt facienda demonſtrat: cogit autem partim coaliſum in nobis calorem, pituitam per ciborum ac potuum acrimoniam diffundere.* Eadem ferme ſententia ſed obſcurius declaratur *in libro de Alimento.* Plus ergo poteſt medicus cum natura in his, quàm natura per ſe ſola. Ideò dubitatio iſta non vexat niſi illos, qui putant medicum purgare aut nutrire. Sed cum ſit ſolum auxiliator, vbi rectè auxilietur, liquet non poſſe quicquam ſine natura, cum natura autem plus poſſe, quàm naturam per ſe ſolam. Sed dubitatio eſt in his, quæ fiunt à natura cum medico, & non poſſunt fieri à natura per ſe ſola, vt mutatio

excellentis intemperici & eſt quintum membrum. Dico quod in hoc plus poteſt medicus, qnia eſt æqualis neceſſitas in genere. Et io ſpecie plus poteſt natura rerum, cuius eſt miniſter medicus, quàm vna natura ſola. Ad principale, cum facta ab arte non permutant multum corpus, & medicus perſeuerat, & mediocritatem adhibet, eadem poteſt: ſi non, non. Actio ergo naturæ etiam quod idem ſequatur effectus, præſtat actioni naturæ ab arte incitata aut adiuta, aut remouente, quod impedit illis tribus modis. Quartus eſt: vt vtilitas illa conſequatur effectum, & non cauſam eius, aliter ars nil prodeſſet. Porro excitantia ructum ſunt Radicula & rapatia: Et forſan intelligit quæ eructationem mouent, de quibos Princeps *Tertia-decima tertij*, vt ruta, aniſum, Amis, caros calambum, menta, garyophyli, maſtix & thus. Tertium eſt quod dicit, *forſan & quod ructus acidi ſoluunt inteſtinorum leuitatem*, quaſi dicat per motum contrarium educta materia, non quia ſint ſignum, nec cauſa eorum ſoluat leuitatem.

TEXTVS XXII.

SAnata eſt veratri potione Lycia: poſtremum ſplen magnus, & dolores & febris, & ad humerum dolores. Et vena quæ in ſplene eſt, in cubito ſecabatur, & ſaliebat quidem ſæpe: Aliquando verò etiam non eſt ſecta, ſed vnà cum ſudore ſanguis penetrauit, aut ſua ſponte. Ex quo autem prodibat, ſplen dextera parte intendebatur, ſpiritus intus duplicabatur, non tamen magnus: mente mouebatur, contegebatur, flatus inerat, non prodibat inferne quicquam, neque mingebat. Mortua eſt ante partum. Quæ circa fauces ad alterutram partem repentia proceſſerunt, exulcerata non ſunt, ad ſiniſtra tranſiuerunt, ad ſplenem dolor venit citra iudicationem.

COMMENTARIVS.

Hic ſermo eſt continuus præcedenti, quandam mulierem Lyciam nomine prégnantem cum laboraret leuitate inteſtinorum diuturna, ne ſcilicet ob alui profluuium periret fœtus, vt *Quinta Aphoriſmorum*. Mulieri vtero gerenti ſi aluus plurimum profluat, periculum eſt ne abortiat: veratrum datum liberauit eam. Verùm paulopoſt ſuperuenere febris & ſplen magnus ac dolens, & dolor ad humerum. Facti etiam ſunt tumores in vtraque parte faucium, ſed non ſunt exulcerati, ſed ad ſiniſtram partem tranſlati ſunt, ibique coiere. Splen verò etſi intumuerit, non ex iudicatione febre ſublata contigit. Et morbus quidem hic modo augebatur, modo minuebatur. Propter quod vena cubiti brachij ſiniſtri ſecta illi eſt: & tum ſaliebat ſanguis, ac profluebat. Nonnunquam vero etiam ex vena abſque eo quod ſecaretur, prodibat ſanguis, modo enim ſudore, modo ſine illo. Splen tamen dextra parte ideſt verſus os furculæ intendebatur. Spiritus intus duplicabatur, non tamen magnus, ſolet enim ſpiritus duplicatus magnus eſſe: mente mouebatur, contegebatur: flatus inerat, nec excrementa prodibant per alnum, neque per vrinas. His tot ſymptomatibus & morbis, periit antequam pareret. Vniuerſa conſtitutio in duobus conſtat, primum quòd à veratro aſſumpto & ſanata leuitate inteſtinorum, incidit in hæc incommoda. Secundum quòd ex atræ bilis humore abundante, hæc omnia euenerunt. Dicebat infra: *cui vena in cubito pulſarit, inſanus & iracundus eſt: cui verò quieuerit ſtupidus.* Vehementiſſimè ergo cum pulſaret, atque in ea parte ſolum feruorem maximum atræ bilis nunciabat. Illud admirabile, qood ſanguis prodiret, non diſſecta vena: hoc ex incendio febris, ideò plerumque ſudabat ac tenuitate atræ bilis contigit: Et fuit caſus admiratione dignus. Fuit etiam & in hoc, quod ſpleo qua parte reſpicit ventriculum, ipſo exitu ſanguinis ſeu arefacto ſeu à natura augeretur: quod omnino erat indicium magnæ redundantiæ. Quotieſcunque enim ex euacuatione propè membrum plus attrahitur, quàm euacuatur, immodicam ſignificat in toto repletionem. Ideò & flatus gigni conſentaneum erat calore naturali oppreſſo, & præter naturam aucto: tales autem ſunt, qui ſplenes magnos habent flatuoſi. Tertio, quia dicit ſplen dextra parte intendebatur: cum ſit in ſiniſtra contigit hoc ob magnitudinem. Spiritus non erat magnus, quoniam ſplen erat magnum, & dolitabat: erat tamen duplicatus intro, ideſt in inſpiratione non in expiratione. Propterea dicebat Galenus *Tertio de difficultate ſpirandi* enarrans breuiter hunc locum: *ſpiritus intra duplicabat:* hoc enim nihil differt ab eo quod dixit: *dupla intra reuocatio velut ſuperinſpirantibus.* Idem dilucidius non multo poſt hæc habet: poſt hanc eius quæ Lyciæ accidit, de qua velut antea dixi ſcripſit. *Spiritus intra duplicabatur, non tamen magnus, atque hoc ſecundum rationem. Affectum enim erat in ipſa neruoſum organorum genus, vt etiam abſoluta vrinarum ſuppreſſio fieret, & ob hoc ſanè duplicatus ſpiritus fiebat.* Cur autem non magnus? An quòd erat perfrigerata? Contegebatur itaque inquit. Demonſtratum eſt autem, quòd hac voce in perfrigeratis iuxta innatum calorem vtatur. Breuiter ſatis ſuo more, vbi difficillimæ ſunt

res

res exponendæ. Sed tamen declarandum quid ſit. Dupla intra reuocatio, velut ſuper inſpirantibus: id autem in ſexto libro facturus ſum. At Galenus turpiſſimè & flagitioſè cum appoſuerit *in Tertio de difficultate ſpirandi* ex ſecundo & ſexto Epidemiorum verba Hippocratis, vbi artificioſe hæc explicanda erant, omittit declarationem. Quædam in Aphoriſmis ſatis obiter nec artificioſè, docuit, vt ſuo loco videbitur. Quæ verò iuxta fauces erant vtrinque tranſlata ſunt omnia ob imbecillitatem eius partis ad ſiniſtram, nec ſuppurarunt; nam exulcerata non ſunt: hoc autem eſt minus quàm ſupputata non eſſe: nam multa exulcerantur, quæ non ſuppurant. Cauſa erat humor prauus multus, cum conſequente illum neceſſario virium imbecillitate quæ non poterat concoquere humorem. Nam atra bilis vix vnquam concoquitur. Hæc autem ſunt conſecuta vehementem veratri agitationem, retentam materiam quæ inteſtinorum leuitate expurgari ſolebat. Sed neque profluit abſceſſus ad lienem dicit, quia non fuit iudicatorio modo: Id eſt vt alias dixi, propter hoc febris non ceſſauit. Et ſcias quod ſpleniticæ & melancholices ſunt ſimiles miraculis: ideò ne admirteris. *Retentio* vrinarum quia mente mota erat, ideò id accidit lethargicis, & ob frigiditatem quæ impedit omnes operationes, fecum vero ob eaſdem cauſas & ob ſiccitatem.

TEXTVS XXIII.

Hieroni facta eſt iudicatio decima quinta die.

COMMENTARIVS.

Non dicit ex quo morbo: ſed vt dictum eſt, intelligere oportet quòd ex febre. Proponit ergo alium caſum admiratione dignum; ſiquidem vt viſum eſt in Primo huius, dies quintadecima non eſt iudicatoria. Et Galenus multa ſuo more de obſcuriſſimis multa dicit, ſed nihil probat. *In primo de diebus Indicatoriis*, vbi maximè expediebat, ne verbum quidem. Sed nos cauſam & admirationis & rei docere oportet. Cum enim Quartus decimus dies ſit principium tertiæ ſeptimanæ erit quintus decimus dies ſecundus tertiæ ſeptimanæ: at ſecundus dies iudicatorius nullo modo eſt, quare multò minus quintus-decimus, qui eſt ſecundus à quartodecimo, & ideo ſecundo longè debilior. Attamen *Quarto Epidemiorum* enarrat de muliere, quæ in Bulagore villa depurgata eſt, & ex ſplene ægrotauit, dicit Hippocrates die Quintadecima riguit: & ſudauit dicit, non tamen iudicabatur, ſcilicet quia febris non receſſit. Contingit autem ratione mathematica, vt nonnunquam Luna in quindecim diebus ſolum peragret dimidium circuli ſignorum, velut hoc menſe Iulio proximè futuro à Nona die Iulij, ad vigeſimam quartam, peragrat Luna ſolum partes centum nonaginta, & in quatuordecim diebus partes centum ſeptuaginta ſex; Et magis à nona die Iunij ad vigeſimam quartam, perambulat, minus centum octuaginta octo partibus eiuſdem. Cum enim ſol iuxta abſidem eſt & tardius mouetur, & Luna in ſuperiore parte parui circuli, lentius etiam retrocedendo in ipſo fertur, fit vt aliquando ob hæc & eiuſmodi cauſas paulò plus procedat in quindecim diebus Luna medietate ſigniferi. Videndum eſt modo cur morbi aliqui ſequantur rationem motus æqualis, alij autem inæqualis. Et reſpondeo, quòd ſicut in morbis epidemiis mutatur ratio indicationum & recidiuarum à communi regula, vt habetur ab Hippocrate *Primo Epidemiorum ſect. 2. tex. 26.* ita etiam in hoc caſu. Exiſtimandum eſt autem, poſtquam nil comperti vltra de hoc habemus, quòd quando in conſtitutionis origine Luna tardo curſu mouetur, & morbi ſunt acuti, quod differuntur generaliter, & ſi contingat in ea conſtitutione quemquam ægrotare eo tempore, quo dum peruenit morbus ad finem ſeu ſalutarem, ſeu mortiferum, Luna interim tardè moueatur, tunc poterunt contingere criſes in quinta-decima die. Quia verò ad hoc requiruntur quinque conditiones; prima vt morbus ſit ex natura eorum qui iudicantur: ſecunda, vt conſtitutio ſequatur motum Lunæ verum. Tertia vt motus Lunæ tunc ſit tardus: quarta vt incipiat morbus eo tempore, vt iudicium peruenturum ſit in quartam decimam diem: quinta vt eo tempore Luna ſit tarda motu: ideò rari ſunt morbi, qui in quintadecima die iudicentur. Circa primam ergo conditionem oportet, vt ſit febris ex his quæ dicta ſunt. Pro ſecunda omnes conſtitutiones aëris ſequuntur veros motus erraticarum, quia ab illis fiunt, ſed principaliter oportet, vt ſequantur in hoc caſu motum Lunæ. Circa tertiam oportet, vt in eo principio motus Lunæ ſit tardus. Quarta & quinta per ſe claræ ſunt. Vidimus autem ſupra, quod conſtitutiones generales hoc faciunt, ſiquidem cum ſexta dies ſit mala in criſi, plerique tamen ſanabantur ex ea in illa conſtitutione. Et cum non eſſet critica valde potens, aliquando tamen omnes criſes in ea fiebant. Et ſicut contingunt mira in aliis, ita in huiuſmodi.

Hactenus de cauſis dictum quæ præter vſum ſeu conſuetudinem iudicant. Videamus modo iuxta Galeni opinionem loco adducto, quo in ordine quintus-decimus eſſet reponendus; Nam ſeptimus eſt ſignifer omnium, & coryphæus; inde quartus decimus, cum ſit finis ſecundi ſeptenarij. Sed quia par minus aliquanto habet roboris, quia acceſſiones fiunt diebus imparibus, & criſes in acceſſionibus, vt ibidem docetur: poſt ſtatuit nonum & vndecimum,

quia

quia ſunt impares ſnli inter robuſtiſſimos, & vigeſimum qnia eſt vltimus tertiæ ſeptimanæ; vel potius vt nns dncuimus ſupra, quia eſt dimidium quadrageſimi, ita vt iſti tres ſint pates viribus. Pnſt hos quintus quia impar & ptnpe ſeptimum, & decimus-ſeptimus impat & indicatiuus, ſeu quaternarij finis; ſed non tobuſtior quinto, quia eſt inter quattumdecimum & vigeſimum. Vigeſimus autem eſt ex ſecundn ordine vt dictum eſt. Poſt quartus quia indicat ſeptimum, ſed quia eſt par eſt inferint quinto: poſt tertius & decimus octauus, qui eſt vt quintus à viceſimo, ſed ſunt remoti à ſeptimo & quarto-decimo. Pnſt decimus tertins, quia eſt impar & intet tnbuſtiſſimos, ſed velut ſextus. Eſt autem ſextus poſt ſeptimum & quartum-decimum validiſſimus ſed malus, ideò & tertius-decimus validus. Pnſt ſunt nctauus decimus, duodecimus, ſextus-decimus & decimus-nonus, nmnes pares, vel à iudieatotin lneo pari, vt decimus nnnus ſextus eſt à quarto-decimo. Verùm quintus-decimus hac ratinne erit ſecundus à quarto-decimo, vt octauus à ſeptimo. Et ita illis debiliot, eo ſecundus, vltimus omninm ptimus.

TEXTVS XXIV.

COi ſorori epar eleuatum eſt ſplenico modo. Mortua eſt ſecunda die.

COMMENTARIVS.

Splenico modo, orbieulari gibbnſirate *Primo Epidemiorum*. Et *in textu: Splen durus non ſupernè, infernè rotundus, latus craſſus, longus, tenuis longus.* En igitnr modo indicat fuiſſe eleuatum epat. Conſiderandum eſt igitur, cur eam breui perietit ex hoc mnrbo, nam etſi abſceſſus fiat in iecore, tam breui occidere non ſolet, eſt enim mntbus acutus. An hoc forſan dixit, vt intelligeremus ſecundam finire mntbos, velut & quintam-decimam, vt præcedenti nattatinni continuaretur. Vernm de die ſecunda minus mirum eſt, eum eo tempore ſæuiſſimus mnrbus præuertat tertiam. At in quinta-decima non poreſt motbus eſſe ſæuiſſimus, ita vt prænertat ſextam-decimam diem ptnportione reſpondentem quartæ-decimæ, aut iudicatoriam decimam-ſeptimam: namque & Critonem ſupra audiuiſtis in ſecunda die obijſſe. At de ſalute nullum eſt exemplum, nee vlla ratio, atteſtarur de magnis mnrbis: nam ephemeras ſecunda die recedere, lnquendn de die vulgariter accepta, familiare eſt ae frequens exemplum.

Iecur igirur tribus modis inflari ſolet, vt dieebat Princeps *Quarta-decima Tertij Tract. 3. cap.* 7. Flatu obſtructione & abſceſſu. Et in flatu adeſt dolot extendens, ſed non adeſt grauitas nec fehris: in obſtuctinne autem eſt grauitas, ſed nnn magna. Cum ergo interierit eam bteui, nnn potuit eſſe ex obſtructinne, quia tantus tumot non affuiſſet, nec tam celeriter perijſſet: nec ex flatu: fuiſſet enim dolnr magnus, quem non prætermiſiſſet; relinquitur igitur vt eſſet abſceſſus. Sed ſi fuiſſet frigidus non tam repente creuiſſet: dicit autem *eleuatum eſt*, vt intelligeremus factum ſubito hunc tnmorem; neque fuit phlegmon, nam febrem magnam habuiſſet cuius non meminit. Fuit ergo morbus ex collectinne ſenſim primo facta, inde ex calnre ſphacelos contigit aut gangrena: corrupto autem membro principali, neceſſe eſt mortem eadem die ſequi, ſi corruptio magna ſit. Ideo dixit *eleuatus ſplenico modo*, vt intelligetemus magnum fuiſſe tumnrem, ex gangrenæ genere, vt apud Panlam; aut ſi omnino non dnluit, nam in gangrena dnlor ſolet eſſe exiguus, ſphacelos; Qui tumores conueniunt in hne, qund ſunt magni, & eum paruo vel nullo ſenſu quandoque corrumpunt membrum, & perimunt hominem, etiam ſi ſint in membro vili: Et fiunt ambo ex mēbri corruptione, nnn conuetſione abſceſſus in pus, ſed malam ſaniem. Cnnſtat autem, qund huiuſmodi etiam io erure vel brachio occidunt neceſſariò, niſi præſcindantur, quia ſunt corrupta & mortua: & quod tangitur à puttidn mortun, neceſſario putreſcit & mntitur: neque enim mortuum poteſt vnquam reuiuiſcere, ergo pars mortua ſemper augebitur in eo, quòd puttida putreſcet; iu eo quod mortua, non poteſt cnncoqui nec ſuperari, igitur neceſſario mnriejur, & quod mortunm eſt augebitur: ergo tandem mnrs ſubſequetur: ergo vt mots non ſequatnr, neceſſarinm eſt præſcindere. Et quia per eandem rationem ſi quicquam io præſcindendo mortui relinquatur, morietur qund tangit, ergo neceſſarium eſt vt reſeeetur ad viuum, aut vt puttedo finiatur: ſed reſectin ad viuum cnm putredn & mors non ſit per lineas rectas, non poteſt fieri niſi ſectio in parte viua fiat. Finis autem putredinis non fit niſi pet ignem, igitur vel neceſſarium eſt ſectinnem adminiſttare in parte cotrupta, aut omninn in parte putrida, ſed adhuc viua; & poſt candenti fertn finire putredinem, vt æger liberetur. Manifeſtum eſt ergo, quòd in hnc caſu non potuit æger, nec ſanari, nec differri mors. Et ſi quis dicat tempore abſceſſus, nonne dnlebat epar? Reſpondeo qnnd parnm vel nihil, quia epar eſt membrùm exigui ſenſus, & iam ablatus erat ſenſus per gangrenam, & ſolet illa aduenire ex magna multitndine humorum corrnmpentnm, & fit eriam ex tranſmutatinne abſceſſus, alio loco malè ſuppurati, enm ſanies eſt nigra vel fœtida, vel vtrnque vitio peecat. Et etiam fiunt tumores non perfectè deſcripti à Galeno, qui neque ſunt duri ſicut ſchirri, ſed celeriter putteſcunt; neque calidi, ae cum do-

lote

lore & febre vt phlegmones, ſed paulatim genetantur, & vocantut vomieæ ex materia miſta, mediocriter molles & fuſci coloris, cum exiguo vel ferme nullo dolore, quos comitarur febricula quædam, quæ vix percipitur: & hoc in pulmone & membris alijs maximè ſanguineis tam exterioribus quam interioribus, ſed maximè in locis humidis, vt circa anum, inde inualeſcente putredine pars circumcitca gangrenam concipit, inde ſphacelum, & interficit breui, niſi ſectione & vſtione occurra tur.

TEXTVS XXV.

BIon ſimul multum mingebat, quod non ſubſidebat, & ſanguis ex ſiniſtra nare manabat. Erat enim & ſplen ſurſum in gibbum eleuatus, ac durus, ſuperſtes manſit: recidiua.

COMMENTARIVS.

Nihil mitum fuit hunc ſeruatum fuiſſe, licet in vrina non eſſet quod ſubſideret. Nam ſanguis manabar, ſcilicet per plures dies: hoc enim proprietare verbi ſignificatur: Et ex ſiniſtra nare; vnde illud, *in directum lateris contentiones*: & *in Coacis prædictionibus* contraria ratione inquit: *E regione aduerſa ſanguinis eruptiones mala, vt in ſpleniis ex latere dextro.* Quia tamen in vrina non erat ſedimentum, quale oportebat eſſe, ideo res redacta eſt ad recidiuam. Hoc enim ſuperius docui, cum natura purgat materiam, quæ non eſt concocta per modum, qui non exigit coctionem, neceſſe eſt ſi febris adſit contingere recidiuam. Ex quo apparet in hoc caſu, Bionem laboraſſe febre; vt eſſent duo morbi, febris & tumor ſplenis. Splenis tumorem durum ſanguinis effluxus curauit; ſed & effuſo ſanguine conquieuit febris ardore ſedato. Sed poſtmodum cum materia iam putrida non poſſit eijci niſi concocta, nam in ſynocho antequam putreſcat, perfectè eijci poteſt per ſanguinem narium, neceſſe fuit vt quod putridum eſſet febrem generaret, atque ita ſucceſſit recidiua. Manifeſtum eſt autem, quod hic comparat tumorem durum lienis, ad tumorem durum iecoris dictum, cum hic facile liberatus ſit, illa autem vt vidimus celerrimè obierit. Quod autem dicit *eleuatus & durus*: duriries quandoque eſt ob naturam humoris, velut melancholiam, quandóque ob copiam humoris infauſti: lien cum eſſet eleuatus in gibbum, fuit ex vtraque cauſa durus, quoniam forma multitudinem materiæ præſentem declarabat.

TEXTVS XXVI.

ERant autem anginorum affectiones hæ.

COMMENTARIVS.

Proponit Anginæ vulgaris hiſtoriam, non propoſita tamen aëris conſtitutione. Hic tamen morbus non vt cæteri frequenter volgaris eſt ob duas cauſas, non vt alij morbi: vnam quidem generaliorem, aliam autē magis præcipuam huic morbo. Generalis eſt, quoniam fieri ſolet ex fluxione: morbi autem Epidemij, cum pertineant ad caput & cor, præcipuè ob reſpirationem, & ex cerebro fiant fluxiones, ideò tales fluxiones Epidemiæ plerumque ſunt: & maximè vt dixi alias ob reſpirationem, quæ communis eſt cordi & cerebro, vt in libro *de vſu reſpirationis cap.* 5. Altera autem magis præcipua cauſa & propria eſt, quod angina eſt morbus lethaliſſimus, vt etiam *Tertio prognoſticorum*: vnde ſi materia debet detrudi ad tam periculoſum locum & anguſtum, vt etiam colligitur *Quarta Aphoriſmorum* à Galeno, oportet cauſam impellentem eſſe validam, & ideò cum non poſſit eſſe validior, quam quæ ab aëre, contingit plerumque anginas fieri ex contagio. Quòd ſi contingat non ex aëre, oportet corpus eſſe plenum malis humoribus, & cacochymum atque agitatum vehementer à calore & frigore: Hæ enim duæ qualitates cum frigida ſuccedit calori, maximè percellunt corpus, adeò vt morbos lethiferos gignant: aut vt adſit vna iſtarum conditionum cum imbecillitate innata loci patientis, aut ex morbo, vt in phtiſicis. Cur autem Hippocrates hanc conſtitutionem, quæ hos morbos peperit, non deſcripſerit, cum eſſet maximè notatu digna? Dico quòd non habuit illam peritiam exquiſitam temporum, ſed exiſtimauit vltimum tantum tempus eſſe cauſam morborum: ſicut apparet in prima & tertia ſectione huius, & ſeptima ſexti libri; vbi reducit morborum Epidemiorum aduentum in cauſam præſentis, quæ tum viget, conſtitutionis aëris. At verò poſtmodum cognouit edoctus ratione, & experimento, quòd non ſimpliciter conſtitutio ipſa præſens generat morbos, ſed vt comparatur ad priorum temporum ſtatus aëris. Et in hoc eſt duplex diſcrimen: primum quod ſi conſtitutio non erat humida vel calida, non putabat decernere morbos. Secunda quòd exiſtimabat ab eadem conſtitutione eoſdem generari morbos, cum ita non ſit. Cum ergo conſtitutio præſens non eſſet calida nec humida, maluit ignotam cauſam prætermittere, quàm vel fallendo rationalem adducere, aut commentitiam

comminiſci. Quod inſtitutum etiam ſetuauit in ſexto libro: neque enim meminit in angina illa pernitioſa, qualis fuerit conſtitutio aëris. Per hæc autem verba *Erant autem anginoſorum affectiones hæ*, declarat multos fuiſſe morbos, tum ex præcedentibus ægrotantibus, verum anginoſos plurimos fuiſſe. Tota autem hæc ſeties verborum deſcribitur à Galeno *Quarto de locis cap. 3.*

TEXTVS XXVII.

COlli verticula intro vergebant, quibuſdam amplius, quibuſdam prope. Et collum forinſecus conſpicuam cauitatem intro habebat, & hac parte ad contactum dolebat. Erat autem & cuidam infra os dentis appellatum, quod non ſimiliter acutum eſt: quibuſdam vero etiam valde rotundum, maiore circumferentia. Si non cum dente appellato, fauces non inflammatæ, verum iacentes.

COMMENTARIVS.

Verticula voc: ntur vertebræ, Græcè *σφόνδυλοι*. Veſalius *libro primo de fabrica humani corporis*: triáque habet ſignificata: pro iunctura quæ rotundam partem oſſis ſinui incluſam continet: pro ipſa rotunda parte & propriè pro ipſis oſſibus dorſi. Eſt enim vt habetur ab eodem: primum vertebra ipſa, quæ intro ſuſcipit per foramen ſpinalem medullam, idque foramen à puſteriore parte eſt. Et ne pars illa vertebræ exterior offenderetur, ſpinam vnicuique extra prominentem adiecit, vt ſi quid paſſura eſſent verticula, à ſpinis illis veluti munimento defenderentur. His rurſus aliud munimen, vt præſertim figuris oſtenditur, cartilago obnaſcitur triangularis, propugnaculum ipſarum ſpinarum ob lenitatem & duritiem: non ſunt tamen in omnibus ſpinis hæ cartilagines. Sunt præter hæc ad munimen vertebris, alij proceſſus à lateribus ſeu appendices, & duobus articulis in poſteriore ſede ſibi coarctantur inuicem, anteriore autem membraneis corporibus, ac vinculis firmiter colligantur omnes præter dúas primas ſuperiores, quarum primā atlantica vocatur, quæ caput ad dextram ſiniſtramque inflectit: ſecunda vocatur dens, cuius meminit ſic caput ante & retro mouens. Sed Veſalius & multò rectius meá ſententiâ hunc vſum à Galeno deſcriptum *libro de oſſibus cap.* 8. & in *Quarto de Anatomicis adminiſtrationibus cap.* 8. & *duodecimo de vſu partium* diſtinguit. Vult enim proprium motum capitis eſſe, cum quo circumuertimus, atque illum immota prima vertebra ſuper ſecunda fieri vult: at alium quo flectimus reflectimuſque caput, dum annuimus, & Cretenſium ac Thracum more renuentium capite in poſteriora deducto, non vt nos Itali circumducendo, ſuper Prima fieri docet. Reliquos motus vtpote in latera non capitis ſed colli eſſe contendit. Hi planè longè alij ſunt à capitis motibus. Hæc dilucidè: contra quam turpiter cum ſua prolixitate, quantas tenebras intulit Galenus.

Nunc ad expoſitionem reuertor: intro vergi colli verticula docet Hippocrates, vel ſumma vi impulſa, vel attracta. Eam verò luxationem quæ intro fit, nulla arte curari poſſe, docuit idem *in libro de Articulis* longo proceſſu. Si igitur intro contrahebantur verticula, neceſſe erat apparere cauitatem in collo, & ad contactum ob attractionem ac luxationem dolere. Deinde docet os dentis à ſimilitudine ita dictum, quod non ſit acutum vt reliqui proceſſus, imo in quibuſdam rotundum, quod per primam vertebram ſinui in oſſe capitis inſeritur. Et in hoc oſſe, quia erat maiore circumferentia inflammatio, tanta fuit morbi vis: fauces autem vocatæ non erant inflammatæ, neque tumidæ, ſed iacentes. Sunt autem fauces iuxta Plinium gulæ partes ſummæ, eo docente: ſummum gulæ fauces vocantur, extremum ſtomachus. Sed apud Veſalium *lib. 6. cap. 5.* nonnunquam pro glandulis vitio interpretum, quæ amygdalis aſſimilantur, capi conſueuere. Ipſe tamen ſic diffinit ſpacium, quod ab inferiore maxilla dextra ſiniſtráque continetur, vſque ad ceruicis vertebras pertingens. Dicit ergo dens ſeu ſecunda vertebra colli erat inflammata, non tamen fauces inflammatæ erant, ſed iacentes.

Obſeruandum eſt in hoc, quòd Hippocrates docet hic morbum maximum, qui fiebat ex abſceſſu circa vertebras colli, nec erat neceſſe, vt valdè febricitarent, imò forſan vt ne febricitarent quidem, quoniam abſceſſus erat in loco remoto à corde, & ex materia pituitoſa: nam luxatio vertebrarum fiebat ex tumore, oborto ibi ex ſanguine pituitoſo, & materia defluxa à capite. Et natura non tranſmiſiſſet materiam ad locum illum, niſi fuiſſet euicta ab illius prauitate: neque enim ad cor aut cerebrum, aut iecur, aut os ventriculi, aut pulmonem materia deriuatur, niſi vel ob rectum ſitum cum via patente, & hoc non eſt mirum: aut ob attractionem à calore vaporum, qui poſtmodum vertuntur in humorem maximè pituitoſum, & tunc non eſt neceſſe vt ſit humor malus. Sed ſi attractio hæc fuerit ſeu impulſio ad huiuſmodi locum, non erit materiæ quæ poſſit à natura regi. Innatum enim eſt naturæ ipſi, vt meliora eligat. Et etiam pleraque membra nobilia ſunt valida. Non ergo ad illa tranſmittit, niſi victa vel ratione multitudinis, vel prauitatis materiæ, vel ob propriam imbecillitatem: cum mouet nec poteſt perficere motum, & materia euariatur ad locum ad quem non debet. Sed in

in gurgulione & gulæ initio locus eſt anguſtus, materia ergo ibi intruditur, & ob hoc trahit vertebram,& ob loci anguſtiam putreſcit, & facit febrem.

TEXTVS XXVIII.

PArtes ſub maxilla tumidæ, non inflammatis ſimiles. Neque glandulæ vlli intumuerunt, ſed magis ſecundum naturam: linguam non facile vertebant, ipſiſque & maior eſſe videbatur, & prominentior, & ſub lingua venæ conſpicuæ: deglutire non poterant, aut valde difficulter. Imò ad nares fugiebat, ſi valde cogerent: & per nares loquebantur.

COMMENTARIVS.

Loco verborum illorum (*Neque glandulæ vlli intumuerunt*) Galenus habuit in textu, *Nec bubones alicui tumebant*. Græcè certè vt demirer de Cornario: *οὐ δὲ βουβῶνες οὐδὲ ἐνῴδησαν*. Materia cum aliò deriuaretur, in bubonas non peruenit: raro enim & angina & glàndulis ſimul homines laborant; in glandulas materia tenuis & aquea dèriuatur ad fauces, vt angina fiat, ſanguis tenuis, bilioſus, exuſtus, corruptuſve. *Linguam non facile vertebant, ipſiſque & maior videbatur & prominentior, & ſub lingua venæ conſpicuæ:* nam cum fauces impellerentur, etiam lingua impellebatur per continuum, & extra os perueniebat, grandiſque erat, vt eam non facile verterent ob ſucci craſſitiem, cuius ſanè & illud erat indicium, quod venæ ſub lingua conſpicuæ erant, ob affectum autem proprium gulæ & faucium deglutire non poterant; qui & ſi minor eſſet valde tamen difficulter.

Sin autem cogerent intelligit de potu ac ſorbitionibus; raro enim talibus duri cibi exhibentur, ad nares fugiebat, & per eas exibat, quod etiam his accidere ſolet, qui dum glutire volunt valida tuſſi corripiuntur: nam cibus aut potus ſpiritu vehementi ſurſum impulſus, in foramina palati, & ex his in nares defertur. Contingit autem loquentibus dum deglutiunt. Portio enim cibi vel potus epiglotide eleuata, in aſperam deſcendit arteriam, & tuſſim commouet, vt par eſt nec moderatam: vnde periculoſum eſt edentem loqui, veriſimiléque eſt Anacreontem qui vuæ paſſæ acino extinctus eſt, hoc modo perijſſe. Scripſimus & de hoc in Quarta Aphoriſmorum; nec idem quoad fieri poteſt, bis repetendum.

Et per nares loquebantur. Hoc fit quoties aër ipſe formatus in ſermonem, per nares fertur: atque ideò primum per palatum, *λαρυγγίζειν* eſt loqui præcluſis faucibus. Sunt engaſtrimythi, quorum meminit Hippocrates infra, qui ex ventre reſonante voce loquuntur: alij ex pectore vt Ioanna Rhodigina. Sed hi non ex ore quicquam. Sunt qui ex naſo: alij blæſi, alij trauli, vitia omnia ſermonis, & muti. Sunt quibus ſtrepitus in aures ipſas peruenit, ſed hoc vitium non eſt aliis graue, ſed habentibus ſolum: reſonant enim aures. Nihil mirum eſt eo procedere aërem, vi magna impulſum ob anguſtiam loci, quem tumores occupant: inde per eandem viam fertur ad nares, hócque anginoſis pluribus dum morbo laborant, contingit. At non eſt idem in ſanis, qui ex ozæna aut polypo per nares loquuntur, cum tamen locus ſit anguſtior. Id contingit quoniam per ſolidiorem locum aër fertur. Indicio eſt, quòd voces fiunt magis ſtridulæ. Atque id experimentum ſimile eſt illi, quo per haſtam in ore incluſam quæ narrantur intelligimus. Sed & id ioci cauſa quidam agunt, colligentes aërem in naſo, & ex ipſo loquentes. Et ſunt etiam inſtrumenta muſica elymis ſimilia, quibus è naſo partim, partim ex ore vocem, per inſtrumentum tamen emittimus. Aut ergo vitium hoc fit tranſmiſſo ad nares ob impetum ſpiritu, aut in eis ob anguſtiam retento; ſeu morbo quodam, ſeu natura, vt in his qui ab initio naſi depreſſam partem habent. Et de hoc ſatis rectè egit Princeps, animaduertitque differentiam harum cauſarum, licet non cognouerit cauſam differentiæ. *Partes ſub maxilla tumidæ non inflammatis ſimiles.* Nihil erat quod inflammationi atteſtaretur, non calor, non humor ſanguineus, non febris vehemens, nec impetus confluentis materiæ aut dolor, quas autem partes intelligat ſub maxilla, exiſtimandum eſt proximas mento. Sed quomodo, cum iam dictum ſit bubones non intumuiſſe, vbi duplex includitur repugnantia: prima quoniam ſub maxilla ſunt bubones, illæ autem partes intumuerunt: ſecunda quia ad bubonas confluere ſolet materia vt dictum eſt pituitoſa: hic verò non fluxit cum tumores è genere eſſent illorum, qui à ſanguine exoriuntur. Propter hæc dico, quòd per bubones intelligit glandulas ad latera interiora oris, non eas quæ ſunt ſub mento. Et ideò inflatæ ſunt glandulæ ſub mento non interiores: Et hoc ob materiam tenuem pituitoſam, quæ defluxit, & ibi collecta eſt, quòd locus eſſet inferior atque frigidior, quàm in ore: ideò tumor ille erat laxus frigidus cum exiguo dolore.

TEXTVS XXIX.

SPiritus autem his non valde ſublimis.

COMMENTARIVS.

Sublimis erat ſpiritus ob anguſtiam, non tamen admodum, quod affectus non eſſet

eſſet ptnptius eorum partium, quæ reſpirationi peincipalitet inſeruiunt. Sublimem appellat ſpiritum aliter atqne alitet, vt *in Quarto contradicentium* viſum eſt Seu enim ſublimem dixeris, qui ſit motis ſuperiotibus pattibus, & maximè iuxta interpretationem mulieris illius, quæ apud Bitonem habitabat, vbi ad vnguem patet exemplum huius anginæ: inquit enim ibi Hippocrates. *Spiritus ſublimis, potut per nares effluebat, deuorare non valebat*. Itaque vna & cadem omnium ratio fuit gula coarctata, & larynx, vnde nec cibus, nec potus demitti poterat, ægréque etiam & magno cum labore, ſolus ſpiritus. Videtur ergo non fuiſſe omninn cotrupta ſpitatin, tum ob membra ſpiritui inſeruientia non læſa, tum quòd angina ipſa non omnino vehemens eſſet. Galenus autem ſic interpretatur, vt omnes in hac conſtitutione perierint, de ſuo loco videbitut. Sed vt ad tem reuertar, quæſtione dignum eſt, an omnes anginoſi labntent difficultate ſpirandi? & an ea difficultate quæ ſpiritum ſublimen pariat? Paulus *libro tertio cap*. 27. cum diſtinxiſſet anginam in quatuor ſpecies, quarum vna ſit faucium inflammatis interioribus muſculis, quam ſynanchen vocat, & exteriotibus paraſynanchen: aliam vetò interinribns laryngis, quam vocat cynanchen, velut exterioribus paracynanchen: inquit: *Omnes has comitantur recta ceruice ſpiratio, dolor cum difficultate ſpirandi:* Quòd & ſi alias aliter diſtinxerimus, omnia non ſolum hæc, ad normam eorum reduci vnln, quæ abſolutis libris *de Dentibus & Proxeneta*, ſctipſi: vt optima quæque ad initia Epideminrum, quæ ætatis anno ſexageſimo ſecundo conſcripſi, teducantur. In his dico quæ in contentinnem veniunt, quæ tamen quam pauciſſima futura ſunt. Prrnceps *Nona tertij cap*. 9, inquit: *Non conſtringitur anhelitus, niſi per abſceſſum, qui contingit in faucibus: in reliquo autem gula ſolum ſit difficilis.*

TEXTVS XXX.

QVibuſdam vero venæ in temporibus, & in capitibus ac ceruice eleuatæ.

COMMENTARIVS.

Triplicem habet vnumquodque corpus extenſionem, ſublimem & infimam, anteriorem & poſteriotem, ad dextrum atque ſiniſtrum in latera: cum dixit *in temporibus* eam quæ in latera diſtendit, amplexus eſt: cum *ceruicem poſteriorem atque inferiorem* (ceruix enim ſub capite eſt in parte pnſteriote) pet caput ergo reliquum intelligit, quod antea & in ſuperiore parte eſt, ſcilicet faciem atque frontem, ita tamen vt cnmparetur ad ſententiam ſcilicet vbi venæ poſſunt eſſe conſpicuæ: nam in vertice tametſi ad caput pertineat, apparere non poſſunt. Triplex autem cum ſit plenitudo, vel tatione qualitatis, vel quantitatis, vel loci: eam quæ ad locum pertinet ſummam eſſe docuit, ſcilicet quæ totum caput cum ceruice etiam occnparet, ante retro ad latera. Cum verò ad quantitatem reſpicimus, non idem expoſuit: cum enim triplex ſit nrdo, aut vt venæ plenæ ſint; hicque eſt minimus; aut vt in tumorem attollantur: hicque eſt ſecundus otdo in quo laborarunt ægri illius conſtitutionis: aut cum ſumma eſt plenitudo; adeóque venæ extenduntur, vt muſculis compreſſis dolnrem excitent, vocantque plenitudinem tendentem: additur etiam grauitas perſæpè. Hi tres ſunt ordines plenitudinis: quos Galenus ad hoc ſolum intentus, vt perderet ſcripta antiquorum, quibuſdam argutijs refellere conatur, diceos: Quidam plenam habent veſicam, & neque morſum, aut grauitatem ſentiunt: alij verò multum prægrauantur, & tamen paucum humorem collegeruot. Huiuſmodi nugis inuoluit totam medicinam. Nam hoc per ſe clarum eſt, & ſi nullus diceret alius vaſa primum impleri, ſed onn ad ſummum: oeque eſt primus otdo: inde ad ſummum: tuncque tumida eſſe, ſi extenſionis ſint capacia; nec tunc tendi adhuc, aut grauari, cum ſint in meta ſecundum naturam. Cum autem plus hoc, logrediunturque ordinem tertium, & grauitatem, & extenſionem neceſſatio ſeotiunt: nec pudet tam mentiri, vt euertat bene dicta ab anóquis: morſum autem vt ſentiant minimè neceſſarium eſt; quandoquidem hic ad qualitatem, non quantitatem materiæ omninò pertinent. Non dicimus autem plenitudinem omnem magnam eſſe cum grauitate. ſed ſolum cum exceſſetit. His falſis principijs omnia repleuit & confudit, quaſi deficeret ſeges infinita pulchrorum inuentorum ac nouorum: Sed abſit vt vel vnum ſolum dico in tota medicina dngma inuenerit; ſed aliorum ſuffuratus inuenta corrupit magna ex parte: Quæ etgo eſt plenitudn in qualitate (de qua hic non agit Hippocrates) ſenſu morſus percipitur. Atque hæc de pleoitudine, quæ in vaſis eſt.

TEXTVS XXXI.

AT recrudeſcentibus, ex his, parum quiddam tempora calida, etiam ſi aliàs non febricitarent.

COMMENTARIVS.

Παλίγκοτα πάθη id eſt recrudeſcentes affectus, dicit, qui nullam firmitudinem habent, qui inſtabiles ac infidi ſunt. In his igitur ait: aliqua erat capitis caliditas, etiam ſi alioqui non febricitarent. Hnc eſt egregium illud præceptum ab eo adeò laudatum,

laudatum, vt exponere ſit, nihil dicere: nam verba illa, etiam ſi alias non febricitarent: exponit cum eadem ambiguitate præclarus iſte interpres; etiam ſi alioqui non febricitarent: nam & intelligi poteſt non febricitaſſe illos quamuis calida haberent tempora: vel febricitaſſe ſolum ob hoc: ſed videtur prima expoſitio verbis magis propria. Qui enim ſenſus eſſe poteſt quod ob hoc ſolum febricitarent: nam caliditas illius loci non eſt febris; Sed neque ſecundus ſenſus videtur verus, quandoquidem maior pars horum (vt infrà videbitur) interierit. In huiuſmodi autem morbis, quemquam ſine febre mori eſt impoſſibile: quanto minus adeò multos. Meliùs eſt ergo interpretari aliàs verbum, quod eſt antea, vt ſit ſenſus, recrudeſcente morbo incaleſcebant tempora; etiam ſi antea non febricitarent, vt temporum caliditas ſit febris ſignum. Non ergo Galeni interpretatio vera eſt: imo prorſus abſurda: quaſi voluerit febricitare ex parte, & ex parte non. Tempora dicuntur, quia his partibus ætas maximè diſcernitur, cum primum caneſcant, vnde Virgilius *5. Æneidos. Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus.*

Vnico oſſe præduro, ſed circumquaque ſquammoſo ſubdito, adeò vt, quidam eiuſmodi oſſa ſoleant vocare lapidea: parum ſupra autem exoriuntur: per ea loca maximè calor ſe deregit, ſeu è venis, vel arterijs, vel muſculis, quibus omnibus abundat ea pars, cute non craſſa, ſeu ex cerebro prodeat ob anfractus oſſium ſquammoſorum, vnde hæc pars tum frons & vertex inter omnes capitis partes magis calent diuerſa ratione.

ſtrangulantur: ſed videmus in his qui ſtrangulantur oculi potius foras prominere, quam intus contrahi: natura etiam expellendi, non attrahendi motum moliente. At videtur in ſuffocationibus vehementibus conuulſio suboriri: conuulſio autem non protendit, ſed ad ſe trahit. Duplex rurſus eſt hic ſenſus verborum illorum. Non ſuffocabantur plurimi: vel vt intelligamus, nullos ſuffocari niſi cum deglutirent, vel quòd aliqui ſponte ſuffocarentur; maior pars tamen non niſi cum deglutirent. Videtur autem prior ſenſus Hippocrate dignus: neque enim vlla erant ſigna vehementis ſuffocationis. Id etiam apertius ex modo anginę intelligitur. Nam proprium Cynanches, eſt intercipi ſpiritum: Synanches autem glutitionem: In Cynanche tamen propter vicinitatem faucium ad laryngem, & morbi magnitudinem, etiam glutitio intercipitur quocumque tempore, ſicut in Synanche reſpiratio propter viciniratem loci, & quandoque ob morbi magnitudinem: ſed non in iſto caſu: ſed ſolum dum glutiebant. Contingebat autem hoc, quoniam dum homo glutire nititur, fauces contrahuntur, & dilatantur: idcoque larynx naturaliter conſtringitur, quo commodo etiam fit, ne hora cibi, & potus quicumque per aſperã arteriam permeet. Itaque inflammatis faucium muſculis in deglutiendo, dum gula trahitur inferius, & fit longior, trahitur & larynx: tum maximè etiam muſculi ex poſteriore ſede gulæ, ſcuti cartilaginis imaginem referentis inſerti, & ob gulam inflammati laryngem attracti claudunt, vt apud Veſalium *libro ſecundo* in imaginibus apparet.

TEXTVS XXXII.

NOn ſuffoçabantur plurimi, niſi quum deglutire cupiebant, aut ſaliuam, aut aliud quiddam, Neque oculi intus deſidebant.

COMMENTARIVS.

Cum angina grauiſſima eſt ſuffocari videntur ægri, etiam ſi nihil agant: eſtque genus Cynanche, tum vt *Tertio prognoſticorum Text. 16. Angina grauiſſima eſt, ac celerrimè interimit, quæcumque nec in ceruice, nec in faucibus conſpicuum aliquid efficit: Plurimum verò doloris infert, ac ſpirationis difficultatem qua non niſi erecta ceruice trahitur:* Duabus ergo rationibus colligimus non fuiſſe ſæuiſſimam; Et quòd in ceruice conſpicuam efficeret cauitatem vt ſupra retulit: Et vt nunc quòd non ſtrangularet, niſi cum glutire aliquid, ſeu cibum, ſeu potum, ſeu ſaliuam, aut ecclegma cupiebant: ſimiliter nec oculi intus deſidebant, quod ſignum eſt eorum, qui

TEXTVS XXXIII.

QVibus igitur tumor erat rectus, nec in alteram partem vergebat, hi neque leuiter ſideratorum modo reſoluebantur. An verò aliquem perijſſe viderim, in memoriam reuocabo. Quos autem nunc noui, ſuperſtites manſerunt.

COMMENTARIVS.

Nam cum vertebræ tranſpoſitio, vel maior, vel minor fiat; de minori diſſerens, ait, eos qui habebant tranſpoſitionem in rectum id eſt ad anteriora, nuſquam ſcilicet vergentem, ita vt nec ad dextra, nec ad ſiniſtra vergeret, nullam ſuſtinuiſſe reſolutionem; hoc enim ſignificat paraplectici. Cur? quia neruorum proceſſus non comprimebantur, non ergo deficiebat facultatis influxio, vnde nec priuatio ſenſus, aut motus contigit. Horum nemo perijt: vt non omnes ex hac angina, neque luxatione ſpinæ dorſi, quanquam duobus magnis

malis conflictati obierint; huc enim parum mirum eſſet, ſed quòd nemo: mortui tamen ſunt omnes, in quibus reſolutio cootigit, & hi fuerunt quibus ad latera vertebrarum luxatio fuit. Poſtquam ergo, obliqua luxatio, quæ non erat ſolum intus, ſed ad alterum latus reſolutionis fuit cauſa, quærendum merito eſt, ao ipſa mors contigerit ob reſolutionem, an ob cauſam, ſcilicet luxationem vertebræ ad latus, ao ob effectionem ipſam ideſt dum luxatio compreſſionem opetatur. Quædam enim neque quia ſint, neque ob cauſam, ſed dum fiunt ex effectione otiunntr velut vermes dum moriuntur conuulſionem mouent: quæ nec à mortuis vermibus, nec ab amaris fit, ſed ab ipſa nece: nec nece, ſed quod ad necem conſequitur. Itaque Galenus ob compteſſionem fieri reſolutionem putat, & veriſimile eſt: nam diſtentionem ab attractiooe fieri conſeotaneum eſſet. Quomodo verò oon fiat io recta luxatione (ſic enim eam vocabo quæ eſt ad interiota nuſquam deelinantem) compreſſio in ea quæ fit ad alterum latos contingeret, operæ pretium fuiſſet declarare. Mihi ſanè videtur non ex ea parte fuiſſe reſolutionem ex qua, vel in quam luxata fuit vertebra, ſed potius ex aduerſo: vt attacto nerui ioitio ad partem luxatæ vertebræ corrumperetur primum, atque inde ex luxatione ad interiora etiam comprimeremt, atque ita io hac reſolutione tria eſſe cogitaui: ptimum quidem reſolutionem: ſecundum reſolutionem in patte contraria luxatione: tertiò diſtentionem in ipſo neruo, & maximè in priocipio: ex qua potius quam ex reſolutione, vt cum morbus ſit valde lethalis diſtentio, mors ſequeretur. Ita non fuit reſolntio mortis cauſa, cum per ſe non ſit morbus lethalis: ſed lethalis, quoniam ex diſtentione fiebat, ſic vt diſtentio eſſet mortis, ac reſolutionis cauſa. Verùm tales diſtentiones, licet frequentes ſint cum reſolutione, ſæpius tamen lateot parum diligentes ac ſolertes medicos, cum vt viderim qui ſic reſoluuntur omnes ferme pereant: aliorum autem plutimi ſanantur. Mutator etiam conuolſio in reſolutionem, & ſanantur. Sed hic non finiebatur conuulſio, ſed nouus morbus addebatur, ideo peribant.

TEXTVS XXXIV.

ERant autem partim celerrime alleuantia. Plurima vero ad quadraginta dies deueniebant: & in hoc plerumque, etiam ſine febre, multi vero etiam ad valde longum tempus, partem aliquam tumoris habebant.

COMMENTARIVS.

In quibus crudus, ac frigidus ſuccus erat, qui tumorem faceret, ij multo tempore tumorem paſſi ſunt. Iudicia aotem horum, quamuis ægrotantes nihil mali ſe habere arbitratentur, erant tum deglutitionis anguſtia, tum non bene loqui. Paucis ſuccus erat tenuis, iis autem breuiſſimus ac maximè leuis fuit morbus. Conſtituit autem tres terminos; breuiſſimum cum dixit *celerrimè alleuantis:* longiſſimum ſcilicet, ad aliquot menſes, cum dixit; *multi vero ad valde longum tempus:* & mediocre cum dixit, *Plurima verò ad quadraginta dies.* Plures enim ad medium accedunt quam ad extrema. Plures etiam fuere diuturni morbi quàm breues. Cum vero inquit *Et in hoc plerumque ſine febre*, cadit dubitatio multiplex: an in his eſſet aliquis cum ſpiritu ſublimi; ſecundo an angina com ſit morbus aeutus poſſit eſſe ſine febte: Tertio quomodo inflammatis faucium muſculis poſſent eſſe ſine febte: Et hoc eſt generale, non vt ad anginam refertur. Quæſtio enim de angina, eſt tatione ſymptomatis, & morbi: ſed quæſtio de inflammatione muſculotum eſt ratione cauſæ morbi, ſcilicet anginæ. Hoc igitur de inflammatione quòd faciat febrem contingit, vel ob magnitudinem affectus, vel vaſis ptopinqui, vel materiæ caliditatem, vel propioqoitatem ad cor; affectus magnitudo vt in crure: etiam ſi ſit abſceſſus poteſt facere febrem: quia vapores tam multi eleuantur vt conſeruent puttedinem, donec in cor penetratint. Vbi autem vapores putridi ſint io corde fit febtis potrida: ſi autem ſolus calor eo deferatur fit ephimera. Et ita ephemeta, petſæpe cootingit, etiam à putredine. Calor enim penetrat ſubſtantiam omnem vt dicebat Galenns *Primo de Elementis*, non autem vapur tam facile: vel ſi inflammatio ſit in loco per quem tranſeat vas magnum ſeu vena ſeu atteria, non ſecus ae ſi in vaſe ipſo eſſet humot putridus. Vel ſi matetia ſit valde calida, & ſieca, & tenuis: cum enim febris ſit morbus calidus, & ſiccus, ſtatim inflammatut à vapore calido, ſieco, tenui, atque ita ſi fuerint extrema hæc. Demum ſi locus ſit ptoximus cordi. Liquet ergo primum quòd in hac angina non debuit eſſe febris, quia ſuccus fuit frigidus, humidus, craſſus, locus à corde temotus, abſceſſus paruus, & nullum ibi vas magnum. In quibus autem materia magis putruit, quia tenuior, & minus frigida, & multa, iis accidit febris leuis. Et ſi eontingat quod in angina ſit febris magna, contingit quia ob impedimeutum reſpirationis iocaleſcit eorpus: quòd ſi refertum fuerit malis humoribus fit alia febris puttida, & eſt malum ſignum. Sed noo conringit illa ſuffocatio magna oiſi in cynanche, vel patacynanche, hæc autem vt diximus fuit ſynanche; ideo neque magna febris. Ex quo patet, qood angina

angina aliqua copolat febrem ſibi vehementem per accidens,aliqua non,per ſe autem nulla. An verò hi habuerint ſublimem ſpiritum : dico quòd relictis rationibus debemus ſequi literam. Cum ergo poſuerit ab ioitio ſigna commonia, vſque eo *Quibus igitur tumor erat rectus*, & poſt diuiſerit, neceſſe eſt vt ſigna communia conueniant omnibus contentis ſub diniſione: quamuis ergo tumor eſſet rectus, nihilominus tenebantur aliqua ſuffocatione & ſpiritu ſublimi.

TEXTVS XXXV.

ET deglutitio & vox indicabat: & columellæ liqueſcentes ſignificationem quandam prauam exhibebant, quamuis nullum grauius malum habere videbantur.

COMMENTARIVS.

Hæc particula qoidem ſecundum natoram ſe habens γαργαρεὼν ideſt gurgulio vocatur: Morbo,aut affectu, quando eius extremitas phlegmone laborans ſimilis acino vuæ redditur, σταφυλὴ ideſt vua vocatur. Quando tota κίων ideſt colomna: quando vero exilis ſit ἱμὰς ideſt lorum appellatur. Liqueſcit autem acribus ſuccis & excrementis in ipſam delabentibos. Galenos declarat diuerſa nomina partis illius carnis propendentis à palato, deſumpta à forma cum extenuatur aut ſit rotuoda. Deglutitio igitur & vox & columellæ indicabant illos ægrotare,quamuis febre & aliis vacareot malis,niſi quòd aliquibus aderant febres leoes, & aliis tumores ſcilicet iuxta loca dicta, nam cum antea dixiſſet: *& collum forinſecus cauitatem habebat*: liquet quod compreſſa intus vertebra tumor erat in parte ioteriore iuxta fauces: Hi tamen minores non computantur inter illa, neque ſub his verbis.

Nullum grauius malum: non enim erant grauiora mala: ſed neque febris, quoniam pleriſque noo aderat, & quibus aderat iis erat leuiſſima. Tria ergo erant generalia,& maxima mala io his, io quibus vertebra erat interius laxata. Glutitio impedita ob fauces inflammatas: vox læſa ob muſculum ſuperius dictum, qui laryngem trahit implantatum gulæ & ideo ioflammatum: Et columellam liqueſcentem ob homorum acriom fluxionem, vt dicebat Galenus exponendo locum: Hucoſqoe locutus eſt de his qui ſanari ſunt. Et eſt mirum, quod oumeratorum nemo perierit; eorum autem quos ſubiecit nemo ſit ſeruatus. Signum autem fuit cauitatem extra ſeu tumorem intus fuiſſe rectum io ſanandis: ad latus autem in morituris.

TEXTVS XXXVI.

QVi verò tumores ad alteram partem vergentes habebant, hi vnde verticula inclinata fuerunt, iſtuc reſoluebantur. Atque inde ad alteram partem diſtrahebantur.

COMMENTARIVS.

Clara eſt per ſe ſententia, ſi quis verba reſpiciat. Proponamos ad dextram partem vertebram fuiſſe luxatam, ea in parte fiebat reſolutio, in ſiniſtra autem diſtrahebantur & tendebantur. Quod quidem cum neceſſe ſit, non eſt cur fiat dicam: principio enim diſtracto verſos dextram, diſtentio oritur in ſiniſtra. At verò cur non in ſiniſtra etiam potius reſoluerentur, quàm in dextra: ſæpe enim id ex vſu eſt vt ſupra docuimus, tempeſtiuum eſt dicere. Contingit ſimiliter, vt ex vulnere in dextro latere ſyderetur pars ſiniſtra. Et in hoc caſu non debemus dicere, ſicut multi dicerent, quod reſolutio ſit io parte læſa,quia tumor ſit io dextra parte: imo pars læſa & quæ diſtenditur eſt ſiniſtra. Et mihi videtur iam clarum voum, quod eſt ſimile illi de vuloere: cum enim vulnus eſt in dextro latere, abſceſſus etiam fit in dextro latere: quare attractio ex dextra parte, igitur diſtentio in ſiniſtra. Sed cur ſi diſtentio eſt io ſiniſtra, nihilominus reſolutio eſt in dextra. Et ſententia in hoc Principis videtur coottaria opinioni Pauli, qui cenſet in canina reſolutione, quæ in facie videtur, partem reſolutam eſſe illam, quæ non procidit, ſed ſana videtur. Sed de hoc in contradictionibus; nunc ſatis ſit oſtendiſſe reſolutione fieri in parte ægra tumoris ſcilicet: eos verò qui ex vulnere ſyderati ſunt,non reſolutos ſed diſteotos eſſe. Ergo in his vtraque pars erat ægra, & ad quam loxatio fiebat,inflammatis muſculis, atque trahentibus vertebram cum tumore ioxta faoces, & ex qua fiebat luxatio attractis oeruis. Porrò cum inflammatio eſſet io parte tumoris, materia illa infuſa per neroos effecit reſolutionem, non ergo ex compreſſiooe vertebræ.

TEXTVS XXXVII.

ERant autem hæc in facie maxime conſpicua, & in ore & interſepto iuxta gurgulionem. Sed & maxime infernè pro ratione immutabantur.

COMMEN

COMMENTARIVS.

Hæc autem maximè conſpicua erant ideſt Paraplegia & in palato, quod ipſe os vocanit, & in gurgulione. Afficiebantur autem hæ particulæ, propterea quòd pars neruorum tertiæ coniugationis dorſalis medullæ, miſcetur cum parte eorum qui à tertia cerebri coniugatione feruntur, atque diſtribuuntur. Conſequenter igitur cum tertia coniugatio neruorum dorſalis medullæ afficitur, etiam partes hæ neceſſario afficiuntur. Primum quidem oportet intelligere, quid dicat; deinde videre, quorſum hæc ſcripſerit. Galenus *ſextodecimo de vſu partium cap. 2.* docet partes noſtri corporis alias ſenſu multo indigere, hiſque datos neruos molles: alias motu magis quam ſenſu, hiſque datos duros neruos: alias vtroque, hiſque ambo genera. Idem *in paulo poſt*, & in *octauo libro cap. 8.* docet neruos duros à ſpinali oriri medulla, molles autem à cerebro, maximè anteriore cerebri parte. Vbi ergo mediocri motu ac ſenſu opus eſſet, ſufficiebat neruus mediocriter durus, velut ex cerebello ortus: at vbi oportebat particulam vigere exquiſito ſenſu atque valido motu, ibi opus erat vtrumque genus neruorum iungere. Nerui ſiqoidem tertiæ coniugationis cerebri mollium cognomen meruere, quod neruis primi ſecundi & quarti paris ſint molliores *libro de neruis.* Hi ergo ori impartiuntur, quod os guſtu prædium ſit, & oporteat diligenter omnia minima percipere: quapropter nerui tertij paris cerebri illi dati ſunt: quòd autem oporteret illis etiam immiſceri neruos ex tertia coniugatione ſpinæ, ideſt qui inter ſecundam & tertiam illius vertebram oriuntur, vt ibidem habetur, palam eſt ob motus validos linguæ & mandibularum: non tamen ibi huius meminit miſſionis. Quinque enim motus ori Galenus præbet *Quarto Anatomicarum aggreſſionum:* vnum aperiendi, alium claudendi, tertium mandendi: Quartum buccas inflandi; quintum labiorum, qui duo maxilla inferiore quieſcente, etiam fiunt; nam maxilla inferior ſola mouetur in pleriſque animalibus, vt neſciam præter crocodilum & pſittacum, qui partem ſuperiorem oris moueat. Veſalius autem libro quarto docet, quomodo neruus hic à cerebro exoriens duplex ſit, maſſeteriſque gingiuis linguæ labiis, temporalibúſque muſculis, vtrique mandibulæ inſeritur, ideóque pro duobus paribus computari poſſit: idem tamen in illius hiſtoria non meminit, quod nerno ſpinæ miſceatur. Sed paulo poſt tertium ſpinalis medullę propagine poſteriore miſceri, buccas mouent muſculo; ſed illum non dicit neruum illum tertij paris excipere. Sed neque in fine libri meminit horum neruorum. Sed & illud parùm neceſſarium fuit docere hanc miſtionem: ſufficiebat enim oſtendere oris partes à neruis moueri ſecundæ aut tertiæ vertebræ colli. Ideo oon de reſolutione, ſed tumore ſunt intelligenda.

TEXTVS XXXVIII.

CÆterum reſolutiones leuiter ſideratorum modo, non per totum corpus fiebant, veluti ex aliis, ſed vſque ad manum, ab anginoſa affectione. Atque hi & matura expuebant, eáque pauca ac difficulter.

COMMENTARIVS.

Paraplegia ioquit *non per totum corpus fiebant*, ſicuti ex aliis cauſis, quando ad dimidium dorſalis medullæ dorſalis obſtructio fit: ſed vſque ad manum in ea parte, in qua angina erat. Scimus enim manum ab extrema ceruicis vertebra, dorſique principio neruos ſuſcipere. Hi verò expuebant incocta, & parum: vix expuebant quidem, quod ichor à tumore tranſudabat: concocta verò, quòd tempore deinceps natura regebat ipſa, atque ornabat. *Parum vix autem* (Græcè βραχυμόγιν) hoc eſt cum violentia & conamine; vel quia ceruix conſtringeretur, vel quòd eius motrix facultas, imbecilla reddita eſſet. Sed non exponit verè cauſam quare non totam occupauerit partem; at id maximum nobis præbuiſſet atque vtiliſſimum documentum. Cum enim impedita ſpina in ſuperiore parte, nihilominus inferiores mouentur & ſentiunt; indicio eſt vel non transfundi vim eam à principio ideſt cerebro in ſpinæ medullam facultatem eam, quod eſſe non poteſt: aut reſolutionem illam fuiſſe tantum ex læſione neruorum, non medullæ atque id confieri neceſſe eſt. Vnde verò nerui oriantur, hic non eſt diſputandum, ſcilicet an rectè dicat Galenus in hoc: ſolum ergo ex demonſtratis nuper: id aliud ſequitor, quòd ſi non in ſpinali medulla noxa fuit, non ſolam ſecundam vertebram loco motam eſſe, ſed omnes quæ in collo erant; initio tamen facto à ſecunda. Quod etiam minus malum eſt atque pernicioſum, ſi plures vertebræ ſimul luxentur quàm vna tantum, vt *in libro de Articulis.* Sed non erat perſpicua luxatio, niſi in ſecunda vertebra. Cur autem concocta; quia materia tenuis fuit & pituitoſa, nec mala multum, ſaltem quæ à natura vincebatur. Cur autem ægrè educeretur, multæ poterant eſſe cauſæ: ſcilicet anguſtia loci, reſolutio & diſtentio muſculorum.

TEXTVS

Digitized by Google

TEXTVS XXXIX.

QVibus autem in rectum tumor tendebat, excocta expuebant.

COMMENTARIVS.

Quibus verò æqualiter vergens erat tranſpnſirio, ij ſine labore expuebant. Cum enim nulla ipſis eueniſſet reſolutio, facultatem imbecillem non habebant. Galenus potius rem declarat, quàm verba. In textu enim ſuo ſolum habetur (*hi expuere poterant*). Cornarius itidem *expuebant*, Græcè ἀνέπτυον. Omiſſis verborum ambiguitatibus, cauſa quod melius hi expuerent, duplex erat: Prima quam Galenus in commento aſſignat, quia non erant partes oris adeò reſolutæ, neque debilitatæ, vt in his quibus vertebtæ in latera luxatæ erant: ſecunda quoniam hi neque diſtendebantur. Superius enim declaratum eſt, quod reſolutio hæc cum diſtentione coniuncta erat. Poterat & tertia addi, quòd materia illa cum minus morbo laborarent, melius eſſet elaborata, & excocta, & ideò facilius expelleretur. In vniuerſum hæc particula eſt quaſi interpoſita continuæ narrationi, nam hic loquitur de his, qui ſanitati reſtituti ſunt, quorum morbus ſi debuit procedere in melius, oportuit vt non ſolum quod expueretur concoctum eſſet, ſed & multum, & facile educeretur: multitudo enim ſputi eſt ſignum facilitatis ſpuendi, ſicut facilitas eſt cauſa multitudinis. Dicebat Hippocrates, *ſecundo Prognoſticorum: ſcreatio ſi bona eſſe debet, cito promptéque vt ſcreetur, neceſſe eſt.* At ergo quod cito & promptè, idem etiam facile fit. Quocirca tales ad ſanitatem tendebant. Fieri enim poteſt in affectibus partium ſpiritualium, vt naturalis facultas vincat & concoquat, ob imbecillitatem tamen animalis facultatis intereat. Hi igitur habebant & ſatis validam animalem facultatem, atque ideò ſeruabantur vtraque facultate ſatis incolumi. Poſſe enim bene ſcreare in huiuſmodi caſu, tripliciter ſalutis ſpem augebat, & quod facultas animalis eſſet validior, quæ aërem cum impetu concutit, & quod membra ei facultati ſeruientia minus læſa eſſent; nec diſtenta, nec reſoluta: Demum quod ſputi retentio per ſe ſola auget ſpirandi difficultatem; illa febrem, & ſputum reddit craſſius, ac magis lentum, *Primo de victu in Acutis. text.* 37.

TEXTVS XL.

QVibus verò etiam cum febre; hi multò magis & difficulter ſpirabant, & aliena loquebantur, & venæ his magis eleuatæ.

COMMENTARIVS.

Febre nimirum fundente impactum ſuccum; at primo quidem difficulter ſpirabant, propter febrem. Poſtea verò quia refrigerari volebant infeſtante febre; humidum autem confuſionem ſuſcipiebat, & circa os colligebatur, ſaliuamque fundebant. Nam cum natura infirma eſſet, ornatus quoque corporis & gubernatio negligebatur. Venæ autem elatæ erant, ob febrem, multis ſubortis vaporibus. Omittitur in hac expoſitione præcipuum, ſcilicet, quod hæc verba non ſunt referenda ad præcedentem textum: ſcilicet vt loquatur de his, quibus tumor rectus erat, nam hi vt viſum eſt ſuperius, omnes ſeruati ſunt, licet aliqui citò, aliqui circa quadrageſimum diem, aliqui multo poſt: at hi perierunt, & maximè cum dixit; *& pedes omnibus quidem erant frigidiſſimi, maximè autem his.* Vt ergo à verbis illis *Qui verò tumores* ad alteram vſque in finem ſit continuus præterquam præcedens textus, qui parentheſi poteſt deſignari, atque ita clara erit ſententia, ac omnino dubitationis expers. Delirabant igitur hi, quoniam cum vapores & materia ad caput tenderent, vt infra oſtenderur, & morbus eſſet lethalis, conuenit vt delirarent. Quomodo enim materia delata ad ſuperiores partes, & natura non euicta, peribit æger at non erit euicta, ſi manebit ratio. Eſt autem hoc minus *aliena loquebātur*, quàm *delirare*: nam *delirare* eſt ſępe *aliena loqui*, ſemper autem inſania aut furor: raro autē dicimus illum *aliena loqui*. Neque enim erat materia calida & ſicca, vt viſum eſt ſuperius, ſed ſuccus pituitoſus: ideo ſolum interdum aliena loquebantur. Huiuſmodi delyrij genus magis accidit ſenibus, ſed & eis magis eſt exitialis. At Galenus hoc non habuit in textu: ob id ne mireris de illius expoſitione, ſed eorum loco, *Et inter loquendum excreabant*: quorum verborum rationem reddit in commento.

TEXTVS. XLI.

ET pedes omnibus quidem frigidiſſimi erant, maxime autem his.

COMMENTARIVS.

Et pedes quidem omnium erant frigidiores maximè verò horum. Omnium quidem, propterea quod vt oſtenſum eſt & ratione & experimento, infirmorum pedes ſemper ſunt frigidi: horum verò præcipuè, cum calidum innatum à febre diriperetur, & præ imbecillitate non poſſet ad extrema vſque peruenire. Ob id recti ſtare non poterant, ideſt ambulare, ac conſueta munia peragere. Et quia omnes quidem obierunt; ſed alij ſtatim, alij poſterius, inquit, qui non ſtatim moriebantur, rectè ſtare non poterant. Non omnium quidem laborantium pedes frigidi ſunt: quid enim abſurdius: ſed neque lethalibus laborantium morbis. Sed ſi cum hoc maximè ſuperiores partes incaleſcant; hoc autem ſuperius docuit cum dixit quod tempora incaleſcebant, & venæ capitis intumuerunt. Vt ergo pedes frigidi valde ſint, duo ſunt neceſſaria: ſcilicet vt calor ſurſum feratur, & vt morbus lethalis ſit: nam ſi morbus lethalis non fuerit, licet calor ſuperius feratur, non tamen tantus, vt frigidas extremas partes relinquat: aut ſi non feratur ad ſupernas partes, licet lethalis ſit morbus, velut in hecticis, caleſcunt tamen inferiora etiam. Refrigerantur etiam extrema in febribus, periodum ſeu circuitum habentibus. Cur autem frigidiores adhuc eſſent pedes febricitantium, rationem quandam abſurdam Galenus (ſi modo Galeni eſt illa additio) adducit, dicens quod calor naturalis à febre diripitur. Hic modus loquendi non ſolum eſt Galeno inſuetus, ſed etiam ab eodem reprehenditur, cum ſit obſcura elocutio. Imò generaliter febricitantium pedes ſunt calidiores, niſi quid præcipuum obſtiterit: quod ſi vera eſſet illa ratio, eſſet communis quidem ratio vera, ſcilicet pedes febricitantium frigidi ſunt, & exceptio hoc modo, niſi quid obſtiterit. Non ergo eſſent per ſe calidi pedes in febre. Neque illud verum eſt, quòd præ imbecillitate in febribus frigeant pedes, niſi ſint quam proximi morti: ſed frigent aut ob naturam morbi violenter trahentis calorem ad ſuperiora: vel ob extinctionem caloris naturalis, qui eſt alius à viribus: nam in ſenibus eſt hæc frigiditas pedum, & perſæpe abſque virium imbecillitate: vel ob dolorem, vel ob motum materiæ ad intima, vt in acceſſionibus febrium: vel tranſmutato ſanguine in alium humorem, qui actu calidus eſſe non poteſt. At in hoc caſu pedes febricitantibus frigidiores erant, quoniam morbus erat lethalior, & ad ſuperiora magis tendebat: at hoc verum eſt in his ſolum, in quibus iam ſua natura eò morbus tendit vt hic.

TEXTVS XLII.

ET hi ad erectè ſtandum impotentiores erant.

COMMENTARIVS.

Hic ex quatuor quintum infert: Quibus in obliquum facta eſt reſolutio, his ſyderationes contigere; quibus verò etiam febres, iiſdem etiam pedes erant frigidiſſimi: atque hi minus ſtare erecti poterant. Primum quòd febris perculit caput, & attonitum magis reddit hominem, cum cerebrum ſit frigidi temperamenti & humidi: febris autem exſiccat illud atque calefacit. Vnde etiam ad vigilias fiunt magis proclines. Secundo quia cum pedes eſſent frigidi, calor naturalis & maximè circa illas partes imbecillior erat, & ad regendum artus impotentior. Tertio quia facta reſolutione, nunquam & maximè ex ſpinali medulla reliqui nerui proprium robur retinent, ideo his tribus cauſis erant ad ſtandum impotentiores.

Et nota quòd hic textus habet vim exceptionis, quaſi reliqui ſtare poſſent. Sunt ergo morbi, in quibus ægri non poſſunt ſtare, & tamen ſuperuiuunt: plerique tamen moriuntur magis: Et in quibus poſſunt ſtare, & tamen moriuntur, minus tamen quam ſi non poſſint ſtare. Ergo non ex defectu neruorum, non poſſunt ſtare ægri, ni magnus ſit in vniuerſali reſolutione: neque ex defectu virium, quoniam multi ab initio cum adhuc vires debilitatæ non ſunt, ſtant, ſed ob cerebri aut cordis magnam læſionem: vbi enim vnum horum læſum vehementer eſt, non poteſt homo ſtare. Vnde *libro de capitis vulneribus* Hippocrates quatuor ſigna proponit læſionis in capite: ſoporem, vertiginem, tenebras & caſum. Similiter ex læſione cordis magna, ob ſpirituum contractionem aut reſolutionem homo cadit: Et tunc eſt lethale ſignum: iecur autem non eſt cauſa huius, & tamen læſio eius eſt cauſa, quòd morbus ſit lethalis. Ideò cum febris vehemens adeſt ob cordis & cerebri læſionem, homo ſtare non poteſt, & tamen ſuperuiuit: contra ſi febris parua ſit, & cauſa potens, ſtare poterit, & morietur: aliqui ergo cum ex his ſtarent, & tamen perirent, non videbantur perire cerebri vitio. Sed neque ex ſtrangulatione, cum non ſtatim perirent: nec ex ſola prauitate materiæ, nam etiam in recta luxatione interijſſent. Exiſtimandum eſt igitur propter cauſam, ſcilicet materiam prauam cum corruptione medullæ dorſi propter obliquitatem.

TEXTVS

Digitized by Google

TEXTVS XLIII.

ET quidam non ſtatim moriebantur. Quos autem ego noui, omnes mortui ſunt.

COMMENTARIVS.

Nil mirum : dicebat enim Princeps *ſecunda Tertÿ cap. 2. in fine : & paralyſis eueniens ex luxatione ſpondylium mortifera eſt ſecundum plurimum.* Et nos ſuperius cauſam aſſignauimus. Sed Galenus interpretatur nullos ſtare potuiſſe, at non ſic eſt. Quibus enim luxatio recta fuit, hi ſtare poterant: quibus autem obliqua, parum poterant rectè ſtare, ſed minus qui febricitabant, vt dictum eſt. Cur ergo aliqui ex his ſerius, aliqui citius ſint mortui, hoc ex his ſumendum, quæ mortem afferunt; ſcilicet morbus, ſeu morbi cauſæ, morbi ſymptomata, morbi vires & cura. Ex morbo quidem, quoniam quibus luxatio magis obliqua fuit, quique maiori angina laborarunt, quia minus glutire poterant, ideò & vires debilitabantur magis, & humores corrumpebantur, & qui maiore febre: Ex cauſa morbi, quorum materia fuit peior & abundantior: ex ſymptomatibus; quibus pedes fuere frigidiores calore naturali magis reſoluto, & cum præternaturali ad ſuperiora magis tendente: Ex virium ratione; fœminæ ſenes vel infantes imbecilles in ocio educati, aſſueti plurimo cibo, & hi quibus minus ſecundum naturam congruebat morbus: Ex cura quibus non adhibita fuere auxilia opportuna aut ſerius, hi celerius mortui ſunt, contra verò tardius. De his autem auxiliis loquetur *in ſexto libro.* Hæc igitur eſt conſtitutio epidemia quæ contigit. Sed non eſt adiectum, quòd præceſſerit, cum Hippocrates non adfuiſſet: ob id in ſequenti docet conſtitutionem, ne hic incuria illam prætermiſiſſe videretur. Alios etiam morbos peruagaſſe credendum eſt, ſed adeò paucos, & ſecundum naturam, vt pro ſporadibus omitti potuerint.

Cætera deſunt.

TRACTATVS
DE
EPILEPSIA.

...... & ſic fit conuulſio. Rectè itaque dicitur morbus iſte eſſe conuulſionem & ſpaſmum. Dicitur ſecundò eſſe conuulſionem, at non perpetuam, quoniam quatuor ſunt genera conuulſionis ſeu ſpaſmi *in libro de differentijs ſymptomatum*. Alij enim dicuntur ἐμπροσθότονοι, qui ſunt illi ſpaſmi, cum noſtra ceruix vergit erecta ad partes anteriores: alij ὀπισθότονοι, cum partes poſteriores, id eſt retro; alij τέτανοι cum & ad anteriores & poſteriores, ceruix ſtat erecta; quartus eſt morbus comitialis. Tres omnes conuulſiones ſuperiores, ſunt continuæ & perpetuæ, ſola Epilepſia non eſt perpetua: modò enim illi qui capiuntur hoc morbo, contrahunt manus & crura, modò extendunt, modò rurſus extendunt, & modò contrahunt. Dicitur tertiò cum læſione mentis, id eſt rationis & ſenſus interioris, & ſenſus id eſt ſenſuum exteriorum. Et hoc ad differentiam aliquarum conuulſionum, quoniam in alijs non perditur neque ſenſus exterior, neque interior.

Sed ita diffinitio, quæ eſt trimembris (habet enim tres particulas) videtur deficere, quoniam quando tu dicis; *Epilepſia eſt conuulſio*, ego dicerem, quod reuerâ debet dici, quod nulla operatio bona dicitur eſſe morbus: ideo dicimus, quod propriè iſte morbus non eſt conuulſio, ſed tamen eſt accidens ad quod ſequitur iſta conuulſio, non quod morbus ſit conuulſio, ſed eſt illa obſtructio ventriculorum cerebri, ad quam neceſſariò ſequitur conuulſio. Secundò dubitatur, quomodo cum ſit non perpetua, differat Epilepſia ab alijs conuulſionibus, quoniam aliæ etiam modò magis, modò minus conuellunt; dico quod (licet in illis tribus aliquando ægri minus bellè, aliquando magis ſe habeant, tamen ſemper remanet aliqua conuulſio, & in Epilepſia modò contrahunt, modò extendunt crura & manus. Hic videtur eſſe diſcordia inter Auicennam & Celſum & inter Galenum, quoniam Auicenna dicit aliquando Epilepſiam eſſe abſque vlla conuulſione ſenſata. Celſus non dicit, quòd aliquando coincidunt cum conuulſione, aliquando non. Galenus non vult, quod ſemper ſit conuulſio, quoniam in diffinitione includitur. Dico ad hoc quod Galeni ſententia eſt expreſſa, vt ſemper neceſſariò ad Epilepſiam ſequatur conuulſio; tum in eo Aphoriſmo Hippocratis, vbi dicit, *iuuenes facillimè mutatione ætatis liberari ab hoc morbo*; tum alibi, vbi expreſsè dicit, quod *Epilepſia & apoplexia habent eandem materiam*: & in eodem loco differunt, quoniam in comitiali remanet motus ille conuulſionis; in apoplexia & morbo attrito remouetur omnis motus omnino. Ergo vult Galenus, quod de neceſſitate ad Epilepſiam ſequatur iſta conuulſio. Quo ad Celſum & Auicennam, imaginor, quòd ipſi non loquantur de Epilepſia verè & abſolutè: antequam enim aliquis incurrat in veram Epilepſiam, prius concidit; aliquando morbo quodam, qui eſt præuius ad veram Epilepſiam, & tunc poteſt accidere, vt non ſit conuulſio, quomodo dicunt illi, attamen neque erit etiam vera Epilepſia: antequam enim in cerebro ſit collecta materia ſufficiens, bene concidunt, & non conuelluntur, & hunc morbum apud Galenum iſti vocant etiam Epilepſiam. Qua de re concludimus, quod ſecundum Galenum, Epilepſia completa & abſoluta eſt omnino cum conuulſione.

Sed quomodo fit iſta conuulſio? Dico quod fit altero duorum modorum: vel quoniam materia eſt in cerebro, quæ imbibitur in neruis, qui nerui dum dilatantur per latum, conſtringuntur per totum longum, vnde ſequitur quod totum cerebrum etiam conuellatur & contrahatur, ad cuius conſtrictionem ſequitur, quod ventriculi obſtruantur, & virtus motiua & ſenſitiua non poſſit tranſire, ſed remanet ſolummodo motus ille conuulſiuus: Vel fit ſecundo modo iſta conuulſio, quoniam ab aliqua parte noſtri corporis eleuatur aliquis malus ſpiritus, qui ſua venenoſitate lædit cerebrum; cerebrum ſentiens ſe lædi conſtringitur, vt poſſit melius expellere ſpiritum illum noxium, ad cuius conſtrictionem ſequitur vniuerſalis conuulſio totius corporis. Quomodo enim illi qui ſaltant, prius colligunt ſe, vt valentiores ſint; ita etiam facit cerebrum, vt melius poſſit expellere rem ſibi inimicam

& aduerſam, ſeſe colligit. Sed hic eſt dubiom ſuper Auiecnnam, qui videtur aduerſari Galeno: dieit Auicenna quod Epilepſia eſt ægritudo prohibens ſenſationem non tamen integrã, ſicot obſtructio. Galenus non dicit, quod nec vident, nec aliquo ſenſu omnino ſentiunt, quo tota virtus eſt deperdita. Certè cerebrum ideo ſeſe coottahit & conuellit, quoniam ſentit aliquam rem noxam, & quia hoe ſentit, ideo oon poteſt dici, quod omomo deperdita ſit omnis vis ſentiendi; quando enim ſentit nocumentum, quomodo ij qui punguntur digito, ſe contrahit: quare oon eſt integra ſenſus deperditio.

Sed quid dices de hoc qui iacet ſine ſenſu & nibil prorſus ſentit? Saluo Auicenna hoc modo, quoniam hic non eſt neceſſarium quod ſit facta obſtructio integra & complera, neque tranſijt tota virtus ſeotiendi: dico euenire hoc quomodo de luce ſolis, quoniam intercluditur nobis interpoſitione nubium, certè non obſtruunt omnioo ſolem, ſed tamen impediunt nobis locem ſolis. Vt ergo concludamus omnia quæ diximus: *Morbus comitialis eſt obſtructio, vel ab humorum, vel à vapore cerebri ſeſe contrahente, vel aliquam rem noxiam ſentiente, ad cuius contractionem omnia membra contrahuntur, & perdunt ſenſus, & motum voluntarium: Et talis contractio non eſt perpetua, ſed per interualla:*

Habita cognitiune morbi comitialis quo ad nomen, & quo ad rem, in præſentia deoeniendum eſt ad genera ipſius, vt poſſimus cognoſcere, quænam & quot ſint ipſius diuerſa geoera. *In tertio de locis affect.* tria dicit Galenus eſſe genera Epilepſiæ: primum quod vocatur per eſſentiam, quaodo illa materia quæ facit morhum, continetur eſſentialiter in ipſo cerebro, & hoc genus morbi eſt illud quod euenit vt plurimum, & quod difficillimum eſt curatione. Secundum genus eſt quando ab ore ſtomacbi eleuantur ſpiritus quidam mali, qui ſtimulant cerebrum, & ipſum faciunt ſua malignitate contrahere. Tertium genus rariſſimè accidit, & ego tantum vidi ſemel, quoniam ab aliqua parte corporis vt à crure aſcendit vapor, vt aura quædam frigida, quæ tangit cerebrum, & facit eum ſeſe contrahere, & eſt differentia inter hoc tertium genus & ſecundum. Quoniam hoc tertium ſentitur, ille aſcenſus per partem poſt partem: in ſecundo nihil ſentitur, & dicit Galenus ſe in duobus vidiſſe hoc accidiſſe; in puero quodam, & in alio, qui ſentiebant eleuari à crure, & tranſire per femur, poſtea per humeros, & taodem tangere cerebrum, & ſtatim contracto cerebro concidere. Vnde inferebat Galenus hoe eſſe vel qualitatem multiplicatam, vel vaporem peſtiferum, quam vt expellat cerebrum contrahitur. Neqne hoc alicui mirum debet accidere, cum ex paruo ictu ſcorpionis paulò poſt totum corpus contrahatur; & fiunt effectus ſæuiſſimi, etiam quod res ſit parua. Vnde concludit quod in hoc tertio genere eſt quidam vapor, qui ſua venenoſitate læderet cerebrum; vt autem poſſit illum expellere, ſeſe contrahit. Paulus dicit ſe vidiſſe etiam ab vtero impregnante aſcendere ſimilem vaporem. Auicenna autem dieit aſcendere à ſtomacho, à ſplene, à manu & à multis alijs partibus: ſed malè intelligunt, qui huc modo intelligunt: ipſe intelligit de ſecundo genere non de tertio; in iſto tertio ſentitur illa quædam aura frigida, in illo ſecundo de quo loquitur Auicenna nihil ſentitur. Ego verò vidi eum à quo eleuabatur ille vapor à digito magno pedis, & ſi ligaſſet tibiam nihil mali ſentiebat.

Habitis huc vſque nomina, & definitiunem, & genera morbi comitialis, reſtat modo vt ad cauſas deueniamus. Galenus *ſecunda parte Aphoriſ.* 14. dicit ab eodem humore fieri Epilepſiam & apoplexiam, *& 3. loco affec. cap.* 7. dicit hunc morbum fieri ab humore frigido, & craſſo, & pituita ſcilicet craſſa, & melancholia, *Item. 5. par. Aphoriſ.* 78. A ſanguine & à bile poteſt ſic fieri; dico quod loquendo de Epilepſia in primo genere ſcilicet de ea quæ fit per eſſentiam in capite, oon poteſt fieri niſi ab his duobus humoribus pituita craſſa, & melancholia, alio verò genere poſſunt etiam à bile, & à ſanguine: quemadmodum in ſequenti lectione melius declarabimus.

LECTIO V.

Diximus in præcedẽti lectione tria eſſe genera morbi comitialis; vnum quod eſt in capite per eſſentiam; alter quod ex læſione ſtomachi: Tertium ex aura, vel vapore ex aliqua parte corporis aſcendente ad cerebrum: De primo diximus quod eius cauſa erat materia craſſa, frigida, in ventriculis cerebri detenta ex humore vel phlegmatico, vel melancholico; alia genera fiunt abſque dubio, non ab aliquo humore, ſed à vaporibus aſcendentibus ad caput. Addimus modo quod licet Epilepſia per eſſentiam fiat, tum à pituitoſo humore, tum melancholico, nihilominus magna ex parte & vt plurimum fit à pituitoſo; Et Auicenna dicit quod oues maximè patiuntur morbum hunc: Et ſi quis anathomizet eas, reperiet in ventriculo cerebri multam quantitatem pituitæ, & citat Hippocratem *in libro de morbo ſacro.* Appellabant enim veteres morbum hunc etiam morbum ſacrum eò quod exiſtimabant eum eſſe diuinũ; & auxilio tantum diuino poſſe curari; non cum aliqua medicina, ſed ope diuina taotummodo. Vnde Hippocr. ſeu potius author illius libri quicumque is fuerit, hoc eſſe falſum demonſtrat, eſſe hunc morbum quemadmodum alios, vt ſcilicet auxilio medici

poſſit curari, nihilque plus in ſe diuini habere, quàm habeant omnes alij morbi: Et quanquam Plin. *lib.* 10. *cap.* 23. aſſerat ſolas cothurnices hoc capi morbo, tamen ſecundum ſententiam Hippoc. & Auicen. etiam omnes corripiuntur hac ægritudine. Quod autem iſte morbus, de eo quod eſt per eſſentiam loquendo, veniat ab humore craſſo, adducit Galenus hanc rationem: *ſubitò venit, & ſubitò recedit, ergo ab humore craſſo tantum*; & declarat, quoniam ſi procederet à mala qualitate, neceſſe eſſet vt illa qualitas imprimeret; vt autem eſſet impreſſa, non poſſet ſubitò remoueri, quomodo remouetur iſte morbus manifeſtiſſimè, ergo non poteſt procedere ab aliqua qualitate, id eſt à mala temperatura, quoniam mala temperatura, non ita ſubitò poteſt remoueri: neque etiam poteſt hac ratione procedere morbus iſte ab humore ſubtili, quoniam non poſſet ſubitò facere repletionem in ventriculis, atque adeo repentinam. Itaque quoniam ſubitò venit, & ſubitò recedit non poteſt eſſe niſi humor craſſus, qui humor quando aduenit, aduenit & morbus, quando recedit, & morbus ſtatim recedit: Auerroës 3. *Coll. cap.* 45. ſumit hoc aſſumptum, & probat oppoſitum: quia citò venit & citò deſinit, ergo ab humore ſubtili tantùm. Ratio hæc eſt quoniam omnes morbi longi fiunt, quomodo patet, ab humoribus craſſis; iſte citò recedit, ergo à ſubtilibus. Et imaginatur Auerroës vt ſit quaſi de illa aura, & eleuatur in cerebro ab aliqua materia vapor quidam, & lædat cerebrum; & hac de cauſa contrahatur, & fiat conuulſio, vnde ipſe infert: *quoniam ille vapor citò & ſubitò reſoluitur; ergo eſt à vapore, & non à materia.* Soluendo Galenum, reſpondeo ad huc, bene verum eſſe, quod humores craſſi & viſcoſi, quando faciunt morbos dependentes ab eis, vt opus ſit concoctione, adducunt morbos longos, ſed quoniam continentur in aliqua vacuitate vt in ventriculis cerebri, & producunt obſtructionem; & modo adueniunt, modò recedunt mutando, ſed de loco ad locum, tunc non eſt neceſſe vt morbi ſint longi. Ratio eſt: quoniam non eſt neceſſe, vt concoquantur; ſi neceſſe eſſet vt in eo loco vbi ſunt concoquerentur, bene euenirent morbi longiſſimi; quando verò ſuo aduentu faciunt morbos, & citò recedunt, quoniam expelluntur non concoquuntur, fiunt morbi breuiſſimi.

Sed dicet quis etiam, quod Galenus poſſit reſpondere, nonne etiam Auerroës poſſet defendi? dico quod vtraque pars poteſt defendi, & nulla poteſt conuinci: nam pro Auerroë poſſemus dicere, quod ratio Galeni non valet, quoniam fatemur quod ſubtilis humor non replet, ſed bene facit hoc nocumentum quaſi erat de illa aura, non quod aër & vapor ille impleat, ſed ſolum inficit atque impedit virtutem ſenſitiuam, & motiuam. Contra Auerroëm rurſus poſſemus dicere, vnde eſt quod aliquando terminatur iſte morbus in paralyſim: ſi conuertitur in paralyſim? & paralyſis eſt morbus quoniam aliqua materia tranſmittitur ad venas, ergo iſte morbus comitialis procedit à materia non à vapore tantum: Reſponderet Auerroës dicendo, quod cum illo vapore eſt ſemper aliqua materia coniuncta, & ſic vtraque opinio poteſt defendi; tamen quia medicus eſt artifex ſenſitiuus, & aliquando fit huius morbi terminatio ad paralyſim, quod indicat proueniſſe à materia aliqua, adeo medicus quoniam videt hoc ſenſu, potius debet exiſtimare quod proueniat à materia, quàm à ſolo vapore; & præſertim cum eadem ſit cura omninò, & eiſdem medicamentis opus ſit, veniat ne ſemper à vapore; quemadmodum Auerroës, an aliquando etiam à materia quemadmodum Galenus.

Sed dicet quis, iam declaratum eſt quod licet iſte morbus proueniat, tum à pituita, tum à melancholia, tamen magna ex parte prouenit à pituita, quod dices ad illam authoritatem Hipp. 6. *Epid. cap.* 8. vbi vult quod melancholici magna ex parte fiant Epileptici, & Epileptici melancholici, ſed melancholia, id eſt mania, morbus ille fit à melancholico humore quomodo etiam comitialis magna ex parte fit ab hoc humore atrabilioſo. Ad hoc poſſet primò dici, quod Hippocrates loquitur hic tantum de ea Epilepſia, quæ fit ab humore melancholico; ſed hæc reſponſio non eſt vera, quod rarò euenit vt melancholici fiant Epileptici: Ideo dico ego aliter, ſunt hic tres diſpoſitiones, melancholia, qui eſt morbus quoniam homines inſaniunt, & Epilepſia duplex; tum ea quæ fit ab humore phlegmatico, tum ea quæ fit ab humore atrabilioſo. Et nihil aliud ſibi vult Hippocrates in ea ſententia, quàm quod ex illis tribus diſpoſitionibus duæ tantum inuicem mutantur, reliqua non mutantur, Et quoniam duæ ſunt magna pars trium, igitur rectè dicitur magna ex parte, & hoc patet in littera Græca. Eſt aduertendum ſecundam partem illius dicti Hippocratis, *ſi repit in corpus* id eſt *ſi recipitur in ventriculis cerebri*; *ſi repit in mentem*, id eſt *ſi alterat temperaturam cerebri*, quoniam hæc eſt ſententia Galeni qui ait: *aut eſt temperatura, aut neceſſario ſequitur temperatura.*

Dubitatur præterea quoniam dictum eſt fieri Epilepſiam ab altero duorum humorum; atrabile, & pituita; numquid etiam à ſanguine, numquid à flaua bile? Galenus clariſſimè locutus eſt prouenire ab humore frigido, & craſſo, loquendo de primo genere, quod per eſſentiam in capite appellatur. Auicenna videtur dicere oppoſitum; qui bene dicit magna ex parte fieri ab his duobus, tamen nihil prohibet, quod aliquando à ſanguine, aliquando etiam à bile. Conciliantur iſti duo viri hoc pacto, quoniam re vera licet primum

mum genus proueniat ſolummedo à duobus illis; melanebolia, & pituita; tamen reliqua duo genera proueniunt etiam à ſanguine, & à bile, non quod illa materia repat ad cerebrum, & ab illis materiebus eleuantur vapores mali, & infecti, qui aecedentes illud produeunt. Ideo dicendum eſt quod Auicenna loquebatur de omnibus generibus, Galenus autem de eo qui eſt per eſſentiam. Nam ab ore ventriculi propter commotionem bilis eleuantor vapores, qui inficiunt cerebrum: & Galenus recitat de quodam Grammatieo, qui vbicumque iraſcebatur, vel fameſcebat, incurrebat in hone morbum, qooniam bilis mouebatur ad neruum maguum, qui commonicat cum cerebro, & ipſum lædebat, tamen iſte morbns non vocatur per eſſentiam, & facillimns eſt curatu. Canſatur etiam in mulieribus à ſanguine, ex retentione menſtruorum, ſed & iſte vocatur comitialis per communicationem, & non per eſſentiam.

Adhuc dubitatur an fiat etiam morbus comitialis à ſiccitate? Galenus clariſſimè quod non, & Auicenna: Ratio eſt, quod impoſſibile eſt vt cerebrum adeò exſiccetur; cum enim ſit membruin humidiſſimom, prius moreretur homo, quàm cerebrum poſſet in tantum exſiecari vt contraheretur; contractio certè poteſt venire à ſiccitate, ſed impoſſibile eſt vt cerebrum exſiccetur. Non negamus propter *Aphoriſm.* 49. *part.* 4. qood aliquis neruus particularis non poſſit ſpaſmari ex deſiccatione, ſed nos loquimur de ſpaſmo, veluti totius corporis quod prouenit ex contractione cerebri. Prætetea ſi poſſet prouenire ex ſiccitate, non recederet ita de facili, quoniam morbi qui proueniunt ex ſiccitate, non poſſunt curari.

Dubium eſt cur hoc, quoniam in morbo collyrico id eſt quoniam accidit ſpaſmus in parte carnoſa, veluti in tibijs ex ſuperflua exinanitione & euacuatione, & tamen citò poteſt curari aliqua inunctione, & reſtauratione. Dico quod non negamus ex nimia euacuatione fieri ſpaſmus, & præſertim tum illa humiditas non eſt radicata in membro. Adbuc dubitatur an à ſola frigiditate proueniat morbus comitialis; videtur quod non, dicendum etenim eſt quod non à mala temperatura, quoniam mala temperatura non poteſt ſubitò recedere, ſed ſola frigiditas eſt mala temperatura: licet Galenus oppoſitum videtur *cap.* 5. *de Differentijs morborum.* Vbi dicit quod homines facientes iter per glaciem, aliquando ex nimia infrigidatione fiunt Epileptici, & Apoplectici, & boc accidit à ſola frigiditate. Dico quòd hoc procedit ex mala littera antiqua, neque in noua verſione, neque in textu græco ſe habet hoc pacto. Non igitur à ſola frigiditate poteſt iſte morbus prouenire.

Prætetea dubitatur an ſit curabilis: Hippoc. 2. *part.* 45. *& in* 5. *Aphoriſm.* 7. videtur dicere quod pueri curantur mutatione ætatis; *leonium* malè traduxit, traducit in altero loco *iuuenes*, cum deberet vertere *pueros*, intelligit enim de ijs qui ſunt ante pubertatem: poſtea ſubdit Hippocrat. quòd illi qui ſunt poſt annum 24. conſeneſcunt, & moriuntur cum eo morbo, non quod is morbus occidat homines, ſed vult dicere quod non liberantur, ſed conſeneſeit cum illis: de media ætate nihil dicit. Galenus addit quod illi qui ſunt à 12. vſque ad 19. curantur, licet non mutatione ætatis, ſed cum præſidijs, & cum recta victus ratione, & alijs ingenijs.

Curatur igitur iſte morbus in pueris, & ratione ætatis, & ratione victus, in adoleſcentibus vſque ad 24. annum curatur etiam, licet non ratione ætatis, ſed ratione medicamentorum, & recta victus ratione, qui ſunt poſt 24. non curantur: Sed nunquid ſit mortalis iſte morbus? dico quod in infantibus aliquando eſt mortalis, & ipſos interficit propter nimiam crapulam, ſed in paulo adultis rariſſimè euenit vt interficiat, nequaquam enim in iſtis ratione morbi poteſt occidere; bene per inordinatum victum, & alia de cauſa; ſed quo ad morbum non eſt mortalis.

Adhuc eſt dubium an ij qui paſſi ſune quartanam poſſint incurrere in morbum comitialem: Nam Hippocrates 6. *par. Epid. circa finem: qui capiuntur à quartana, liberantur à morbo magno.* Et in *primo Epid. quartana eſt ſine periculo.* Et in *quinta parte Aphoriſ,* 70. *ſiue precedat ſiue ſequatur.* Ego verò vidi ciuem qui habuit quartanam per tres aut quatuor annos, & tamen capiebatur hoc morbo. Itaque dico quod dictum Hippocratis verum eſt de iis, qui habent quartanam actu: Bene verum eſt quod qui habent actu quartanam, non poſſunt corrumpi morbo comitiali, & ſi haberent & quartana ſuperueniret, liberarentur; nibil tamen prohibet, quod ij qui per tres vel quatuor annos ante habuerint quartanam, non poſſint incidere in hunc morbum. Quoniam dictum fuit quod Epilepſia quandoque terminatur in paralyſim, & in hoc differt ab apoplexia, quoniam apoplexia ſemper in paralyſim velut ad mortem, hæc velut ad ſalutem quandoque in paralyſim: Dubitatur quoniam Galenus *in* 4. *de locis affectis cap.* 20. comparat in tres, ſeu tria hæc; ſoporem, Epilepſiam, apoplexiam. In ſopore inquit aufertur ſenſus, & motus ſine vlla difficultate anhelitus, & iſti liberantur integrè; itaque nunquam terminatur in paralyſim, apoplexia terminatur ad paralyſim. Epilepſia eſt in medio, quoniam differt à ſopore, quia hic eſt conuulſio, ibi minimè; differt ab apoplexia, quoniam hæc ſemper ad paralyſim, Epilepſia non terminatur: ſoluitur clariſſimè, quod certè eſt, quod quandoque terminatur in paralyſim, & in hoc differt Epilepſia ab apoplexia, quoniam apoplexia ſemper, hæc autem quandoque; Et

hoc

hoc pacto dicitur eſſe in medio , quoniam ſopor nunquam, apoplexia ſemper niſi ad mortem , Epilepſia quandoque.

LECTIO VI.

DIximus in præcedenti Lectione morbum comitialem aliquando in paralyſim terminari , & quod hoc oſtendebat non ſemper à vapore peruenire , quomodo volebat Auerroës : ſed à materia ibi exiſtente , quæ permutata ad neruos facit paralyſim, Et licet poſſit imaginari ab hac materia eleuari vapores,hoc ad medicum nihil refert , eadem enim eſt cura ſi omninò ſit à vapore , aut ſit à materia. Dubitatur quando Epilepſia tendit ad ſalutem, & non vertitur in paralyſim , quid fit de illa materia , quò tranſit, quo expurgatur? Dico quod excernitur vel per palatum, vel per nares , vel tranſmittitur ad collum , modo non ingrediatur neruos colli ; quoniam ſi neruos peteret , paralyſim faceret, quoniam . . . expurgatur per nares. Ideo dicebat Auicenna quod ſternutatio eſt leuis quædam Epilepſia , & Epilepſia eſt magna & vehemens ſternutatio , nam in ſternutatione fit excretio à cerebro , eius materiæ quæ nocer , ideo quodammodo aſſimilatur Epilepſiæ : & hac de cauſa exiſtimandum eſt in conſuetudine apud nos eſſe , quando quis ſternuret dicitur ; Deus auxilietur tibi , nulla alia de cauſa niſi propter timorem morbi comitialis, cuius eſt quædam ſimilitudo , atque imago ſternutatio ipſa. Apud Galenum tamen magna aſſignatur differentia inter Epilepſiam & ſternutationem , nam in comitiali cerebrum ſolummodo contrahitur , vt rem ſibi noxiam expellat ; Et in ſternutatione non ſolum cerebrum , ſed pectus etiam vno , atque eodem tempore contrahitur , vt melius res noxias quæ ſunt in trachea arteria , modo illi humores non ſint aut valdè aquoſi , aut valde viſcoſi , nam tunc aër tranſit , & humores non excernuntur, ſed tuſſis tantum excernit humores qui ſunt in pectore , ſternutatio & eos qui ſunt in pectore , & eos qui ſunt in capite : Vnde tuſſis non iuuat malam diſpoſitionem capitis , ſternutatio iuuat. Dicimus itaque concludendo quod materia in comitiali expellitur , vel per palatum , vel per nares , vel tranſmittitur ad partes colli , modo non ingrediatur neruos.

Dubitatur præterea an in morbo comitiali omnes ventriculi cerebri offendantur, Galenus 3. *de loc. affect. cap.* 5. dicit quod nec vident , nec audiunt , nec memorantur , nec mente valent, ergo omnes ventriculi offenduntur ; quoniam ſi læditur memoria , poſterior ventriculi offenditur , ſi virtus & alij ſenſus exteriores læditur ventriculus anterior; ſi mens medius. Vnde dixit quod in ſopore læditur anterior , in apoplexia poſterior , ſed in Epilepſia omnes. Dubium eſt præterea cur eſt quod in Epilepſia fiat ſpaſmus , in apoplexia nullus fiat ſpaſmus , cum tamen duo hi morbi communicent , & in materia eadem , & in eodem loco generentur : Dico hoc ideo eſſe quoniam in apoplexia aufertur tota virtus ſenſitiua;vnde cerebrum amittens omnem ſenſum , etiam ſenſum tactus , non poteſt ſentire materiam illam noxiam , quam ſentit in Epilepſia , & vt ipſam expellat , contrahitur : In Epilepſia remanet ipſe ſenſus , ideo ſentiens ipſam lædentem vult eam expellere. Vel poſſumus dicere quod materia in apoplexia eſt minus acris , adeò vt non ſentiatur : In Epilepſia eſt magis, & ideo ſentitur. Dubium eſt præterea cur eſt quod Epilepſia eſt periodica , redit enim per vices ; apoplexia autem quem morbum Latini vocant morbum attonitum, vulgares *il cadere lagocciola* , non eſt periodica , ſed ſemel tantum aduenit , & non facit illam periodicationem. Dico quod eadem ratio eſt in his , & vulgariter in quibuſcumque alijs morbis , qui periodicant , & non periodicant. Podagra , Chiragra, Aſciatica periodicant ; at morbus arcticus (quoniam omnes iunguntur , ſimul dolent , non magis vna quam alia , ſed omnes ſimul) non periodicat : neque enim amplius redit morbus artericus cum periodicatione ; at podagra modò eſt in brachio, modò eſt in crure , modò in pede , & ſic facit reuerſiones varias , & periodicationes : ſic etiam eſt videre de febre continua quæ non redit cum abſceſſit , at tertiana redit tertio quoque die. Variabilis & non inutilis ratio eſt in omnibus , quoniam illi morbi qui periodicant oſtendunt materiam non eſſe omninò reſolutam , ſed partem tantùm , & dum pars vna reſoluitur , de nouo alia aggregatur ; at in ijs qui non periodicant tota materia ſimul aggregatur , quæ cum ſemel concoquitor & expellitur , morbus ille non poteſt amplius redire cum illa periodicatione , niſi aliquot annis præteritis , vbi rurſus tota materia noua aggregabitur. In continua omnes humores ſimul accenduntur , in tertiana pars tantum : ità quoque eſt in Epilepſia , & apoplexia : in apoplexia enim longè maior pars materia requiritur , quæ non ita citò poteſt aggregari , & cum ſimul aggregatur , non poteſt ita de facili rurſus coire ſimul , licet permultis annis ; at in Epilepſia parua materia ſatis eſt,quæ expellitur , & quoniam eſt parua , rurſus noua generatur. Ita etiam eſt de podagra, & de dolore arterico.

Sed tu dices,iſti duo morbi ſunt ſimiles & quam differentiam habent inter ſe ? dico quod magna eſt etiam diſſimilitudo. Primò in Epilepſia eſt conuulſio & ſpaſmus , in apoplexia non eſt , in Epilepſia magis corpus ipſum cerebri : vnde erat illa ſententia Hippocratis ; *ſi repit in mentem facit Epilepſiam , ſi in corpus apoplexiam* , quam nos declarauimus. Tertio

Epilepſia

Epilepſia eſt periodica, & redit per vices; apoplexia non eſt periodica. Item apoplexia ſemper ad mortem, aut ad paralyſim; Epilepſia ſæpius ad ſalutem, aliquando ad paralyſim; quintò Epilepſia aliquando etiam poteſt fieri à ſolo vapore; apoplexia non niſi à materia ſemper. Præterea ſputus eſt in Epilepſia frequentior, in apoplexia tortuoſitas oris; ratio eſt quoniam materia in apoplexia eſt magis apta facere paralyſim; tortuoſitas autem oris illud ferè denotat. Sed cur eſt quod tranſacto illo motu conuulſionis ſtat æger in terra ſine motu & ſenſu quaſi in apoplexia, cum tamen Epilepticus ſurgit, apoplecticus non ſurgit, ſed aut moritur, aut fit paraliticus. Dico hoc non eſſe mirum propter illam difficultatem anhelitus maiorem, quæ eſt in apoplexia; in Epilepſia enim non eſt illa difficultas anhelitus. Vnde propter hoc etiam indicatur morbus comitialis ſeuior, aut mitior, prout minor aut maior eſt difficultas reſpirandi.

Huc vſque egimus de cauſis intrinſecis quas vocant Arabes antecedentes cauſas: oportet verò videre etiam alias cauſas, quæ faciũt homines ad hoc procliuius, & modò inclinatur ad hunc morbum, vt poſſimus eas euitare, atque effugere, & ab illis cauere nos optimè. Primò quoad naturalem temperaturam, dico quod illi qui ſunt pituitoſi & qui melancholici, ſunt procliuiores; cæteri vt ſanguinei atque bilioſi, ſunt remotiores ab hoc morbo. Secundò quoad compoſitionem naturalé membrorum, ij qui habent vias ſtrictas, & ventriculos cerebri anguſtos atque arctos, ij magis procliues ſunt ad hunc morbum; qui habent latos, & patentes; minus. Tertiò quoad ætates, eſt dubitatio quænam ſit illa ætas quæ ſit magis procliuis & quæ minus. Auerroës *tertio collig. cap. vltimo* dicit quod pueri & ſenes plerumque incidunt in hunc morbum. Auicenna dicit plurimum quidem pueros, rarò autem ſenes. Paulus loquitur longè diſtinctius, & ponit hunc ordinem; primò magis ſunt procliues infantes, deinde minus pueri, deinde adhuc minus iuuenes, longè minus ſenes: Et in ſumma quò magis homines recedunt à natiuitate, eò minus ſunt procliues, & è contra quo magis ad eam accedunt, vt pueri & infantes, eò magis procliues ſunt.

Dubitatur in hoc quoniam Auerroës aſſignat rationem, quare in ſenibus magis quàm in iuuenibus poſſit accidere hic morbus, *in ſenibus abundat pituita*: quando enim homines transeunt annum quinquageſimum fiunt frigidiores in calore naturali, ideò minus bellè concoquunt, ideo in eis pituita multiplicatur. Sed iſte morbus pendet magis ex parte pituitæ, ergo in ſenibus debet magis accidere propter indigeſtionem: niſi enim pituita multiplicaretur, & calor naturalis debilitaretur non eſſent adhuc ſenes. Sed quid de pueris? pueri enim non ſunt pituitoſi, ſed ſanguinei, quoniam ex ſanguine ſunt procreati, & parum diſtant ab eo, Galenus 2. *Prog.* dubitat vnde ſit, quod etiamſi pueri ſint ſanguinei, tamen vt plurimum in eis accidunt morbi pituitoſi: & dicit hoc eſſe propter indebitum regimen, comedunt enim præter modum, & quantum poſſunt, ponunt indigeſtionem ſupra indigeſtionem, ſingulis enim horis ferè comedunt, vtuntur lacte quod ſanè dat nutrimentum craſſum, ex quo accidit vt pituita in eis multiplicetur, & fiant morbi phlegmatici. Ita etiam faciunt adoleſcentes etiam ſi ſint ſanguinei, quoniam inordinatè viuunt, quoniam comedunt multum, & nullo delectu ſingulis ferè horis; ideo & ipſi etiam licet ſint ſanguinei, tamen morbi accidunt vt plurimum pituitoſi. In iuuenibus tamen hoc eſt maximè verum, quod licet & ipſi multum & inordinatè comedant; non tamen incurrunt morbos phlegmaticos, ſed bilioſos: ratio eſt quia licet ſit idem calor in iuuenibus & in pueris, nulla enim eſt differentia, vt vult Haleuus, tamen non eſt eadem humiditas: iuuenes ſunt ſicciores, pueri humidiores, ideo quoniam ſunt ſicciores incurrunt morbos bilioſos, ideo non poteſt accidere illis morbus comitialis qui eſt pituitoſus. In conſiſtentibus autem abundat melancholia & bilis atra, quemadmodum in autumno dicit Galenus: autumnus enim efficit melancholias quoniam præceſſit æſtas, quæ excuſſit humores; ſuperuenit poſtea frigiditas autumnalis, & facit melancholiam, quoniam non ſinit exhalare ſuperfluitates propter aduenientem frigiditatem. Ita eſt in conſiſtentibus, præceſſit calor, imò ardor iuuenilis, qui denſſit humores, ſequitur debilitatio caloris, ideo non permittit fieri bonam concoctionem, redeunt humores frigidi, & vertuntur in melancholiam. Et huc pacto multò magis euenit in iunioribus: ſi hoc eſt verum, quomodo eſt veriſſimum, nonne deberent ſenes incurrere in morbum comitialem ex melancholia, quomodo vult Auerroës.

Præterea eſt ſententia Hippocratis, vbi dicit in Aphoriſmo, quod *nulla paſſio eſt tam familiaris ſenibus, atque eſt apoplexia & morbus attonitus.* Sed ſi iſti duo morbi epilepſia, & apoplexia ſunt adeò ſimiles & in materia, & in omnibus, quare ſi iſte in ſenibus, nonne debet etiam & ille? In hac difficultate potius eſt credendum Auicennæ & Paulo quàm Auerroi, quoniam licet Auerroës fuerit vir magni ingenij etiam in medicinis, non fuit exercitatus. Ideo videndus eſt Galenus *ſecunda parte Aphoriſmorum 45. & in tertia* vbi dicit, quod iuuenibus accidit morbus comitialis. Mouet Galenus hanc difficultatem, quare iuuenes & pueri cum ſint ſanguinei, & bilioſi, incurrant in morbos pituitoſos; & dicit hoc non euenire ratione ſuæ ætatis, ſed ratione victus inordinati: quoniam enim vtuntur malo regimine victus, ideo incur-

runt magis in motbos phlegmaticos. Sed quid dicendum eſt ad eam Hippocratis authoritatem, de apoplexia in ſenibus: Dico quod humores pitnitoſi ſuot varij inter ſe & longè diuerſi; paralyſis, & ſpaſmus finnt ambo ab humore pitnitoſo, & tamen ſunt ægritudines fermè oppoſitæ, quoniam ſpaſmus contrahit membrum, paralyſis diſſoluit, & relaxat. Itaque dico quod quædam materia eſt apta ad paralyſim & apoplexiam, & quædam magis ad epilepſiam, licet ambo ſint ex humore pituitoſo, quoniam humotes pituitoſi ſunt admodum varij. De pueris dicit Galenus, quod pueri ex illis tribus virtutibus, naturali, vitali, & accidentali, vnam habent validam naturalem, & duas reliquas debiles; imò potius dicit quod vnam habent debilem accidentalem & duas fortes; naturalem, & vitalem; & quoniam babent accidentalem debilem, animalis eſt in cerebro, vbi ſunt omnes nerui; ideo bac de canſa patiuntur in cerebro morbum comitialem:& quoniam habent fortem naturalem & vitalem, ideo facillimè releuantur, quoniam faciliter etiam in eum occurrunt propter debilitatem animalis. Ideo oportet eis præbere lac cum rebns attenuantibus, vt lac ſit ſubtile,& fluidum, non craſſum, & compactum.

Reſtat modo agere de temporibus anni quænam ſint procliuia magis. Primò ver eſt admodnm procliue ad omnes morbos, qui periodicant, vnde iubet in conſilio Galenus de puero epileptico, quòd ineunte vere purgetur; quæ eſt cauſa? vide Galenum *in 3. part. Aphoriſmorum* 20. Vbi enumerat morbos veris, enumeratur etiam epilepſia. Sed hoc videtur contradierre ei quod Hippocrates paulò ſuperius dixit, quoniam inquit, ver eſt ſaluberrimum: ſi eſt ſaluberrimum quare in eo accidunt plures morbi, & plures enumerantur ab Hippocrate? Reſpondeo quod ver eſt in ſe ſalubre, & morbi qui ea tempeſtate eueniunt, non eueniunt ratione veris, imò ver conſeruat in ſanitate, & eſt ſine periculo: ſed præſente primò de vere, ac de exercitio. Exercitium in ſe eſt ſalubre quando inuenit corpus mundum, ſed quando inuenit eum repletum, nihil eſt magis peſtiferum: ita ver in ſe eſt ſalubre, ſed quando inuenit corpus impletum malis humoribus, quoniam eo tempore commouentur omnes à natura, vt poſſint melius excerni, ideo eſt periculoſum; in vere enim natura nititur expellere ſuperfluitates. Vnde videmus quod eo tempore ſunt ſcabies maximè. In autumno pari modo ſolet accidere iſte morbus, & ſunt multæ rationes. Primò humores aduſti, & reducti ad melancholiam, vnde fiunt morbi comitiales, & illi vt plurimum pendent à melancholia. Præterea repentina temporum mutatio, nam mane eſt aër frigidum, meridie calidum, ſero frigidum: Præterea multi eduntur fructus peſſimi nutrimenti,& multos generãt prauos humores, & corruptibiles. In hyeme poteſt etiam accidere, quando eſt tempeſtas frigida & humida; hic autem morbus peccat, & in frigido, & in humido; præterea ſub hyeme multiplicatur pituita. Quod ad regionem idem eſt dicendum, regiones frigidæ, & humidæ ſunt procliues &c.

De ventis eodem pacto eſt iudicandum, quanquam eſt dubitatio non parua. Nam dicunt medici, & Auicenna præſertim, quod Boreas ſeu Aquilo quando flat non eſt aduerſus huic morbo, ſed Auſter eſt aduerſiſſimus, & quando flat Auſter, multi generantur morbi comitiales: licet deberet eſſe oppoſitum, quoniam Boreas eſt frigidus,& nos diximus frigiditatem obeſſe. Reſpondetur facillimè, quod licet Auſter ſit calidus; tamen eſt calidus, & humidus, quod nocet; Et Boreas licet ſit frigidus, eſt tamen frigidus, & ſiccus, quod non nocet, imò potius prodeſt, & certè prodeſt.

LECTIO VII.

DIximus heri in qua ætate potiſſimè accidit morbus comitialis, & in quibus anni temporibus; hoc autẽ ideo à nobis dictum eſt, vt poſſimus ea euitare. Sed ſtatim dicet quis quomodo poſſumus nos euitare aut tempora anni, aut ætates, nonne nobis etiam nolentibus hæc neceſſario eueneoiunt? Dico quod licet hæ non poſſint euitari, nihilominus cauſæ quare hæc vel tempora, vel ætates ſunt nociua poſſunt euitari. Nam quare in infantibus accidit Epilepſia? quoniam vtuntur lacte valde craſſo, præterea vtuntur nimia comeſtione. Item vt plurimum habent in capite vlcera quædam, per quæ natura expellit ſuperfluitates. Et matres vt reddant eos pulchriores reprimunt ea vlcera, quæ potius deberent permitti eo mudo aperta; aliquando etiam detinentur pueri in aëre frigidiſſimo, & ita repercutiuntur humiditates, vt aliquando etiam efficiatur hac de cauſa morbus iſte comitialis. Vnde ſcimus nos per hæc; primò quod remouendi ſunt à lacte craſſo. Secundò quod non vtantur in ea tanta quantitate.

Præterea permittantur illæ fixoræ; imo ſunt aliqui qui ponunt penas in capite eorum qui habent ea vlcera, & apponunt ſuis non babentibus, vt per contagionem, & ipſi reddantur vlcroſi; item quod non ſtent expoſiti in aëre frigido. Iuuenes præterea, ſeu potius adoleſcentes incurrunt in hunc morbum propter inordinatum regimen; iniungamus igitur vt vtantur regimine conuenienti. Ita eſt etiam de temporibus anni; tempora anni non poſſunt effugi, verum eſt; tamen poſſunt cauſæ effugi, atque euitari, per quas redduntur tempora anni noxia, & moleſta. Ver quidem in ſe eſt ſaluberrimum: ſed fit mortale quando aduenit corpus repletum; ergo huic rei occurren

currendum eſt, & quomodo præcipit Galenus in conſilio *ineunte vere purgandum eſt corpus:* Et ſi vir ſiet, mittendus eſt ſanguis, dico ſi ſit vir, quoniam pueri non tolerant ſanguis miſſionem: ſed dicet quis, autumnus eſt malus propter repentinas illas mutationes: Ergo non poteſt euitari, imò poteſt, nam curemus vt in mane ſimus in locis calidioribus, in meridie in frigidioribus, & quoad poſſumus euitemus frigus, tum veſpertinum, tum matutinum, & calorem meridianum. Ideo licet tempus non poſſit mutari, poſſunt tamen mutari cauſæ quæ lædunt. Qua de re etiam in hyeme vtantur cibis, & reliquis rebus calidioribus. Vltimo effugiat ventos frigidos quaſi aquilonem, ſeu boream. Sed dicet quis, nonne dicit Auicenna quod Boreas iuuat ad morbum comitialem, & quod in auſtro plures accidunt Epilepſiæ, & dicit quod ſi ambo ſimul flent ſunt mali, & præcipue ſi prius flet auſter quoniam replet caput, ſed aquilo ſolus non nocet, & tamen eſt ventus frigidiſſimus. Dico ad hoc quod Galenus in conſilio pueri denegat omnem ventum validum cuiuſcumque ſit generis, & hoc maximè ratione, quoniam morbo comitiali obſunt omnia obiecta valida, quoniam faciunt læſionem in corpore. Ideo licet Boreas in ſe non noceat, quoniam licet ſit frigidus eſt etiam ſiccus; tamen quando flat maximo impetu nocet mirum in modum propter illam vehementiam, quæ commouet totum corpus, & cerebrum ſimul. Deinde prohibet etiam Galenus ne occurrat magnis frigoribus, aut magnis caloribus, quoniam vtraque hæc faciunt magnas mutationes; ideo cerebrum patitur ſenſo tactus, ſentit enim illas ingentes mutationes, & læditur. Debet etiam vitare balnea mala, cum reddant humores fluxibiles. De cibis verò dicit illos cibos eſſe vitandos, qui habent tentarum caput, vt ſunt vini ſynapi.

Præterea etiam vitandæ ſunt nimiæ vigiliæ, & nimij ſomni: vigiliæ quidem quoniam in eis cibus non ſatis bene concoquitur, ideo cibum inconcoctum facit, vt pituita multiplicetur, & multi mali vapores aſcendant ad caput: ſomni etiam nimij offendunt & quaſi deſtruunt immoderati calorem naturalem, qui nihil habens in quod agat, agit potius in ſeipſum: & ideo debilitatur mirum in modum. Præterea etiam ſunt vitanda tonitrua, coruſcationes, & in ſumma omnia fortia obiecta, vt aſpectus ſolis, fortis ſonus, & quia omnis fortis ſenſatio terminatur ad cerebrum, & læditur, & alteratur. Res etiam intrinſecè, vt paſſiones animi ſunt vitandæ; quaſi timor, triſtitia, ita etiam; nam timor tetrahit materias ad intra, ita facit ebullitionem in humoribus, & in ſumma omnia ſunt vitanda quæ commouent corpus; & hæc præcepta conueniunt non ſolummodo huic morbo, ſed fermè quibuſcumque aliis, & præcipuè febribus putridis, nam omnis febris putrida incipit ab obſtructionibus, & nos in hoc caſu volumus omninò remouere obſtructiones. Item vitanda eſt multa mora in ſole, quoniam trahitur materia ad caput; ſunt etiam balnea vitanda, ſi infundas aquam calidam ſuper caput, nam liquefacit humores, & attrahit eo materias, & lædit: ſed dicet quis, ergo debet abſtineri ab omni lotione capitis: certè lotio capitis aquæ calidæ replet caput, non tamen dico quin debeat lauari, ſed non cum aqua calida ſuperinfuſa, accipiatur ſpongia, & abſtergatur, auferantur capilli, & cum ſpongia optimè poterit abſtergi caput, ſine illius infuſionè aquæ calidæ, quæ cum illo caſu lædit maximè. Eſt etiam aduertendum, quod repleto corpore non debet ſe pectinare, ſed prius faciat alia exercitia, faciat fricationes de quibus loquemur inferius, & poſtea pectinetur, & exerceat caput, neque enim debet vllo modo exercere caput, niſi prius purgato corpore, ne materiæ rapiat ad caput. Sunt præterea vitandi odores validi, tum boni, tum mali; mali perturbant; boni omninò commouent: & hæc reducuntur ad aërem.

Vt autem loquamur de motu, & quiete quaſi verba faciamus de rebus non naturalibus: dico quod tum motus, tum quies nimia effugienda eſt, otium enim & quies nimia facit hominem pituitoſum, motus validus etiam nocet, quoniam exercitium vt diximus heri eſt conueniens, ſi reperiet corpus vacuum, ſed ſi repletum officit: ſed fortis etiam motus, & validus replet caput eleuando vapores à toto corpore; ideo fugiendus eſt; ſed debet eſſe exercitium moderatum, adeò vt non fiat laſſitudo. Et dicit Galenus quod tota ſumma curationis huius à nobis conſiſtit in recto regimine exercitij moderati, & alia quadam re, quam ipſe ordinat, de qua poſterius in curatione agemus: & dicit quod debet fieri exercitium in quo moueantur partes inferiores, & supernè quaſi caput quieſcat, & ad hoc maximè apta eſt deambulatio. Frictiones ſi debitè fiant excuſant ab omni alio exercitio, incipiendum eſt à brachiis cum linteolo, aut manibus fricando vſqueqoo rubefiant: poſtea ad pectus, hinc ad ventrem. Vltimò ad crura donec rubreſcant, poſt hoc fricetur caput, impunè pectinetur cum pectine. Somnus, & vigilia vtraque nimia mala, nam vigilia reddit cibum indigeſtum, vnde eleuantur vapores, & efficitur pituita, minus enim belle concoquitur in vigilia quam in ſomno; ideo caput magis repletur. Somnus etiam nimius vitandus, quare? quia debilitat calorem innatum, quare? quia calor habet duo officia. In vigilia præeſſe ſenſationibus, in ſomno concoctioni, quando iam omnia quæ ſunt in ſtomacho concoxit, & nihil aliud in quod agat ſupereſt, ſtatim ſtat, veluti mortuus, pigreſcit, & quaſi otio marceſcit; & ſi quid agit, in ſe ipſum agit. Eſt præterea nociuus ſomnus, quoniam nimium humectat corpus. Accidentia-

dentía animi ſunt vitanda omnia prætec modetaram lætitiam; gaudium enim modetarum poteſt prodeſſe: ſed timor, & ira maximè fugienda ſunt. Inanitio, & repletio omnis mala. Coitus nimius vitandus. Neque fames, neque ſitis eſt toleranda, fames enim replet cotpus malis humoribus, cum bilis moneatur ad ſtomachum.

In ratione ciborum ſecundùm præcepta Galeni, in conſilio illo ſunt vitanda quinque capira; primò omnes cachochimij, id eſt omnes cibi qui malos humores generant, qui ſunt mali ſucci, & humores generant putreſcibiles. Secundò qui generant humores craſſos: Tertio qui flatnoſos, & ventoſoa: quartò qui ventrem ſtringunt: quinto qui ſunt dutæ concoctionis: & hæc omnia ſunt etiam obſeruanda, non ſolum in comitiali morbo, ſed in ferè omnibus aliis, & præcipuè in ſalubri victu. Mali ſucci ſunt vitandi hac ratione, qnoniam aliqoando fit morbus iſte comitialis à vaporibos malignis, ideo quoniam humores mali, & putreſcibiles poſſunt tales vapores generare, ideo ſunt vitandi omnea fere fructus. Sunt cibi craſſi nutrimenti etiam vitandi alia ratione; nam iſte morbus procedit ab humoribus craſſis: ergo omnes cibi qui craſſos humores prodocunt ſunt vitandi. Vt autem ſciamus qoi ſint illi cibi, qui bonos generant humores, vel malos, adenndus eſt à nobis ille liber, qui *de cibis boni, & mali ſucci* inſcribitur: vt autem noſcamus qui ſunt craſſi, vel tenoia nutrimenti, adenndus à nobis ille liber eſt *de attenuante victu*, qui liber fuit maximè cooſcriptus in vſum eorum, qui morbis longis detinentur. Qui enim morbis longis detinentur, maaimè debent vti boc victu attenuante humores, & incidente, & generante humores fluidos, & liquidos, & tenues; videlicet illi qui detinentur podagris: nam omnes motbi longi vt plurimum veniunt ab humoribus craſſis. Er eſt vtilis iſte victus attenuans illia qui ſe volunt præſeruare ab ægritudinibus, & maximè à febre pottida, quæ præcipuè ex obſtructione euenit; vnde quando vtemur victu attenoante, non poterunt meatus noſtri obſtrui, ideo nequa etiam febres putridæ procreari.

Sed dubitaret quis qnomodo ſit verum id quod diximus, ſcilicet quod habentibua podagras conueniat victus attenuatus; ſi reddemus humores liquidos, & ſubtiles, nonne magis flnent ad iuncturas? Ideo hac ratione fuerunt quidam decepti, qui præceperunt laborantibus podagria cibos craſſos, & tamen Galenus io eo libro expreſsè dicit conuenire. Ideo dico quod ratio eſt quòd non conueniat victus craſſus, quoniam nunquam poſſent humores adeò incraſſari vt non percurrerent ad iuncturas, hoc eſt impoſſibile efficere: ſed quando curtir? quando corpus eſt plenum; quando autem humores erunt tenuiores melius poterunt efflari, & exhalari, & excerni ſuperfluitates: ſubtilis ergo dieta confert omnibus morbis longis, imò ad conſeruandam ſanitatem, imò etiam ad acumen ingenij: nam vt dicit Galenus *ſecundò artis par. ſubtilitas ingenij indicat ſubtilem ſubſtantiam cerebri, & è contra.* Vnde qui habent ſubſtantiam craſſam cerebri, ſunt indicandi etiam ingenij hebetes, & craſſi: & hac de cauſa fit vt pueris prohibeatur caſeus, & dicatur illis, facit ingenium craſſum; hoc veriſſimum eſt, quoniam reddit ſubſtantiam cerebri craſſiorem, cum præcipuè in illis ſubſtantia augeatur, ideo etiam redduntur ingenio & acumine craſſiori. Vnde dicit Galenus quod ſi hæc quatuor obſeruarentur à nobis, impoſſibile eſt hominem ægrotare; ſi vtamur cibis, vel potius ſi omittamus cibos mali ſucci, ſi omittamus craſſi ſucci, ſi debitè exerceamur, & ſi non ponamus cibos ſupra indigeſtos, impoſſibile eſt ægrotare; & medicus his obſeruatis pollicetur præſeruare hominem à quacumque ægritudine, præterquam ab ephimera febre, maximè in his qui detinentur ciuilibus negotiis; in his verò qui ſua ſponte viuunt, non occurret etiam iſta febris vnius diei quæ ſæpè accidit ex exercitio. Primo ſi omittamus cibos mali ſucci, in noſtro corpore non generabunt humores putreſcentes, ſed boni & puri: ſi omittamus craſſos, non fient oppilationes, à quibus vt plurimum eueniunt febres maximè putridæ; ſi debitè exerceamus nos, ſcilicet ſi non poſt prandium excernentes ſuperfluitates: ſed dicit quis, Galenus facit oppoſitum, qnoniam concedit fructus qui generant malum ſanguinem. Dico quod Galenus fatetur ſe præcipere pueris, non Philoſophis: ſatius certè eſſet non comedere fructus: ſed quia impoſſibile eſſet hoc negare pueris, ideo melius eſt quod ipſos comedant in tempore, ſcilicet in prandio aut in cæna, etiam in modica quantitate, quàm fartim intempeſtiuis horis, & abſque aliquo delectu. Sunt enim pueri admodum voraces. Sed diceret quis, ex his quinque capitibus rerum quas denegaſti in cibis, quod eſt minus malum? dico quod cibi qui ſunt mali ſucci, potius ſunt permittendi quàm hi qui craſſi; quoniam illi qui mali ſolummodo poſſunt obeſſe tertio generi morbi comitialis, quod rariſſimè euenit: Et hæc ſint dicta quoad cibos in vniuerſali.

Veniendo modo ad cibos in particulari: dico quod à flatuoſibus eſt abſtinendum ſcilicet fabæ, cicer, ptiſana præcipuè malè cocta, lentes bene coctæ amittunt flatuoſitatem, fabæ nunquam amittunt, ſed lentes quia producunt humores craſſos, ideo ſunt leuiter guſtandæ: olera non denegantur omninò, neque caules, neque apium in parua quantitate; tamen hæc omnia oportet tantum deguſtare, quoniam generant malos humores, ſunt enim facile corruptibilia: ſed quare concedit in pauca quantitate? nonne melius eſſet nihil dare? Hinc fortaſſe eſt extracta illa vulgariſſima

riſſima propoſitio; *non qualitas, ſed quantitas*: ratio eſt quia nos ſumus compoſiti ex quatuor humoribus, & omnibus quatuor indigemus, oportet habere aliquid melancholicæ, aliquid pituitoſi, ideo concedendi ſunt ferè omnes cibi, ſed moderatè; vnum enim genus cibi facit melancholiam, quæ eſt neceſſaria; aliud bilem quæ eſt neceſſaria. Et ſi nihil haberemus in corpore melancholiæ, homo moreretur, non viueret, quoniam ex omnibus quatuor conſtamus. Ergo conceduntur omnes cibi præter valdè mali, videlicet rapæ quænihil habent in ſe boni. Enumerando ea quæ petunt caput, quædam Galenus denegat, quædam concedit, & inter alia concedit apium: & tamen Auicenna, & Meſue dicunt in apio eſſe proprietatem ad morbum comitialem: ſi hoc eſt verum nonne melius eſſet concedere rapas, quàm apium, quod à proprietate producit morbum comitialem. Dico quod fortaſſe quemadmodum volunt nonnulli moderni, apium apud Galenum antiquum eſt id, quod nos *mordernos*, & Meſue, & Auic. vocatur *petroſelion*, & petroſelinum Galeni eſt illud, quod nos vulgariter appium vocamus. Nam videmus in capite de ſmirnio, ſcilicet de ſimplici medicina: tria ſunt genera; apium, petroſelinum, & ſmirnium: ſmirnium eſt in medio, leuius eſt appium, acrius petroſelinum; tamen apud nos eſt oppoſito modo, leuis petroſelinum, acrius appium. Ideo poteſt concludi, quod appium Galeni ſit petroſelinum noſtrum, & petroſelinum Galeni ſit appium noſtrum, quaſi etiam poteſt videri in hoc conſilio, nam concedit appium, id eſt petroſelinum noſtrum, & denegat petroſelinum, id eſt appium noſtrum: vel poſſumus dicere quod ſcientia herbarum, vt nunquam fuit perfecta, ita etiam nunquam erit perfecta, & abſoluta. Et nihil eſt mirum quod modò, vel tempore Meſue, fuerit inuenta vna virtus alicuius herbæ, quæ tempore Galeni non fuit reperta.

LECTIO VIII.

Diximus in præcedentibus, Quinam eſſent illi cibi in genere, qui poterant morbum comitialem concitare, & à quibuſnam cauendum. Vtendum diximus iis cibis qui habent ſubtiliationem, & non tentant caput; ea namque licet ſubtiliant, & attenuant, nihilominus poſſunt petere caput, ſunt euitanda, quomodo ſinapis vinum, petroſelinum, & alia quæ enumerabat Galenus in conſilio. De ſynapi certum eſt quod tentat caput mirum in modum, & ab eo omninò abſtinendum eſt. De vino eſt dubium, an omnino ſit abſtinendum ab eo. Paulus dicit abſtinendum eſſe ab immodico vino, non negat vinum omnino, ſed vinum potus, & in multa quantitate. Galenus nihil aliud dixit niſi quod vitandum eſt, quia replet caput, neque hoc debet alicui mirum videri, quoniam ipſe ſcribit conſilium ad puerum epilepticum. Sententia autem eſt Galeni, quod mores animi inſequantur temperaturam corporis, quod pueri etiam in ſanitate debent abſtinere à vino, & citat Platonem a. *de legibus* qui hoc præcipit. Itaque dicit Galenus, quod pueri vinum bibere nullo pacto debent vſque ad annum octodecimum. Hinc poſtea iuuenes debent bibere, ſed moderatè; qui ſunt in quadrageſimo debent delectari conuiuiis: ſenes debent vti vino veluti medicina, non ſolum pro cibo, ſed etiam pro medicina ſaluberrima. Ratio autem quare negandum ſit pueris vinum, eſt hæc, quoniam pueri ſunt calidiſſimi, & humidiſſimi, vinum eſt & calidum, & humidum, ergo adderemus ignem igni, & redderemus eorum temperaturam intemperatiſſimam. Quod autem hoc ſit verum dicit Galenus, quod mores animi ſequantur temperaturam corporis, in ægris hoc manifeſtum eſt, ſcilicet de manioſis, & melancholicis. In ſanis etiam patet, ſcilicet qui habitant regiones Boreales frigidiſſimas; ſunt omninò diſſimiles ab his, qui habitant auſtrales calidiſſimas: ij verò qui regiones medias incolunt, omnino etiam & in corpore, & in animo ſuperant alios.

Sed dicet quis inquit Galenus dubitando in ſe ipſum, ſi homines mali faciunt mala ex temperatura ſua; ergo non debent puniri, ergo neque etiam laudandi, licet ſint boni, & mali ex temperatura ſua; & adducit tres rationes quare omnino mali homines, vti fures, ſint occidendi: primò ſunt tollendi ne nobis amplius noceant, ſecundò vt aliis terrorem incutiant, tertiò quia melius eſt eis mori quàm viuere. Nonne occidimus ſcorpiones, & phalanges, quoniam ſunt noxij, & tamen ſunt ex temperatura & natura ſua? nonne laudamus Deum licet non ex ſe, ſed natura ſua ſit optimus. Quanquam ergo pueris neget Galenus vinum, tamen aliis vt adultioribus omnino prohibendum non eſt, & ratio Galeni erat ne peteret caput; modò ſi nos reperiamus vinum quod non petat caput, poteſt concedi: quomodo ſunt quidam vina aquoſa ſimillima aquæ, quæ non ſunt calida, ſed frigida potius, præſertim multa aqua admixta. Sed dicet quis, Galenus conceſſit caules, nonne iſti ſunt cibi melancholiam generantes: & iſte morbos aliquando procedit à melancholia. Dicimus quod Galenus ſcripſit conſilium ad puerum Epilepticum ex pituita: ideo poterant caules concedi, & præſertim quoniam videntur habere proprietatem prohibendi vapores ne aſcendant ad caput, vnde conferunt caules bibentibus ne inebrientur; caules ergo iis qui laborant morbo comitiali ex melancholia ſunt denegandi, concedendi tamen aliis. Auicenna negat lac, & meritò, quoniam multum euaporat lac, vnde eſt Aphor. Hippocratis expreſ-

ſum quod qui laborant dolore capitis ab eo debeant abſtinere. Dioſcorides etiam *libro ſecundo cap. proprio*, dicit quod lac humanum lædit ad vertigines, & morbum comitialem.

Ita concludimus in genere vitandos eſſe cibos vel flatuoſos, vel tentantes caput, vel duræ digeſtionis, vel ſtipticos, vel mali, vel craſſi ſucci: & quia in heſterna lectione adduximus ex Galeno in eo conſilio particulariter, qui cibi nocerent ad morbum comitialem phlegmaticum. Ideo nunc adducendi ſunt ij qui nocent ad morbum comitialem melancholicum. Videndus eſt Galenus *Tertio de locis affect. cap. 6.* Vbi enumerantur ea quæ nocent. Carnes bubulæ, & caprinæ generant humores melancholicos, deterior hircina, deterior rancina; ergo omnibus iis non vtamur; leporis etiam caro eſt valde melancholica. Ideo *tertio de alimentis cap. primo* dicit quod caro bubula dat alimentum craſſum, & adhuc craſſius quam ſuilla; neque enim ſuilla caro eſt tantum viſcoſa. Item caprina dat alimentum craſſum, ſed eſt dubium an ſub hoc nomine *bubula* aut *caprina*, intelligantur vitulæ carnes, & hædinæ: videtur enim cum dicit bubulam, includere omne genus carnis bubulæ, ergo etiam vitula: ergo etiam ſub caprina cōprehendetur hædina. Dico quod ſententia eſt Galeni *tertio de alimentis*: primò quod animalia quæ ſunt ſicca quantò ſunt propinquiora generationi, tantò ſunt temperatiora: quoniam caro bubula eſt valde ſicca, ideo vitulus eſt longè temperatior, & parum habet melancholici in ſe, habent quidem aliquid, ſed omnino parum: caro autem caprina quoniam eſt valde minus ſicca quam bubula, ideo hædina erit tantò minus melancholica ipſa vitula, vt nihil omnino habeat in ſe melancholici: licet ergo vitula habeat aliquid, non tamen nocet, ergo etiam hædina, quoniam hædina eſt valde temperata, & præterea generat humores ſubtiles, & tenues; vnde enumerant inter carnes attenuantes victum. Eſt itaque hædina conuenientiſſima, tum quia eſt temperata, propter humiditatem quam adhuc habet ex natiuitate recenti temperata, tum ſiccitate ſuæ naturæ, tum etiam quia generat humores tenues, & valde ſubtiles. Salitæ omnes carnes, vel aquatilium, vel volatilium ſunt melancholicæ; excipiuntur tamen quæ ſubſtantiam habent mollem, & in humidio manent, quomodo ſunt ſardellæ quæ conueniunt in attenuante victu. Inter olera vitandi caules, quia generant melancholiam, & ideo Epilepſiæ melancholici valde obeſſent; poſſunt concedi legumina ferè omnia præter lentes, quia lentes generant melancholicos humores, alia potius pituitoſum, quanquam illi puero qui laborabat morbo comitiali ex pituita lentes conuenirent: caſeus vitandus: plantæ quæ aceto condiuntur, &c.

Sunt aliqua quibus poſſimus cognoſcere an ægri ex hoc morbo ſint curati necne? Medici curioſi, & ſuperſtitioſi, dicunt de pelle capræ, quod videre eſt in Alexandro Traliano, & Auicenna qui addit quod ſit de recenti excoriata: Paulus tamen dicit quod ſi accipiatur lapis gagates, ex quibus fiunt coronæ mulieribus, pater noſtrorum, & ſuffumigentur, quod ſtatim illi qui ſunt ad hunc morbum procliues, incurrunt in eum morbum, niſi ſint omnino ſanati, & ita poſſumus cognoſcere, an verè ſint curati. Dicunt etiam de cornu capræ, etiam de hepate hircino, qui cum comedunt, ſtatim concidunt: item qui non ſolùm comedunt, ſed odorant etiam aſſatum, incident. Meo iudicio longè tutius eſſet dimittere hanc experientiam, ne morbus iteratum accederet, & hoc modo incitaretur.

His ad hunc modum explicatis deueniendum eſt ad ſigna, tum vniuerſalia huius morbi in genere, tum particularia, quibus poſſimus cognoſcere an ſit morbus per eſſentiam, an vitio ſtomahi, an ex aliqua parte corporis aſcendente illo vapore, quaſi aura quædam frigida: ſed primo in genere notanda ſunt quædam de ſigno, vt poſſimus ſcire, quot ſint genera ſignorum, & quibus non.

Plura ſunt genera ſignorum; quædam vocantur pathegnomica, quæ ſunt illa quæ paſſionem nobis ſignificant, & morbum illum; quædam aſſiſtentia, quæ non paſſionem, ſed differentiam paſſionis denotant, ſin leues an magnæ; quædam critica quæ ſignant nobis criſim naturæ, quædam concoctionis, vel cruditatis; alia ſalutis, aut mortis. Primo de pathognomicis agendum eſt quæ denotant nobis paſſiones, vbi ſuppono ſigna debere eſſe, vel propria, vel inſeparabilia, vel vtrumque: ſi ſigna nullum habeant horum trium, fruſtra adducuntur à medicis; In ſigno proprio licet arguere affirmatiuè, eſt illud ſignum: ergo illa paſſio: in ſigno inſeparabili, licet arguere negatiuè, non eſt illud ſignum; ergo neque illa paſſio; in ſigno quod habeat vtrumque, licet arguere, & affirmatiuè, & negatiuè: & quanquam in præſenti morbo Paulus adducat multa ſigna quæ nihil habeant in ſe certitudinis, quoniam non ſunt neque propria, neque inſeparabilia, tamen Galenus adducit tantum tria, quæ ſunt inſeparabilia, nullum tamen eſt proprium. ſed ex illis tribus ſimul collectis fit vnum ſignum proprium, & eſt quomodo in pleuritide; ibi adducuntur quinque ſigna, omnia ſunt inſeparabilia, nullum eorum per ſe eſt proprium, ſed omnes ſimul efficiunt vnum ſignum proprium: acuta febris, dolor pungitiuus, difficultas anhelitus, tuſſis, pulſus durus, & denſus. Omnia hæc ſunt inſeparabilia, & ab eis licet arguere negatiuè, non eſt febris acuta, ergo non eſt pleuriſis; non eſt dolor pungitiuus, ergo non eſt pleuriſis, ſed tamen nullum eſt proprium; neque enim valet,

eſt

eſt ſebris acuta, ergo pleuriſis, quoniam febris acuta eſt etiam in alijs morbis, & ſic de alijs. Ex his igitur efficitur vnom proprium, & inſeparabile, à quo licet arguere, & affirmatiuè, & negatiuè: ſunt omnia hæc ſigna, ergo neceſſario eſt pleuriſis; non ſunt, ergo non eſt.

In morbo comitiali vti diximus ſunt tria hæc ſigna; pathognomica, ſubitus caſus in terram, conuulſio, perditio ſenſus, & motus voluntarij, vnumqoodque horum trium eſt inſeparabile, nam vbi non ſit ſubitus caſus, vbi non ſit conoulſio, vel perditio motus, & ſenſus, non poteſt eſſe morbos comitialis nullum tameo horum per ſe eſt proprium; neque enim valet affirmatiuè, eſt hîc conuulſio, ergo morbus comitialis: quoniam ſunt alij etiam ſpaſmi; oeque etiam valet, eſt perditio motus, & ſeoſus, ergo morbus comitialis: quoniam hoc etiam in apoplexia cuenit, neque etiam eſt hic caſus repentinus, ergo morbus comitialis: quoniam hoc etiam accidit in vertigine: ſed ex his tribus ſignis inſeparabilibus fit vnom proprium, & inſeparabile; & ita habemus ſigna denotantia paſſionem, & morbum comitialem. Signa non aſſiſtentia ſcilicet deterioris Epilepſiæ eſt ſpuma; hoc ſignum quoad paſſionem, oon aſt neque proprium, neque inſeparabile; nam poteſt eſſe ſpuma in ſtrangulato, poteſt etiam in apoplexia, ideo hoc ſignum enumeratur non inter pathognomica, ſed inter aſſiſtentia; neque enim ſignificat nobis Epilepſiam, ſed Epilepſiam, vel fortem, vel debilem. Sed dicet quis, Paulus dicit quod eſt ſignum peculiare: præterea Hippocrates *Secunda parte Aphoriſmorum* vbi loquitur de ſtrangulatis, dicit quod de oemine relatum eſt &c. Ibi Galenus in commentario declarat nobis modum generationis ſpumæ, & dicit quod ſpuma fit per commixtionem ſpiritus, eaque aëris, & aquæ: nihil enim aliud eſt ſpuma quam aër & aqua ſimul admixta, iſta autem permixtio poteſt fieri ex varijs cauſis: primò ex motû quemadmodum fit ſpuma in mari ex agitatione ventorum: ſecundò poteſt fieri ex calefactione; quomodo fit in lebete ferueſcente, quia eleuantur vapores, qui miſcentur cum aqua, & ideo fit talis ſpuma: tertiò poteſt fieri ex vtraque cauſa, tum ex motu, tum ex calore, quomodo fit in equis currentibus, propter ambas cauſas, per motum, & per calorem aëris expirantis. In his ira fit tantum ex calore iræ. Modò in Epilepſia qua de cauſa generatur ſpuma? dico ex forti conuulſione, ideſt ex forti motu partium pectoris, vnde aër exprimitur violenter, & permiſcetur cum humiditae, & ita fit ſpuma. At in apoplexia fit non propter motum, ſed propter magnam flammam qoæ eſt in pectore, & ideo noo curatur apoplexia, quia mala temperatura acquiſita eſt in corde, & ita ſaloatur dictum Hippocratis in eo loco, quod ſcilicet ſpuma eſt ſignum mortale; quoniam in apoplexia euenit ſpuma ex nimia caliditate quæ vrit cor; in Epilepſia ex motu illius conuulſionis. Sed dicet quis quod de Paulo adhuc non ſaluatur, quoniam dicebat ſpumam eſſe ſignum peculiare: dico quod ſpuma eſt peculiare ſignum ad alia quæ ipſe poſuit, vel eſt peculiare hoc pacto, quoniam non reperitur niſi in ſimilibus apoplexiæ, eſt enim maximè ſimilis Epilepſiæ.

Ponunt poſtea tria alia ſigna aſſiſtentia, quæ tamen omnia in vnum coëunt; egeſtio tum fecum, tum vrinæ, tum ſeminis generantis emiſſio præter voluntatem, quæ omoia fiunt per magnam conuulſionem vel muſculorum rectorum, qui comprimunt ventrem; vel veſicæ, vel vaſorum ſpermaticorum. Auicenna rectè addit aliud ſignum: longa mora in terra, & longa quies, hoc enim denotat morbi vim ingentem. Hæc omnia indicant morbum validum: Contraria his indicant morbum leuem, vbi non eſſet ſpuma, vbi non eſſent illæ emiſſiones fecum; vel vrinæ, vbi eſſet parua quies in terra, morbus indicaretur leuiſſimus. Medio modo poſtea indicaretur, quando fieret commixtio ex his ſignis, vt licet eſſet ſpuma, eſſet tamen parua quies: vel non eſſent egeſtiones. Adducunt alia ſigna, quæ ſunt ſuperſtitiones. Hæc nobis ſatis ſint: cras adducemus ſigna, quæ faciant nobis cognoſcere differentiam inter morbum comitialem per eſſentiam, & à vitio ſtomachi: nam de tertia alia ſpecie patet ſignum maniſeſtiſſimum: ſentitur enim ille aura aſcendens. Poſt veniemus ad curationes ſingolarum ſpecierum: ſed primò adducemus in medium eas medicinas, quæ vt dicunt medici, conferunt ex proprietate ad morbos comitiales cuiuſcumque generis.

LECTIO IX.

Dicta ſunt heri ſigna ſignificantia morbum comitialem in genere, & quæ oſtenderent eum eſſe vel leuem, vel grauem. In præſenti adduceoda ſunt ſigna, quæ deootent nobis differentiam morbi comitialis per eſſentiam in capite, & morbi comitialis, qoi eſt à vitio oris ſtomachi. Oportet enim, vt ſciamus quidnam horum ſit morborum; nam tertios ille indiget ſignis, patet enim ſenſu, nam ſentitur aura aſcendere, & rariſſimè euenit. Plura ſunt ſigna, quæ oſtendunt nobis Epilepſiam per eſſentiam, vt ponit Auicenna: ſed hæc omnia ſigna reducuntur ad tria capita: primum eſt quoniam poſt acceſſionem morbi in capite adhuc perſeuerat aliquod nocumentum, vt ſi reſtaret grauitas capitis, quæ diu perſeuerat, ſi auditus læſus, ſi viſus diminutus, ſi motus linguæ impeditus, ſi in ſenſibus exteriori-

bus

bus memoria eſſet læſa, intellectus obtuſus, & in ſumma, ſi poſtquam æger ſeſe teleuauit, habet adhuc aliquod impedimentum in capite perſaueraos; ſignum eſt quod morbus ...... ſi materia quæ in capite ſit contenta; nam ſi eſſet à vapore qui tranſmitteretur ab alijs partibus, cito deberet euaneſcere. Secundum ſignum eſt quod adhibitis remedijs capiti non facile medetur, neque facile cedit caput medicinis: hoc enim ſignificat morbum eſſe in capite; nam ſi eſſet à ſtomacho purgato corpore, morbus certè alleuietur; materia quæ eſt in ſtomacho facile poteſt extrahi: at materia quæ eſt in corpore oon ita facile educitur, ideo ſi morbus eſt in capite, adhibitis medicinis, non facile curabitur. Tertium quod in nulla alia parte corporis fit nocumentum; nam ſi eſſet ſtomachus læſus, certè aut doleret ſtomachus, aut tenes, aut lien, aut aliquid tale; nihil omnino dolet, ergo in capite ſolum; ſi eſſet in muliere eſſet in matrice. Hæc ſunt ſigoa non quidem morbi comitialis, minimè non; ſed ſuppoſito quod morbus ſit comitialis, cuius generis ſint, à capite ne per eſſentiam, an à ſtomacho per participationem: ſed quomodo fit morbus vitio ſtomachi? multi ſunt modi dicẽdi. Nos dicimus ſecundum ſententiam Galeni, quod in hoc ſecundo genere nulla eſt materia, quæ eleuetur à ſtomacho, & petat caput, ſed ſolum puttedo, ſtomachus compatitur cerebrum hoc pacto, os ventriculi eſt maximè ſenſitiuum per neruum quendam, qui rectà communicat com cerebro, & eſt ille neruus, per quem ſentimus appetitum famis, & ſitis: participat ergo os ventriculi maximè com cerebro propter neruum illum: communicat etiam cum corde per vicinitatem, aliquando læditur os iſtud ventriculi per aliquam materiam mordicantem ipſum, læſo ore per communicantiam, quam habet vel cum corde; vel cum cerebro aliquando læditur cor, aliquando læditur cerebrum; ſi læditur cor, homo cadit in ſyncopim: ſi cerebrum, homo cadit in morbum comitialem. Et cadit homo in morbum comitialem, non quod ab ore ventriculi eleuetur vapor, aut materia aliqua, minimè (vt ego exiſtimo,) ſed quoniam neruus ille contrahitur; contracto neruo per coinquinationem, contrahitur etiam cerebrum: & ſic morbus comitialis euenit. Nam ſi quando eleuaretur vapor aliquis à ſtomacho, aut ab aliqua alia parte corporis, & petendo caput ibi perduceret humiditates, obſtrueretur ventriculus, tunc non eſſet iſte morbus per participationem, ſed iam eſſet per eſſentiam: dicitur autem per participationem quando nullo modo læditur cerebrum.... Sed læſo tantummodo ſtomacho per compaſſionem læditur etiam cerebrum. Ideo videndus eſt Galenus 5. *de locis affec. cap. 5. immo cap. primo de cauſis ſimplicib.* Vbi adducit quædam accidentia quæ fiunt ex læſione oris ſtomachi. Signa autem morbi comitialis per participationem ex ore ventriculi erunt tremor cordis; communicat enim ventriculus maximè etiam cum corde, erit mæſtitia, & maximè accidit poſt ieiunium, qooniam in ieiunio bilis mouetur ad ſtomachum. Auicenna addebat egeſtiones vrinæ, & ſeminis, ſed malè, quoniam vt diximus heri, hæc ſunt ſigna fortis, vel debilis conuulſionis: & ſi peruenict à bile, erit ſitis, erit inflammatio, & amaritudo oris: ſi vero à melancholia, erit appetitus.... ſapor acetoſus, triſtitia, aliquando etiam eleuatio: ſi non ſint hæc ſigna, erit potius à phlegmate.

Vidimus huc vſque ſigna tum pathognomica, tum vocata aſſidentia, nunc videnda ſunt reliqua ſignorum genera. Signa criſis non habent locum in hoc caſu, quoniam iſte morbus non eſt de illis qui terminentur criſi, ſicut neque etiam paraliſis; niſi fortaſſe vellemus dicere euacuationem, quæ fit per nares, vel per palatum, in acceſſione illa eſt criſis naturæ, & ſignum criſis. Signa concoctionis, vel cruditatis ſunt in hoc caſu quomodo in aliis morbis capitis; quando enim ſputum erit adhuc aquoſum, eſt hoc ſignum cruditatis; quando erit craſſius, ſignum erit materia quæ concoquitur; quando adhuc erit adeò craſſus, quomodo noſter naturalis, quem habemus in ſanitate, ſignum erit quod materia penitus eſt digeſta, & concocta. Signa ſalutis aut mortis, iam ſuperius dicta ſunt, id eſt ante pubertatem poſſe mutari mutatione ætatis, poſt 25. annum neceſſario conſeneſcere, & quod morbus iſte non eſt periculoſus, niſi in infantibus. Item quod ea quæ ſunt ſigna fortioris Epilepſiæ, ſi erunt adhuc magis intenſa, erunt ſigna mortis, vt frequentes acceſſiones, validiſſima conuulſio, longiſſima mora: Et hæc nobis ſufficiant de ſignis.

His habitis deueniendum nunc eſt ad curationem; & quoniam morbus iſte eſt triplicis generis, ideo curatio etiam debet eſſe triplex: & primò faciemus curationem Epilepſiæ illius verè aſcendentis: ſecundò de ea quæ fit læſione oris ſtomachi: tertio de illa quæ fit per eſſentiam materiæ in capite, & hanc diuidemus. Primò enim agemus de ipſa in infantibus, poſtremò in adultis. Sed antequam ad hæc veniamus, quoniam medici adducunt multa, quæ ſunt apprimè occulta, & à tota ſubſtantia conferunt morbo comitiali; cum tamen multa ſint ex iſtis quæ agunt à qualitatibus manifeſtis, primò adducemus omnes illas medicinas, quas dixerunt medici mederi à proprietate occulta, ex quibus medicinis nos multa referemus ad qualitates manifeſtas. Sed antequam iſtas medicinas in medium adducam, prius facio vos animaduerſos de quodam dicto Hippocratis, & quadam regula *prim. epidem part. ſecunda* à medicis, vel maximè obſeruanda, quæ eſt iſta: *medici debent aſſueſcere, vt iuuent,*

vel

vel ſaltem vt non noceant: Galenus mirabatur de bac ſententia, quæ videtur eſſe ram notiſſima, vt non eſſet digna ſcribi ab Hippocrate: tamen quando cognouit plurimos excellentes medicos, aliquando etiam obeſſe ægtoris, dicit ſe exiſtimaſſe hoc etiam aliquando vſu veniſſe Hippocratis, ideo hanc ſententiam aſcripſit, ex qua colligimus tria eſſe remediorum genera. Aliqua qoæ ſumus certi prodeſſe, & non obeſſe: aliqua de quibus non ſumus cetti quod proſiot; ſed bene ſumus certi quod non obſunt; aliqua quæ non ſumus certi neque quod proſiot, neque quod non obſint, id eſt de qoibus ſumus dubij an iuuent, an noceant.

Primum genus remediotum audaciſſimè debent vti medici, ſunt enim certi quod proſint, & eerti quod non poſſint nocere: ſecundom etiam genus poſſuor etiam medici audaciſſimè adhibere, quoniam etſi non ſunr certi quod iuoent, ſont tameo certi quod non poſſint nocere. At tertium genus debent medici effugere omni eonatu, & illis non vti, niſi in eaſibus deſperatis vitæ, videlicet in hecticis tertiæ ſpeciei, dando eis aquam frigidam: niſi enim demus, ſumus certi quod morietur, ſi demus fortaſſe ſaluabitur, fortaſſe morietur: *melius eſt enim* inquit Galenus *facere aliquid cum ſpe; quam derelinquere agrum ſine omni ſpe:* tamen hoc remedio uon debemus vti in aliis, quoniam eſſet ludere vitam ægrorum ad taxillos, ideſt exponere ſe ſorti, ſi eueniet bene erit, ſin minus malè; hoe non eſt officium medici: ſed debent medici arte eſſe certos qood proſint, aur ſaltim eſſe certos quod non obſiot, & non noceanr, qood dicebat Hippocrates in ea ſententia aurea.

Veniamus modo ad enumerandas medicinas, quæ à proprietate (vt aiunt) tollunt motbom comitialem; ſed quoniam hæ ſunr duplices; aliqua exterius explicantur, aliqua interius aſſumuntur. Primò adducemus ea, quæ exterius; ſecundò loco ea quæ interius. Primò vtuntur radice peonis, de qua Galenus *Sexto de ſimplicib. medicament* dicit ſe vidiſſe peoniam applicatam collo, & donee erat appenſa, æger non incurrebat in motbum: quando caſu decidit, ſtatim cecidit, & teeirat ſe iterum eſſe expertum, & tandem ipſe affirmat hoc, & omnes conoeniunt. Auicenna dicit qood hæc vittus eſt in Peonia Romana; ſed & io ea, quæ ex India affertor, nulla eſt talis virtus. Galenus declarat eo in loeo quomodo poſſit Peonia conferre buie morbo, & dicit duobus modis poſſe; vel quia ab ea dum appenſa eſt collo, eleoantur vapores, qoi ſubeunt nares, & artabuntut ad cetebrum per aërem inſpiratum: nam omnes noctes ex aëre quem inſpiramus vna pars ſtatim trahitur ad cor, alia ad cerebrum; quanquam ea quæ ad cor vadir per polmones ſit maior, quàm ea quæ ad cerebrum, vel poteſt Peonia hoc efficere alterando aërem, producendo in eo qualitatem aliquam, qui aër ea affectus qualitate, & attractus per nares ad cerebtum poteſt conferre: quomodo etiam eſt videre de magnete, quomodo magnes attrahit ferrum, quippe quia producit qualitatem in aëre, qua affectum ferrum mouetur ad magnetem: ſic etiam eſt de torpedine, quæ ſtupefacit manos, imò & .... etiam afficit, non ſolum aërem: Auicenna in tractatu de viribos cordis hanc Peoniam vocat lgnum imos. Qualitas eius manifeſta eſt, quod aſtringit, tergit & putgat cerebrum, & vt inquit Auicenna; habet vim confortandi, & prohibendi ne recipiantur in cerebro humores pituitoſi, & melancholici. Sed quid aliud eſt hoc quam à qualitate manifeſta, non ab occulta conferre comitiali morbo.

Sed dicet quis, vnde eſt quod hodie nos non videmus experientiam? Galenus ponit tres conditiones; primò quod radix ſit magna, ſecundo quod ſit recens, tertio quod collo puerorum ſit appenſa; non dicit in iuuenibus, neque in adultis, pueri quoniam ſunt humidiores, ideo in eis poſſuot facilius huiuſmodi virtutes imprimi. Alexander addit quod radix debet colligi decreſceote lona, vnde alterum duorum oportet dicere; vel quod hæc noſtra Peonia qua vtimur, quoniam eſt hortenſis & eſt adulta in loco humido, non eſt conueoieos; debet enim naſci in loco ſicco; vel quod hæc oostra herba Peonia appellata, non eſt Peonia antiqua. Secundo medici ponunt rutam ſilueſtrem, vt videtur apud Alexandrum, habet ealiditatem magnam, poteſt exſiccare, & ſubtiliare, ideò odor ſuus poteſt exſiccando, & ſubtiliando multum conferre, ideo non eſt dicendum quod agat qualitate occulta: de peonia hac non poteſt dici, quoniam peonia eſt temperata potius, at ruta excedit maximè in caliditate; & ſi hæc ruta non omnino liberat, tamen certe poteſt iuuare: ſed deberet eſſe ſylueſtris non hortenſis. Poſtea eſt pyrettum collo appenſum. Galenus *cap.* proprio, dicit eſſe calefactiuæ virtutis: Et iouat ad ægritudioes neruorum, ergo iſte etiam poteſt qualitate manifeſta, permiſcendo vapores ſuos cum aëre. Quartò poount paucedanum quæ eſt radix herbæ, de cuius ſucco Dioſcorides dicit qood mixto cum oleo calefaciente, iuuat Epilepticos, & omnes morbos neroorum: ideo & iſta quoque radix paucedani poteſt qualitate manifeſta iuuare. Alexander ponit poſtea aurum putum, & dicit quod ſi fiat circulus aureus, & ponatur in brachio, iuuat: ſed ego de hoc non babeo aliam authoritatem, niſi Traliani: & iſte etiam hoc non dicit affirmans, ſed authoritate cuiuſdam antiqui. Ponunt poſtea Smaragdum. Auenzoar. *primo libro tract. 9. cap. 7.* Raſis quoque *de Ægritudinibus puerorum,* Rabi Moyſe *in Aphoriſ.* a. *part.* Galenus non

tractat de virtute hac Smaragdi, niſi fortaſſe vbi egit de iaſpide viridi, & in eo cap. dicit omnia quæ Auicenna ex ſententia Galeni attribuit corallo. Præterea ponunt lapides inuenti in hyrundinibus, ſed hæc videtur res fabuloſa, quoniam ab alijs alia ſcribuntur; & ſcriptores non concordant. Dioſcorides dixit eſſe in hyrundinibus duos lapides varij coloris vnus Dioſc. rufus. Alexander dicit vnius eſſe color rufus, alterius albus.

Albertus Magnus in cap. proprio de lapide celidonio aliter dicit. Iſaac dicit aliter. Tum Albertus Magnus dicit ſe vidiſſe cum ſocijs ſuis, ideo niſi valeat authoritas Alberti, res erit fabuloſa. Alij dicunt eſſe tantum in primogenito; alij aliter; Galenus tamen tractat de hyrundine, & de virtutibus ipſius, & nihil meminit de iſtis lapidibus. Bene verum eſt quod in Gallo præſertim antiquo inuenitur lapis, qui vocatur electorius, maior duabus fabis; ſed oportet vt Gallus ſit antiquus. Ideo potius crediderim quod ſi quis lapis repetitur in hyrundine, debeat reperiri in antiqua hyrundine, quam in pullis. Demum adducunt lapidem aquilæ, quos ego vidi multos: & dicit Dioſcorides quod ſi puluériſetur, & cum ceroto calefaciente ponatur ſuper caput, multum valet; Galenus tamen hoc non affirmat, ſed dixit, de quo Dioſcorides dicit rem mirabilem, quam ego non credo aliquo pacto, videatis vos rem miram. Poſtremo dicunt de corallo quod iuuat ad hunc morbum, ſed credo hic eſſe errorem; nam Galenus dicit conferre ſtomacho: & quoniam eſt frigidus, ſtringit, & nos indigemus apertione: vnde ſi iuuat, potius à proprietate iuuabit; ſed potius eſſet dimittendus à medico: quoniam eſt de illis medicinis quæ ſunt in tertio genere: & hæc ſunt quæ adducuntur conferre à proprietate exterius applicata: cras nos videbimus ea, quæ interius aſſumuntur.

LECTIO X.

ENumerabamus medicinas omnes, quæ à proprietate, vel potius à qualitate aliqua manifeſta ſummopere iuuare ad morbum comitialem, adducuntur à veteribus medicis, & abſoluimus eas medicinas enumerare, quæ exterius applicabantur. Nunc agendum eſt de iis quæ interius aſſumuntur: Galenus *primo libro de Tyriaca ad Piſonem* dicit, quod cerebrum cameli exſiccatum, & cum aceto conditum à proprietate, & à tota ſubſtantia confert huic morbo, Præterea cerebrum muſtellæ, de qua muſtella non ſolum Galenus *XI. de ſimplicibus medicamentis*, ſed Dioſcorides etiam mira dicunt, quod inueterata ſale, & exſiccata, & ſale implicata; alij replent corpus muſtellæ coriandris, alij comburunt, & faciunt cinerem: Galenus non vtebat ipſam, ſed tantum vtebatur ea inueterata ſale, ideſt plena, & in vmbra permiſſa ſiceſcere, & in puluere redacta datur in potu: in hoc non poteſt eſſe nocumentum, & medici poſſunt vti ea Galenus præterea *vndecimo de ſimplicibus medicamentis*, dicit quando loquitur de oſſibus, quod oſſa combuſta magnam habent proprietatem ad morbum comitialem: & hoc meritò, quia oſſa habent magnam vim ſubtiliandi, calefaciendi, & exſiccandi: nos autem in hoc caſu nihil aliud intendimus, niſi exſiccare humiditates, ſubtiliare, & calefacere: & dicit Galenus ſe multos vidiſſe curatos exhibitione oſſium in puluerem redactorum, tum ab Epilepſia, tum etiam à morbo articulari. Addunt quidam quod oſſa humana maiorem adhuc habent virtutem: ſed quoniam nos credimus in oſſibus nullam eſſe qualitatem occultam, ſed ſolùm illas manifeſtas exſiccandi, ſubtiliandi, & calefaciendi. Ideo non poſſum videre, quare magis iuuent oſſa humana quàm alia oſſa; præterea Galenus hoc non dicit, & ſolùm exhibet oſſa ſuilla, oſſa pedum ſuis.

Addunt præterea medici quidam moderni; & dicunt quod præcipue inter humana oſſa cranei, exiſtimantes quod quomodo iſte morbus eſt in capite, ita etiam per ſimilitudinem oſſa capitis plus iuuent quàm alia oſſa, quoniam enim ſunt conformia, ideo potius ea ſumant, nulla tamen ratione meo iudicio.

Sequitur poſtea coagulum leporis: Galenus *decimo de ſimplicibus capit. de coagulo* dicit, quoſdam dixiſſe habere vim non ſolum ad Epilepſiam, ſed etiam ad muliebrem fluxum: & præterea ad ſputum ſanguinis: hoc dicit ſe non credere, quoniam eſt maximè acre; dixit tamen ſe in Epilepſia expertum eſſe, & multum valere non ſolum coagulum leporis, ſed omnia coagula; habent enim qualitatem acrem inciſiuam, & ſubtiliatiuam, nihilominus hoc coagulum leporis excellit alia in præſtantia in hoc morbo. Poſtea ſequitur lapis armenus, non intelligatis bolum armenum, ſed lapidem armenum, qui eſt lapis lazuli, de quo Meſue facit duo capitula, & eſt medicina ſolutiua: Alexander dicit ſe cum hac medicina nunquam fruſtratum eſſe, & nullum aliud præſentius remedium poteſt adhiberi in hoc caſu, & dat drachmam, ſed debet præparari, vt Meſue præcipit, ſcilicet quinquageſies ablui, quoniam aliter faceret nauſeam, & maximè purgat melancholiam, & quòad rationem, deberet tantum valere ad morbum comitialem ex melancholia, & ſi iuuat in morbo comitiali ex phlegmate, hoc facit ex proprietate ſua, potius quàm aliqua manifeſta qualitate. Eſt poſtea agaricus medicina ſolutiua, & familiariſſima, non tamen credendum eſt quod iuuet Epilepſiæ quia ſoluat; quoniam hoc pacto etiam omnes aliæ medicinæ ſolutiuæ deberent eodem pacto iuuare, ſed iuuat propria, & occulta qualitate;

tare; vel potius quia habet alias virtutes manifeſtas, quàm ſoluere, ſcilicet ſubtiliare, aperire, & calefacere, & reſerare obſtructiones. Hoc teſtantur vna voce Dioſcorides & Galenus. Poſt agaricum eſt Betonia, in qua nulla eſt virtus calefactiua, ſed bene eſt virtus inciſiua, & Galenus; & Dioſcorides, eam laudant in hoc morbo ſummopere, & iuuat non ratione caliditatis, ſed vel ratione ſubtiliationis, vel ratione alicuius proprietatis. Et poſtea Helleborus niger, & hæc etiam medicina non iuuat ratione ſolutionis, ſed ratione aliarum virtutum calefactiuè, exſiccatiuè, & ſubtiliatiuè, vel alicuius proprietatis. Eſt poſtea ſeſſali herba, de qua Galenus, & Dioſcorides expreſsè dicunt, quod ſanat hunc morbum, virtus manifeſta eius eſt calefactiua, inciſiua, & ſubtiliatiua, quod ſanè conuenientiſſimum eſt, in incidendis, ſubtiliandis, & calefaciendis humoribus craſſis, viſcoſis, & frigidis: & quanquam omnes medicinæ, quæ habent iſtas vires incidendi, calefaciendi proculdubio proſint; tamen potius eligendæ ſunt iſtæ nobis probatæ ab antiquioribus, & propter aliquas forraſſe qualites non manifeſtas, quas poſſunt habere. Et præterea oximel, ſcilliticū ſiue mel ſcilliticum, de quo Galenus ait in conſilio pueri, quod multos curauit cum hac ſola medicina, & cum recta ratione exercitij. Quomodo autem præparetur, docuit ipſe in fine illios conſilij; & dicit capere ſe vaſa fictilia, in quibus ſolet mel condi, & obſeruari: & extracto melle, ponit in eis ſtillam manibus contritam, & poſtea cooperit vas pelle aliqua circumquaque optimè, & exponit in ſole ad meridiem, in loco, in quo non poſſit perflari à ventis Borealibus, & quotidie voluit: & hoc facit in diebus canicolaribus, quos Græci vocant *andsoram*; appellant enim propriè diem caniculæ *Boream*. Secundum autem quod dicit Galenus iſti dies caniculares, ſunt iſti viginti dies antequam canis oriatur, & viginti dies poſtquam ortus eſt, & hoc dixit *ſecundo de alimentis cap. ſecundo* in quo tempore, (ſunt enim 40. dies) omnes fere fructus orarij: hoc pacto omnes, quoniam vel quidam erunt in fine quomodo cera ſi, vel in medio, vel in principio: omnes fructus qui orarij appellantur, qui ſunt facile putreſcibiles, oriuntur in his 40. diebus canicularibus, & hoc facit Galenus, ſcilicet vt exponat ſoli hanc ſcillam in his diebus, vt vis ſolis ſit potentior ad calefaciendum. His diebus tranſactis, erit vtique ſcilla decocta, & in vaſe reperietur ſuccus ſeparatus à ſcilla, accipio ſuccum, dicit Galenus, & componit cum melle, & præbet eo modo ſuccum cum melle conditum, cochlear vnum paruum pueris, adultis vnum cochlear magnum; poſtea dicit Galenus accipio corpus ſtillæ, & hoc etiam ſimul compono cum melle in forma electuarij, & eodem pacto propino patientibus morbum comitialem. Hoc pacto faciebat Galenus mel ſcilliticum cum ſucco, & electuarium ſcilliticum cum corpore ſcillæ, quod electuarium eſt minoris virtutis quam ſuccus, tamen & ipſum etiam valet plurimum. In hac herba ſcilla non multum eſt virtutis calefactiuæ, neque enim tranſit ſecundum gradum; at plurimum virtutis inciſiuæ.

Hoc in loco duo ſunt à nobis examinanda; primum quid intelligat Galenus per cochleare paruum, & quid per cochleare magnum: ſecondò qui ſint dies verè caniculares. Quoad primum dico quod Galenus per cocleare paruum intelligit drachmam, per cochleare magnum intelligit drachmam cum dimidio; hoc poteſt videri ex eo loco id eſt de morborum curatione, cum loquitur de curatione Epilepſiæ, quæ eſt vitio ſtomachi; quem morbum curat cum lucra, ſiue melle; & dicit quod minima doſis eſt vnum cochlear paruum, id eſt drachma vna cum dimidia, maxima doſis eſt duo cochlearia parua, id eſt duo drachma media; doſis eſt cochlear magnum, id eſt drachma vna cum dimidia. Quo ad ſecundum eſt maxima dubitatio quando incipiant iſti dies caniculares, & quando deſinunt, Galenus expreſsè dicit quod dies canicolares incipiunt 20. dies antequam canicula oriatur, & viginti dies poſt ſuum ortum. Paulus *lib.* 7. vbi dicit de illa medicina in podagris diator. dicit: eſt cauendum ab hac medicina in diebus canicularibus, & declarat qui incipiant 24. Iunij, die apud nos ſancti Ioannis, & durant vſque ad Auguſtum completum: iuxta ſententiam Pauli durarent amplius quam 60. dies, & Galenus dicit quod ſolum durant quadraginta. Dico ad hanc difficultatem, quod apud Hippocratem, & Galenum eo tempore nondum erat notus motus ille ſtellarum fixarum, qui motus mouetur per centum annos per gradum vnum. Ita quod ſtellæ non ſunt in illo gradu nunc, in quo erant tempore Galeni, neque canicula oritur nunc eo tempore, quo oriebatur tempore Galeni; ſed tarda eſt, & tardius oritur; & aliquando labentibus annis canicula orietur in hyeme. Bene verum eſt quod tunc virtute huius ſtellæ frigora erunt minora, aliquanto: & hoc tempore etiam calores in Auguſto non ſunt ita faſtidioſi; quemadmodum erant tempore Galeni. Vnde dico quod Paulus rectè dicebat, quod durat primò 60. dies, quoniam canicula eſt tardata ab ortu ſuo, & cum in medio Iulio ſint colores ingentes per aduentum ſolis, ſemper neceſſariò ſunt calores, & quoniam canicula tardius oritur calores etiam producuntur. Rectè etiam dicebat Galenus, quoniam apud ipſum non erat cognitus iſte motus, qui facit variare ingreſſum, & ortum ſtellarum fixarum. Galenus credebat quod ſemper eodem modo deberet oriri canicula, tamen non tardius manifeſte oritur, & hac de cauſa hac noſtra tempeſtate producunt calores.

Sed veniamus modo ad curationem,

quæ eſt certiſſima pars medicioæ quomodo diximus ſuperius cognito morbo. Et primò incipiamus à cutatione tertiæ ſpeciei, ſcilicet illius, quæ fit ex vapore illo aſcendente ad caput ab aliqua patte noſtri corporis, vtpore à pede: ſed quomodo fit iſte morbus? Vapor quidam malignus proficiſcitur ab illa parte, veluti à tibia, vel à pede, & aſcendit per crus, per femur, & tandem venit ad cerebrum; cetebrum ſentiens nocumentum vult eum vaporem expellere, ideo contrahitur; ex illa contractione, ventriculi conſtringuntur adeò, vt ſpiritus non poſſint exire ad motus voluntarios, & ſenſationes producendas. Ideo homo cadit, & in terra reſtat ſine ſenſu, & motu voluntario; nam remanet quidem ille motus conuulſiuus. Eſt ergo in hoc morbo contractio cerebri, quæ debet remoueri à medico: quomodo remouebitur iſta contractio? remouendo cauſam: cauſa quomodo temouebitur? ſi prohibebimus ne aſcendat ille vapor, imo vt penitus aboleatur. Tota itaque intentio curatiua medici eſt, prohibere vaporem ne aſcendat, imo ipſum conſumere, & abolere. Hinc appareat primum remedium, & hoc eſt ligare tibiam. Eſt vapor in pede, nos volumus prohibere ne aſcendat, ligamus tibiam ligamento fortiſſimo; & certe ſi eſſet vapor extrinſecus qui per cutem tranſiret, iſtud remedium omnino valeret; ſed quoniam ſæpè eſt interius: ideo hæc ligatura iuuat quidem aliquid, ſed non omnino tollit aſcenſum. Valet hoc remedium ſummopere etiam in veneno: & Galenus adducit exemplum de tribus ruſticis, quorum vnus cum eſſet ictus in digito ſcorpione, falce quam ſecum habebat abſciſit digitum, & ſanatus eſt: alter arctiſſimè ligauit digitum prope manum, & poſtea tranſtulit ſe ad medicum, & potuit facillimè curari. Alius ictus, & non adhibito hoc remedio ligamenti, mortem obijt: ſi valet hoc remedium in re, quæ mortem importat, quantò magis valebit in re quæ non importat mortem, quomodo eſt morbus comitialis.

Sed quoniam non ſatis eſt medico prouidere ne aſcendat vapor ille iſta vice tantum, ſed etiam curare ne amplius poſſit aſcendere, imo vt conſumamus illam materiam, & penitus remoueamus ab eo loco. Ideo ſtatim poſt hoc remedium oritur ſecundum, vt ſcilicet purgemus totum corpus nulla alia de cauſa, niſi vt magis audacter poſſimus applicare tertium, & vltimum remedium. Purgato corpore vniuerſu debemus adhibere cauteria, ſiue ruptoria in loco læſo, ſcilicet in pede cum rebus vlcerantibus potentia non actu: Galenus adhibebat pro cauterio, & re vlcerante ſynapim, ſiue axiam: noſtri Chirurgi habent alia ingenia, ſatis eſt vt fiat ruptorium potentiale, quod exſiccet omnino illam materiam, & adurat. Vltimo Raſis apponebat ventoſas cum ſcarificatione: ſed quomodo purgabimus corpus? Raſis dicebat euacuandum eſſe pluribus vicibus pillulis cocchijs, hoc ſanè non poteſt conferre pueris, ſed bene adultis: pueris exibebimus agaricum, ſeu rhabarbarum, proprias purgationes puerorum. Sed quare debent purgari? Auicenna dicebat vt materia retrahatur vſque ab eo digito: hoc eſt impoſſibile præſertim in pueris, vt ſcilicet medicina poſſit pueris dari tam vehemens, vt materia poſſit abſtrahi vſque à pede, in adultis poſſit fieri, tamen eſſet ſatis difficile. Ideo dico quod purgari debent, non vt materia trahatur, ſed vt cauteria tutius poſſint applicari, ſic dicebat Galenus.

Alexander & Auenzoat non ponunt cauteria, ſed ſolum medicinas eo in loco calefactiuas, & exſiccatiuas, vt faciant euaporare vaporem illum malum abſque ſolutione cutis: & quanquam hoc poſſit fieri, tamen erimus longè certiores ſi cauteria apponemus, & maximè cauteria potentialia quomodo facit Galenus ex axia, ſiue ſynapi: alij ponunt cantarides, hoc nihil refert modo fiant ruptoria. Sed hoc in loco duo ſunt quærenda: vnum quare Alexander & Auenxoat timerent ponere cauteria: Secundum quare Galenus ponat cauterium potentiale, & non actuale cum ferro, ſeu cum auro ignito. Ad primum dico quod fortaſſe iſti viri timuerunt cauteria hac ratione, quoniam in cauterio certè illa materia exhalabit, quoniam putreſcet magis; ſed ſi nunc eo modo quo eſt, afficit cerebrum tam ſæuo accidenti, quid faciet quando erit putrefacta, & corrupta per cauterium? certè hæc ratio illorum nihil valet, nam ille vapor erat noxius per ſuam frigiditatem, ſed per cauterium acquirit caliditatem: ergo non poteſt amplius nocere, ſi putreſcet certè per caliditatem putreſcet, ergo non nocebit amplius, quàm nocebat per ſuam ingentem frigiditatem. Sed quare Galenus facit cum potentiali, & non cum actuali? Dico quod Auicenna *quarta primi* dicit, per quatuor cauſas fieri cauteria; ne putredo perſeueret; ſecundo vt mala temperatura remoueatur ſi ſit frigida; tertiò vt extrahatur per euaporationem mala materia, quẽadmodum eſt in propoſito noſtro; quartò vt reſtringatur fluxus ſanguinis. Sed quare hic non vtuntur medici actuali cum ferro ignito? dico quod in pede ſunt multæ chordæ, & multi nerui qui nimium exſiccarentur, & procul dubio contraherentur ſi adhiberemus ferrum ignitum, ſed adhibendo potentiale non poterit nocere chordis, & neruis, quoniam eſt longè mitius, & nullo pacto poteſt tantum offendere neruos exiſtentes in pede. Vltimo Raſis ponit ventoſas, vt omnino extrahatur materia, & facit ipſas cum ſcarificatione: primò enim ponit ligaturam, ſecundò purgationem, tertiò cauteria, quartò ventoſas: & accepit hunc ordinem & hæc remedia omnia à Galeno, & rectè facit: errat tamen in hoc quod dicit quando

do ſyncopizat: Nam falſum eſt quod in morbo comitiali ſyocopizetur, nam illa materia non vadit ad cor, ſed ad cerebrum. Et hoc cognoſcitur ex pulſu: in ſyocopi non eſt pulſus, in comitiali eſt pulſus, nihilominus non erat prius, & ego hoc ſum expertus. Bene poteſt eſſe quod duo hæc accidentia ſimul conueniant, tamen in morbo comitiali non fit ſyocopis, & ratio eſt quoniam materia vadit ad cerebrum, non vadit ad cor, & hoc expreſsè cognoſcitur ex pulſu.

LECTIO XI.

DEclarauimus in præcedenti lectione, quomodo curatio deberet fieri in morbo comitiali eo, qui ex vapore aſcendente percutit caput. Nunc agendum eſt de curatione illius, qui à ſtomacho peruenit: & ſicut diximus in principio noſtrarum lectionum, vt omnis morbi curatio, methodo recta, atque ordine ſcientifico procedat: prius debent ſtabiliri intentiones curatiuæ, quæ quidem apparent, ſtabilito morbo, & ſtabilita cauſa morbi. Vt igitur in hac noſtra curatione adinueniamus intentionem curatiuam, atque id quod agendum eſt, videndum eſt quis ſit iſte morbus, & quæ eius cauſa. Iſte morbus ſecundæ ſpeciei Epilepſiæ cauſatur hoc pacto. Humores mali ſunt in ſtomacho, ſua malignitate mordicant ſtomachum, ſtomachus maximè patitur, ad paſſionem ſtomachi per communicantiam læditur cerebrum; ideo cerebrum ſentiens læſionem contrahit ſe, in huiuſmodi contractione ventriculi animalis conſtringuntur; his conſtrictis, & conſtipatis, virtus ſenſitiua, & virtus motiua voluntaria, non poteſt tranſire ad operationes ſenſus, & motus: ideo homo cadit & reſtat in terra abſque ſenſu, & abſque motu voluntario. Quoniam igitur omnis cauſa huius vltimi affectus quod homo in terra ſit ſine ſenſu, & motu, ſunt mali humores qui recipiuntur in ſtomacho, & ipſum mordicant, & omnis medici intentio debet eſſe remouere iſtos malos humores, qui ſi remoueantur, neque ſtomachus patietur, neque cerebrum per conſenſum lædetur, & conuelletur. Intentio igitur medici, & omnis indicatio à morbo, & à cauſa debet eſſe, remouere malos humores qui mordicant ſtomachum. Hoc habito, atque ſtabilito, reperienda ſunt ingenia, atque remedia, quibus nos huiuſmodi humores poſſimus expellere, atque omnino à ſtomacho propulſare, ne amplius noceant.

Raſis ponit quatuor præſidia, & quatuor remedia, ſumpta tamen & hæc etiam ab ipſo Galeno. Primum præſidium eſt vomitus, hoc remedio cumulate poterimus educere materias, quæ in vacuitate ſtomachi continentur: ſed hic eſt opus diſtinctione, nam ſi materia quæ eſt in ſtomacho ſit biliosa, prouocandus eſt vomitus, aut cum aqua tepida, vel cum cremore ptiſanæ, ideſt, cum ſucco hordei, vel cum aqua mellis: & ſi materia ſit pertinacior vel cum digito, vel cum penna intincta in oleo; ſic docuit nos Galenus *ſeptimo de morbis curandis* prope finem, vbi loquitur de materia mala contenta in ſtomacho: ſi verò humores mordicantes ſtomachum, ſiue quomodocumque ſint lædentes, ſiue pituitoſi, vel melancholici, prouocandus eſt vomitus, vel cum decoctione raſani, vel cum decoctione radicis betonicæ, vel decoctione ſeminis attriplicis ſimul cum oximelete ſimplici.

Sed quæ ratio eſt huius differentiæ, vt ſi humores ſint biliosi vno modo, ſi pituitoſi alio modo, ſint per vomitum educendi: Galenus *primo de Febribus ad Glauconem*, vbi loquitur de cura febris cum accidentibus, dicit excitandus eſt vomitus vel cum aqua tepida, vel cum aqua, & oleo ſcilicet, non autem cum oximelite: quare non monet in eo caſu vomitum cum oximelite: ratio eſt quoniam materia quæ mordicat, ex acuitate non eſt augenda in mordicatione, & acuitate: & quia oximel habet mordicantiam, ideo neque eo vtendum eſt, neque ſyruppo acetoſo, quoniam ambo hæc ſunt acria, & mordicantia, ſed potius incitandus eſt vomitus cum aliqua re, quæ mitiget acutatem bilis, ideo magis confert ad vomitum oleum, & aqua, quod appellat Galenus hydroleon, quod ſanè vel ciebit vomitum, vel ſaltem ad ſeceſſum ducet materiam; vel enim ſanè hoc vomitiuo ducet materiam ad excretionem per ſuperius, vel per inferius.

Hic non eſt vſus vti vomitiuis fortibus, videlicet agarico, & helleboro albo; ratio eſt quoniam ſolum debemus euacuare materiam, quæ eſt in ſtomacho, non autem attrahere alias materias ad ſtomachum: ſi vteremur agarico traherentur aliæ nouæ materiæ ab vniuerſo corpore ad ſtomachum, at hoc non debet fieri, ſed ſolum euacuari illæ, quæ iam in ſtomacho, & tunicis ſtomachi reperiuntur. Prouocato vomitu debemus ad ſecundum remedium accedere, & hoc eſt euacuato humore peccante, quod iam per vomitum effectum eſt, præſeruare ſtomachum, & efficere ne amplius aptus ſit ad huiuſmodi materias accipiendas, hoc autem ſuccedit nobis ſi tum melius euacuabimus, tum etiam confortabimus ſtomachum. Confortabitur autem, & euacuabitur melius ſtomachus, ſi exhibebimus hieram, quæ fit ex aloe: Galenus *quinto de locis affec. 6. de tuenda ſanit. in fine. 7. de morbis curandis circa finem*, præcipit nobis ea, quibus ſtomachus poſſit confortari, & corroborari; & in ſumma mirificè commendat hieram, vel aloem ipſam, quæ eſt medicina ſolemnis, & præſtantiſſima, quotieſcumque medicus debet non ſolum purgare ſtomachum, ſed etiam corroborare, & confir-

mare, ne turſus accipiat nouas materias, & ne in ſeipſo generet. In aloe eſt hæc prima virtus, quod euacuat materias, quæ ſunt in ſtomacho, & non trahit alias ex aliis partibus ad ſtomachum; neque enim virtus eius cum datur in magna quantitate pertranſit. . . . , neque vllo modo attingit vnquam epat, neque enim poteſt euacuare vniuerſum corpus, quid nos in hoc caſu intendimus facere, aliquando vtimur ea lota, aliquando non lota; aloe non lota plus purgat ſiue ſoluit, & minus confortat, aloe lota è contra plus confortat, & minus purgat, & ſoluit. Ideo Galenus *ſeptimo de morbis purgandis* duplicem præcipit dari hieram præparatam, lotam, & non lotam: aliquando opus eſt vna, interdum altera. Et aduertendum eſt, vt dicit Galenus potius in hoc morbo debere dari ſuccum quam cum melle: intelligo autem ſuccum, ſcilicet, non cum melle, ſed cum alio humore, & ratio eſt hæc, quoniam aloes cum melle non æque bene confortat ſtomachum, atque facit ſine melle, licet melius ſubducet, & citius cum melle: & noſtra omnis intentio eſt in hoc ſecundo remedio potius confortare quàm ſubducere.

Sed in hoc loco plura à nobis diſcutienda, atque examinanda ſunt; primum quomodo fiat hiera, & ex quibus rebus conſtituatur: ſecundò quomodo lauetur aloes, & an conueniat lota, an non lota: tertiò in qua doſi, & qua quantitate debeat dari: quarto, an cum melle, an ſine melle. Quoad primum ſcilicet quomodo fiat hiera, dico quod Galenus vltra aloem accipit ſex alias res iſtarum ſpecierum, & centum aloes: ſed eſt aduertendum, quod de vnaquaque ſpecie accipiuntur ſex partes, vt puta 36. omnium ſex ſpecierum, & centum aloes: aliqui decipiuntur, accipiunt enim de omnibus 36. tunduntur ſimul iſtæ ſpecies, & cum aloe, ſiue lota, ſiue non lota miſcentur: ſed quomodo lauatur aloes: Galenus *ſecundo de ſimplicibus medicamentis*, docet lauari omnes res: & dicit ſi res quæ debet lauari diſſoluitur in igne, vt oleum, vt pinguia: primo debemus eà diſſoluere, poſtea inijcere in aquam, & quia enatant huiuſmodi res ſupra aquam, ideo colliguntur, & aqua proijcitur, & ſic mordicaria; quæ autem in oleo remanet in aqua, & oleum reſtat purum, & ſicut volumus: ſi verò res quæ debet lauari ſit dura, & non cedat ita de facili igni, ponatur in aqua, & quoniam huiuſmodi res ſunt graues petunt fundum; proijciatur aqua, & fundus colligatur, & hoc pacto toties lauetur, quoties opus ſit, hæc autem hoc ſigno cognoſcerimus, vt ſcilicet quando aqua non habebit amplius odorem aliquem illius medicinę quę lauatur, tunc lotio erit perfecta: vbi enim non habebit amplius odorem illius rei, res illa erit lota quantum oportet. Aloe autem nullo horum modorum poteſt lauari, quoniam diſſoluitur cum aqua, & ſemper manet diſſoluta, neque enim facit fundum notabilem, neque ſupernatat; ideo aqua non poteſt proijci quemadmodum in aliis lotionibus, quia ſi proijceremus aquam, ſimul & aloem ipſum proijceremus.

Communis modus eſt vt miſceant aloem cum aqua, & poſtea ſinant exſiccari: ſed iſte modus lauandi nihil videtur remouere ab ipſa aloe: nos lauamus res vt aliquid amittant: in aloe vellemus vt pars ſolutiua remoueretur, vt minus purgaret, ſed hoc modo quo communiter lauant, nihil videtur omnino remoueri ab ipſa aloe; nam accipiunt aquam, aut ſuccum endiuiæ, aut mellis roſati, aut aquam illarum ſpecierum, & in hoc humore miſcent, & diſſoluunt aloem, & ſinunt ſiccari, & ita nihil prorſus remouent ab aloe. Ideo dico quod alius debet repetiri modus lauandi aloem, & huiuſmodi alia, quæ in aqua diſſoluuntur, de quo loquitur Dioſcorides *cap. de aloe*, & Galenus *nono de ſimplicibus medic. cap.* 20. & eſt idem modus atque ille quando lauatur bolus armenus, vel terra ſigillata, hæc omnia diſſoluuntur in aqua, vel in vino, & id quod magis eſt graue, magis arenoſum perit fundum, id quod eſt leuius, & melius, enatat. Ideo pars inferior aquæ proijcitur, ſuperior aſſeruatur, & permittitur exſiccari: ita etiam debemus facere in aloe: primo debemus eum diſſoluere in aqua quaſi faciunt vel ſuccis endiuiæ, vel mellis roſacei, vel aliarum ſex ſpecierum, poſtea proijcere inferiorem partem illius diſſoluti, & inferiorem aſſeruare, & quemadmodum faciunt exſiccare. Sed quomodo iſta lotio aufert virtutem? & quare melior eſt in noſtro propoſito aloe lota quam non lota? Dico quod quemadmodum in exſiccatione illa reſoluitur aqua, ita etiam reſoluitur virtus illa acuta, quæ eſt in aloe, & ita remanet lota minus ſolutiua, vnde magis eſt confortatiua, quoniam virtus ſtiptica, & aſtringens remanet fortior: qua de re aloe lota plus confortat, & minus ſoluit, ratio eſt quoniam amiſit per exſiccationem vim acutam, & remanſit vis ſtiptica fortior. Quoad tertium quæſitum ſcilicet in qua quantitate debeat dari hiera: Galenus *ſeptimo de mor. curan. in fine* dicit quod ſi mediocriter velimus dare, menſura debet eſſe duo cochlearia parua, id eſt, drachmæ duæ, ſi maxima duo cochlearia magna, id eſt drachmæ tres; ſi minima vnum cochlear paruum, id eſt drachma vna. Ideo dico quod de aloe, ſiue de hiera poſſumus ſecundum complexionem, & morbum dare vſque ad três drachmas; vlterius non eſt audendum, minus verò quàm vna drachma non eſt dandum, quia non traheret humorès, ſed ſolummodo feces: ſed nonnulli propter textum corruptum Galeni quibuſdam in locis, vbi dicit vſque ad octo drachmas, & debet dicere vnam, dederunt ægrotanti ſex drachmas aloes & interfecerunt eum. Sed ſi locus ille corruptus debet dicere vnam drachmam, vbi dicit quod

vna

vna eſt doſis perfecta, quomodo verum eſt quod vſque ad tres drachmas poſſimus aſcendere. Dico quod ille locus intelligitur hoc pacto, ſcilicet eſt doſis perfecta, ideſt quæ poſſit dari, quoniam minus non educeret humores, ſolummodo feces: vnde vocatur aloe à medicis . . : . quaſi peccatrix: quoniam pauca non educit, nimia interficit.

Quoad quartum dubium an cum melle, an ſine melle: dico quod debet dari ſicca, ideſt ſine melle, quia melius confortat: tamen debet dari in aliquo liquore, vt in aqua, vel in aliqua decoctione appropriata. Sed quare confert magis ſine melle? ratio eſt, quoniam in melle eſt virtus ſubtiliatiua, & abſterſiua, quæ habet debilitare virtutem ſtipticam, à qua fit confortatio ſtomachi: res enim ſtipticæ, & aſtringentes, ſunt illæ, quæ confortant, & corroborant, & hæ debilitantur à ſubtilliantibus, & abſtergentibus, & hac de cauſa mel facit vt citius ſoluat, & peius corroborat.

Secundum igitur remedium in iſta curatione eſt corroborare ventriculum, quod optimè à nobis fiet, dando ſæpius hieram, ſiue aloem cum ſpeciebus ingredientibus hieram repetitis vicibus ab vna drachma ſecundum exigentiam vſque ad tres drachmas: nonnulli, imo & Galenus, etiam dat vice hieræ decoctionem abſinthij, ſed eſt aduertendum quod hæc decoctio abſinthij conueniet tantum in eo morbo comitiali, qui pendebit à materia biliosa mordicante ſtomachum. In pituitoſa, & melancholica noceret. Ideo tutius eſt vti hiera, quia ea in vtraque materia commodè poſſumus vti: ſi tamen omnino conſtaret in ſtomacho adeſſe ſolummodo biliosa materia, tunc abſinthio poſſemus vti. Et hoc idem habetur à Galeno *ſeptimo de morbis curandis*.

Tertium remedium eſt facere emplaſtrum ſuper ſtomachum, & melior adhuc fiat, confortatio: hoc ponit Raſis ſumptum à Galeno; emplaſtrum autem erit ex ſpica nardi, & maſtice, cortice thuris, & vino: Galenus autem diſtinguit, & dicit quod hyeme debemus vti vnguento nardino, mellino, id eſt oleo ex citoneis; in æſtate quod eſt frigidum, maſticino oleo in temporibus mediis. Dubitatur hoc loco, quare Raſis poſuit tantum vnum emplaſtrum, quod ad calidum vergit, ideo non conueniet in æſtate. Ideo dicunt quidam quod ipſe malè fecit, & ſolum reſpexit ad materiam pituitoſam: vnde aiunt quod ſi ſit materia biliosa addendum eſt oleum mellinum, id eſt factum ex citoneis: ſed hæc ſunt potius cauillationes, & ſatis rectè, & conuenienter dixit: quoniam ipſe ponit emplaſtrum ſolummodo pro materia peccante, & ſupponit quod ſtomachus ſit in aliis rebus rectè diſpoſitus: at Galenus loquebatur de ſtomacho non rectè diſpoſito, ſed bilioſo.

Quartum & vltimum præſidium eſt ratio victus: dandæ enim ſunt carnes aſſæ, vel in ſartagine frixæ: ita facit Auenzoar, & Auicenna: Galenus dabat illi . . . . panem cum vino albo, acerbo, ſtiptico, ſi eſſet ſitis; ſi non eſſet, panem ſolum: ſed quare dandæ ſunt carnes aſſæ? Galenus 3. *de alimentis* 2. c. 14. Aſſa, & frixa dant nutrimentum ſiccius; ideo in morbis humidis, vt Epilepſia, & apoplexia conueniunt. Ea, quæ coquuntur elixa in aqua dant nutrimentum omnino humidum, quæ in patellis cum ongaro, feniculo, auſo ſale, medio ſe habentur modo, participant enim medio calore; ſed, Galenus, & Auicenna dicunt procurandum eſſe vt fiat bona concoctio, ſed carnes aſſæ minus bellè concoquuntur, ergo non conueniunt: ideò Galenus *ſexto de tuenda ſanit.* dicit procurandum eſſe, vt citò comedat in mane, ita etiam præcepit illi Grammatico, vt cito comederet, ne bilis moueretur ad ſtomachum: Alexander timuit dare vinum, at Galenus dat illud, tamen valdè pauciferum. Et quod omnino non poſſit petere caput. Primo ergo in hoc modo cietur vomitus: ſecundo dabitur hiera, tertiò ponetur emplaſtrum, quarto, & vltimo obſeruabitur recta ratio viuendi.

LECTIO XII.

ACcedendum eſt modo ad curationem morbi comitialis, qui eſt per eſſentiam in capite: & primò in viris, & adultis, ſecundò in pueris, & infantibus. Et in his primò videndum eſt quid faciendum ſit in acceſſione illa, ſecundò poſteà quàm ſunt releuati, quomodo debemus curare ne amplius accedat: ſed ante omnia intentio curatiua eſt elicienda à morbo, & cauſa morbi: poſtea repetiunda ſunt præſidia, ad iſtam intentionem nos ducemus. Quoniam iſte morbus eſt conſtrictio ventriculi, aut ventriculorum potius cerebri, facta ab humoribus, vel replentibus, vel ſtimulantibus cerebrum vt conſtringatur: ideo omnis intentio medici, erit remouere illos humores replẽtes ventriculos, ne ſpiritus exeat; vel ſtimulantes, vt cerebrum cõtrahatur. Hæc eſt intentio remouere illos humores qui ſunt in capite, & ad hanc intentionem accommodanda ſunt omnia præſidia. Quid ergo in illa acceſſione faciendum eſt? ſi fieri poteſt os tenendum eſt apertum, quæ res deſeruiet, tum vt ſpuma melius exeat, & pituita; tum vt anhelitus melius fiat, vt melius poſſit trahere ſpiritum, & reſpirare. Hinc cum digitis aut penna debemus extrahere ex ore, quàm maximè poſſumus pituitam: ſed dum ſtat conuulſio hoc ferè impoſſibile eſt, ſed ceſſante conuulſione dum adhuc eſt in terra ſine ſenſu, & motu, debemus ſi poſſumus pituitam ex ore extrahere, vel etiam prouocare vomitum, vt materia quæ eſt in ſtomacho pituitoſa, & quæ fouet illam

Digitized by Google

illam, quæ eſt in cerebro extrahatur, & licet vomitus ducat materiam ad caput, in hoc caſu eſt conueniens, quoniam plus iuuat extrahere illam, quæ eſt in ſtomacho quæ poſſit nocere. Hinc odoramenta ſunt applicanda, vt excitemus virtutem ſenſitiuam, & motiuam: ſed hic eſt dubium, quoniam Celſua non laudat iſtam excitationem, & dicit quod quidam decipiuntur, qui putant in hoc morbo, dum adeſt acceſſio debere fieri excitatio quaſi. fit in letbargo, ne ægri tamdiu dormiant quoad pereant fame; at in morbo comitiali dicit Celſus hoc non deber fieri, ſed debemus permittere naturam; vt ſponte ſua vergant ægri, quoniam ſi excitaremus, interrumperemus operationem naturæ. Ideo ſunt faciendæ frictiones, neque ligaturæ fortes, quoniam natura deſiſteret ab opere ſuo expellendi materiam illam, & transferret ſe ad locum, vbi eſſent ligaturæ, vbi enim eſt dolor ibi fit phlegmon, id eſt eò fluunt ſanguines: Galenus *decimo-tertio de Morbis curandis*: dicit quod phlegmones eueniunt propter dolores hoc modo, quoniam natura ſentit dolorem in loco, & credens poſſe propellere talem dolorem, inſurgit valenter ad illum locum, ſed non potens propellere, quoniam ligaturæ mouent, ſanguis qui effluxit cauſat inflammationem: & ideo negat Celſus eos qui ſunt in acceſſione, debere nos excitare. At Auicenna, Paulus, Ætius, & omnes præcipiunt excitare; primò cum odoramentis videlicet cum caſtoreo, paucedano, ruta, & conſimilibus habentibus vim acutam, quoniam iuuant ad reſoluendos ſpiritus, & ad ſubtiliandum materiam: nec propterea diuertunt naturam ab opere ſuo, & hoc non negaret Celſus: bene negat quomodo etiam negamus nos, eſſe faciendos dolores, & ligaturas. quoniam nihil proficeremus: neque enim propterea expergiſcerentur ægri, quoniam non eſt ille ſomnus, & ſi materia non expellatur, non poſſunt ſurgere] dolores: nihil iuuant ad materiam expellendam, imo nocent quæ impediunt materiam; etiam odoramenta, & alia acura iuuarent, quia opem ferunt naturæ ſubtiliando & acuando materiam craſſam, & pituitoſam.

Si verò inquit Paulus iſta non ſufficiunt tranſeundum eſt ad aliud; ideo debet adhiberi ſynapiſmum extremis, ideſt, manibus & pedibus; præterea cucurbitulas hypocondrijs, ideſt, præcordijs; deinde in ore aperto, cum ligno, quomodo in principio diximus conducere, ponere ſuccum cytenticum, id eſt, aſſam fœtidam quam nos vocamus: demum facere cliſterem cum rebus acribus, vt cum colocinthida cum hiera, & huiuiuſmodi rebus, quas ipſe Paulus enumerat: ſi autem hæc non proſunt, nulla eſt amplius ſpes habenda, morietur æger omnino. Et hac omnia debent fieri quando æger tarde releuatur, & iam tranſiuit tempus, quo debitè ſurgere debuiſſet. At Cornelius Celſus loquitur de eis qui debito tempore poſſunt ſurgere, & in his illis permittenda eſt omnis cura naturæ: aliquando enim contingit, licet rarò eueniat, vt iſte morbus ſit mortalis, & tunc oportet adhibere huiuſmodi remedia, quæ dicit Paulus: ſed quando morbus non eſt iam mortalis, cura permittenda eſt naturæ, ſatis ſunt ordinata, & apertiones, & extractiones pituitoſæ, & potus & vomitus: neque neceſſario eſt adhibere fortia hæc remedia: ſed ſi natura non ſit ſufficiens per ſe, & tardet ſurrectio oportet omnia tentare. Vltra odoramenta ponuntur etiam à Doctoribus ſternutamenta, videlicet galbanum, & helleborus albus, euphorbium, & huiuſmodi. Sed eſt dubium; nonne galbanum eſt res quæ excitat morbum, & facit cadere, modò tu adhibes, vt tollat, quomodo eadem res duo poteſt facere contraria? hæc non pugnant, & nihil eſt abſurdum quod in non habente excitet ad morbum, & in habente excitet ad virtutem, & ad ſurgendum in his qui ſunt releuati inducit caſum, quoniam eſt in eo vis maxima, quæ perturbat cerebrum in ſenſu odoratus; & nos diximus ſuperius quod omnia valida, vel in ſenſu viſus, vel odoratus poſſunt inducere, & in his qui iam ceciderunt, & ſunt ſine ſenſu illa tanta vis vix ſentitur, ſunt enim quaſi ſopiti, & nihil ſentiunt, ideo virtus illa poteſt expergefacere. Quando ergo tranſit tempus eleuandi, vtendum eſt hoc odoramento. Addit poſtea Paulus poſt odoramenta, & ſternutamenta adhibendum eſſe extremitatibus ſynapiſmum; ſynapi laus eſt medicina calefactiua, & exulceratiua. & inducit dolorem; componitur ex ficubus ſiccis, & ſynapi: & quia exulcerat, & facit dolorem, ideo apponitur, vt releuentur. Sed quare tantum extremis manibus, & pedibus? non tibijs, non brachijs? ratio eſt vt puto, quoniam in vola manus, & planta pedis eſt maxima vis ſenſitiua, & hoc propter chordam illam latam. Vnde differentia eſt inter cutem manuum, & aliarum partium, quod cutis manus non habet pilos, non eſt vergarilis, id eſt non facile accipitur digitis, & eſt magis ſenſitiua: hæc etiam omnia eueniunt per illam chordam latam, quæ fuit polita, vt eſſet inſtrumentum ſentiendi. Poſtea dicit Paulus, ſunt adhibendæ cucurbitulæ præcordijs, & hæc eſt ratio, vt ſcilicet materia diuidatur à capite ad alias partes: demum clyſteria illa acria. Demum ſi ſit contractio membri alicuius fiat inunctio cum oleo camomillino, & reducatur membrum vi ad locum ſuum.

Hæc omnia ſuper expoſita tentanda ſunt in ipſa acceſſione, quando tardat releuatio. Poſteaquam releuati ſunt reſtat medici intentio, ne amplius iſte morbus accedat: & quoniam procedit à materia in capite pituitoſa, vel melancholia, ideo

remouenda

remouenda eſt materia illa; primò concoquendo, & euacuando, poſtea cum recta ratione viuendi, ne rurſus noua materia regeneretur, quoniam prima intentio eſt euacuare materiam: ideo mittendus eſt ſanguis: & in hoc omnes conueniunt. Ideo videndum eſt, an conueniat: Celſus dicit conuenire, ſi non ſit diſtentio neruorum. Primum ergo videndum eſt an in morbo comitiali mittendus ſit ſanguis: ſecundò an pharmacia conueniat: tertio ſi vtrumque, à quo primo incipiendum. Quo ad primum caput de ſanguinis emiſſione: pono regulam vniuerſalem Hippocratis: *Quarto de ratione victus in acutis*, quam Galenus confirmat etiam in libello *de miſſione ſanguinis*, & *in quarto method. medendi*: Regula autem vtilis hæc eſt. *Vbicumque morbus eſt magnus, ætas iuueneſcens, & virtus fortis, ſanguis mittendus eſt*: declarat Galenus quod licet Hippocrates ponat hanc regulam in morbis acutis, tamen veriſſima eſt hæc etiam, & debet obſeruari in chronicis, declarat etiam quid intelligat per ætatem iuueneſcentem, & dicit vltra quartum-decimum annum, Ideo facimus nos regulam vtilem hoc pacto. *Vbi morbus magnus, virtus conſentiens, & homo vltra quatuordecimum annum ſemper ſanguis mittendus eſt*: Vnde colligitur quod in pueris ante decimum quartum annum, etiam quando morbus ſit validiſſimus, tum vena reſecanda eſt nunquam. Ratio eſt, quoniam ſunt adeò humidi, & reſolubiles per naturam, vt in quacumque febre, & inedia reſoluatur tantum, quantum in adoleſcentibus & viris, fieri per miſſionem ſanguinis: febris, & dicta reſoluit tantum, quod ſi nos etiam mitteremus ſanguinem, interficeremus: ideo nunquam eſt pueris vena reſecanda, aliquando tamen cum cucurbitulis mittitur aliquantulum ſanguinis. Si diceret quis oh ſenibus? dico quod in ſenibus ratione ætatis miſſio ſanguinis non eſt vitanda. ſed quoniam vt plurimom in ætate ſenili eſt etiam virtus debilis, ideo ratione virtutis non mittimus ſanguinem? ſed ſi eſſet ſenex robuſtus, & valens mitteremus abſque dubio: neque ætas ſenilis prohibet miſſionem; neque eſt par ratio in iſtis, atque in pueris, qoonian in ſenibus non ſit ea reſolutio, quæ ſit in pueris,

Omnes aliæ conditiones, præter has tres, morbi magnitudo, debilitas virtutis & puerilis ætas, indicant non miſſionem, aut non miſſionem, ſed minorem, vel maiorem miſſionem: neque enim ætas calida, aut temperatura calida, aut regio, aut aliquid aliud poteſt prohibere miſſionem, quanquam diminuat, val adaugeat miſſionem, proculdubio in hyeme audacius mittimus quam in æſtate: tamen etiam in æſtate mittimus, quando morbus erit magnus, & ætas, & vires conſentiant. Excipitur tamen id quod manifeſtiſſimum eſt, atque omnibus compertum, quia ſi natura fortaſſe expelleret materiam aliorſum, aut fieret criſis, non eſt ſanguis mittendus: ratio eſt quia operatio naturæ nunquam eſt impedienda. Omnes aliæ conditiones præter hanc ſolam naturæ expellentis, per aliam viam indicant non miſſionem, aut non miſſionem, ſed maiorem vel minorem miſſionem. Morbus quicumque ille tandem ſit, modo magnus ſit indicat miſſionem. Vnde Galenus 13. *Method. Med.* etiam in putè pituitoſis mittit ſanguinem, & reprehendit alios, qui ſumebant indicationem non à morbo, ſed à materia peccante, ſi materia erat biliosa non mittebant, ſi phlegmatica non etiam mittebant, ſed ſi erat ſanguinea, tunc ſolummodo minuebant ſanguinem. Hoc non facit Hippocrates, neque Galenus, imo in omni morbo à quocumque ſit humore, conuenit mittere ſanguinem: quare? vt diminuatur materia, & humores omnes, nam quare facimus dietam? quare damus pharmacum? vt euacuetur materia: ſic etiam mittitur ſanguis, vt totum corpus euacuetur, & per conſequens materia peccans. In ſanguine qui recipitur à venis ſunt ſimul admixti quatuor humores, ideo ſimul cum miſſione ſanguinis euacuatur pituita, & euacuatur bilis, quare non conuenit etiam in morbis pituitoſis, & bilioſis? In apoplexia igitur, & Epilepſia, morbis pituitoſis & melancholicis, conuenit miſſio ſanguinis: ratio eſt, quoniam morbus eſt magnus: & quod hoc ſit verum appellabatur *Herculeus* à magnitudine: imo etiam Hippocrates vocat eum *morbum magnum*. Sed dubitatur, quoniam nos diximus tres tantum eſſe conditiones; quæ poſſunt tollere miſſionem ſanguinis, morbus leuis, & paruus, ætas puerilis, & virtus debilis: nonne Galenus cum declarat regulam illam Hippocratis; *morbus magnus ætas iuueneſcens, & virtus fortis, indicant ſanguinis miſſionem*, dixit deeſſe vnum, aër conueniens, quia poſſet eſſe tam calidus aër, vt corpora noſtra tantum reſoluerentur, vt ſi adderemus phlebotomiam omnino interficeremus ægrum, quemadmodum etiam fieret in pueris. Hanc difficultatem ſoluit ipſemet Galenus *XI. meth. med.* c4. & *primo de Febrib. ad Glauc.* in cura febris cum accidentibus. Ideo notandum eſt quod ſub hoc nomen *aër* tria includuntur; regio, tempus anni, & ſtatus cæli: ſi iſta omnia ſimul conueniant poſſunt certè impedire miſſionem, ſi enim eſſemus in regione calidiſſima, in æſtate, & calidiſſimo die, certè ſtultiſſimum eſſet mittere ſanguinem, quoniam tunc omnia iſta ſimul conueniunt: ſed ſi qua earum diſcordat, non vult hæc conditio, nam licet eſſemus in ætatè, & tamen regio eſſet frigida, quaſi eſt iſta noſtra, (ſumus enim in climate tertio) ſanguis mittendus eſt.

Regula igitur noſtra quando dicimus quod tres tantum conditiones requiruntur ad miſſionem ſanguinis; vera eſt de ſingula per ſe; valet quia morbus paruus per ſe

poteſt impedire : Virtus per ſe poteſt impedire, & pueritia per ſe. Sed aliæ conditiones omnes per ſe nihil faciunt, quoniam regio per ſe non valet : tempus per ſe, aut temperatura corporis : calor per ſo non prohibet ; bene ſi tres, aut quatuor conditiones ſimul aggregarentur, mittendus non eſſet ſanguis. Quoad ſecuodum caput dico eadem ratione quod pharmacum eſt conueniens in omni morbo magno. Quoad tertium dico regulam voiuerſalem quod ſemper miſſio ſanguinis debet præcedere ; ſed hæc melius in ſequenti lectione examiuabuntur.

LECTIO XIII.

Dicebamus in fine ſuperioris lectionis quod quando duplici indigemus auxilio, miſſione ſanguinis, vti & pharmacia, quod ſanè io morbis magnis accidit ſemper : debemus præmittere ſemper miſſionem ſanguinis, & hoc eſt ſecundum Hippocratem, & Galenum ; & prætetea etiam ſecundum Auicennam, licet multi ſint, qui ex quodam textu Auicennæ malè intellecto oppoſitum velint defendere. Auicenna *quarta primi, capito quarto,* vbi mouet hanc difficultatem, dicit in ſumma ; *ſi humores ſint æqualiter aucti præmittenda eſt miſſio ſanguinis, ſed ſi humores non ſint æqualiter aucti præmittenda non eſt pharmacia.* Ex hac authoritate acceperunt multi, qnod quando aliquis morbus, in quo humor vnus prædominetur, vt puta ſit morbus pituituſus, aut bilioſus ſemper præmittenda eſt pharmacia, & dicit quod quando ſanguis prædominatur benè, tunc ſanguis prius emittendus, ſed quando bilis prædominatur ſuper alios, prius ſunt adæquandi humores cum pharmacia, poſtea mittendus eſt ſanguis. Iſte error fuit in cauſa, vt multi homines morerentur, & prouenit ex ignorantia huius dicti ; *humores ſunt æqualiter aucti :* neque enim intelligunt iſti quid velit Auicenna, quando dicit *humores eſſe æqualiter auctos.* Ad cuius dicti intelligentiam videndus eſt Galenus 14. *Meth.* vbi loquitur de Phlegmone, & *in libello eius de ſanguinis miſſione.* Vnde ſciendum eſt tres eſſe diſpoſitiones, plectoricam, & cachochimiam, & mixtam ex his, quando nos ſumus ita diſpoſiti, vt venæ in oobis ſint valde diminutæ, & vt humor ſit qui peccet, vt puta bilis, quæ venit in iſtericia : iſta diſpoſitio vocatur cacochimia ; idem accideret ſi demonſtraretor pituita, & venæ erunt exiguiores, & minus plenæ quàm in ſanitate ; quando verò nos ſumus ita diſpoſiti ; vt venæ ſint magis auctæ & pleniores quàm in ſanitate : iſta diſpoſitio vocatur plectoria, ſiue repletio. Sed boc poteſt accidere duobus modis ; vel quod venæ ſint plenæ plus debito ſanguine bono, & æqnali, vt nullus humor excedat, ſed omnes obſeruent debitam quantitatem, & hæc vocatur plectorica pura ; aut venæ ſunt plenæ, & groſſiores conſueto, : & vltra hoc peccat in illis aliquis humor, vt puta bilis, aut phlegma, quod dominetur ſuper alios, & hæc diſpoſitio vocatur plectorica mixta ex plenitudine, & cacochimia.

Vtroque horum modorum, modo ſit plectorica diſpoſitio, & plenitudo venarum dicuntor homores eſſe æqualiter auctos. Hoc pacto declarat Galenus, & hoc modo intelligit Galenus ; quando verò venæ ſunt diminutæ, & aliquis humor peccat, tunc vocantur humores noo eſſe æqualiter diſpoſitos : Vnde quando Auicenna dicit ſanguis eſt præmittendus, cum humores ſunt æqualiter diſpoſiti & aucti, iotelligit quando eſt plenitudo venarom : ſioe vnos prædomioetur, ſiue nullus : quando verò dicit pharmacia præmittenda, quando humores non ſunt æqualiter aucti, intelligit, quando eſt cachochimia ſola, & vnus humor tantum eſt ille qui peccat, quomodo euenit in iſterica, vbi eſt bilis ſola, & diminutæ ſunt venæ. Et bæc eſt ſententia Auicennæ, quod ſcilicet in quacumque plenitudioe ſanguis ſit præmittendus, videre ipſum *prima 3. tract. primo cap. vltimo*, vbi expreſsè ſibi contradiceret, niſi expooeretur, quomodo nos expoſuimus. Stat ergo noſtra regula nouiſſima, quod in omni magno morbo, quando humores ſunt æqualiter aucti, ideſt, quando eſt pleoitudo in corpore, ſemper ſanguis eſt præmittendus : quando verò eſt diminutio, & cacochimia ſola, prius debemus adducere illum humorem, poſtea reficere ægrum, etſi volumus mittere ſanguinem. Vnde aduertendum eſt ſanguinem dupliciter accipi ; vno modo pro vno ex quatuor humoribus, alio modo pro tota maſſa ſanguinea, quæ continetur in venis. In venis ſunt omnes quatuor humores ſub forma ſanguinis ; & quando mittitur ſanguis, educitur & bilis, & ſanguis purus, & phlegma, & melancholia. Ideo licet morbus ſit phlegmaticus, tamen mittendus eſt ſanguis, quoniam extrahitur etiam pituita, quæ continetur in venis. Et licet morbus ſit pituitoſus, modò ſit repletum corpus, & venæ ſint plenæ, ſaoguis omninò eſt mittendus : & in ſumma vbi noſtra intentio eſt euacuare, ſanguis eſt mittendus, & præmittendus.

Sed oonne aliquando io aliquo caſu neceſſe eſt præmittere pharmacia ? Galenus *quinto meth.* de his qui habent catharrum ſalſum. Dico quod in his pharmacia eſt præmittenda, qoia homores non ſunt æqualiter aucti, babent enim ſanguinem pauciſſimum in venis, & cacochimum, ideo prius oportet euacuare humorem peccantem cum pharmacia, poſtea reficere virtutem, & ſi opus ſit, phleborotomare. Veriſſima eſt ergo hæc propoſitio vniuerſalis, qood ſemper miſſio ſanguinis eſt præmitteoda, modo ſit plenitudo in corpore, licet ſit cacochimia ; ſed contra hanc determinationem rurſus inſtatur, quoniam *ſecundo*

de

de ratione victus in acutis dolore deſcendente in pleuritide mittas ſanguinem, deſceudente des phatmacum. Dico ad hoc vt dixi quod ſemper quando prima intentio medici eſt euacuare, debet præmitti miſſio ſanguinis; tum quia virtus phatmaci non tranſiret venis exiſtentibus plenis, tum etiam, quoniam humores non poſſunt educi, ſed aliquando medicus habet aliam intentionem quam enacuare, quemadmodum euenit in pleuritide: intentio principalis eſt remouere dolorem, quia dolor eſt ille qui trahit materiam ad locum: & omnis cura verſatur in ſedando dolorem, modo dolore deſcendente ſi mitteremus ſanguinem, uon poſſemus leuare dolorem, quoniam non poſſumus euacuare ſanguinem, qui eſt in loco, neque per venam poplitis, aut nullo aliorum; neque per venam brachij, quia cor eſt in medio. Ideo miſſio ſanguinis non conuenit, cum non poſſit leuare dolorem, ſed phatmacia conuenit, quia poteſt educere materiam per ventriculum locus vicinus, & accommodatus loco læſo, & patiente dolorem.

Rurſus dubitaret aliquis: Galenus 14. *Meth.* vbi loquitur de eryſipelate quod dicit eſſe affine phlegmoni; at in phlegmone præmittitur miſſio ſanguinis, in eryſipelate dat pharmaciam. Dico ad hoc quod ſauguis nou ſemper eſt mittendus, quia in morbis lenibus, ſtultum eſt mittere ſanguinem, ſed ſolummodo mittitur ſanguis in morbis magnis, modo eriſipelas non eſt morbus magnus, ſed paruus: euenit enim in manu, aut brachio, locis tutiſſimis: ideo quoniam morbus eſt leuis, etiam leui euacuatione adhibita euadet, euacuata enim bile, æger liberabitur. Item quoniam in eriſipelate poteſt eſſe bilis ſola, & cum hoc paucitas ſanguinis: ideo non poteſt Galenus dare regulam vniuerſalem, quomodo in phlegmone, quod mittatur ſanguis: intelligitur tamen, quod ſi ſit plenitudo venarum, & morbus aliquantulum vrgeat, ſanguis omnino mitti debet.

Sed dicit quis, quid ad regulam Auicennæ?; caue ne ægrum ad alterum perducas, aut ebullitionem humorum bilioſorum, aut ad incrudationem phlegmaticorum; dico quod hæc regula eſt veriſſima, & nihil tamen facit pro nobis. Videte Galenum *in libello de ſanguinis miſſione*, vbi loquitur de cauſone, id eſt febre ardente. Hoc enim veriſſimum eſt quod quando bilis ſuperabundat, & prædominatur cæteris, non eſt tunc mittendus ſanguis, quia virtus non poteſt eſſe fortis, imo neceſſario eſt debilis; eodem pacto, ſi pituita prædominatur non eſt mittendus ſanguis, quia virtus non eſt fortis. Auicenna timet ebullitionem bilis, aut incrudationem pituitæ, hoc etiam timet Galenus, ſed Auicenna dat regulam: Galenus cognoſcit hoc ex pulſo: pulſus enim indicat virtutem eſſe debilem.

Conſtat igitur quod in Epilepſia ſeruatis conditionibus dictis ratione morbi ſanguis eſt mittendus. Ideo nunc videndum eſt à qua vena: Cornelius quidem Celſus negat miſſionem quando nerui ſunt diſtincti: hoc etiam confirmatur ex Galeno primo de febribus ad Glauconem, cum loquitur de febri cum accidentibus; vbi dicit quod ſi quando accidat diſtentio neruorum, ſanguis licet omnino non ſit tollendus, tamen certè eſt minuendus, minor debet fieri miſſio ſanguinis. Ratio eſt quia nerui non tolerant tantam reſolutionem. Hoc animaduertens Celſus dixit non eſſe mittendum. Sed à qua vena? Dicit Auicenna quod quando mittimus in vere mittendus eſt in pede, vel in malleolis, ſummo ſcilicet pede, vel in poplite, id eſt in curuatione. Quando verò non facta eſt acceſſio debet mitti ex vtraque cephalica, ex vena ſcilicet capitis; quomodo ſtant iſta ſimul? Dico quod mens Auicennæ eſt rectiſſima, quando intendimus præſeruare ægrum, quoniam ducendus eſt ſanguis à loco remotiori, vt aſſueſcat deuitare à capite, mittendus eſt ſanguis à pede ſcilicet à loco remotiori, vt paulatim materia aſſueſcat declinare ad alias partes à capite, quando facta eſt acceſſio, id eſt quando materia eſt iam in capite, & non intendimus præſeruare, ſed curare; fienda eſt miſſio à loco propinquiori, quoniam ab aliis locis nihil euacuaremus à capite, niſi vellemus interficere ægrum cum nimia miſſione: & hac de cauſa præcipit à cephalica ſcilicet à loco propinquo, & multum vicino capiti, & loco affecto, & in quo iam eſt materia recepta. Sed quare ab vtraque? quia regula hæc eſt vt ſi materia ſit in ſiniſtra, pone mittendus eſt à brachio ſiniſtro, vt euacuatio fiat per lineam rectam. Et quia materia eſt in capite, & nos neſcimus in quo loco ſit in capite: Ideo ne erremus, mittemus ab vtroque latere.

Facta miſſione ſanguinis, quoniam morbus eſt magnus, & in vnoquoque morbo magno neceſſe eſt vltra miſſionem facere phatmaciam: ideo prouidendum eſt, vt rectè poſſit hæc pharmacia adhiberi, & quia materia eſt craſſa, ideo prius eſt ſubtilianda, vt melius poſſit fluere, hoc medici appellant concoquere materiam. Pro concoctione materiæ quibus ſyruppis vtemur? materia eſt craſſa, ideo eſt ſubtilianda; eſt viſcoſa, ergo abſtergenda; propterea oximel vel ſimplex, vel ſcilliticum erit conueniens; alij vtuntur melle roſato: ergo licet mel ſit conuenientiſſimum, tamen ratione roſarum quæ ſunt frigidæ, & ſubtiles, & multum poſſent obeſſe neruis quemadmodum etiam obeſt acetum, facerem potius mel ſaluiatum, aut ſtœcaceum, aut hyſopatum, cum.... aut cum huiuſmodi aliis rebus appropriatis inciſioni. Sed quoniam omnes laudant in hoc caſu oximel; & nos diximus paulo ſuperius quod acetum nocet neruis: quomodo po-

teſt oaimel conferre cum in eo ingrediatur acetum ? dico quod oaimel non eſt acetum, ſed cum acetum lædat neruos ſua frigiditate, oaimel cum potius declinet ad calidum, iuuabit. Item illud acumen aceti remittitur in ebullitione, & amplius non poteſt lædere. Sed quomodo fit oximel? Galenus *quarto de tuend. ſanit.* ponit quatuor modos quos vos poteſtis per vos videre: vbi notum eſt quod oximel debet fieri vel dulcius, vel acrius ſecundum guſtum bibentis. Tunc enim magis iuuat quando ægri libenter accipiunt. Sed dicet quis, nonne confectio oaimelis, quæ ponitur in *quarto de tuend. ſanit.* contradicit illi confectioni, quæ ponitur in fine conſilij de puero Epileptico? Dico quod non contradicit; quoniam in illo ponit ſcillam rem acutiſſimam.

LECTIO XIV.

DIcendum eſt de iuuamentis, & nocumentis oximelitis; ſecundo in qua hora debet ſumi, tertio in qua quantitate; Galenus *Octauo meth. cap.* 4. lædit ſanè prærogatiuam oximelli, quod non ſolum non accendit febrem, ſed & expurgat quæ expurganda ſunt. Laus maaima certè Hippocratis: in febribus acutis vtitur vel aqua mellis, vel oaimellite aquoſo tamen, vel cremore hordei, vel aliquando etiam vino paucifero. Sed ex his tribus nihil præſtantius eſt oximelle, quia aqua mellis, ſiue aqua Zucchari, quibus nos modo vtimur facile poteſt conuerti in bilem, quia omnia dulcia in bilem vertuntur. Ideo nolentes nos dare aquam mulſam, vel Zucchari, adhibemus aliquid aceti; ſed nonne melius eſt vti oaimellite? certe longè melius, & nihil poſſumus adhibere in potu præſtantius, cum multa tamen aqua dilutum; in febribus enim potiſſima intentio eſt aperire obſtructiones: & hoc poteſt oximel luculentiſſimè nobis præſtare per vim inciſiuam, quam in ſe habet. Sed dicet quis, nonne aqua quoniam eſt abſterſiua, & præter hoc frigida potius conueniet in febri quàm oximel: dico quod conuenit, ſed non eſt tantæ virtutis, vt validas obſtructiones poſſit aperire. Cum ergo aqua hordei non ſit ſufficiens ad aperiendum fortiter, & omnes aliæ potiones, quæ poſſent dari ad aperiendum ſint valde calefactiuæ, Ideo ſolum oaimel reſtat conuenientiſſimum, quod vt dicit Galenus aperit obſtructiones. & non accendit febrem.

Sed dicet quis, nonne oaimel eſt calidum, & hac de cauſa non poſſet conuenire in febre, dico ſecundum Galenum quod oximel non eſt neque calidum, neque frigidum, ſed potius eſt frigidum, quia in eo eſt acetum, & mel, & acetum eſt magis frigidum quam mel quòd ſit calidum: vnde totum mixtum reſultat potius frigidum. Hac de cauſa medici ſuperiores abſtinebāt ſe ab exhibitione oximellis exiſtimantes eſſe calidum; & tamen Galenus laudat ſummopere, & dat ei prærogatiuam ſuper omne aliud medicamentum, & potum in febre. Nam ſubtiliat, abſtergit, aperit, atque incidit. Sed quoniam nihil eſt tam iuuatiuum quomodo dicit Galenus quod etiam aliquantulum non obſit: ideo dicendum eſt quod vſus oaimellis debet eſſe modicus. Nam abraderet inteſtina, & moueret tuſſim, & læderet etiam neruos: ideo debet dari cum alijs ſyrupis & bene dilutum. Vnde Hippocrates *de Ratione victus* a 4. dicit quod valde acetoſum oaimel eſt nociuum, & maaimè in pleuritide, quia eſſet periculoſum de ſuffocatione; mouet enim incidendo tuſſim, & ſputum; & virtus debilis non poteſt expellere: ideo eſſet periculum ne ſuffocaretur. Hoc tamen ſolummodo euenit in morbis pectoris; at nos loquimur de morbis capitis, & dicimus quod in hoc morbo comitiali eſt præſtantiſſimum. Sed qua hora debet ſumi in hoc caſu: dico ſumendum eſſe ea hora qua ſumuntur reliqui ſyruppi: ſuperiores medici ex textu falſo eliciebant eſſe dandum duas horas ante cibum. Nos autem dicimus ſumendos eſſe ſyruppos ea hora, vt poſtea ſint iam concocti hora prandij; ſic enim præcipit nobis Galenus; & quoniam vnus ventriculus concoquit citius quam alius, hac de cauſa non poteſt aſſignari certum aliquod tempus ſumendi ſyruppum: ſi ego poſſem concoquere duabus horis, conueniret quomodo illi dicunt, ſed hoc non omnes faciunt: aliqui enim neque etiam per quatuor horas concoquunt. Tamen quia communis ratio eſt vt in tribus horis concoquantur, ideo propinabimus ſyruppos tres horas, vel tres cum dimidio ante prandium. Sed in qua quantitate ? etiam in hoc medici ſuperiores ex textu falſo eliciebant eſſe dandam quatuor vncias cum dimidio; tamen in Hippocrate græco, vel nunc tranſlato, non ſic ſe habet; ſed dicit dimidium duo de viginti, id eſt, nouem vncias, *primo de Ratione victus*, vbi dubitat Galenus de aqua frigida eahibenda in febre.

Quare dabimus trés vncias oximellis cum ſex vncijs aquæ, & hæc menſura eſt maaima quæ poſſit dari, neque enim poteſt tranſgredi, communis erit doſis duas vncias cum dimidio, cum quinque vel ſex aquæ. Sed quid dicemus de ſtillitico? fit eodem modo quo fit oaimel ſimplex; ſed eſt longè fortius, quia loco aceti ponemus acetum ſtilliticum, ſtilla eſt calidum in ſecundo gradu, mel etiam eſt. calidum; tum ratione aceti caliditas eſt remiſſa, vis autem incidendi eſt longè maior, quia addita eſt virtus ſtillæ ſuper acetum. Sed nunquid acetum ſtilliticum ſit nociuum neruis. Dioſcorides in omnibus traductionibus prærerquam illa Hermolaï dicit eſſe nociuum; idem etiam dicit Galenus in fine illius conſilij dum dixit quod addito

melle

melle noo poteſt eſſe amplins noxium: & ratio videtur ſuadere oppoſitum, quoniam aectum ſimplex eſt noxium neruis ſua frigiditate, ſed ſtilliticum acquiſiuit potius aliquam caliditatem. Dico quod eſt noxium, ſed non ratione frigiditatis, ſed ratione ingentis virtutis inciſiuæ: nimium enim incidit, ideo poteſt nocere neruis.

De aceto ſtillitico noo eſt prætereundum dictum mirabile, quod legitur *in libro de facilè parabilibus*, qoi licet ſit Galeno adſcriptus, tamen non eſt Galeni, legitur in eo libro de quodam qui vſus eſt aceto, & vixit vltra annos 100. ſenſibus illæſis, & oulla tamen ratione victus vtens, ſed inordinatè. Subdit ille author etiam mirabilia de vino ſtillitico. Sed quoniam longè magis calefacit, ideo crederem hoc vinum obeſſe potius longo vſu quàm prodeſſe.

Sed quoniam egimus de concoctione, dubium eſt quomodo fiat hæc concoctio in humoribus craſſis: manifeſtum eſt quod fit cum ſubtiliantibus, ſed in humoribus viſcoſis, & tenacibus, & glutinoſis, res eſt dubia: neque enim eſt conſpicuum quod opponatur viſcoſo. Auicenna *2. con. 4* & *in tractatu de Viribus cordis* oppouit inciſiuum nam hæc medicina ſua inciſione interponit ſe inter membrum, & humorem, & in varias partes ſecat: at verò Galenus 11. *meth. cap.* 13. dicit quod quomodo craſſo opponitur ſubtilians, ita viſcoſo opponitur abſtergens, agtipticum vocat; & dicit ſe hnius medicinæ fuiſſe inuentorem, Tamen & ipſe mille alijs in locis dicit, quemadmodum Auicenna. Soluitur hoc, nam appetens hæc controuerſia quid niſi incidens, ſubtilians, abſtergens: hoc poteſt videri à Galeno *tertio de Simp. med. cap.* 11. res enim omnes amaræ ſunt inciſiuæ, ſubtiliatinæ, & abſterſiuæ: differunt tamen ſemper magis, & minus, quia res minor eſt abſterſiua, eſt enim debilior, quia tum agit in ſuperficie; quæ verò tangunt profundum, & aperiunt vias vocantur apertiua; quæ verò adhuc agunt fortius dicuntur inciſiua. Itaque dicimus res inciſiua, vel abſterſiua, eſſe eadem omnino. Faciemus ergo ſyruppum hoc pacto. Pro parte accipiemus mel cum hyſopi decoctione, aut peonicæ, aut betonicæ, aut ſeſſali, aut ſaluiæ, aut ſtetari, & pro parte oximel ſimplex, vnciam ſcilicet cum dimidio; & ſic continuabimus mane ante prandium per tres horas cum dimidio, per qoinque, aut ſex, aot ſeptem dies: poſtea dabimus purgatiuam, poſtea rurſus dabimus ſyruppos fortiores, & iterum purgabimus, quia huiuſmodi materia non ita facilè curari poteſt. Sed quibuſnam vtemur purgatiuis. Raſis dat pillulas cocchias plures: alij Hieram de colochintidos. Quoniam morbus erit à pituita conuenit colochintida, vel agaticum, his namque medicinis purgamus materiam craſſam, & viſcoſam; ſi non erit morbus à melancholia, purgabimus cum polipodio, lapide lazuli, lapide armeno, hellebero nigro; & huiuſmodi cum alijs medicinis corrigentibus.

Sed quid de pillulis cocchijs? Aliqui ſunt qui abhorrent, quoniam ſunt malè correptæ, ego non dico eas eſſe optimas, neque poſſe melius eſſe correptas: ipſi dicunt nihil eſt in medicina hac aſtringentis, vt temperemus magnam ſolutionem. Dico ego hanc rationem eſſe ridiculam, quia non temperantur medicinæ ſolutiuæ cum aſtringentibus, minimè non: imo ſi nimis ſoluent, debemus in minori quantitate, quia aſtringendo obturabunt poros, & lædent: Sed quomodo corriguntur medicinæ? Dico quod quia in ſolutiuis medicinis eſt ſemper admixtum aliquid venoſitatis: vt nos poſſimus huiuſmodi venoſitatem temperare, & corrigere, adhibemus res odoratas, vt aromata quæ ſunt in cocchijs multa, & validiſſima; ideo optimè ſunt correptæ: Vnde Hippocrates 2. *de Ratione victus com.* 11. quando dat elleborum apponit res odoratas, vt temperetur venenoſitas, res autem ſtipticæ licet dentur ad confortandum, tamen cum ſolutiuis non poſſunt niſi obeſſe, plurimum ſtringendo vias: ſi volumus cohibere nimiam ſolutionem demus in minori quantitate, & ſic ſoluemus quantum volumus, & minus nocebimus cum venoſitate medicinæ. Animaduertite de Helleboro nigro, quod iſte qui modo habetur, vergit ad albedinem potius, & certè declinat à nigredine, ideo non eſt adeo tutus. Ego Venetijs vſus ſum helleboro verè nigro tutiſſimè qui deferebatur ex Aſia, & eſt illa medicina ſecuriſſima. Hoc loco facio vos animaduerſos de medicina quadam mirabili, de qua Scribonius plura dicit, & omnes præterea medici, quæ eſt magis admiranda, quantò etiam varias affectiones morborum curat: deberet enim eſſe in vſu, & iam Papiæ aſſeruatur apud ſeplatiarios. Eſt tamen aduertendum quod in correptiuis omnes alij ponunt Polium: eſt certè mendum, & debet diſtinguere folium: erat enim folium res odorata. Sed quoniam nos caremus hoc folio, poſſumus duplicare cinamomum, aut ſpicam nardi: ſic enim fit quando deſunt aliquæ medicinæ, duplicare ſcilicet ſimiles.

LECTIO XV.

DIximos io curatione poſt exhibitionem ſyrupporum ad materiam concoquendam; demum eſſe exhibendas medicinas porgatiuas, inter quas omnes præſtantiſſima eſt hiera diacolochintidos; ſed quia plures compoſitiones huiuſce hieræ adducuntur: vna eſt Antiochipatri, alia Archigenis, alia Ruffi, alia demum Iuſtini. Illa quæ eſt Antiochipatri eſt optima, ſecundum quod dicit Galenos nam ſi volumus

lumus curare tantum, pituita ipſa ſola vti poſſumus, ſi quando opus eſt addere agaricum, cortices bellebori, & corrigere cum flore manuſeri. Eſt poſtea confectio amec. ad melancholiam educendum. Diaſenæ, Pillulæ de lapide lazulo, vel de lapide armeno. Hæc dico quia hiera maximè reſpicit bilem, & pituitam, ideo ad melancholiam iſta enarrata erunt commodiora, & in ea præterea magna eſt portio melancholanorum, quæ obſunt propter ſtipticitatem. Ideo ego in eductiune melancholiæ acciperem dragmam lapidis lazuli, vel lapidis armeni, & cum manna diſſolutum propinarem. In pituita autem diximus quod hiera illa eſt optima; & quoniam hæc materia, quæ debet euacuari eſt multum rebellans, ideo vna tantum euacuatione non poteſt educi: ideò neceſſe eſt ad nouas purgationes redire. Sed quia multi faſtidio habent tot purgationes: ideo medici adinuenerunt alios modos purgandi, & concoquendi materiam. Sunt enim multæ medicinæ in forma electuarij, in forma pulueris, quæ omnia modo ſubtilient, & attenuent, & præparent vias, ſunt exhibenda: ideo poſſumus date loco ſyruppi in mane mel ſtilliticum: item thyriaca diateſſarum ex quatuor ſcilicet rebus conflata, quæ eſt multum ſubtiliariua, & poteſt longo tempore exhiberi. Sic enim purgamus morbos omnes longos quaſi podagras, ſcilicet com tempore longo, dando aliquid conueniens ſingulis diebus per totum annum integrum, prætetquam in diebus canicularibus: quoniam medicinæ huiuſmodi purgantes ſunt aliquantulum calidæ, ideo in illis diebus adeò calidis poſſet fortaſſe nocere. Dabimus ergo aliquam medicinam in tanta quantitate, vt puta ad magnitudinem auellanæ, vt longo tempore poſſimus durare nulla alia de cauſa niſi vt muremus temperaturam hominis, quemadmodum dicebat Hippocrates quod pueri liberantur mutatione ætatis; ſic nos poterimus hunc liberare mutatione temperaturæ, reducendo eam ad calidum, & ſiccum. Ponit ad hoc Alexander pyrettum pulueriza tum, & cum melle quotidie exhibitum.

Huc vſque noſtra intentio fuit euacuare vniuerſum corpus, atque ipſum dupliciter iam euacuauimus, cum miſſione ſanguinis, & cum pharmaco purgante. Sunt ne alij modi curandi vniuerſum corpus? ſunt certè, videlicet balnea exterius; atque interius ſumpta, eſt ſudor, & vrina prouocata. Ideo de his aliquid dicendum videtur eſſe. Quo autem ad balnea, dico quod aqua tepida, quia relaxat, non iuuat multò minus iuuabit frigida; & præterea omnes aquæ dulces vitandæ: ſed mineralia, vt puta ea quæ ſunt calida, & participant aut ſulphure, aut nitro vel allumine, vel ſale: certè conoeniunt, & manendo ibi, & intus aſſumendo: ſed non eo modo, quo nunc aſſumitur, ſcilicet vſquequo amplius non poſſumus bibere: nam ſi repleamus nos ea quantitate, non ſolom non calefaciet nos, ſed etiam infrigidabit, ſignum eſt quod ſtatim frigemus, & cooperimus nos pellibus, & pannis: tatio? ratio eſt quoniam licet aquæ illæ ſint calidæ, tamen quia tantam quantitatem ingeſſimus, vt à calore noſtro non poſſint vinci, neceſſe eſt vt calor ſuffocetur, & quaſi extinguatur: & ideo frigemus per indigeſtionem, & ſuffocationem caloris innati, qua de re aquæ illæ calidæ refrigetantur per accidens, & quod hoc ſit verum, videtur expreſsè quod ſubito eueniunt accidentia frigiditatis; euenit ſomnus, effectus frigiditatis, euenit frigus maximum, & horror. Idem etiam faceret ſi biberemus tantum vini, vt non poſſemus eum concoquere propter ſuffocationem caloris naturalis.

Dico quod balnea quoad interiorem ſuſceptionem quatenus habent qualitates iſtas frigiditatem, & ſiccitatem, non poſſunt non prodeſſe; non tamen ſunt danda in tanta quantitate, quemadmodum nunc exhibentur, ſed moderatè, & donec poſſint calorem non ſuffocare. Quod autem ad eorum exteriorem applicationem, dico quod ducia ſuper caput eſt euitanda, quoniam ille caſus faceret inuertere in morbom comitialem, quemadmodum omnia vehementia, & fortia; tamen in ipſis aliquantulum morari non obeſſet: ſudor etiam eſt res, quæ vniuerſaliter totum corpus euacuat. Ideo qoando recedunt à balneo iuungantur cum oleo camomillino, vbi ſit decoctum pirettum: poſſunt etiam lateres igniti inuoluti in petiis, & conſperſi decoctione piretti admoueri prope patientem: ille enim calor prouocat ſudorem: item balnea ſicca ſtuſæ poſſunt prouocate ſudorem, quæ omnia mediocriter ſunt facienda: prouocare etiam vrinam confert ad euacuationem vniuerſalem cum aniſo feniculo, & huiuſmodi.

Facta totius corporis vniuerſalis euacuatione, tunc ad euacuationem particularem capitis deueniendum eſt. Hoc fieri poteſt pluribus modis; primò cum apophlegmatiſmis, ideſt maſticatoriis, & hoc per viam oris, vel cum caputpurgiis per viam narium. In ore poſſunt multa cohiberi, vel abluendo, vel gargarizando, vel maſticando: maſticatoria erunt prætetea cum melle: aut piper, aut zinziber, & alia omnia acota cum melle, quæ educent pituitam: gargarizantia erunt decoctio hyſopi, vt diximus in ſyruporum ratione, addendo oximel ſimplex, vel ſtilliticum, vel pirettum, & huiuſmodi alia ablnentia ſimiliter componuntur. Per nares poteſt fieri, vel attrahendo per ſpiritum, vel ſufflando in puluerem, vel oleis inungendo cum linimentis. Erit conueniens attrahendo ſuccus radicis libitis; ſuccus hederæ, ſuccus maioranæ: eadem redacta in puluerem erunt conuenientia in ſufflando, eadem etiam decocta in oleo inunguntor. Galenus vtitur electerio, id eſt ſucco cucumeris agreſtis, mitigando tum cum lacte,

in

in forma etiam vnctionis cum oleo remittendi eam acuitatem. Et hæc ſunt illa quæ poſſunt euacuare caput per interius; exterius autem poſſunt adhiberi ceratos, lotiones, & pulueres exſiccantes, & calefacientes: lotiones fient cum verbena, maiorana, ſtœcade, & maximè meta, quam laudat Galenus mirificè, hæc omnia aut aliqoa mixta, & iniuncta in lixinio: & præcipuè verbena, & menta adhibenda eſt. Reſtat loqui de cauteriis, de quibus paulo poſt agemus: ſed prius de pueris loquamur.

Hactenus loquuti ſumus de cura in adultis, modo loquendum eſt de cura in pueris, de iis ſcilicet qui nondum ad quartum decimum annum peruenerunt, in quibus eſt dubitatio, quomodo ſint curandi: nam illis non poteſt dari pharmacum. Dicimus quod permittendi ſunt naturæ ſuæ: nam mutatione ætatis liberantur, teſte Hippoc. 2. *part.* 2. *Aphor.* bene ſunt gubernandi recta victus ratione, quemadmodum luquuti ſumus ſuperius: & nonnulla etiam in ſequentibus dicemus. Intelligo attamen eſſe moderandos in recta ratione victus, non ſolum quoad cibum, & potum, ſed etiam quo ad alias res non naturaliter: prætetea fugiant omnia fortia obtenta quoad poſſibile ſit. Si ſint lactentes, detur aliquid ipſi nutrici: quoniam virtus pharmaci remanebit in lacte; & ita iuuabit puerum: & non lædet; quemadmodum dicebat Galenus de iis qui comedebant cothurnices in Aſia. Et præcipuè curandum eſt, vt lac ſubtilietur: præterea apponantur . . . quæ à proprietate dicebamus conducere ad hunc morbum, vt puta ſmeraldum, & alia odoramenta. Nutrix recipiat iſta electuaria, quæ poſſunt conducere huic morbo: nam virtus remanet in lacte, quemadmodum poteſt videri *quinta part. epid. ſexto* vbi loquitur de electuario, ideſt ſucco cucumeris ſilueſtris. Serapio facit pueris caputpurgium. Auicenna leuem purgationem capitis.

Dubitaret aliquis, quoniam eſt regula generalis apud omnes medicos, quod non prius debemus euacuare partem aliquam corporis, niſi prius euacuemus vniuerſum corpus: ſi in pueris non poteſt mitti ſanguis, neque dari pharmacum ſolutiuum, quomodo poterimus dare aut caputpurgium, aut alio modo caput euacuare. Dico ad hoc quod diuerſa eſt ratio in pueris, & in adultis; in pueris parua dieta inſtar eſt magnæ ſanguinis miſtionis, aut fortis pharmaci propter magnam reſolutionem illorum. Ideo iniuncta illis dieta, eſt ac ſi purgaſſemus vniuerſum corpus: tale ergo faciunt & Auicenna, & Paulus, qui ordinat leues quaſdam purgationes.

Sed quid de cauteriis, qui ferro ignito adhibeantur paſſim hodie pueris tenellis? Paulus dicit, imo Alexander Trallianus in hoc plus eſſe ſupplicij quam auxilij; & certè nullam habet rationem iſta intentio: quoniam cauteria ſecundum Auicen. ad quatuor adhibentur; aut ne putredo perſeueret, aut vt mala diſpoſitio reſoluatur, & rectificetur: ſi eſt frigida aut calefiat, aut male conſumetur, aut vt ſanguis non fluat. In hoc caſu neque ratione, neque caſu putredinis; neque ratione fluxus ſanguinis adhibentur; ergo ratione malæ temperaturæ. Demus quod puer ſit calidi capitis; ergo non conueniet. Et tamen hodie paſſim quicumque pueri incenduntur. Præterea non eſt regula in hoc morbo, vt euitandæ ſint omnes fortes mutationes. Nonne melius erit paulatim cum calefacientibus, & exſiccantibus procedere quam cum re ſubita, & vehementiſſima, & crudeliſſima: imo potius potentialia deberent adhiberi. Si volumus reſoluere materiam; nonne habes caſtoreum, mentam, & huiuſmodi? Quantum eſt in me non video rationem quare poſſint conducere iſtud cauterium, in vna parte tamen capitis ſubita & violentiſſima: tamen hodie ſic eſt in vſu, tale ne au bene alij iudicant, mihi non probatur.

LECTIO XVI.

PRo complemento curationis morbi comitialis, etſi ſuperius multa dicta ſint de cibis, & præcipuè qui ſint euitandi, nunc etiam in eadem ferè materia verſantes dicendi ſunt cibi quos eligere debemus; & quoniam morbus eſt craſſus, & ab humore craſſo dependens: ideo victus debet eſſe in regimine ſubtiliantis dietæ: panis primò debet eſſe ex frumento bene conſeruato, nullo pacto corrupto. Secundò debet eſſe de proximo molito: nam panis qui fit ex farina diutius molita dat craſſius nutrimentum, ſui natura eſt obſtructiuum, & craſſi nutrimenti: ideo oportet vt ſit bene fermentatum, & ex fermento acquirat aliquam ſubtiliationem ex illa acetoſitate, & acuitate fermenti: quartò debet eſſe mediocriter ſalitum. Nam vti ſuperiùs diximus, res ſalitæ modo non ſubeant ſubſtantiam duram ſunt ſubtiliantis victus: ſal enim dat ſubtiliationem. Ideò maximè miror non eſſe in vſu hodie, vt panis aliquantulum ſale conſpergatur, quoniam mirum in modum conduceret maximè ciuilibus hominibus; nam iſtis laborantibus quò dat craſſius nutrimentum eò illis eſt melius; & ſi vterentur regimine nimis ſubtiliante, ægrotarent proculdubio: quintò debet eſſe probe elaboratum, & multo ſtudio ſubactum; nam ex illa frequenti elaboratione, & circumactione manuum acquirit hoc, vt facilius concoquatur. Sextò vt ſit perfectè coctus, ſcilicet in clibano moderatè calido, non valde intenſo, quoniam adureretur exterius, & interius non eſſet coctus: debet ergo

coqui

coqui calote moderato. Vltimò non debet tranſgredi ſecundum diem; nam panis quò magis induratur, eò craſſius dat nutrimentum. Et hæc quæ ego nunc dixi non ſolum neceſſaria ſunt patienti morbum comirialem, ſed etiam ſunt obſeruanda in recta victus ratione, & in tuenda valetudine, & præſertim ab ijs qui noo vtuntur fottibus exercitijs.

Quo autem ad carnes, Alexander modo viderur concedere, modo videtut prohibete: dico ad hanc contradictionem in Alexandro quod negat catnes quadrupedum: concedit aues: Galenus in conſilio, concedit omnes carnes auium pt æterquam aquatilium: & ſi non ſint carnes volatilium, & neceſſe ſit vti carnibus quadrupedum, concedit illas pattes ſuis domeſticis quæ caruoſæ non ſunt, ſcilet pedes, roſtrum, ventres: in ſue autem ſilueſtri, eriam poſſunt carnes concedi, non ſolum pedes, & toſtra. De hædis, de leporibus permittit etiam deguſtare, ſed ad ſatietatem vſque non concedit, niſi aues. Ideo ſciendum eſt in genete carnium aues eſſe præſtantiores: inter aues autem pro loco ſunt phaſiani, pulli gregatilium, vt pulli columborum, & pulli galinacei, & ſunt in primo gradu facilis coctionis: ſecundo loco ſuut turtures, & reliquæ aues paruæ. Tertio loco ſequuntur carnes hædorum, & ſuis ſilueſtris, & leporum. Et hæc omnia ſunt commodiſſima in tuenda valetudine: oua etiam conueniunt, ſed debent eſſe recentia, tenera, non autem aſſata, neque frixa, eſſent nimis dura: capparibus cum aceto vti poſſumus, & præſertim cum oximellite: ſunt enim mitificè vtiles ad ſubtiliandum.

Quo ad potum dubium eſt an vinum conueniat: Paulus in actuarione dicit, diuoſſimè cum aqua ſunt tenendi, in fine non omnino negat vinum, ſed bene tollit vinum immodicum: Galenus certè negat, ſed diximus nos rationem, quoniam ſanè pueris nullo pacto concedendum eſt, at verò adultis non negaret, modo ſumamus vinum aquoſum, quod non petat caput, & bene dilutum. Dico itaque ego (Saluando Paulum à contradictione) quod in principio morbi antequam corpus ſit purgatum, omninò abſtinendum eſt à vino: poſtea verò quod purgariones ſunt factæ poteſt concedi, pauciferum tamen, & valdè aquoſum, Galenus 6. *part. Aph.* 41. Sed dicat quis interea, quando in purgatione abſtinendum eſt à vino, quidnam bibet, pro potu quid habebit? Dico quod aqua mellis eſt conuenientiſſima: ſed quando fit iſta aqua mellis. Galen. *octauo meth.* ponit triplicem; meraciſſimam aquoſiſſimā, & mediocrem, ſed nō ſe limitat ad quantam quantitatem. Idem dixit *tertio de Ratione victus.* Dioſc. capite proprio limitat ſe, capiantur tres partes aquæ, & mellis vna, & coquatur ad tertias: Meſue dicit alio pacto; capiatur octaua pars mellis, ſcilicet vt ſint octo partes aquæ, & vna mellis: ſed nonne iſtæ duæ deſcriptiones pugnant. Dico quod nulla eſt repugnantia inter ipſas, quoniam Meſue loquitur de illa aqua, mulſaque quæ ſtatim debet bibi. Dioſcorides autem loquitur de ea quæ per longum tempus debet aſſeruari, quæ poſtea eſt miſcenda cum alia aqua: quanquam conſtat antiquos aſſeruare per longum tempus eam etiam bene dilutam: ſed ex qua aqua? Dioſcorides præcipit ex pluuiali: alij componunt ex fontibus. Dico quod ſi debet aſſeruari per longum tempus, optima eſt pluuia; quoniam diutiſſimè aſſeruatur abſque corruptione, & difficillimè aceſcit: ſi attamen faciamus mulſam, vt per paucos dies ſit bibenda poteſt fieri ex quauis aqua. Sed quanta debet eſſe decoctio? Galenus 3. *de Alimentis*; Vbi loquitur de melle, dicit eovſque coquenda eſſe quovſque tota ſpuma ſit ablata; in qua autem aqua non fuerit tota ſpuma ablata, remanebit aliqua ventoſitas, minus nutriet, & plus ſoluet. Ideo quando voluerimus plus lenire ventrem, & minus nutrire, non auferemus totam ſpumam: quando vero voluerimus plus nutrire, & minus lenire, totam ſpumam tollemus. Et hæc ſint ſatis de cura morbi comitialis.

DE APOPLEXIA.

POST curationem Epilepſiæ, deueniendum eſt ad curationem Apoplexiæ. In qua quidem re primò, tangemus nomen; ſecundò definitionem; poſtea cauſas, poſtea ſigna; demum veniemus ad curationem. Huius morbi nomen eſt apud Græcos, *Apoplexia*, apud Latinos *attonitus*. Nos vero, *il male della gocciola*. Ethymologiam nominis græci talem refert Celſus 3. *lib.* 26. *cap.* quoniam qui cadunt in hunc morbum videntur ferè eſſe tacti à fulmine, adeo remanent ſine ſenſu, & motu: ideo dicuntur quaſi percuſſi, & quaſi tacti à fulmine. Latini vocarunt ipſum morbum attonitum; quaſi ſtuporem, & languorem corporis, & mentis: ij enim qui in hunc morbum cadunt reſtant omnino ſine ſenſu, & motu, quaſi ſtupidi, & inſenſati.

Definitur etiam hoc pacto. *Apoplexia eſt ſubita amiſſio ſenſus, & motus, læſo anhelitu, vel omnino ablato propter obſtructionem ventriculorum cerebri cum læſione virtutis ſenſitiuæ interioris, & exterioris.* Quare vbicumque nos videbimus aliquem ſubito amiſiſſe ſenſum, & motum, & anhelitus; vel ſit ablatus, vel omnino diminutus, & læſus, & proueniat ex obſtructione cerebri: poſſumus concludere illum eſſe apoplecticum. Cum dicimus, *ſubita amiſſio* differt ab alijs amiſſionibus temporaneis, quanquam ſi quis adeo infrigidetur, caput amittat ſenſum, & motum; quia hoc fit à mala temperatura, quæ non poteſt ſubito fieri. Quod autem Apoplexia fiat ſubito patet ex *tertio de locis affect.* & etiam *in ſecundo de cauſis ſymptomatum.*

Læſo anhelitu. In hoc morbo non eſt neceſſe vt omnino tollatur anhelitus: bene aliquando hoc accidit; neceſſe tamen eſt, vt ſi omnino tollatur ſaltem ſit difficilis, & diminutus, & aliquando cum ſonitu ſtertimus: & quando omnino eſt ablatus anhelitus cura eſt impoſſibilis; morbus iſte eſt incurabilis, & vocatur fortiſſima Apoplexia. Vnde Hippocrates, fortem Apoplexiam curare eſt impoſſibile, leuem autem difficile. *Propter obſtructionem*; per hoc differt iſte morbus ab omnibus alijs, in quibus ſubito concidimus, quemadmodum in præfocatione matricis in mulieribus: & in ſyncopizatione, ſiue defectu animi, in quibus ſubito perdimus ſenſum, & motum, quoniam in iſtis læſio eſt in corde, non autem in ventriculis cerebri.

Cum læſione virtutis. Dubitaret hoc loco aliquis, ſi omnes nerui priuati ſunt ſenſu, & motu, quare non priuamur etiam anhelitu, & expiratione. Dicit Galenus eſſe quemadmodum dormientibus, propter maximam ſcilicet neceſſitatem; vbi videmus etiam cum difficultate trahi anhelitus. Et ideo ſtertnimus propter difficultatem, ſcilicet reſpirandi. Ex his quæ diximus conſtat plures eſſe morbos, inter ſe ſimiles, in quibus omnibus deperditur ſenſus, & motus, vel ſaltem longè minuitur; Epilepſia, Apoplexia, Lethargus, Sopor, vel (vt Græci dicunt caros) vel Arabes ſubec, congelatio, ſeu catocus, præfocatio matricis, & ſyncopis: & quanquam iſti morbi ſint ſimiles; tamen inter eos magna eſt aliqua differentia. Nam in Epilepſia eſt conuulſio, & cerebri, & totius corporis: in Apoplexia autem nulla eſt conuulſio. A lethargo differt etiam quia lethargus eſt cum febre, Apoplexia merito morbi non eſt cum febre, poteſt quidem eſſe; at merito morbi non eſt neceſſarium. Et præfocatione matricis, & ſyncope differt, quoniam Apoplexia eſt cum obſtructione in cerebro. Sed diceret quis, quomodo ego poſſum cognoſcere an Apoplexia, an præfocatio matricis ſi ſit mulier; ſiue ſyncopis, quoniam illa obſtructio ſitne in cerebro non apparet. Dico quod hoc cognoſcitur ex pulſu in Apoplexia, quia cor non læditur; pulſus manet vt prius erat, nulla aut certè modica mutatione facta: at in ſyncopi, & præfocatione matricis, quia tunc læſio eſt in corde pulſus omnino eſt ablatus, aut maximè diminutus. A ſopore differt etiam, quoniam in ſopore nulla eſt difficultas anhelitus: præterea Apoplexia terminatur in paralyſim ſemper, ſi non ad materiam, ſopor minimè. A congelatione differt eadem ratione, tum quia non eſt ibi difficultas anhelitus, tum quia non ſemper terminatur ad paralyſim. Sed quomodo differunt inter ſe illa, ſopor, & congelatio: Dico quod in ſopore oculi ſtant clauſi, nec poſſunt aperiri, in congelatione ſtant aperti, & non poſſunt claudi. Sed hic eſt dubitatio an in Apoplexia ſit anhelitus deperditus, & an poſſit aliquis eſſe viuus abſque reſpiratione. Hæc difficultas eſt maxima, & pendet ab alia difficultate, quam ponit Galenus *ſexto de locis affect.* 3. Solummodo eſt hæc in ſumma. Duplex eſt reſpiratio: vna quæ fit per anhelitum, in qua dilatantur omnes arteriæ per vniuerſum corpus: alia eſt reſpiratio per cor dilatatum ſolum. Calor qui eſt in corde ſemper neceſſe eſt vt exhalet, & tranſpiret

ſpitet aliquo modo, qooniam aliter ſuffocatetur omnino, quemadmodum accideret in igne poſito in ventoſa quiј ſtatim extingueretur, vbi non poſſet amplius exhalare. Vnde ſi nos nihil penitos reſpiraremus, abſque dubio moreremor, quia calot extingueretur, nimium enim accenderetut; poteſt tamen eſſe vt nihil penitus reſpiremus exterius, & tamen cor ipſum reſpiret aliquo pacto, ſcilicet dilatando ſe, & conſtringendo, quæ reſpiratio licet debilis ſit, tamen poteſt tenere eum viuum aliquantulum.

Quod autem in Apoplexia tollatur omninò reſpiratio exterior, patet ex Galeno, & Hippoc. & tamen nondum eſt mortuus, quia ſi eſſet mortuus non diceretur Apoplecticus: nihilominus non omnino tollitur illa reſpitatio cordis, quam facit dilatando ſe, & conſtringendo; & hoc euenit etiam in mulietibus ſuffocatis quæ aliquando manent veluti mortuæ ſine pulſu, & reſpitatiooe per longum tempus. Vnde merito conſtitutum eſt in legibus antiquitus, vt cadauera non ſepelitentur niſi poſt 72. horas, quoniam poteſt aliquis reuiuiſcere. Sed meritò dubitaret quis. Vnde eſt quod mulieres præfocatæ, quæ omnino amittunt ſenſum, & motum, præterea etiam reſpitationem per longum tempus, poſſunt ſurgere per ſe, & euadere: at Apoplectici, cum ad hoc ſemel deuenerunt, vt non reſpirent, non poſſunt amplius ſurgere, & omnino moriuntur.

Ratio hæc eſt, quoniam in mulieribus præfocatis vapor ftigidus venenoſus eſt ille qui inficit cor, iſtud venenum frigidum infrigidat totum corpus, adeò vt parua omnino exhalatione cordi opus ſit, cor requirit exhalationem propter nimium calorem, quando in toto corpore eſt ingens frigiditas, certè minori exhalatione opus eſt: hac de cauſa, in iſtis mulieribux quæcumque leuis reſpiratio videlicet, illa tantum cordis ſatis eſt ad vitam, adeò vt etiam ſeſe poſſint excitare. At in Apoplexia ſecus accidit, neque enim totum corpus eſt infrigidatum. Ideo non poſſunt ſtare niſi paruo admodum tempore ſine anhelitu, vnde poſtea etiam obeunt. Sed eſt dubitatio an Apoplectici qui ſemel non reſpirant poſſint curari? Sententia eſt expreſſa Gal. & Hipp. quod fortis Apoplexia eſt impoſſibilis curatu. Tamen Hippoc. alibi 6. *part.* 50. videtur dicere quod curantur à febre. Item Auicenna 3. canonis. Dico ad primum quod Hippoc. non loquitur eo in loco de forti Apoplexia. Quoad Auicennam, dico quod non loquitur de Apoplexia propriè, ſed omni diſpoſitione in qua aufertur ſenſus, & motus; & hoc patet expreſsè legentibus, & conſiderantibus locum illum.

LECTIO XVII.

Dicebamus Apoplexiam eſſe ſubitam amiſſionem ſenſus, & motus præter anhelitum, qui fit ex obſtructione ventriculorum cerebri, propter humores craſſos, & viſcoſos. Auicenna addebat, & in curſibus virtutibus ſenſitiuæ, & vitalis. Eſt dubitatio contra id quod dicimus eſſe ex obſtructione: quoniam videtur etiam poſſe peruenire amiſſionem ſenſus, & motus ex mala temperatura. Galenus 2. de loc. affec. vbi loquitur de frigiditate, quæ aliquando tantum poteſt intrudi in his qui iter faciunt per loca frigida, vt non ſolum tollat eis ſenſum, & motum; ſed aliquando etiam interficiat. Præterea Auicenna cap. proprio dicit quod fit à multis cauſis, vt puta quando cerebrum contrahitur, & à frigiditate extrinſeca. Galenus tamen expreſsè dicit 3. *de loc. affec.* 7. quod non poteſt Apoplexia prouenire à mala temperatura, ratio eſt quia fit ſubitò, repentè, modò mala temperatura non poteſt fieri ſubitò ſed ſucceſſiuè. Vnde ad rationes in oppoſitum dico, quod bene mala temperatura præſertim frigida poteſt tollere ſenſum, & motum, ſed non ſubitò, vnde neque talis morbus erit Apoplexia, quia debet eſſe ſubitus caſus. Ad authoritatem Auicennæ, dico quod Auicenna non loquitur de Apoplexia propriè, quemadmodum loquitur, Galenus, ſed accipit Apoplexiam largè, prout comprehendit alias amiſſiones ſenſus, & motus. Et hac de cauſa ipſe non dixit ſubitam otioſitatem, quoniam non loquitur de vera, & propria Apoplexia, de qua nos loquimur.

Sed quoniam ſuperius citauimus locum Galeni 3. *de loc. affec.* 7. vbi negat Apoplexiam fieri à mala temperatura, & ſubdit: Apoplexia non fit à mala temperatura; quemadmodum phreneſis; lethargus, mania, melancholia, obliuio, fatuitas, paralyſis. Ideo eſt maxima dubitatio, quoniam iſti morbi, quos annumerat ſine dubio ſunt aliquando ex ſola temperatura; & ipſe in verbis videtur dicere quod ſint ex materia quemadmodum Apoplexia. Reſpondendo dico, quod Galenus vult dicere hoc pacto; Apoplexia eſt ab aliqua materia, quemadmodum alij morbi enumerati ſunt à ſola temperatura. Sed ſtatim dubitaret aliquis, ſi phreneſis eſt cum febre puttida, ergo ibi eſt materia; ſic etiam de læthargo, eſt materia quæ putreſcit in cerebro; quare non eſt verum quod iſti morbi proueniant à temperatura, quemadmodum tu dicis. Reſpondeo quod morbum eſſe à mala temperatura intelligitur duobus modis; vel quod cum materia, vel ſine materia. Si cum materia, materia eſt illa quæ producit malam temperaturam, non aliquam obſtructionem; vnde volt

dicere

dicere Galenus quod alij morbi fiunt à mala temperatura, non quod ibi non ſit aliqua materia, ſed illa materia, quæ ibi reperitur non facit obſtructiones, ſed ſolum cauſat malam temperaturam.

Morbus igitur de quo loquimur Apoplecticus eſt ex obſtructione: & alij non ſunt ex obſtructione, licet ſit in eis materia quæ facit malam temperaturam, Addebat Auicenna ad hanc definitionem, *& incurſibus*: vult dicere Auicenna, Et quando fit obſtructio, non ſolum in ventriculis cerebri, ſed etiam in viis à cerebro ad cor, aut à corde ad cerebrum, id eſt in neruis, aut venis, aut arteriis. Aliquando enim replentur illæ venæ ſoporiferæ, caroſides: vt puta ex nimia copia ſanguinis: & tunc oportet mittere multum ſanguinis. Et quod iſte qui incurrit in huiuſmodi repletionem venarum vocetur Apoplecticus, teſtis eſt Galenus 4. *de ratione victus* 24. Et *de cauſis morborum*, vbi enumerat cauſas morbi frigidi. Dico ad hoc quod ſine dubio, quando ex repletione venarum homo cadit, vocatur morbus aliquando Apoplecticus, ſed alia de cauſa; ſcilicet quoniam venæ ſunt omnis repletæ, calor non poteſt debitè euacuari, quemadmodum aër, & ſpiritus attractus ad refrigerationem caloris non poteſt tranſire: ideo calor omnino extinguitur, quemadmodum extinguitur flamma quando eſt poſita in ventoſa, ſeu in cucurbitula. Cum igitur calor naturalis ex repletione nimia venarum extinguatur, meritò vniuerſum corpus infrigidatur; & præcipuè cerebrum, quod ſua natura frigidiſſimmum eſt, infrigidato cerebro generantur ibi humores multi pituitoſi, qui generant ſubito morbum Apoplecticum, aliquando generant Epilepticum, aliquando ſyncopim.

Quando igitur venæ nimium replentur, homo poteſt fieri Apoplecticus, ſed non ratione venarum repletarum, ſed ratione illa quam diximus, ſcilicet quando corpus infrigidatur. & maximè cerebrum, ad quod poſtea ſequitur vel Epilepſia, vel Apoplexia, vel ſyncopis. Illud autem quod dicit Auicenna, ſcilicet quod repletis illis viis homo cadat ſine ſenſu, & motu, eſt falſiſſimum, & contra Galenum: imo Galenus 2. *de dogmatibus* Hippocr. prob at oppoſitum contra quoſdam, qui illud idem aſſerebant, quod nunc dicit Auicenna, & dicit quod poſſunt viuére per diem etiam integrum, ligatis, aut etiam inciſis venis illis, bene deperdetur vox, & ſi incidantur nerui illi, ſed non ſenſus, nec motus.

Sed quoniam diximus in illis qui perdunt ſenſum ratione repletionis nimiæ venarum eſſe mittendus ſanguis largiſſimè. Hoc videtur contradicere illi regulæ quam ſuperpoſuimus, quoniam virtus in talibus eſt non ſolum debilis, imo nulla eſt. Dico ad hoc quod propterea Hippocrat. 4. *de ratione victus* 17. dicebat quod eſt mittendus, quando morbus magnus, virtus, & ætas conſentiunt: non tamen dicebat oppoſitum, ſcilicet quando non eſt virtus non mittas: quia ſciebat eſſe quoſdam morbos, in quibus, licet nulla ſit virtus, tamen eſt mittendus ſanguis: & meritò quia ſi morbus eſt ratione copiæ ſanguinis; ergo eſt omnino mittendus. Sed ibi non eſt virtus? quid tum: hoc accidit quia ſanguis eſt nimius ſi minuatur, valde tædebit.

Dubitatur rurſus quod aliquando eueniat non ſolum à pituita, & melancholia ſed etiam à ſanguine ex libello *de miſſione ſanguinis ſumma prima cap.* 2. dico quod intelligitur auctoritas Galeni, quando fluit ad principium, id eſt ad epar, aut ad cor: primò enim in animali generatur epar, & cor, poſtea cerebrum. Sed diceret quis quomodo cognoſcam illos qui cadunt ſine ſenſu, & motu, ex repletione venarum, & veros Apoplecticos. Dico quod hoc cognoſcetur ex colore in illis. Eſt color rubrus mortificatus, quemadmodum in illis qui ſunt ſuffocati: in Apoplexia vera eſt calor albus, & pallidus. Rurſus diceret quis, concedo quod Apoplexia proueniat ab humore craſſo, & frigido: ſed nonne etiam eſt poſſibile quod ſit à ſanguine, nam ſanguis poteſt replere cerebri ventriculos; dico quod non eſt poſſibile, quoniam ſi ſanguis replebit ventriculos faciet phlegmonem, vel faciet aliam ægritudinem, ad quam poſtea ſequetur Apoplexia, ſed non fiet ſubitò, nam Apoplexia debet eſſe ſubita in ſano.

LECTIO XVIII.

POſita definitione Apoplexiæ, ſunt ponendæ diuiſiones eius. Aliqui ſunt qui diuidunt eam in materialem, & non materialem: nos dicimus quod hæc diuiſio non eſt bona, quoniam omnis Apoplexia eſt cum materia: imo non ſolum cum materia, ſed cum materia craſſa, & frigida, hoc eſt pituitoſa, vel melancholica. Aliqui diuidunt præterea; Apoplexia materialis, aut eſt cum Apoſtemate, aut ſine Apoſtemate; nos dicimus quod hæc etiam diuiſio falſa eſt, quoniam Apoplexia non eſt cum Apoſtemate: ſi enim eſſet Apoſtema prius fieret phreneſis, vel aliquid conſimile, ad quod poſtea poſſibile eſſet ſequi Apoplexiam. Alij rurſus diuidebant Apoplexiam; aut eſt cum febre, aut ſine febre: nos dicimus quod de ratione Apoplexiæ minimæ. Alij rurſus diuidebant: Apoplexia alia eſt ex obſtructione ventriculorum cerebri: alia ex obſtructione venarum caroſidarum 4. *de ratione victus* 24. Dicimus quod illa Apoplexia quæ fit ex nimia repletione, non dicitur propter hoc Apoplexia, ſed ſolum ſimilis veræ Apoplexiæ; vel dicimus quomodo dicebamus heri, quod erat hoc modo Apoplexia vera, quoniam ſequebatur, vt puta ex nimia repletione venarum

rum calor extingnatnt, ex boc corpus, & maximè cerebrum infrigidatut: ad infrigidationem cetebri ſequitur generatio pituitæ, adhoe obſtructio in cerebro. Sed fortaiſſe melius eſſet dicere quod eſt tameo ſimilis Apoplexiæ, quemadmodum dicebat Hippoctates 7. part. eon. 59. de illis qui cadunt ex alto, & repentè fiunt moti; in iſtis quoniam cerebrum concutitur tetrahunt ſe virtutes omnes, & non tranſmittunt virtutes ad vniuerſum corpus. Alia eſt diuiſio Apoplexiæ vere, & bona, vt ſcilicet vna ſit fortis, alia debilis.

Vt autem poſſimus dignoſcere inter Apoplexiam fortem, & debilem, videndus eſt Galenus in eo Aphor. *fortem Apoplexiam ſoluere eſt impoſſibile, debilem autem non facile:* vbi dicit Galenus ſi ſit omnino ſine anhèlitu, tunc dicitur fortiſſima; ſi autem anhelitus ſit violenroa, & eum magno conatu dicitur valdè fortis: ſi anhelitus ſit intermittens, & inæqoalis, vt non ſeruet ordinem: modo intermittat quatuor, modo quinque, tunc dicitur fortis, ſi ſit inæqualis, & tamen ſeruet ordinem, tune dicitur leuis. Fortem igitur quando ſcilicet non eſt violentus, ſed inæqualis; & ſine ordine impoſſibile eſt eurare, multominus fortiſſimam, & valde fortem; debilis antem, ſi fiant quæ facienda ſint, poteſt curari. Dubitatur an ſi Apoplexia ſit debilis neceſſe ſit vt antequam tollatur, prius tranſeat in paralyſim: quod ſic; Raſis expreſsè. In oppoſitum Galen. 4. *de locis affect.* 2. vbi dicit creberrimè. Et ratio hæc eſt quoniam ſi morbus eſt debilis, quare non poteſt materiam expurgare natura per nares, aut palatum? abſque eo quod tranſmittat eam ad neruos. Dicimus ad hnc quod poteſt eſſe, vt omnino expurgetur per nares, aut per palatum: tamen vt plurimum tranſmittitur ad neruos, quoniam facilius eſt deferre aliò materiam, quàm omoino expellere. Dubitatur quoque an Appoplexia poſſit eſſe cum ſpaſmo: dicu quod ſi eſſet cum ſpaſmo naturali, & eum contractione cetebri eſſet Epilepſia: bene poteſt eſſe vt prius fuerit aliquis ſpaſmus particulatis, & ſuperuenerit Apuplexia: de hoe attamen oon loquimur: & hæc ſatis nobis ſint quoad definitionem, diuiſionem, & eſſentiam Apoplexiæ.

Cognita eſſentia Apoplexiæ per definitionem, & diuiſionem, nunc accedendum eſt ad cauſas. Ideo videndus eſt Galenus *in lib. de cauſis morborum*, vbi agit de cauſis morbi frigidi. Et inquit tres ſunt modi, quibus calot noſtet poteſt debilitari, & per conſequens teddere corpus noſtrum frigidum; primò poteſt ignis extingui ex aëre frigidiſſimo, vel exterioribus frigidis admotis: ſie etiam in aëre frigidiſſimo homines cooſtituti poſſunt ad frigidam diſpoſitionem deuenire. Secundus modus eſt de ijs qui poſſunt facere flammam, vel ex multitudine lignorum oimia ſuffocatur ignis, & ex multitudine ciborum extinguitur calor innatus; vel ex defectu lignorum, & ex defectu alimenti: vel ex ſe non diſpoſita, poſitis lignis viridibus, vel aquâ extinguetur: ita ſi commendamus res frigidas, vt papauera, reddemur frigidi. Tertius modus eſt ex conſtrictione, & dilatatione: ignis incluſus in cucurbita extinguetur; ſic etiam venis nimium repletis calot extinguitur, quia non poteſt exhalare: ita etiam cum nimis exhalatur, vt appropinquato maiore igne minor corrumpitur. Ergo ex nimio etiam alimento, ex nimio potu vini poteſt fieri Apoplexia, & alij morbi frigidi.

Cauſæ quæ poſſunt diſponere enumeratæ ſunt ſuperiùs, quando agebamus de Epilepſia: ſunt enim eædem omnino. Inter cauſas diſponentes Galenus *cap. de Somno, & vigilia* ponit hanc, ſupinè dormire.. Cauſa poteſt eſſe hæc, nam humiditates quæ multæ ſunt in cerebro cum ſupinè dormimus, non poſſunt expurgari, neque per palatum, neque per nares: ideo repentè poſſunt inclinare ad hune morbum. Hoc expreſsè negat Galenus *in libello de inſtrument. odoratus*: vbi reprehendit hanc opinionem, dicens quod vnumquodque membrum, vt habet virtutem attractioam, ita etiam habet expulſioam. Prætetea cerebrum dilatatur, & inſtringitur, quemadmodum cor, licet non tam validè in illa dilatatione poteſt expellere humiditates quæ ſunt in eo: qua de re dicimus quod ſupinè dormire, non prohibet quin omnino excernantur humiditates, impedit tamen aliquid; & certè ſi dormiremus in latus melius expurgarentur humiditates; quoniam vltra virtutem expulſiuam, & dilatationis motum etiam ſuo pondere, & ſua grauitate facilius deſcenderent, quod etiam non negaret Auicenna. Rurſus dubitaret quis; tu dixiſti quod cauſæ proximæ pituita, & melancholia: hoc videtur falſum, quia Galenus in eo commento dicit eſſe Apoplexiam phlegmaticam, exponunt omnes ſanguineam. Reſpondeo quod aliud eſt dicere hunc morbum eſſe à pituita, & aliud pituitoſum, quando enim dico eſt à pituita, vel à bile; intelligo in morbo eſſe ſolam pituitam, vel ſolam bilem, vbi autem dico eſſe pituitoſum, vel biliofum, intelligo eſſe ab alio humore, in quo tamen ſit pars pituitæ, vel bilis: Cum igitur dicit Galenus eſſe Apòplexiam ſanguineam, intelligit qood in ea dominabitur pituita, in qua tamen eſt aliqua portio ſanguinis.

Nunc de ſignis reſtat agere. Signa quæ demonſtrant, id eſt pathognomica, ſunt certiſſima: ſubitò cadit, ſine ſenſu eſt, & ſine motu, neque conuulſio, neque alio præter anhelitum ſi omnino non tollitur, ergo eſt Apoplexia præſertim ſi ſit obſtructio ventriculorum cerebri, ſi eſſet ex repletione venarum vel arteriarum vocaretur ſimilis Apoplexiæ, & ſi ſit ſine cauſa extrinſeca propter illos qui cadunt ex alto. Signa ſalutis, aut mortis ſumuntur

omnia

omnia facillimè ex anbelitu, vt declarauimus. Signa autem quæ præcedunt ſunt plura: Paulos ponit dolorem capitis, etiam Hippoc. 4. *de ratione victus* 6. *part.* 55. Cauſa autem eſt, aſcendunt vapores, & etiam partes de ipſa materia, & lædunt, ſed nondum obſtruunt omnino: prætereà inflatio venarum, apparent enim venæ capitis inflatæ, & turgidæ. Item præcedit vertigo ſcotomia. Item frigiditas totius corporis, tumores: aliquando etiam præcedit Epilepſia, & poſtea ſequitur Apoplexia, ſtridor dentium ex vaporibus incluſis in maxillis, & ſtimulantes eas. Prætereà dixit Paulus vrina viridis,& ſubnigra in parua quantitate, & hypoſtaſis aſſimilatur craſſiori partis farinæ.

Hic eſt difficultas, quoniam nulla videtur ratio quare hypoſtaſis debeat eſſe ſimilis craſſiori panis farinæ 2. *Prognoſticorum* a 8. hoc enim procedit à nimio calore adurente, & excoriante membra ſolida, quemadmodum declarat Galenus: ideo dico quod meodum eſt in litera. Paul. dicit enim *κερμμώδες* per *ι*, ſed debet legi per *υ*, quemadmodum eſt in manu ſcripto quem habeo penes me: & ſignificabit idem quod diuulſa, & dirempta, & diuiſa, non compacta, non coniuncta, & procedit merito nimiæ frigiditatis. Color enim eſt ille qui coniungit ſimul res ipſas. Hæc autem ſigna omnia non ſunt nec propria, nec inſeparabilia: tamen aliquando eueniunt. Signa concoctionis iam dicta ſunt In Epilepſia, ſcilicet ſputus aquoſus denotat cruditatem; craſſior denotat concoctionem: ſigna autem critica ſunt terminatio ad paralyſim, videlicet aliquando excretio humiditatis per nares, & per palatum.

His præmiſſis accedendum modo eſt ad curationem, vbi prius mittendus eſt ſanguis: Galenus expreſsè 13. *meth.* niſi prohibeant conditiones dictæ. Sed eſt dubium de qua vena. Qui dicunt poſſe prouenire aliquando à ſanguine, mittunt ex d[...]ibus cephalicis, & meritò: quoniam miſſio ſanguinis debet fieri ſecundum rectitudinem; ſed ipſi neſciunt in qua parte capitis, dextra ne, an ſiniſtra. Ideo ne errent, mittunt ex vtraque; tam dextra quam ſiniſtra. Nos autem qui dicimus fieri tum ex humore phlegmatico, & melancholico, vel ſaltem ex obſtructione in venis, eò quod totum corpus redditur frigidum extinctione caloris: ideo quemadmodum dicit Hippocr. faciemus miſſionem ex vena cubiti, id eſt ex baſilica quæ eſt interna cubiti. Ratio eſt quia plus, & citius euacuat à membris principalibus, corde ſcilicet, & hepate: & ex brachio tantum dextro. Sed conuenitne prius aliquis clyſter? certe ſi loquimur de forti non conuenit, quia clyſter fortis eſt inſtar medicinæ, ſed leuis communis poſſet fortaſſe admitti; ſed de hoc in ſequentibus diſputabimus.

LECTIO XIX.

POſt ſanguinis miſſionem ponunt Doctores ſecundum remedium, perfundere caput oxirodino, id eſt vnctione ex oleo roſaceo, & aceto commixta. Raſis in cura huius morbi, & Galenus 13. *meth.* vbi loquitur de phrenitide: ratio hæc eſt, quæcumque materia tepit ad caput eſt omnino expellenda; & caput interea confortandum, ne amplius talem materiam recipiat; tamen in oppoſitum videtur eſſe ratio manifeſtiſſima, oxirodinum compoſitum eſt cum rebus frigidis roſaceo, & aceto: & morbus eſt ſua natura frigidus, ergo augeremus morbum, quia adderemus frigiditatem rei frigidæ. Dicimus ad hoc omnino eſſe applicandum oxirodinum; & quod in hoc caſu conuenit, & ratio eſt quam diximus, ſcilicet quia materia eſt repellenda, quod luculenter poteſt oxirodinum præſtare, repellit enim materiam mirum in modum. Quando autem tu dicis; olt eſt frigidum, ergo nocebit; nego quoniam fit oxirodinum ex modico admodum aceto, & multum olei quod per ſe eſt temperatum: Galenus autem 3. *de ſimpl. med.* dicit vniuerſaliter quod medicinæ omnes temperatæ calefaciunt frigida, & frigefaciunt calida: patet exemplum de aqua tepida, quæ manum frigidam poteſt calefacere, calidam autem frigefacere. Oleum eſt, vt dicit Galenus temperatum in omnibus qualitatibus, calido, frigido, humido, & ſicco: vnde cum paucum recipiat aceti; totum etiam oxirodinum erit quaſi temperatum, id eſt in medio primi gradus frigiditatis. Ergo reſpectu rei valdè frigidæ poterit eam calefacere, quia veriſſima eſt regula Galeni, quod ea quæ ſunt temperata, vel parum recedunt à temperamento, poſſunt calida frigefacere, & frigida calefacere. Acetum ponitur in parua quantitate, nullam aliam ob cauſam, niſi ad dandam penetrationem, neque tamen acetum excedit in frigiditate ſecundum gradum, ideo habet etiam partes calidas in ſe. Sed diceret quis, Galenus 2. *de ſimpl. med. cap. vltim.* dicit roſaceum læderur frigefacta; ergo pugnat ſibimet ipſi. Soluitur hæc apparens contradictio, quoniam *in* 3. *lib. cap.* 10. vbi dabat illam regulam, dicit temperata calefacere valde infrigidata: in ſecundo autem dicit lædere non valde infrigidata, ſed infrigidata tamen: Et hæc non pugnant ſimul. Et certè oleum roſaceum officeret rei leuiter frigefactæ: ſed certè frigefaceres valdè infrigidata: at morbus Apoplecticus eſt valdè frigidus. Sunt quidem quibus non placet iſte vſus oxirodini, & adducunt iſtam rationem. Materia iſta eſt iam fluxa: prætereà eſt admodum craſſa quæ non poteſt expelli niſi maxima cum difficultate, ideo vo-

ctiones ex oxirodino nihil proderunt.

Dico ad hoc quod in principio morbi licet materia iam ſit contenta in ventriculis: tamep quia eſt periculum ne aliæ etiam materiæ rurſus eo aggregentur: Ideo hac de cauſa tenuit. Et propterea conuenit vt caput confortetur, nam ſtante capite debilitato, periculum eſt ne aliæ materiæ fluant, & ideo caput repleatur longè magis. Tamen ſi timemus nimiam infrigidationem, poſſumus commiſcere camomillinum, vel anetinum oleum calidius. Poſſumus ergo vti oxirodino, tum quia confortat, tum quia non infrigidat; imo potius vt vult Galenus calefacit, & ſi placet etiam admiſcere aliquid camomillini. Fit autem oxirodinum multis modis, vel ex oliuis maturis, quod erit omnino temperatum, vel ex oliuis immaturis, id eſt ex oleo omphacino: quod potius infrigidat, & eſt admodum ſtipticum: Quando intendimus plus infrigidare, & aſtringere, componimus cum omphacino ex oliuis immaturis, quod in noſtro caſu non conuenit; quare debemus adhibere oleum confectum ex oliuis maturis. Aliqui addunt aquam roſaceam: in hoc noſtro caſu parum conuenit, quia eſt frigidior, nam dum deſtillatur partes calidæ exhalant. Notum tamen eſt quod oleum roſaceum debet eſſe vnius anni, non inueteratum, quia deperderet omnem ſtipticitatem, & fieret calidius. Sed quanta debet eſſe portio? variatur ſecundum diuerſos vſus: communis tamen eſt ſumere quartam, vel quintam partem aceti reſiduum olei: ſi intentio ſit plus infrigidare, addas plus aceti.

Poſt miſſionem ſanguinis, & ad motionem oxirodini, Doctores omnes faciunt clyſteres acutos: ſed eſt magna dubitatio an conueniant, omnes concordant quod ſic, quoniam euacuant ab inteſtinis à venis meſaraicis, & à concauo iecinoris, & prætetea diuertunt à capite: ſed contra hoc adducuntur multæ rationes. Primum eſt regula vniuerſales in medicina: *Vndecumque natura repit, &c.* in Apoplexia materia repit ſurſum, ergo faciendæ ſunt euacuationes, & non per deorſum, ideo potius per vomitum quam per clyſterem. 2. *Hipp. 4. de ratione victus* vbi loquitur de cura Apoplexiæ, per ſanguinis exuperantiam, dicit purgandos eſſe per ſuperius; exponit Galenus 1. *per vomitum*, ideo dat elleborum, ſcilicet album, quia quando dicitur helleborus abſolutè intelligitur albus: quando volumus intelligere nigrum, addimus nigrum: tertiò omnis morbus magnus indicat ſtatim de miſſione ſanguinis, & de pharmacia: ergo prius eſt dandum pharmacum, quam clyſteres acuti ponendi: quartò clyſteres non euacuant à capite: Galenus 2. *de compoſitione medic. ſecundum locos*: neque enim tranſeunt etiam quamuis acuti concauam partem iecinoris euacuando: quinto pharmacia ſi debent facere operationem, debent actuari à calore noſtro naturali; in inteſtinis nulla eſt virtus quæ actuet, ergo non conuenit acuti: vltimo notiſſimum eſt quod clyſteres acuti lædunt maximè.

Ad hanc dubitationem dico quod omnes vna conueniunt quod ſunt faciendi clyſteres acuti: ratio eſt vt diximus quia euacuant ab inteſtinis, à meſenteriis, & à concaua parte iecinoris; & præterea, etſi non euacuēt à capite, diuertunt tamen materiam ab eo loco, & alio deducunt. Ideo ad primam rationem dico, quod ſi poſſet fieri, vt per vomitum euacuaremus, conueniret; ſed hoc non eſt facile in talibus; ideo non poſſunt obeſſe clyſteres: nec valet illa regula vniuerſalis *quocumque natura repit*: quoniam hoc intelligitur de euacuatione, & nos damus clyſteres vt diuertamus à capite, vt non euacuemus. Eſt differentia inter euacuationem, & diuerſionem; euacuatio fit per locum propinquum, diuerſio fit per locum remotiſſimum, ideo cum ſit noſtra intentio diuertere à capite, conuenit euacuare per inferius; vt diuertamus per locum remotum, & longinquum à capite: diuulſio enim fit per partem oppoſitam. Ad ſecundam de Hippoc. qui exhibet helleborum, dico quod ſi nos poſſumus deberemus hoc facere: ſed nobis non licet, & ſi liceret non inconueniret, imo ſtant ſimul hæc duo euacuare per ſuperius, & diuertere per inferius. Ad tertiam, de morbo magno fateor: ſed ægri non poſſunt ſumere pharmaca, quia ſæpenumero non poſſunt deglutire, cum ita ſint ſine ſenſu, & motu: præterea etiam non inconueniret ambo hæc facere, vnum ad euacuandum, aliud ad diuertendum. Ad quartam quod non attingant concedo, & nihil eſt contra nos: quoniam non intendimus euacuare à capite, ſed tantum diuertere. Ad quintam de actuatione; dico hoc eſſe falſiſſimum, & quod in inteſtinis eſt eadem virtus concoquendi quæ ſit in ventriculo, licet aliquanto debilior; nonne in inteſtinis concoquitur de chylo? certè. Ad vltimam quod lædant: fateor quod nihil eſt tam iuuatiuum quod aliqua ex parte non obſit: & tamen licet hoc aliquid noceat, plus poteſt prodeſſe.

Poſt clyſteres ſunt adhibendæ medicinæ calefacientes capiti: ideo dubium eſt an ſint iſtæ medicinæ decoquendæ in aqua, an potius in oleo. Auenzoar dicit cauendum eſſe ab aqua in omni medicina, quæ capiti applicetur: timens fortaſſe ne aqua poſtea quàm partes calidæ ſint euaporatæ, redeat ad priſtinam frigiditatem. Ideo Paulus dicit decoquendas eſſe medicinas cum oleo. Idem facit Galenus 2. *de comp. med. ſecundum locos.* Auicenna autem multas medicinas decoquit cum aqua, & apponit capiti. Certè oleum recipit virtutes medicinarum, vt aqua, & longè melius eas conſeruat: quoniam enim aqua eſt liquida, ideo euaporant virtutes; & præterea oleum eſt in ſe temperatum, ideo li-

cet

cet reducatur oleum ad ſuum temperamentom noo poteſt lædete. Qua de te dico quod tutius eſt decoquere medicinas in oleo quam io aqua.

Reſtat modo alia dubitatio, an ſcilicet medicina ſolutiua ſit exhibenda in hoc morbo; omnes dicunt quod ſic; imo Hippocrat. dat helleborum album ſecundum quod dicit Galenus: ſed an liceat dare ante concoctionem eſt dubitatio maxima. Et tota hæc difficultas dependet ex bono vel malo intuitu illius 22. Aphor. primę particulæ. Qua quidem in re primo adducam expoſitionem veram quam nos probamus: ſecundò expoſitionem aliorum falſam: tertiò adducemus rationem io oppoſitum, & diluemus. Quoad primom dico quod concluſio noſtra hæc eſt ſecundum dictum Hippoc. in eo loco, quod materia non concocta nullo pacto eſt danda pharmacia ſolutiua.

Ideo ſciendum eſt quod duplex eſt decoctio, aliquando calor noſter decoquit nutrimentum vt corpus nutriatur; & hæc dicitur decoctio in iuuatiuo; aliquando agit calor noſter vniuerſalis in humores crudos, & malos: & hoc dupliciter contingit, vel reducendo eos ad benignum, vel ſi ſunt omnino rebelles, & corrupti, præparando eos ad expulſionem: & hæ dicuntur coctiones in nocitiuo. Et quoniam duobus modis fit iſta concoctio in nocitiuo; ideo dicimus quod concoctum hoc eſt duplex, quemadmodum non coctum crudum, ſcilicet, & frigidum, vel noodum paratum ad expulſionem: Hippoc. *in hoc Aph.* intelligit de vtroque modo huius coctionis: ideo dicit concocta, ſcilicet vtroque modo tum quod non ſint craſſi, neque frigidi humores, ſed reducti ad benignum, tum etiam præparati ad expulſionem; *medicari*, id eſt exhibere pharmacum ſoluens: hoc enim valet apud Græcos φαρμακεύειν id eſt purgare, & cum ſolutiuo pharmaco extrahere, atque mouere: quocumque alio modo, neque exercitio, neque balneo, neque frictionibus: non cruda, id eſt neque craſſa, neque frigida: neque in principiis: etiam quod eſſent birioſi tum in principio non ſunt mouendi; quoniam nondum ſunt parati ad expulſionem: niſi ſit materia factioſa: in hoc caſu concedit in principio, id eſt, quando materia eſt in motu, & modo huc, modo mouetur illuc. Quare concludimus non eſſe ſoluendum pharmaco ſoluente niſi concocta materia, neque etiam balneo, neque exercitio, præterquam in caſu dicto, quod ſcilicet materia ſit mobilis, & furioſa: ideo ſecundum hoc expreſsè deciditur quæſtio hæc ſecundum Hipp. quando conuenit exhibere pharmacum, niſi materia iam concocta.

Alij ſunt in oppoſitum, quemadmodum Conciliator, & Iacobus qui dicunt duplicem eſſe euacuationem cum pharmaco eradicantem, & minoratiuam: Hippoc. intelligit de eradicante in totum: ideo ſolutiua minoratiua poſſunt dari, etiam quod materia non ſit concocta. Hæc expoſitio eſt falſiſſima, quoniam ſi per *mouere* intelligit eradicatiuè, fruſtra bis repeteret idem Hippocrates in *doctrina Aphoriſtica*: ſi intelligit alio modo, vt cum exercitio, vel pharmaco minoratiuo; habemus id quod voluerimus. Aliqui alij intelligunt per *mouere*, id eſt, amouere, id eſt ducere extra corpus: & citant traductionem Calui inter omnes peſſimã, & non intelligunt vim illius verbi κινεῖν. Præterea hoc vocabulum φαρμακεύειν ſignificat quocumque modo purgare, non autem eradicatiuè: quando Hippocrat. vult intelligere leuiter, apponit leuiter; quando mediocriter, apponit mediocriter; & quando intensè, apponit intensè. *Primo Aphoriſ. 4. part.* vtitur hoc eodem termino, de prægnantibus vbi certe non poteſt intelligere niſi de minoratiuis. Item 4. *de ratione victus* 35.

LECTIO XX.

Declarauimus ſententiam Aph. illius *concocta medicari*: poſtea adduximus expoſitionem illorum, qui exponebant ſolùm de eradicatiuis, atque integra dicentes, quod de minoratiua loquebatur *in* 29. *ſecunda partic.* Quod iſte Aph. non poſſit exponi de eradicante, vel de integra, atque abſoluta purgatione, heri adduximus rationes quaſdam: nunc rurſus aliæ adducendæ ſunt. Primò ſi exponeretur hoc modo eſſet falſum, quia materia etiam concocta non debet ſemper eradicatiuè educi, quoniam Galenus *primo de febre ad Glauconem* io quartanam poſt concoctionem non ſemel educit cum vno pharmaco, ſed pluribus vicibus: ergo licet materia ſit concocta in ſtatu, tamen vna vice non debet educi, ſed pluribus. Idem præcipit Galenus 6. *part. Aph. com* 27. loquens de ſuppuratis, dicit quod ſanies etiam optimè concocta non debet vno hauſtu educi, quoniam adduceremus ægrum ad ſyncopim, ſed pluribus vicibus. Secundò indicatio de quantitate non ſumitur à concoctione materiæ, ſed à virtute quomodo poteſt tolerare; bene ſumitur indicatio à coctione materiæ, quod debet educi, & quod facilius erit educenda, ſed quantitas, quæ educi debet ſumitur ſolum à virtute. Tertio falſa eſſet vltima pars, quod materia exiſtente furioſa, & turgida, debeat tota & vniuerſa educi: hoc omnino eſt impoſſibile; ratio eſt, quoniam in principio, ſi vellemus totam educere, prius interficeremus ægrum.

In pleuritide dolore deſcendente datur pharmacum, non quidem eradicatiuum, ſed minoratiuum, & tamen illa materia eſt furioſa, quemadmodum nos in ſequenti lectione declarabimus: & ratio eſt quia prius materia debet concoqui. Quartò non eſt

eſt mos Galeni neque Hippocratis præcipere vnquam de euacuatione integra: hoc enim debet fieri ſecundum tolerantiam virtutis. Quintò modica data in completa doſi, non euacuat ſemper in totum, neque omnino eradicat: ergo ſi vellemus omnino eradicare, oporter dare vltra doſim propriam, quod manifeſtè eſſet lædere. Dicunt quidam, vis videre quod ipſe intelligit de eradicatiua, videas quod *in Aph. 29. ſecund. part.* dicit, ſi quid id eſt parum: at *in hoc Aph.* non dicit aliquid, neque parum. Dico ad hanc rationem, nullam eſſe, quoniam ſic loquitur Hippocr. 3. *de Ratione victus*, de aqua mellis *prima part. Aph.* 17. & intelligit ſi quid id eſt ſiue parum ſiue multum, & hoc certè nihil ad nos. Ideo dico intelligit de vnaquaque euacuatione, non ſolum de eradicatiua, ſed alijs quotquot illa ſiot.

Alij dant alium intellectum, quod ſcilicet iſte Aphoriſmus ſit intelligendus, quando medicus certus eſt quod materia poteſt concoqui à natura, & à virtute naturali ſuperante materiam, tunc enim quando ſumus certi, quod natura poteſt ſuperare materiam, dimittendus eſt naturæ, & virtuti: ſi autem videmus quod non poteſt materia concoqui à natura, euacuanda eſt quanto poſſumus citius: falſa eſt hæc ſententia ſi non rectè accipiatur, ſi rectè, non omnino diſcrepat à vera ſententia Galen. quoniam ipſe 24. *Aph.* in acutis, raro in principijs; ergo magna ex parte non eſt euacuanda materia ante concoctionem. Alij adhuc peius dicunt; quod indicatione ſumpta à concoctione, & furioſitate, debemus ſolum inevacuare quando materia eſt concocta, niſi ſit furioſa, quoniam facilius educitur quando eſt concocta, quàm cruda; ſed indicatione ſumpta à quantitate, vel venenoſitate ſtatim debemus euacuare in principio: materia enim multa, & materia venenoſa indicat de non expectando.

Iſte etiam intellectus eſt falſus: quando valde eſſet imminutus Hippoc. & Medicus valde eſſet dubius, quid ſibi eſſet faciendum: neque enim ſcit quænam harum intentionum debeat præcedere: neque enim dat ſigna, quibus poſſimus præponere vnam intentionem alteri. Alij dicunt quod verus erat iſte Aphoriſmus tempore Hippoc. at tempore noſtro non debet obſeruari: ille enim non habebat niſi medicinas fortes, & violentas: ideo in pleuritide vritur helleboro: Nus autem habemus multas medicinas leues, caſſiam, mannam, rhabarbarum, agaricum, polipodium, electuarios cum ſcammonio bene correcto, quibus medicinis Hippoc. non poterat vti; quoniam non habebat.

Falſa eſt etiam hæc ſententia, quoniam & Galenus confirmat hunc Aphoriſmum: & tamen ſuo tempore erant multæ huiuſmodi leues medicinæ: imo etiam tempore Hippocratis aderant agaricus, mercurium ſcammonium cum cotonio, *primo de alimentis cap.* 3. cortices hellebori nigri, quæ erat medicina leuis inſtar rhabarbari. Præterea etiam poſſunt dare medicinas fortes in minori quantitate, nam minus, & leuius euacuaſſent. Item aloëm 8. *de medicamentis ſecundum locos.* Sed nonne Galenus prohibet ante coococtionem quemcumque motum, balnea, exercitia, & huiuſmodi? Et ratio quare non conueniat pharmacus, & quiuis motus alius, eſt quia motus impedit coucoctionem, quemadmodum quies mirificè adiuuat ad coococtionem.

Non tamen negamus lenitiua in principio caſſicam, & mannam, & ea quæ educunt ſolum à ſtomacho, & ventrem leniunt, negamus purgatiua, & ſolutiua, id eſt ea quæ educunt etiam ad intra venas: præterea etiam non negantur clyſteres leues, quoniam iſti non commouent materias quæ ſunt intra venas, ſolum euacuant à ſtomacho. Sed dicet aliquis ego dabo amplius caſſiæ, & amplius mannæ, & ſic ſoluam etiam à venis, quoniam caſſia non denegatur in principio. Dico quod hoc nullo pacto eſt faciendum, quoniam idem eſſet, hoc nulla eſſet ratio, quare non obeſſet iſta etiam commotio in venis. Præterea huiuſmodi medicinæ licet ſint lenitiuæ, tamen habent doſim propriam quam ſi tranſcenderemus, noceremus multum: credo enim quod ſi daremus vltra duas vncias faceremus dolores, torſiones, ſyncopim. Sed dicet quis; apud nos ſunt iſtæ medicinæ inueteratæ, & antiquæ; ideo non inconueniunt dare vltra gradum proprium. Dico ad hoc quod huiuſmodi medicinæ non nocent vltra doſim, quia educant, ſed alia ratione: ideo plus nocebit mala, & inueterata, quàm recens, & bona. Quidam moderni nituntur deſtruere hunc Aphoriſmum: & dicunt quod poſſumus vti in principio purgantibus, & ſoluentibus: & primò accipiunt fundamentum dictum, ſcilicet quod antiqui non habebant medicinas, niſi fortes, iſtas autem leuiter lenientes non habebant, quod eſt falſum vt diximus. Secundò accipiunt quod aliquando ſit purgandum ante concoctionem, ex illo Aphoriſmo: *quando morbus incipit, ſi quid videtur mouendum, moue.* Vnde inferiur quod ſi eo tempore aliquando in principio ſoluebant, nos in hoc tempore ſemper, quoniam homines huius ætatis ſunt longè voraciores; replent enim ſe maximè cibo, & potu. Hæc ratio facit contra eum: nam quia replent ſe humoribus nunc maxime: ideo multæ ſunt factæ obſtructiones, & viæ non ſunt apertæ, vnde non eſt poſſibile quod aliquid euacuetur. Quapropter ego credo homines eſſe incontinentes, & continentes, & nunc, & in illis temporibus; eodem modo non credo eſſe in hoc diuerſitatem.

Præterea ſi iſta materia quam tu dicis velle minorare eſt in ſtomacho, educitur per exhibitionem caſſiæ, & lenientium ventrem: ſi eſt in primis venis quemadmodum

módum ſunt minutiſſimæ, & homines ſunt per ſe incontinentes, & repleti, erunt obiutatæ, & nihil poterit educi: ſi non ſit materia extra iecur, poteris minuere cum miſſione ſanguinis. Poſtea inſtat quod Galenus aliquando vtitur in principio, licet materia non ſit furioſa, & dat exemplum de pleuritide dolore deſcendente. Ad hoc dico quod certè in multis caſibus poteſt dari ſolutiuum ante concoctionem, neque hoc repugnat ſententiæ illius Aphoriſmi, quoniam nondum eſt concocta: ideo licet materia quæ facit morbum in aliqua parte non ſit concocta; tamen nihil prohibet materiam reliquam in toto corpore eſſe concoctam, & bonam, vt ſtante phlegmone aliquo in capite, aut in oculo, aut in angina, in gutture, materia quidem quæ eſt in loco læſo, & facit morbum, nullo modo debet educi, quoniam eſt cruda; ſed materia reliqui corporis ſani debet educi, vt totum corpus purgemus. Quoniam enim debemus purgare aliquam partem: primò totum corpus eſt euacuandum, ne materia repat ad locum læſum: Galenus *quarto de ratione victus* 31. item 13. *meth. in opthalmia*, dat primo die pharmacum, quia vult purgare materiam totius corporis, quæ non eſt cruda. Vrina habet ſigna bonæ digeſtionis, & non eſt febris, & volentes mederi locum læſum, prius debemus vniuerſum corpus euacuare. *Tertio artis paruæ*, eſt regula quod oportet mederi partem, prius totum corpus eſt purgandum, non ſolum miſſione ſanguinis, ſed etiam pharmaco.

Nihil igitur facit contra nos quod in pleuritide, dolore deſcendente, in principio detur pharmacum propter hanc rationem; quanquam illa materia poteſt dici furioſa, & turgens: ſed tum vera ratio eſt quia non euacuat materiam, quæ facit morbum. Dat exemplum in *primo de comp. med. ſecundum locos* de Alopecia: vtitur in principio cocchiis ante concoctionem: dico vt dixi quod non euacuat materiam quæ facit morbum, ſed corpus reliquum ſanum. Item dat exemplum in vulnere: dico eodem pacto, quod corpus ante acceptum vulnus erat ſanum: ideo materia erat concocta. Vlterius Manardus contra Galenum vult probare, quod etiam in continuis materia quæ facit morbum in venis, eſt in principio euacuanda. Nam quare ſtatim debet furioſa euacuari? quia in principio virtus eſt fortior, in ſtatu eſt debilior. Secundò ne illa materia adaugeat febrem. Tertiò ne fortè decurrat, & fatigetur in aliquo membro principali. His eiſdem rationibus debet purgari materia multa, nam debilitat virtutem, auget morbum, &c. Dico quod licet ſit multa; tamen ſi eſt in ſtomacho per lenientia: ſi eſt in venis per miſſionem ſanguinis, ſatis eſt eam euacuare, ſed ſi eſt materia multa, ſed non ſanguinea, imo potius phlegmatica: dico quod non potes in principio cum pharmaco quando eſt cruda, & craſſa. Ideo facies nocumentum dando pharmacum, & non facies iuuamentum, quia nihil educes.

LECTIO XXI.

Diximus in principio morbi, materiã inconcoctã non eſſe euacuandam niſi materia ſit furioſa, & niſi aliam materiam intendamus educere quàm eam quæ facit morbum. Auerroes 7. *coll.* inſtat contra hanc ſententiam dicendo, quod in acutis conuenit ante concoctionem euacuatio. Et inquit quod ratio nulla eſt, quare debeamus mittere ſanguinem, & non dare pharmacum, quia pharmacum prohibet, quia educit de bono ſicut de malo: hoc idem facit ſanguis. Secundo prohibetur pharmacum, quia commouet humores intra venas: hoc idem, inquit, facit miſſio ſanguinis. Tertio prohibetur quia calefacit: dicit quod poſſint addi infrigidantia, & addere totam medicinam potius frigidam quàm calidam. Et ſi tu inſtes, dicit Auerroës quod fit obſtructio: reſpondeo (inquit) ego loquor tantum de humoribus ſubtilibus. Dico ego ad hæc, magnam omnino eſſe differentiam inter miſſionem ſanguinis, & pharmaciam: vnde merito poteſt mitti ſanguis, & non poteſt dari pharmacum. Primo omnes medicinæ ſoluentes habent aliquam venenoſitatem, & omnino quicquid ſoluit, neceſſario vim infert naturæ. Præterea quidquid ſoluit habet aliquam caliditatem, quia nulla alia ratione ſoluunt niſi quia attrahunt calore: ſi infrigidabimus, iam reddemus virtutem ſoluendi debiliorem; quoniam medicinæ attrahunt merito caliditatis: & ſi dabimus in maiori quantitate, magis lædemus infirmos. Tertio in pharmaco inſtant multa periculoſa, eſt enim poſſibile quod licet materia ſit minus bilioſa, quod tamen ſint obſtructiones in corpore, & maximè in venis paruis: ideo calefacies, agitabis, & nihil educes, & ita nocebis abſque iuuamento. Vnde *ſecundo de ratione victus* 11. *In acutis raro pharmaco vtendum eſt*. Præterea oportet agnoſcere naturam infirmi; aliqui ſoluuntur leui quacumque medicina: aliqui non ſoluuntur etiam validiſſima: ideo in hoc medicus poſſet multum nocere. Si enim daret, & non educeret, multum læderet: item læderet ſi nimis educeret. Quartò motus per ſanguinis miſſionem eſt conſuetus naturæ, quotidie ſanguis fluit per venas, & ille concurſus non impedit concoctionem: tamen motus factus cum pharmaco multum impedit concoctionem: nam concoctio indiget quiete, & non motu, atque agitatione, 4. *de ratione victus* 45. Cum itaque multa pericula contingant in pharmaco; nullum autem in miſſione ſanguinis: ideo poſſumus ſtatim mittere ſanguinem, pharmacum verò minimè exhibere.

Ad loca Galeni in oppoſitum, in quibus non purgare licet ante concoctionem, beri

ſatis teſponſum eſt : nunc alia ſunt sdducenda, & ſoluenda 14. *meth.* de priopiſmo, & de inflatione in lingua. Primò oportet purgare, deinde membro adhibere mediocriter frigida : ecce quod primo purgat. Dico quod non purgat materiam facientem morbum, ſed purgat totum corpus ſanum adbuc. Ec hæc teſponſio data fuit etiam heri; & hac de eauſa limitauimus Aphoriſmum illum de materia faciente morbum. Prætetea Galenus *primo meth.* de vlcere in pulmooe ex catharo, vtitur primò pillulis cochiis, euacuando materiam in capite : & tamen illa eſt materia quæ facit morbum. Ideo itetum limitandus eſt Aphoriſmus quando intendimus curare, ſed non quando intendimus prolongare. In Apoſtematibus, id eſt in tumoribus præter materiam ſtatim agendum eſt cum repercuſſiuis, ſi volumus curare, tamen in parte volumus curare, ſed volumus vt creſcat, & materia ttahatur extta. Sed dico in propoſito quod nolebat Galenus in hoc caſu curare catharrum, imo volebat eum prolongare, modo diuerteret materiam à pulmonibus, nè incurreret tabem, & in accidens non ſæuum, & eligit malum, vt euitet maius malum; ſcio quod noceo; tamen magis volo nocere hac via, quàm plus nocere alia via.

Expoſito Aphoriſmo, & ſecundum ſententiam noſtram; teſtat modo declarare quid intelligamus per materiam furioſam, & turgentem : Galenus 22. *Aphoriſ. part. & primo Aph. 4. part. & decimo eiuſdem* explicat ter, quod intelligat per hoc vocabulum *ὀργᾶν* ſeu turgere, Hippoc. dicit ſumptam eſſe ſimilitudinem ab animalibus concitatis ad coitum; quomodo animalia concitata ad coitum huc, & illuc feruntut, & ſtimulantur, vt ſemen expellant: ita materia quæ vult egredi ex corpore, huc & illuc fertur vt viam inueniat. Quando igitur materia quæ facit morbum, huc & illuc mouetur, & continuò vagatur dicitur turgere: *in com. primi Aph. 4. p.* addit & accelerat res ad ita agendum in *decimo:* poſtea addit aliud : Qua de re ad materiam turgentem duo videntur tequiri. Primum quod materia moueatur de loco ad locum: ſecundu quod ſuo motu excitet virtutem expulſiuam ad expellendum : *de compoſ. med. ſecundum locos* addit hoc idem, dicens: materia tunc dicitur eſſe turgens, quando iuuat ad expulſionem, & non habet ſtationem firmam in aliqua parte, id eſt quod non ſit humor fixus. Quoniam ergo iſta materia mouetur, & mouetur, vt expellatur, & natura comparatum eſt, vt facile ſit rem ſitualem, & firmo loco non manentem expellere; ideo materia turgens debet euacuari, quia faciliter educetur quacumque volueris; ſed maximè debet euacuari, ea parte quò ipſa tendit, vnde dolore deſcendente in pleuriſi illa materia debet eſſe turgens, & debet per ſeceſſum euacuari, quia tendit ſua natura ad inteſtina.

Materia ergo furioſa ſecundum Galenum eſt, quando mouetur: & ſuo motu incitat expulſionem : Auicenna in verbis ſuis videtur dicere, quod materia dicitur turgens quando eſt mobilis, id eſt moueri poteſt, tamen ſi quis videat ea quæ ſcribuntur ab eo *in cap. de melanch.* videbit nihil penè differre à Galeno 3. *can.* Ariſt. *in 7. de natura animalium* loquens de perdicibus, vſus eſt eodem verbo *ὀργᾶν*. Item *quarta Aph. problematum* nobis non turgentibus. Item *6. de natura animalium :* cognoſcemus animalia eſſe concitata ad coitum ex tremore pudeodorum, & frequenti emiſſione vrinæ. Herodianus qui exponit voces Hippocratis dicit hoc eodem verbo, vti nos in declarando emiſſionem fructuum in arboribus. Vnde Virg. *turgent in palmite gemma*, id eſt oculi, aut lacrymæ. Qua de re fallunt qui dicunt materiam eſſe furioſam, ex quantitate, vel in loco propinquo membro principali, vel peſtilenti. Vbi non eſt ille motus non poteſt dici turgere, & vbi natura non inſurgit ad eam expellendam, bene illam faciunt conſiderationem. Raſis continuam dicit materiam eſſe furioſam, modo non faciat phlegmonem, id eſt non ſit fixa in aliquo membro, & ſic in principio purgat omnes febres quæcumque tandem illæ ſint: ſed eius ſententia iam expleta eſt. Auerroës volebat in omnibus morbis acutis; non quod hæc opinio falſa ſit redarguere ex 10. *Aph. 4. part.* Sed hæc ſint ſatis : cras videbimus determinationem, quam ponemus in quarta, concluſionibus certiſſimis, & reſolutiſſimis.

LECTIO vltima.

Diximus materiam niſi ſit concocta non eſſe pharmaco educendam, præter materiam furentem, id eſt in motu iuuante ad expulſionem; ſed eſt dubitatio. Galenus in tractatu quos, & quando oportet purgare, dicit tenues, & ſeroſos humores eſſe purgandos à principio: & per ſeroſos intelligit aquoſos, neque oportet expectare concoctionem. Præterea Hippocrates 2. *part. ſi quid mouendum, moue in principio.* Ergo relinquit in arbitrio medici ſi in principio velit euacuare. Prætetea in peſtilentibus febribus, & venenoſis omnes conueniunt, quod oportet magis ſtatim purgare, quàm ſi eſſet illa materia furioſa.

Ad primam harum dubitationum dicimus quod Galenus in eo libello declarauerat: quod de euacuatione facienda primò ſumitur à viis per quos debeat tranſire indicatio: oportet enim vt viæ ſint apertæ. Secundò ſumitur ab humoribus indicatio, pituita per inferius; bilis per ſuperius. Tertiò ex anni temporibus : quartò ex conſuetudine; quintò ex membrorum natura, vt in morbo icterico debet euacuari bilioſus; à ſexto in loco in quo eſt phlegmon: ſeptimò à tempore morbi, nam in principio debent euacuari humores tenues, & ſeroſi.

id eſt aqooſi, in ſtatu poſtea non poſſunt. Non eſt ſenſus Galeni quod ſemper in principio motbi ſint euacuandi tales humores, tenues minimè: ſed vult dicere ſi quando opus eſt quod in principio faciamus euacuationem, quemadmodum ſæpe accidit, & nos conceſſimus, tunc debemus dare medicinas, quæ ſolum euacuant humores tenues, craſſos minimè; quia illi non poterunt educi. Ad ſecundum de febre peſtilenti, eſt magna controuerſia. Aliqoi ſunt qui in febre peſtilentiali dant ſtatim potens, & eradicans medicamentum; ne venenoſitas attingat cor: alij nihil dant, ne moueantur humores corrupti: & illa commotione pertingant aliquo modo ad cor, atque eum inficiant. Alij ſunt qui dant ſolum minorativas, & medicinas faciliores. Dico quod Hippocrates 3. *Epid. in tertia conſtitutione* dicit; quod purgationes lædebant plurimos, & omnes moriebantur ex fluxu ventris: ergo videtur reprobare purgationes in iſta febte peſtilentiali, quoniam incitant fluxum ventris, ad quem ſequebatur mors. Auicenna autem vtitur ſolum medicinis leniotibus: vnde *prima quarti* loquens de febre putrida in generali, dicit. Summa totius curæ eſt, exſiccatio: nouus interpres vertit alleuiatio. Vnde notandum eſt quod in febre peſtilentiali conueniunt quinque iſti modi leuitatis euacuationis, prouocatio vrinæ, prouocatio ſudoris, lenitio ventris, miſſio ſanguinis, & prouocatio vomitus ſi non tenuet hanc viam.

In ſumma curatur peſtilentialis febris, quemadmodum putrida vno tantum excepto, *primo de differentijs febr. cap.* 4. Debemus enim exſiccare, conſeruare in exſiccatione, & repletum euacuare, & obſtructum aperire. Et his tribus modis conſeruamus nos à peſtilentiali. Quando poſtea accidit febris, quia morbus eſt putrefactio in humoribus, quod ſanè poteſt fieri duabus modis; aut ex obſtructione, quoniam humores non euentantur, & ſic corrumpuntur; aut ex ſuperflua humidatione, vt euenit propter aërem corruptum, & peſtiferum attractum. Si euenit ex obſtructione curatur in omnibus vt putrida: ſi verò ex aëre peſtilenti; oportet adhibere ea, quæ à proprietate prohibent malitiam aëris, euacuare humores non eſt ſatis, quia noui generantur mali, qui aër continuo attrahitur. Et in iſtis omnibus peſtilentibus pharmacum nocet, quia agitat materiam, & pertingat ad cor, facit fluxum, & addit venenoſitatem venenoſitati; ſolum excipitur illa medicina aloë, mirrha, croco, quæ confert in peſtilentia. Ideo dandus eſt bolus armenus. Videndus eſt Galenus de *Præſagio, &c.* vbi loquitur de hectica peſtilentiali, ſcilicet ea quæ imbibita eſt in ſubſtantia cordis. Sed inſtatur quia *in quinto meth.* ſcribitur, quod quidam, magna facta exſiccatione, & euacuatione liberati ſunt. Dico quod loquitur de euacuatione facta à natura non cum pharmaco: non igitur in peſtilenti debemus vllo pacto euacuare.

Ad aliam rationem *ſi videtur mouendum moueas in principio*: intelligitur non quod hoc relinquatur in arbitrio medici, ſed ſi non rationabiliter, debes in principio mouere, & non in ſtatu, & maximè hoc intelligitur cum miſſione ſanguinis, cum pharmaco, tum quando opus eſt. Notandum quod apud medicos principium ſumitur tribus modis, velut pro illo puncto indiuiſibili, de quo medici non loquuntur, quia eſt imperceptibilis, vel vt eſt pars morbi, ſcilicet dum manet materia in concocta, & nullum ſignum apparet manifeſtæ concoctionis; vel pro tribus primis diebus. Dico itaque quod ſi accipiatur pro tempore morbi in quo materia nondum eſt concocta, ſæpe accidit purgare in principio quando materia turget. Secundo quando eſt phlegmon in aliqua parte, & corpus eſt ſanum: nos volumus euacuare totum corpus. Sed quæ eſt cauſa quod potius in principio mouendum eſt, quam in ſtato? Cauſa eſt virtus fortis, in ſtatu eſt facta debilior, cuius rei quadruplex debet eſſe cauſa. Prima quia medicina eſt aduerſa corpori noſtro, & non poteſt non aliquid nocere, & vim aliquam inferre naturæ. Secundo quia conducit de bono, vt de malo: ideo hæc virtus fortis magis tolerat. Tertio medicina non eſt illa quæ euacuat: oporteret vt virtus ſit illa quæ actuet pharmacum: ideo neceſſe eſt eſſe fortem. In tertia acceptione principij ſæpe accidit purgare: quia ſæpe euenit quod in tribus primis diebus appareant ſigna bonæ concoctionis.

Huc vſque dicendum eſt quod materia non eſt purganda, niſi materia ſit concocta, vel verè turgens, vel medicus non velit curare, ſed prolongare. Aliud modò conſiderandum, quod licet euacuatio cum pharmaco non conducat: conducunt tamen aliæ euacuationes, miſſio ſanguinis, lenitio ventris, prouocatio vrinæ, ſudoris, vomitus, ſi natura tentet; in quo errat Gentilis qui dicit iſtas euacuationes non euacuare materiam morbi, ſed communem totius corporis. Hoc eſt contra Galenum, & dico quod iſtæ euacuationes euacuant optimè. De materia morbi pluribus vicibus; & de materia quæ eſt in venis 11. *meth. cap.* 9. dixi quotidie poſſe aliquid per ſudorem, aut per vrinam euacuari, adeò vt pluribus diebus tota materia euacuetur ſine periculo, & abſque vlla læſione, aut commotione, & melius eſt tentare iſtas vias pluribus vicibus, quam vna vice tantum velle euacuare, & pharmaco, & commouere humores. Eſt aqua hordei, aqua mellis, aqua appij quæ aptæ natæ ſunt euacuare per omnes vias. Ideo Galenus non ſulet vti niſi his rebus quæ euacuant per plures partes, vt natura poſſit expellere qua parte velit.

His ſtantibus colligamus, & concludamus. Primò certum atque indubitatum

eſt quod quando aliqua pars eſt læſa, vt pura, quæ in oculo ſit phlegmon, aut in gutture, angina, & reliquum corpus ſit ſanum, & vrina ſana, quod conuenit euacuatio totius corporis, quoniam nos intendimus euacuare materiam concoctam & non materiam crudam: corpus enim eſt ſanum, qua de re vbicumque ſit phlegmon, modo non ſit in iecore, aut in ventriculo: conuenit primo miſſio ſanguinis: Secundò ſi opus eſt pharmacum, ſi non opus ſit medicinis, agemus leuiter cum clyſteribus. Et hoc non eſt contra Aph. quia materia dicitur eſſe concocta; neque enim euacuatur materia in loco affecto, & vniuerſi corporis. Tertio certum, & indubitatum eſt quod quando materia eſt concocta, ſiue eſt furioſa, & eſt purgandum quidem, ſed non niſi viæ ſint apertæ, aliter daremus pharmacum, & nihil educeremus, quoniam viæ non eſſent paratæ. Sit materia quantumuis furioſa, & viæ ſint obſtructæ, non debet educi, *prima part. Aphoriſ. com.* 24. ratio eſt quia æger acciperet nocumentum pharmaci, & nullum haberit iuuamentum, quia nihil educeretur: vnde ponemus quatuor concluſiones.

Prima concluſio: *materia cruda exiſtente, & cruditate in vrina apparente, non eſt euacuanda cum pharmaco niſi ſit verè turgens.* Secunda concluſio *quando materia eſt perfectè concocta, debet dari pharmacum, modo natura alio non tentet, vt per vomitum, nam quocumque natura repit, &c.* Tertia concluſio, *quando materia eſt in medio*, id eſt licet non ſit perfectè concocta, tamen iam appareant ſigna manifeſtæ concoctionis: *ſi morbus vrgeat debet medicus dare pharmacum leue: ſi poſſit expectari, expectetur integra concoctio.* Quarta concluſio: *Quacumque ſit neceſſitas dandi pharmacum, modo non ſint via aperta, modo materia non ſit apta educi, non debet dari pharmacum.* Item *niſi catera conſentiant*: Eſt notandum quod aliquando quando res eſt deſperata, & conſtat virtutem ſuperati omnino à materia, poteſt dari pharmacum, vt tentemus aliquã viam, & ne omnino relinquamus ægrũ. Sed hoc nõ niſi re deſperata.

LIBER

LIBER PRIMVS.

PARALIPOMENON

De humanis ciuilibus ſucceſsionibus.

Capvt I.

Cauſæ cur Auguſtus Tiberium alienigenam hæredem Imperij reliquerit.

Dvbitari ſolet & meritò cur cum Auguſtus pronepotes haberet tres ex ſe genitos, & Germanicum Druſi filium quem ferebant filium fuiſſe ſuum, certè neptis Agrippinæ coniugem, cur voluerit Tiberium peſſimum priuignum optimo genero tótque ſuis præponere, & certè de hoc.

Grammatici certant & adhuc ſub iudice lis eſt.

Ego ſanè in *Encomio Neronis* amentem fuiſſe exiſtimaui, at poſtquam altius mente preſſi, admonitus ſum altiſſimo ſapientiæ (ſed non vulgari) id conſilio feciſſe, peritiſſimúmque Auguſtum fuiſſe omnis humanæ naturaliſque Philoſophiæ, (vt dici ſolet ad labra vſque) ſed occultaſſe primum, vt eſſet admirabilior. Vbi enim ex ardenti illo incendio ciuilium bellorum necdum ſuperato tamen Antonio emerſit, vt ille inanem facundiam fruſtra hauſit à Rhetore, ita Auguſtus Peripateticam diſciplinam auidè & per capita, vt ſciret quæ anima, quid Deus, qualis ſit mundus, quæ prouidentia in gubernando, quæ felicitas hominis, & vbi termini illius conſultant, clam edoctus eſt à Spetareo Philoſopho Dionyſióque ac Nicanore illius filiis, dum eorum contubernio vteretur. Rem ad paucula Principum more redegit: infinita ſcilicet eſſe omnia, in Deorum cultu morem ſequi veterum oportere. Beatam vitam ducere, ac virtuti omninò vacare: quæ ex lege naturæ eſſent non eſſe impedimento felicitati, ſed moderatè ferenda ſi euenirer, cum nos oporteat obſequi. Mollire omnia, non velle quod non poſſis, in quo & ſtultitiæ ſpeciem refers & non parùm diſcruciaris. Beatæ igitur vitæ argumenta eſſe ſummam potentiam, amicos, vxorem, ſobolem, bonam famam, amorem communem. In reliquis moderatum eſſe, nec contemnere nec diſcruciari ſi non conſequaris. Quod igitur ſic crediderit, apparet ex actionibus. Nam vt inquit Suetonius, *Dedecora ſuorum aliquanto grauius tulit quàm mortes, ſimiliter & cladem Varianam.* Cur id? quoniam mors ſuorum ex lege naturæ accidit: ſciebat ſi ante illum mortui non fuiſſent, aliquando tamen morituros. De ſtirpe aliunde prouiſum per Agrippinam maximè: ſimili fortitudine damnatæ neptis infantem agnoſci & ali vetuit, hæc enim felicitatem intercipere poterant, non illa: quippe qui ſentiret homines de illo ſentire poſſe, quod non ſapientiſſimus eſſet & optimus. Idem de clade Variana. Propterea iam diu luxit, dicebàtque: Quintili redde legiones, quaſi hoc facto exiſtimatio illius læderetur, qui minus prudenti eam prouinciam demandaſſet, nam fraude illi perierant. Adeò animo altè præcepta illius Philoſophi inſederunt, vt omnia eſſent referenda ad cogitationem propriam ac vitæ curſum, qui proficiſceretur ex operatione hominum recta, quam de illius virtute ac ſapientia concepiſſent. Quamobrem & inde ortum habuit ea mutatio, de qua cuncti admirantur, cum ex adeò crudeli tyranno ac latrone ſæuiſſimo peſſimóque in optimum ac clementiſſimum ſubito mutatus ſit. Nam ob inſtitutum cognitâ ratione ſummi boni in humanis talis factus eſt. Vnde illud ſine exemplo, cuius meminit Seneca L. Cinnæ in caput ſuum coniuranti deprehenſo fatenti crimen ignouiſſe, ac inter amicos habuiſſe. Minus mirum ſi Caſſio Patauino è plebe ſatis habuit leni exilio damnare, quanquam proclamaſſet pleno conuiuio, neque votum neque animum deeſſe eum confodiendi. Et Iunis Nouato ſimiliter plebeio viro ſatis habuit mulctare illum pecunia, cum tamen famoſis cum libellis ac etiam nomine nepotis infamaſſet. Quo ſanè conſilio non Liuiæ (vt putat Seneca) quanquam forſan aliqua ratione, de qua infra agam, non ſine illa & idipſum ei tribuens id egerit, teſtatam. Mortem quidem vt dixi felicitatem & beatam vitam impedire non poſſe exiſtimabat, potentia etiam illum tutum reddebat. Ignoſcere in tanto crimine nobili adoleſcenti & præſertim ex Pompeij magni ſtirpe, multum ad felicitatem augen-

dam credidit , tum maximè quòd paucis ante annis, dum imperium ſibi arripere properabat, crudelitatis opinionem factis truculentis atque atrocibus in hominum animis ingeſſerat. Itaque exiſtimo lætatum ob latam occaſionem augendæ beatæ vitæ , tum ſimul eluendæ ſordis, quæ animo adhuc hærebat ex conſcientia malæ de ſe opinionis hominum. Hoc igitur facto hâc ratione amicos ſuos Meſſalam Agrippam vnicè excoluit, adeò vt etiam illorum vitia ferret, ne contumacia læderetur. Hâc igitur in cauſa optimum eſſe duxit, ſi optimam haberet vxorem, & habuit: nam cum virtute duo ſibi pepererit, imperium & vxorem , in tribus tamen etiam fuit feliciſſimus, ſcilicet duobus his ac ſimul vitæ longitudine. Vxorem ergo duxit Liuiam cunctis in modis, quibus fœmina probari poteſt laudabilem forma, pudicitia, grauitate, ſapientia, fœcunditate, atque erga illum amore ſeu ſingulari, ſeu adeo vero ſimili, vt nulla arte fucus deprehendi poſſet. Nam omitto, quod puerorum quibus ille abutebatur amores æquiſſimè perferret, etiam adoleſcentulas ei ſummo ſtudio conquirebat, quibus ille potiretur aduerſus ſua commoda, non ſolùm patiens ſed ingenioſa atque ſollicita. Cum ergo Auguſtus non vnam ſed plures ex tanto numero diligere poſſet vxores, tum maximè fœcundas in tanta inopia filiorum, neque enim niſi vnam eámque fœminam ſcilicet Iuliam ex Scribonia vxore tertia, Liuiam tamen abortu ſterilem factam retinuit, quòd exiſtimaret vxore bona nihil homini maius poſſe contingere. Nam ſocietas illa naturæ lege inſtituta eſt: amor quantus eſſe poteſt, ac ſumma voluptas, ſumma ſecuritas. In duabus qui vnicus eſt ſummus amor collocari non poſſe cernebat. Illam cum tot dotibus dimittere, cum iam triplex diuortium factum recordaretur, & reprehenderet, ne deeſſet ſtirps, ſtultum eſſe putabat. Nam & abrumpi felicitatem cum tanta immutatione ac tam frequenti, neceſſarium erat: & non præbere de ſe virtutis opinionem hominibus, quæ vt dictum eſt neceſſaria eſt ad beatam vitam intelligebat, cum Socrates etiam peſſimè moratam mallet retinere.

Omni igitur ſtudio conatus eſt rotundam illam felicitatem retinere, quæ eſt veluti circulus res vndique abſoluta, cui nihil deeſt nec addi poteſt, ſed vt & circuli maior vel minor vel etiam minimus, ſed ex æquo perfectus, cum nihil in fortuna habeat repoſitum, ſed in recta adminiſtratione beatæ vitæ & conſcientia opinionis rectæ hominum de ſeipſo habita. Nam reliqua omnia extra poteſtatem noſtram ſunt, ſeu ex lege naturæ ſint quæ nobis dominatur, ſeu in fortuna, qua parte virtuti noſtræ non ſubijcitur. Hanc ergo felicitatem rotundam omni in caſu retinere decreuit. Apparet non fuiſſe ſubitum conſilium, Tiberio relinquendi imperium, cum ſtatim mortuo Agrippa illi Iuliam filiam etiam inuitò collocauerit, coacto priorem vxorem dimittere. Et vt breuiter & quam primum fructum rei attingam, votum fuit potius, vt imperium per fœminas quam maſculos ad poſteros deueheretur. Nam cogitabat vix fieri poſſe, tum quia tyrannicum eſſet & nouum, tum ob ferociam populi Romani, quòd alijs imperare conſueuerat, nunc parere vni, atque illius aulæ cogeretur; tum quod ampliſſimum eſſet & tot gentium, vt diu permaneret ſub Principe aliquo. Quam etiam ob cauſam cum poſſet illud augere, noluit, cogitans quantò maius eſſet, eò difficiliùs poſſe retineri: tum ob diſtantiam finitimarum gentium & ipſius imperij fines & ſatrapum potentiam, maluitque relinquere Prouincias amicis Regibus quàm ſubigere vel etiam recipere. Quòd ſi inſurrexiſſent velut olim contra Tarquinium Superbum, quamuis tum ſeptimum Regem, nec experti libertatem antea (omitto quod ſub Germanico promptiùs quàm ſub Tiberio, nam vir inſignis arte bellica Tiberius & habebatur & erat) omnem ſtirpem excindendam intelligebat, tum exemplo cæterorum, qui tyrannos occiderunt; tum ratione probabili, quod qui ſuperſunt vindictam exigunt, atque acerbam à tyrannoctonis ſeu tyrannicidis, ſi contingat illis tyrannidem redire. Ergo tum melius longè erat Auguſto Tiberij quàm ſuam excindi ſtirpem. Itaque vſque ab initio decretum erat imperium Tiberio vt ſtrenuo viro relinquere, non è ſtirpe ſua ſed Iuliæ filiæ coniunctum, cum adhuc Caius & Lucius valde pueri eſſent: ſed hoc conſilium diſiecit Tiberij contumacia & amor prioris vxoris, & contemptus Iuliæ quam parùm pudicam & moratam agnoſcebat: contra Iulia vt acrem & crudelem aſpernabatur. Aſueta Agrippæ lenocinijs, qui vt vir nouus modo Auguſti gener dici poſſet, omnia ferebat, cùm Tiberius nobilis eſſet ſtirpe Claudiæ gentis & parentibus ipſis; augebat odium Tiberij in Iulia, Liuiæ nouercæ memoria, & potentiæ inuidia. Itaque maluit Tiberius ſecedere Rhodum quàm retinere. Interim cum creuiſſent Caius ac Lucius Auguſti nepotes, nam naturali nomine eos vocabo, non ficto adoptionis, eo enim filij Auguſti appellabantur: tunc ceſſauit in Auguſto ſpes omnis quam de Tiberio conceperat: nam illum relinquere ſtantibus duobus filijs iam adultis, neque poterat, & fregiſſet felicitatem ſuam, vt qui non iuxta opinionem hominum rectè viueret. Illis autem ſucceſſoribus imperij Tiberius vir acer & re militari clarus, ac matris potentia fultus, imminebat ad ſeditionem & inſidias adoleſcentibus intentandas: quapropter quem adeò dilexerat & ſuſpiciebat, iam cupere, vt è medio ſublatus eſſet, cœpit. Quod animaduertens Liuia monebat Tiberium, qui Rhodi erat vt caueret:

ret: & eò iam ventum erat, vt ſecretò & inter agros nemini fidens vitam duceret. Interim Liuia de filio ſollicita huc argumento flectit Auguſtum. Si Tiberius recta via Iuliáque ducta ſucceſſit legitimus fieri potuit, ac leuiſſima cauſa recuſauit, quid eſt, vt quærere idem modò tanto ſcelere atque periculo velit? conſtat enim nulla ex parte tibi eſſe coniunctum. Quinimo & ſuo ipſius iure & mei contemplatione fidus defenſor erit adoleſcentum. Quod ſi dubitas ne in congreſſu propter ætatis magnum diſcrimen, aut malos ſuaſores liuoris aliquid contrahatur, emitte illos ad exercitus atque Prouincias, vt ſimul cauſam omnem diſſidij (quanquam nullam eſſe poſſe videam) tollas, & authoritatem iuuenibus addas, illóſque elatos exercitibus, tum potentes atque rei militaris gnaros reddas: quo maximè nunc indigere videantur ingraueſcente ætate tua, (etenim ſeptuageſimum annum iam exegerat Auguſtus) cum reuocatus eſt Tiberius ab exilio, Auguſti voluntate tum potius quàm ſua, cum antea Auguſto inuito illuc ſeceſſiſſet. Placuit conſilium quod adeò veriſimile viſum eſt Auguſto, túmque malo fato reuocauit Tiberium, cum iam melius fuiſſet aut illum (hoc enim ſolum non animaduertit) ſine cauſa non tam diu exulem facere, ſed vt prius generum, iam & priuignum amicum retinere, aut occidere, aut omnino in exilio continere, quod ferme ea ætate tam odioſo nomine erat exulem eſſe, vt par mortuo exul haberetur atque contemneretur; ſed fata vt dixi hominum conſilia obumbrant. Reuertitur Tiberius, Liuia id cogitans quod factum eſſet periculũ atque filij præteritum, à quo etiam nondum liber erat, ſimúlque inuidens priuignorum potentiæ, & quanquam prudens admodum ac patiens fœmina, ferre tamen non poterat quorundam voces, adoleſcentes nullâ virtute efferentes Tiberium bellis clariſſimum, nullo facto ſuo talia merentem, niſi quod adulteram retinere vxorem noluiſſet, adeo contemni, damnari, odio haberi, calumniis ſubiici, periculiſque obijci manifeſtis, decreuit aſtu quanto potuit fœmineáque audacia, maximè confidens filij fortitudini atque coniugis amori & ætati puerorum fluxæ, illorúmque inconſultæ temeritati, ſimúlque qui adhæſerant eis, quos mulier ſagax magna ex parte corruperat ignauiæ, eos tollere. Et ad quod ſpes nulla imperij impellere potuit, potuit iniuria ſimul atque periculum filij, longè maiore omnium diſcrimine, cum iam illi adulti eſſent, exercitibúſque muniri procul & in ſpem certam ſucceſſionis erecti. Fauit Liuiæ votis fortuna, & intra triennium, ſeu fraude, ſeu caſu ambo aſſumpti ſunt. Auguſtus autem rurſus animo confirmatus eſt, vt vix dum depoſito luctu, Tiberium hæredem relinqueret, ſed aliâ ratione, Germanico adoptato à Tiberio in filium. Quod Germanicus & Druſus eius Pater videretur liberam Rempublicam velle facere: quod conſilium cum ipſe antea iniſſet, damnaſſétque Syllæ exemplo, & quod omnino ſtare non poſſet, magis in Germanico & Druſo auerſabatur, nam Auguſtum improbitatis aut ſtultitiæ factum hoc arguebat. Nec ſufficere ponderi Germanicum, aut ſi ſufficeret Tiberium etiam eſſe præſtantiorem. Et ſi Germanico relinquebat, Druſus pater viuebat, vt filius familias imperaret: ſi Druſo, alter ei filius erat Claudius. Manebat & eadem ratio quæ prius, ac maius periculum, cum Druſus minor & Nero adhuc pueri eſſent, Lucius & Caius ad adoleſcentiæ finem iam perueniſſent.

Hic tria ſunt, quæ obijcere queas: primum quod à Tiberio periculum pronepotibus immineret, maximè cum illi naturalis eſſet filius. Secundum quod iam ſtirpem ſucceſſione priuaret: Tertium quod ſi populus Romanus nihil egiſſet, hæ omnes cogitationes vanæ erant: ſi quid egiſſet iam in eodem periculo ſtirps eius verſari, quo ſi Germanicus hæres relictus eſſet, nam per adoptionem vt dixi, Germanicus Tiberij filius factus erat. Quod ad primum attinet pluribus rationibus innixus eſt, vt rectè ſibi conſulendo Tiberius id facere non poſſet. Prima quod Liuia mater ſupererat, quæ populo in veneratione, nec falſus fuit in hoc: quoad vixit enim nil auſus eſt. Secunda, quoniam natura Germanicus nepos eſſet Tiberij, & ex fratre, & qui ſe mutuò plurimùm amarent. Inde quod adoptione pater eſſet illi, pronepotibus ſuis auus, vt natura patruus. Difficile quoque erat tot, florentem ætate Germanicum exercitibus præfectum, militari diſciplina præſtantem, fauore populi potiorem, Auguſtique coniunctione præcellentem euertere, inde eum vxore Germanici Auguſti pronepotibus. Atque vnum euertere cæteris ſaluis non erat tutam ſibi arripere dominationem, ſed reddere perículoſiorem. Deinde ſi id egiſſet, cuinam fulcimento inniti poterat, tantis ſceleribus, tot inimicis, vir ſenex, non è ſtirpe Principali? Neque enim aliam occaſionem quæſituros ſcire Tiberium putabat eos, qui vel vindicare Rempublicam in libertatem, vel Tyrannicè occupare deſtinaſſent, quàm vt tot factis impiis ſe redderet omnibus inuiſum. Deinde quod pauci licet animaduertant, maximum tamen eſt, vnde illi tantum animi, vt incipere auderet? vnde ſtatim oppreſſus vt plerumque accidit, ſolum improbi voti irritum conatum proderet. Viderat etiam olim indicia tuliſſe potius aſpernantis etiam ſine periculo & infamia quàm vltro affectantis imperium. De ſucceſſionis priuatione id cogitabat primum vnicum Tiberio ſolum eſſe filium, qui ſi periret, vt euenit, neceſſariò rediturum in ſuos, & maiore emolumento, ſiquidem gratia populi Romani auerſantis Tiberij dominationem, quem ſæuum, auarum durumque eſſe cognouerat. Inde optata Germanici

manici manſuetudine ſubitutos ſponte dominum, uun iuuitè laturos. Quod ſi Tiberij filius ſuperuixiſſet, factúſque eſſet poſt Tiberium Imperator, eum tres iam illi eſſent fœminæ pronepotes, vnde ad tutelam imperij ſecurius auxilium, quàm vt vxorem ex ſuis pronepotibus ſibi aſciſceret? aut ad ornamentum, vnde nobiliorem, vel ad opes augendas ditiorem? Quo facto iterum in illius ſtirpem imperium redire intelligebat: nec ſua intereſſe, an ex fœmineo genere, an maſculino propagaretur, intereſſe hoc poſterorum non ſui. Quod ad ſe attinebat, melius eſſe vt per fœminas quàm maſculos dirigeretur imperium, nam matrum filij certi ſunt, patrum non ita, & ſi quid incideret more Romanorum, in filias non animaduertebat. Quo fiebat, vt etiam vindicata in libertatem Republica, ſtirps ſua incolumis maneret. Præterea quod maximè optaſſe exiſtimo ex his, eueniebat vt vna eſſet ſtirps, quæ regnaret & nomen retineret.; altera quæ priuata eſſet & diues, quæ in perpetuum extendi poſſet, more non ſolum popularium ſtirpium, ſed cæterorum animalium, ceruorum, leporum, equorum, quas videmus perpetuò propagari, quod ſolum tanquam maximum ab homine ſperari poteſt, quod eum multò melius in priuatorum quàm principum ſucceſſione eueniat, priuatæ potius quam dominationi prouidit atque conſuluit. Certum eſt enim nullam Regum aut Principum ſtirpem perpetuam eſſe, & eum conciderint, pleruṁque omnes deſcendentes aboleri ſolere, quod rarò in priuatis accidit, quod quandocunque acciderit, etiam ſi poſt mille annos futurum ſit, perinde eſt ac ſi perendie: nam non propius eſt ſpatium annorum mille perpetuitati, quàm vna hora. Omne enim tempus ad perpetuitatem collatum nihil eſt. Aliam autem eſſe rationem hominis, aliam ſtirpis. In ſtirpe ſolam quærendam perpetuitatem, non dominationem: in priuato homine ſibi quemque dominationem non perpetuitatem, quæ haberi non poteſt, quærendam eſſe; nec vitæ longitudinem: ſed vt dictum eſt; vt beatus viuat circulumque illum cui nihil deeſt perficiat, ſeu maximus ſit ſiue minimus, parum aut nihil intereſt. Quod ad tertium attinet exiſtimabat more Romanorum non ſæuituros in ſtirpem ſuam, ſi Tiberius aliena ex ſtirpe tyrannidem exercuiſſet: ſine qua non ſperabat etiam ipſi Tiberio quicquam mali euenire poſſe. Itaque & felicitati ſuæ, & ſucceſſioni, & coniunctioni ſtirpis Liuiæ cum ſua vndequaque, quod ad beatam vitam conferre plurimum exiſtimabat, ſic optimè proſpectum eſſe putauit. In quo conſilio præter indignationem, quam fruſtra ſi vnquam illum reſtituere deſtinarat, oſtendit erga Tiberium ipſum, nihil non ſapientiſſimum eſſe video.

CAPVT II.

Cur Tiberius in nepotes adeò ſæuierit, matremque tanto odio proſecutus ſit?

REferre has commentationes non parum puto ad ſerinia cordis Principum reſeranda, vnde illorum cogitationes & actiones, tum reliqua intelligere licet: vt fruſtra abſcondant epiſtolas illas funeſtas, & tot machinas, quibus ſe inuicem; tum alios euertunt. Igitur crudeliſſimum natura fuiſſe Tiberium haud dubium eſſe reor, auctamque crudelitatem perpetua & atroci contra Barbaros militia. Sed ferri potuit, donec ab Auguſto reditus repulſam paſſus non eſt. Aurea enim ferri potuit. Sed cur in tot ſæuierit, & adeò contumax in matrem fuerit, haud liquidò conſtat. Dicemus & aliquid de odio in nurum Aggrippinam, ac nece nepotum, quanquam vt dixi multis conſentaneum videri poſſit, ob ſpem ſecuritatis & relinquendi imperium filio id factum eſſe. Sed habet hoc cauſas vt reor multò maiores his: nam quid attinebat matri adeò infenſum eſſe, quæ illum ex exilio exemerat, & auctor fuerat ei Imperij. Et ſi modo improbitate id egit cur non clam potius quam apertè? Sed ne ſingula adducam quibus id quod communiter creditum eſt, falſum eſſe conuinci poteſt, rem ipſam aperiam.

: Principio quidem ſcire oportet Tiberium è gente Claudia fuiſſe, atque adeo vt pater eius ac mater ab vno eodemque Claudio eam originem duxerint. Itaque ſuperbia gentis ac ferocia inhumanus fuit, tum etiam odio ſingulari aduerſus Iuliorum familiam (neſcio an propria an Reipub. cauſa) vt ſolus decerneret, cum alij de impunitate ſolùm auctorum necis Cæſaris agerent, præmia danda. Itaque vt cognouit matrem, & volentem conceſſiſſe in Auguſti nuptias, & patrem reliquiſſe, & antea ab Auguſto cognitam, quam nuptam, cœpit illam odiò exitiali proſequi: tum Auguſtum & Druſum fratrem, ea tantum ratione quæ maximè illi inviſa erat, ſcilicet, Liuiæ matris. Verùm vt erat prudens, & quòd Auguſtus magnis exercitibus illum præfeciſſet, diſſimulabat iram: Auguſti enim potentiam, fortunam, amicóſque formidabat. Vbi verò etiam diuortium facere, & filiam Auguſti accipere coactus eſt, tum prælatis C. ac L. Auguſti filiis, qui non ſolum eum oderant, ſed verbis acerbioribus proſequebantur, adeò exarſit odium vt ſeceſſerit. Sed cum ſeceſſus periculum, cuius vitandi cauſa ſeceſſerat, auxiſſet, reuerti cupiebat. Negante Auguſto, & id ad contumeliam & diſcrimen augendum fore factum interpretatus, & Liuiæ matris inceſtas nuptias, & Augu-

ſti

Digitized by Google

ſti improbitatem execrabatur, odiumque quoddam generale concepit in fratrem, fratriſque filium, vxorem eius, tum etiam nepotes. Vbi obijt Auguſtus, non id curauit, quòd matris beneficio adeptus eſſet imperium, ſed quòd ob illam factus eſſet infamis. Odio itaque proſequebatur matrem, ſed vt Auguſtam lædere non eſt auſos: odio proſequebatur Aggrippinam ſuperbam fæminam; & Germanicum Populi fauore prælatum, & ex Druſo natum, quem matris inceſtæ & adulteri filium exiſtimabat. Filios autem Auguſti pronepotes cum adoleuiſſent, ſi non iure, vt & fauore patris Imperium ſibi vindicaturos exiſtimabat aduerſus Druſum filium: nec fieri poſſe vt ab Imperatore Imperium eriperetur, quin eriperetur & vita.

Vt ergo filium aut ex filio ſaltem nepotem ſeruaret incolumem, neceſſe exiſtimauit perimere adoptiuos. Credo etiam hac ratione eum iudicio & apertè illos ſuſtuliſſet, ſi Druſus ſuperuixiſſet, nec detectum fuiſſet nurus adulterium, occiſurum etiam adoptiuas neptes fœminas Caio ſublato, qui poſt modum imperauit. Nam cum ex Auguſti ſtirpe eſſent, qui eis nupſiſſent facilè Imperium inuaſiſſent: Nec eum tot cædibus fratrum, cum nepote iam nato commodum videbatur, iungere vnam è ſororibus filio ſuo. His rationibus & matrem odio proſecutus eſt, & nurum ac nepotes occidit. Coactus eſt etiam ea de cauſa quotquot erant aut libertatis amatores, aut Auguſti, qui ferme omnes erant, occidere. Atque ſic etiam matris amicos, ſed ſpecie, quia pauciores, tutius eſſe duxit ſub eo nomine, quam vt Auguſti, occidere. Deinde tot occiſis, cum agnatos cognatos ac affines metuendos ſibi duceret, in omnes incerta quaſi mente ſæuiit. Ergo apertè matrem inſectatus eſt, ignominiaque maxima notauit, tanquam ab ea publicè iniuria affectus eſſet. Auguſtum non ita, quòd legibus indignus Imperio factus fuiſſet, ſi hæres defuncti rationem non habuiſſet. Auguſti quoque ſtirpem non ſolum ob ſecuritatem, ſed & vt tyranni & vt adulteri: eoſque omnes qui nati eſſent, Druſum filium Liuiæ, & Germanicum Druſi, & ex Germanico natos velut ex inceſtu contempſit. Vir autem ſuperbus odio proſequitur quemque è ſuis quem contempſerit. Neque tanti faciebat Imperium, quanti dedecus acceptum à priuigno, matréque, tum iniuriam illatam patri. Tum quia iniuriæ plus longè mouent ſuperbos, quàm beneficia, cum etiam perſæpe benefactores ſolum ea cauſa oderint, quod debere eis ſe putent: tum quod imperium non magnam rem eſſe putabat, æſtimanti quod non futurum eſſet diuturnum. Aut enim Populum recuperaturum libertatem, vt olim ſublatis regibus, aut in manus aliorum tyrannorum vt accidit, venturum. Itaque quod inops conſilij ſuſcepit, metu exercitæ ſæuitiæ retinere coactus eſt. Sed & in retinendo & ſuſcipiendo, atque quærendo, atque optando, vnà vltionis deſiderium; cum Rhodi abſens tot iniurias accepiſſet, inviſamque matrem atque priuignum vlciſci deſtinaſſet. Nec ceſſauit hoc ſtudium, nec alio deliberatio delinita eſt vſquam, niſi cum extincto filio & nepote ſuſpecto, ne inimiciſſimi Seiani filius eſſet, Caium ſuperſtitem vt fratris nepotem, non vt ex Auguſti ſtirpe permiſit. At illud commentum egregium, vt cuius cauſa propter odium perirent, propter illum perire viderentur: nam cum geſtaſſe imaginem Auguſti in lupanari aut latrina capitale foret, quid aliud voluit quàm retenta Imperij maieſtate, vt quaſi odio illius perirent, quem quòd amaſſent, coluiſſent, amarent, colerentve, illos perderet. Nec eſt ergo cur miremur, proditos codicillos à Liuia adeò horruiſſe, cum non hoc fuerit initium odij ſed exacerbatio, nec Druſi fratris litteras quem impensè oderat. Solum enim ſe dignum tanto patre atque familia illa generoſa exiſtimabat: cuncta alia per dedecus & ſcelus matris, Auguſtique flagitium inſerta, odio digna eſſe.

CAPVT III.

Quoſcumque magnos viros perniciem patriæ attuliſſe.

HOc habet humana conditio, vt per eos Reſpub. euertatur, quos ſalutares maximè ciuitates ipſæ putant. Videamus primum de Epaminunda, qui patriam ſuam è ſeruitute liberauit, tot victoriis illuſtrauit: vir poſtmodum in diſciplinis liberalibus apprimè inſtructus, & in vita tota ſanctus habitus. Qui tamen cum immodicè gloriæ propriæ ſtuduerit, Thebanos ciues ſuos audere ſupra vires adeò impulit, vt cum exercitum educeret ex vrbe, etiam docuerit aduerſa omnia contemnere, pugnauitque, & potitus eſt victoria in Leuctris, etiam Cleombroco Lacedęmoniorum rege occiſo. Hanc rem adeo extollunt qui iudicio carent, patriæ quidem perniciosam, ſibi vni ſolum glorioſam: nam conſtat peritia eius in arte militari viciſſe, attamen maxima cum difficultate. Vicit & alias. Sed ipſa re, tum ratione, tum euentu, oſtendam non ſolum periculó, exitium patriæ peperiſſe.

Namque quod de periculo dictum eſt, ingens fuit, eum pauci contra plures: neque enim plus ſeptem millibus ac quingentis peditibus fuerunt, quingentiſque equitibus, auxiliis computatis Thebani Beotijque, & aduerſus prodigia Deorum, cum liceret abſque periculo in pace degentes viuere, ea conditione quam Lacedemonij & Athenienſes à Perſarum rege ſponte receperant. Quòd ſi victi fuiſſent, omnes peribant vaſtata vrbe, & in ſeruitutem imbelli plebe abducta: quanquam partem ſeruaſſent Athenis. Victores autem nihil

lucri fecerunt,niſi quod vrbes retinuerunt, quas per iniuriam poſſidebant. Sed vicerunt. Quid actum eſt, periere trecenti viri ciues: inde perpetuo ſuſtinuere bellum cum Lacedæmooiis. Cogita vrbem, quæ cum omni regione ſex millia virorum habeat, quâ lætitiâ excipere poſſit, etiam ſi vincat, vndique orbata ciuibus, & luctu plena, & deſolata cultoribus. Inde quod deterius fuit, aſſueuere pauci cum multis pugnare, ſtulto conſilio; cum neque Dux idem eſſet, nec eadem fortuna, ſiquidem eodem duce Epamiounda cum quioquagiota millibus viris, pluribus amiſſis, in patriam redire coacti ſunt, infecta re: vt victoria prior, ſeu Deorum fauore, ſeu Ducis induſtria, ſeu caſu contigerit cum ſtratagematibus,vix vnquam duci cuiquam vincere contigerit, ſtultos illos & inſolentes,alioquin naturâ contumaces reddiderit, non potentes aut ſecuros effecerit. Porrò quid ſtultius, quàm aſſueſcere pugnæ paucorum aduerſus multos: Idque apparuit breui euentu ipſo. Cum enim hoc ſtulto conſilio contra Alexandrum aliis timendibus pugnare auſi eſſent, capta per vim vrbe & ea funditus euerſa, occiſis viris, imbellis ſexus atque ætas venundata eſt. At quantò ſatius fuiſſet dare operam multitudini, ſeruare ciuitatem, amplecti vicinos, vt & terribiles multitudine, atque apparatu, & amabiles iuſtitia, in pace degerent.

Themiſtocles vno facto ancipiti ſed ſtrenuo,ſeruauit Græciam à Barbaris; altero ædificauit Piræum portum Athenienſibus commodiſſimum, ſed & antea ſimili ſolertia muros ciuitatis: ille idem tamen, niſi Ariſtides obſtitiſſet, incenſa Lacedæmoniorum claſſe per fraudem exitium patriæ pariturus erat: nec ceſſauit tumultus excitare, donec in exilium fuga ſe proripuit.Omitto peſtes illas,Alcibiadem Athenis, Liſandrum Spartæ, qui pecuniarum & argenti vſus ciues docuit ac tyrannidem, vnde in perpetuis bellis vixere, deſolata ſæpius omnibus prope ciuibus vrbe. Vide quid egerit Aggeus apud Acheos; quid ille tam decantatus Primus Pater Patriæ Cicero,nonne funditus Romam euertit?Dices;qui ergo vtiles,ſi hi pernitioſi?an inertes,inglorij, vel improbi?Nequaquam, ſed ſoli ſapientes,qui communi bono ſtudent: ipſi nullius rei cupidi ea tradunt inſtituta, per quæ amplificari poſſit ciuitas, & in concordia viuere, & arte militari terribilis eſſe.

CAPVT IV.

Qui ſemper infelices.

AT priuatorum quiſque inops & ignauus, ad voluptates inanes, velut pompas, ludos,ſaltationes, curſum aurigarum feruens, vel in prima iuuenta occidit, vel ſi ſuperfuerit, perpetuò miſer viuit, nunquam fallente prædictione.

CAPVT V.

Cauſa cur homines adeò nunc ſint improbi,& cur miſera vita.

CVm orbis iam longo ductu annorum, in quibus neque conflagratio, neque diluuium fuit, ditiſſimus ſit, regnare dulciſſimum eſt, & ob affluentiam otium & deſidia oritur. Vnde adulatores,neque enim niſi virtute præditus ac ſingulari, vixque reijciet illos. Vnde conſpirationes inter illos, & præmia conſtituta flagitioſis, quamobrem vendere magiſtatus coguntur. Qui emunt ergo, & ipſi coguntur exigere iniuſtè à ſubditis. Itaque illis vt damnum reficiant; decipere, furari, latrocinárique neceſſe. Reliqui verò eadem ratione, cum patiantur à læſis, & ipſi læſi eadem admittunt: atque ita vita mortalium miſera redditur, quæ pari mala & agere, & vtrumque cogitur. Nec finis vllus vſque ad mutationem; tum maximè ob admirationem diuitiarum, quorum cauſa & tumultus excitentur, ludos coram populo exhibent, vt deliniant.

CAPVT VI.

Cauſa cur Annibal ſeditionem nullam in caſtris paſſus ſit.

ADmirabile in tam longo bello, & tot gentium lingua,& moribus ſtudiiſque diuerſis, totque difficultatibus, laboribus, ſtipendiis, & rerum inopia, in peregrina terra nunquam exercitum illius ſeditione laboraſſe; tum verò aduerſis etiam rerum ſucceſſibus: quandoquidem Alexandri Magni, qui minus militauit,ſemper victor, non Dux, ſed Rex,vnius gentis exercitus ſæpe ſeditionem paſſus ſit: tum Cæſaris & Auguſti.

Porrò cum cauſæ aliæ vnius in vno,aliæ vnius ab vno, vt in diuinis: aliæ plurium in vnum conſpirantium, velut quòd Luna nunc deliquium patiatur: aliæ quoniam neceſſariæ ſunt vt rerum mortalium: aliæ quia ſic imaginantur, velut in Mathematicis pluribus, vt perſæpe nulla ex his cauſa ſit,velut quòd trigoni æquilateri ęquianguli ſint, quoniam binæ & binæ æquales in diuerſa puncta concurrere, ex eadem parte non poſſint, vt Euclides: vel quoniam tranſlato altero ſuper alterius baſim ab aduerſa parte, ductáque ab angulo ad angulum linea, fiant duo trigoni iſoceles, & ideò anguli ſupra baſim æquales, vt in libris *de ſubtilitate* demonſtratum: vel vt multa ad aceruum gra-

ua

ma concurrant, vt in actiooibus huiuſmodi; adeò vt fieri aliter non poſſint, hæcue genera ex vno in aliud transferri, manifeſtum eſt pluribus hanc felicitatem Ducis conflatam fuiſſe, odio primum ſingularom nationum in Romaoos, Afrorum, ac hoſtium Hiſpanorum, vt quibus bella intuliſſent tam procul, Gallorum quos toties afflixerant: Italorum vt æmulorum, ad quod caliditas Annibalis vehementius accendebat. Inde crudelitas illius, vt qui amore non continerentur, continerentur metu, nec ſinebat germina ſerpere. Inde ſolertia viri maxima, & amor ſingularis Numidarum in illum: vt nec latere inſidiæ ob ſolertiam, nec procedere ob ſuorū fidam cuſtodiam poſſent. Deinde quòd illos quieſcere tantiſper non ſineret, vt poſſent de ſeditione cogitare. Vt enim motus aëris damna prohibet, ita & conſilia praua diſijcit, nec coaleſcere ſinit. Sed & Ducis ipſius bona fortuna quædam, auctoritas, felicitas: tot oppida direpta, cæſæ legiones Romanæ, Italica gaza, ditati milites: Nationum Principes ſummis beneficijs ac blanditijs retenti, cum Romani ſuperbiſſimi eſſent. Denique illud ingenitum odium efferata crudelitate Annibalis conflatum (nam non natura talem fuiſſe crediderim) cum neque ſperare veniam poſſent ob iojuriam, nec quos adeò crudeliter tractauerant, aut amare, aut magnifacere poſſent. Demum vt nil noo ſperare, qui illam amarent, de tanto viro: aut non timere qui odiſſent. Ita ad ſummum auctoritatis peruenit.

CAPVT VII.

Eiuſdem laus ac vituperatio.

PRoptetea his tot cauſis effectum eſt vt maximus Imperator habitus ſit. Sed tamen deceptus, & ſupina, neſcio an negligentia, an ignorantia fratrem, exercitum, patriamque perdidit, Neronis & Salinatoris ſolertia audaci. Neque huiuſmodi virum non magna vituperatione dignum exiſtimauerim, qui virtutem crudelitate ſuperauerit, victorias perfidia coinquinauerit: & inimicis atrox, & patriæ funeſtus, dum delicijs Campanis ſeducitur. Dum apud Cannas victor plus amiſit, prætermiſſa occaſione, quam victoria acquiſiuerit. Sed mittamus quod fortunæ tribui poteſt: quid homo habere poteſt, aut quantum virtutis, vt æquare flagitia tanti ſanguinis humani ob ambitionem ſparſi poſſit? At ſuperos, & finem illi, & patriæ exitum qualem promeruerunt, dediſſe, coaſtat.

Ne ergo quiſpiam laude dignum putet hunc virum, qui ſola virtute plus beneficij patriæ poterat afferre, humano generi, minus iniuriæ, gloriæ ſibi poterat: ſi loco perfidiæ & crudelitatis, labori & continentiæ operam dediſſet. Hæc laus ſit illi propria, tot nationes in obſequio, tot annis inter tot difficultates ſine ſeditione continuiſſe. Quod qua ratione factum ſit nunc dicam.

Primos gentium non ſolum ſibi ſed etiam inter ſe conciliauit, æmulatióneque virtutis coniunxit, conſilijs adhibuit, ita vt prudentia & fortitudine quiſque præferri, tum manſuetudine intelligeret: nec quicquam magis illum odiſſe intelligerent quam ſeditionem. Diuiſis etiam muneribus in acie ſtabant. Veriſimile eſt etiam eos qui non placerent, nec criminando, nec vi, ſed periculis obiectos perdidiſſe ac ſuſtuliſſe; nec miſcuiſſe vnquam viros gentium diuerſarum, ſed cauiſſe diligenter, vt ſepararentur. Et ſi quid mali incumberet, caſum prætulit: ſi boni, virtutem atque amorem. Denique ſemper illos ibi habebat, vbi ab hoſte timerent. Ita longo vſu effecit chariſſimos & obſequentes; tum verò & id adiecit, vt qui diuerſi lingua eſſent, & moribus, ſibi inuicem plurimum deberent, viciſſim aliorum virtute à præſenti exitio liberati. Verùm quomodo in militibus etiam poſſit, difficultatem habet, dicente Ariſtotele 9. *Eth. cap. 6.* *Prauos concordes eſſe impoſſibile eſt, niſi breui in tempore, quemadmodum & amicos eſſe. In rebus quidem vtilibus plus: in ſubeundis verò laboribus & ſubminiſtrationibus minus habere percupientes.* Eſt autem concordia *libro Magnorum Moralium. 2. cap.* 12. non in conſenſu intelligentiæ eiuſdem rei, ſed in delectu eodem, circa finem aliquem eorum, quæ in actione conſiſtunt. In *Septimo* autem *Ethicorum* concordiam etiam aliam prauorum eſſe, *ait*, cum bona fortuna quadam conſpirant in idem quo omnes potiri poſſunt. Tale quid in Annibalis exercitus illius præſtantia contigit, vt & re & ſpe eodem bono fruerentur. Nam & amicos prauos eſſe conſtat, & manere diu non quatenus mali ſunt, ſed aut pij, aut fideles, aut conſtantes, aut amantes, aut bene ſperantes, vel grati aut gloriæ cupidi. Ergo ad huiuſmodi Pœnus illos excitauit. Verum in ciuitatibus obtinendis Philippus Hiſpaniarum Rex aliam ſequutus eſt rationem. Mediolanenſibus enim tempore belli redditus vendidit eo pacto, vt ex illis duodecim pro vſura in ſingula centena acciperet. Tempore autem pacis ad quinque contraxit, noua vectigalia quæ titulo belli impoſuerat, manere voluit: ita redditus auxit, & partem magnam nobilium in officio continuit, metuentium ne redditus mutatis rebus ſibi perirent. At cum ex hoc nimis plebs grauaretur, effecit vt iuxta bonorum æſtimationem deductis his quos vendiderat redditibus, tributa exigerentur. Talia etſi magna induſtria fiant, grauia ſunt, & non poſſunt eſſe perpetua. Quid enim tanti eſſe poteſt in humanis, vt diuina præcepta negligas, Deumque offendas. Sed nec in exercitu

talia fieri poſſunt. Vna ergo ratione periculi propter communem hoſtem, & Ducum qui mutuò alienis imperent nationibus, & Duces ob imperium, & milites quoniam non ipſi, ſed Duces iniuria ſi quid accidat, affici videntur, à ſeditione abſtinent. Vbi enim caput cum corpore non conuenit, tumultum excitare non queunt. Ita ſi Hiſpanos Italis, Italos Hiſpanis ciuitatibus præficiat, curabunt vtrique Principes, vt ſui ciues in aliorum obſequio viuant. Vnde & amicus beneficijs affectos, aut ſpe allectus, vt eadem curent, auxiliatores habebunt. E tertio verò genere & auctoritate principali ſuffulti erunt, qui milites cum ducibus conciliabunt, quanquam plures ſoleant libentius alieno parere quam proprio, ceſſante æmulatione, & natalium contemptu: tum quod illi magis blandiri nouerint, quod in Eumene & Antiocho patuit. Eadem ratione diuidunt populum & exercitum alijs ſectionibus, velut populum per artes; vt debilior euadat coniunctio per familias & ſanguinis eiuſdem: ita in exercitu per duces, tribunos, centuriones, atque decanos. Et in ſeditionibus vidimus noſtra ætate centuriones à militibus ſeiunctos: vt ordo centurionum, ac tribunorum, decanorúmque alius eſſet, & vnus tam Afrorum quàm Gallorum, Hiſpanorum & Italorum. Cum enim plurifariam diuiditur, multitudo minus habet vitium, pars quælibet per diuiſionem conſtituta, quòd idem homo ad alium multis modis ſe habeat. In populis etiam phratrias conſtituunt, & ædificia ſocietatibus nouis locant. Vt verò pluribus modis diuiduntur, mediocritas magis ſeruatur, per quam nec prorſus amici nec inimici eſſe poſſunt; horum autem vtroque ſeditio conſtat. Ob amicitiam enim conſpirant in vnum, ob inimicitiam ſeditionem mouent: cum verò duces tribunum quemque qui dolere incipiat, detulerit; tribunus centurionem ſi ad ſeditionem ſpectet, centurio decanum, decanus militem, ad centurionem quærentem, mollientem, cogitantem; fieri nullo modo poteſt, vt in exercitu ſeditio excitetur, ſed confeſtim radicibus auulſa extinguitur. In prudenti igitur Duce nulla ſeditio, ſed ſtulto, ignauo, aut improbo.

CAPVT VIII.

Sarracenorum Regnum.

SEmper vt exiſtimo partes mundi quietæ ſunt, ſemper maior' pars tyrannide premitur; magna pars etiam bello vrgetur. Noſtris temporibus timemus Turcas, olim Romani orbem agitabant: Inde Getæ, Cimbri, Parthi atque alij populi, numeroſiſſima cum gente è Septentrione velut Hunni, vocati: nihil tamen Sarracenorum Imperio violentius, crudeliùs, mirabilius. Cœpit ab exceſſu Muhamedis Anno Domini DCXXXVII. durauit ad Annum MCCXC. Annis CCCLIII: verum in XXXV. annis primis ferme tertiam partem totius orbis occuparunt. Nullum bellum maioribus viribus geſtum eſt, nullum pluribus militibus, nec tanta copia exercituum, nullum diuturnius, nullum denique magis continuum, vt cum terra marique exercitus & claſſes innumerabiles maximæque prodierint: ſæuitia Mahumetana, fide Punica, rapinis & incendijs barbaris. Ita diſſidentium religione, odijs antiquæ ſeruitutis Romanorum, celeritate atque aſſiduitate Afrorum, feritate hominum, qui nec filiorum charitatem aut ſanguine coniunctorum agnoſcunt. Hos primum eiuſdem cultus Turcica gens contudit, eadem noſtris temporibus Sultanis Ægypti tyrannis euerſis deleuit: magno dedecore Chriſtiani nominis, qui non potuerint vnquàm tam imbellem hoſtem Chriſti ſepulchro liberato, ſubigere. Ergo res humanæ ſuis terminantur circuitibus, & vnde principium ſumpſerunt, ibi finem aut propè inueniunt. Nunc Seriphius quidam ſolus magnus in Africa adhuc tyrannus viget. Ita omnium eſt viciſſitudo. Hos humani ſanguinis tam prodigos effuſores, vt ſuæ ſortis immemores, & quietis omnis, & diuinæ partis quam in ſe retinent, & Fati quo etiam ad idem reuocantur, denique fugacis non ſolum vitæ, ſed etiam memoriæ ac gloriæ omnia non poſſum laudare, quin potius ſortis eorum atque amentiæ miſereri decet. Nam quòd ad reliqua attinet, quid aliud dici poſſunt, quàm vltores ſcelerum in deſcendentibus, quæ proaui ſui ſecuri in miſeros admiſerunt. Hoc igitur tempore floruere Arabum litteræ: Alexandri autem Græcæ; Romanorum Latina lingua. Sequentibus temporibus ad Sarracenos vſque in Græcia vix ſeruata ſunt, quæ inuenta erant. Hac tempeſtate Artes mechanicæ vocatæ, magnum acceperunt incrementum: ſcientiæ ipſæ obrutæ ſunt librorum multitudine, quorum non fuit propoſitum quicquam adijcere inuentis, ſed interpretationibus garrire. Neque enim præter vnum Veſalium qui in Anathomia aliquid profecit, & quæ inuenta erant in ordinem redegit, & clarius lumen in eis attulit, quam alius quiſpiam qui vel minimum dogma inuenerit. In quo neſcio an magis euentum admirer, an ſocordiam damnem tot, qui ſacro nomini addicti ſunt.

CAPVT

CAPVT IX.

De Succeſſionibus.

IN his accipere oportet leges ciuiſes & religionem. Eſt enim triplex ſtatus. Regnum cui opponitur tyrannis : Ariſtocratia cui Oligarchia ; Reſpublica cui popularis ſeu Democratia. Harum quæ bonæ ſunt, ſine malis conſiſtere poſſunt. Malæ ſine bonis non diu. Nam in omnibus poteſtatibus neceſſe eſt aliquid eſſe iuſtitiæ, vt maneant & cohæreant partes inter ſe : & aliquid ſecundum ſpeciem ob plebem & ignaros, & aliquid iniuſtitiæ ob humanarum rerum imperfectionem : mortale enim eſt omne imperfectum & nunquam abſolutum. Religio autem Chriſtiana circa æqualitatem, & quietem & medium verſatur : Mahumethi autem circa inæqualitatem, & motum aſſiduum, & extrema. Quo fit vt regna omnia pereant, cum ad vltimum deuenerint : quibuſdam quidem communibus, quibuſdam verò proprijs. Propria ſunt quietis ; ſocordia, luxus, contemptus, & per bella externa corruere: Mobilibus autem violentia, ſæuitia, iniuria, ſeditio. Neque & in eodem manere poſſunt ob materiæ perpetuam fluctuationem. Mobilia vt Romanorum & Turcarum, aduerſis & hoſtibus conſolidantur: ſecundis diffluunt ac diſſoluuntur : quieta ſecundis florent, aduerſis euertuntur.

Turcarum imperium vi retinetur, quoniam circa extrema eſt : Chriſtianorum amicitia concordia, pace, bello diſſoluitur, quia vim tantam non habet, vt continere poſſit inuitos, quod plurimis experimentis patuit. At Turcarum vis, ſi remittatur ob inæqualitem, diu manere non poterit. Vbi ergo deſinat eſſe hoſtis, & cum ad ſecuritatem ſpectabit, verſis in viſcera telis, poſt luxum diſſoluetur. Maxima autem eſt diſtantia, & in opibus, & felicitate, & ſapientia, inter maximum ac minimum, non autem inter Chriſtianos: vnde cum ad cognitionem peruenire populi potuerint, contineri deinceps nequibunt. Interim verò ad bellum vtrique magis idonei ſunt, quod non ſolum in eis ſed & Romanis ac Lacedæmonijs viſum eſt, quorum aſperior vita domi, & ſpes maiorum in his qui non ſunt ſtolidi, ad bellum & difficilia omnia ferenda alacres reddebat. At cum omnia quiete & motu conſtent, adeò vt in cœlo poli quieſcant, medius circulus ſolùm moueatur, reliquæ partes tam motus quam quietis ſint participes, adeò vt nonnullæ acie oculi ferantur ocius, aliæ lentius limace: Et terra ipſa tota cum quieſcat, ſingulis partibus moueatur, atque ita de reliquis : ita in humanis motui quies admiſta eſt. In partibus ergo quibuſdam firma quies, ſtudia diſciplinarum : in alijs bellum, tumultus, prorſúſque calamitas ſibi & alijs, velut in illis felicitas. Neque ergo vereri oportet, quod omnia euertantur, ſicut nec ſperare vt omnia conquieſcant. Sed in paruis motibus paruæ mutationes & aſſiduæ, fluctuantibus partibus : in magnis autem bella, excidia, miſeriæ repentinæ, interius maior quies.

Quod verò facit, vt magni motus non diſſoluant compagem, eſt ordo quia redigitur ad vnum, & quoniam impetus extra fertur : cum ergo impetus extra ferri non poterit, magnis atque immenſis agitationibus moles concutietur, & tandem vi, non primùm diſſoluetur : Apparebúntque ob id exempla inaudita, tum virtutis, tum flagitij. Fieri ergo non poteſt, vt vel ab externa vi diſſoluatur manente motu, nec ab interna, manente quiete : Sed quæ mouentur ſi diutius moueantur, omnia colliquabunt, poſtmodum diſſoluentur : Quæ quieſcunt, à vi externa. Cum verò ſummus honos ſit diuitijs, & ſumma miſeria in plebe, omniáque moueantur perpetuò, maximè miſeram illorum vitam eſſe neceſſe eſt. Solus enim Princeps immobilis eſt : Idque optimum ad vitandam ſeditionem, perpetuas inſidias, velut noſtra ætate in Gazele erga Ægypti tyrannum. Adiuuant autem & ad hoc caſus & vis aſtrorum, & forſan peculiaris aliquis ordo Diuinorum. Porrò vtrique generi gubernationis, & in vitioſis etiam poteſtatibus communia ſunt duo ; adulatorum calamitas ; & vt fortium virorum præmia, doloſi atque hi qui à libellis ſunt, ferant. Sic Vlyſſi aſcripta ſunt Achillis arma, præterito Aiace, nec ad hanc vſque diem inuentum remedium. Neque minus hoc in Democratia, quam tyrannide vel Oligarchia : ſed in regno aut Ariſtocratia vel Republica. In mobilibus autem longè ſæuius, velut patuit in exemplo Bagoæ apud Alexandrum.

CAPVT X.

An peſtis ſit ex neceſſitate conſtitutionis mundi.

VIdetur autem magna dubitatio, an vt quidam dicunt, peſtis ſit velut in corporibus fluxus ventris periodicus. Abundante enim humano genere, nec natura ferente tantam multitudinem hominũ, tum ob vrbium plenitudinem, tum ob inopiam alimentorum, videtur neceſſaria peſtis, vt ea multitudo alleuietur. Simile quidem argumentum à cauſis quæ id agunt ſumitur: ſeu ſint aſtrorum conſtitutiones, ſeu temporum, vt narrauit Hippocrates. His autem cauſis homines reſiſtere non poſſunt. Solent & præcedere peſtes prodigia magna, vt Hiſtorici narrant, præuiſa autem à Deo vitari nequeunt. Diximus de hoc mirabile exemplum in libris *Theonoſton*. Si quidem ſinguli euadere poſſunt;

ſint, poſſent & omnes, atque idem ſimul eſſe ac non eſſe: neque ergo auxilium. Multæ etiam ſunt peſtilentiæ, quæ tempus ad auxilia non relinquunt, cum intra primam diem interficiant. Quidam exiſtimant vulgarem illam quæ cum maculis aduenit, ſimilibus his quas pulices efficiunt, non eſſe ab aëre, quòd neque animalia reliqua prius corripiat, nec vilem magis plebem, ſed nobiliores potius, & bene numatos ac compoſitos. Sed ſi non ex cœlo atque aſtris, aut aëre id fiat; vndenam, cum non ex contactu, velut ea quæ cum bubonibus aduenit, contingat? Itaque ſtultum eſt, vel ſenſum negare, vel rationem euidentem, quæ potior eſt quaſi ſenſu propter rationes obſcuras, & auctoritates malè intellectas. Quòd enim omnis huiuſmodi peſtis animalia occupet, hoc non dixit Hippocrates: bene id inter prognoſtica futuræ peſtis & magnæ cenſetur, ſi animalia quædam humano generi prius intereant gregatim, vt pecudes & iumenta. Sed neque hoc ſignum certum eſt peſtis futuræ, quandoquidem ſæpe contingat peſtis in ouibus aut bobus, non tamen in hominibus: neque neceſſe ſit, ſi hominibus ventura ſit, contingere prius illam in huiuſmodi animalibus, cum vtrumque horum ſine altero acciderit. Anno ſcilicet MDLXII. peſtis in hominibus multos perdidit, morbúſque communis erat, non tamen animalium genus vllum æſtate præcedenti, cum hoc Autumno contigerit, peſte gregatim attactum interijt: nec etiam cum boues mictu ſanguinis interirent anno MDXVIII. multo poſt tempore peſtis vlla aduenit in hominibus. Et ſi hoc neceſſe eſſet, pariter eſſet neceſſarium vna ſpecie affecta, penè omnes ei ſimiles affici, quod vanum eſt. Eſt enim hæc ratio communis. Dicemus ergo, vel cum omnes animalium ſimiles intereunt, timendum eſſe; nec tamen omnino certum, cum homo cuiuſque animalis temperamentum gregatim ſubeat, vt Mediolanenſes Boum, & Galli aprorum, & Germani canum, & Hiſpani luporum atque huiuſmodi, ſed contractis ac retuſis elementorum non ſolum qualitatibus, ſed etiam ſubſtantijs, vt in contradictionibus diximus. Si ergo ægrotant canes, ſolum ægrotabunt homines, ſi in Germania ægrotauerint. Et idem de tauris Mediolani. At ſi ægrotent animalia diſſimilis naturæ, id non continget in illa regione magis, quàm ſi peſtis ſues inuadat, vt canes attingat in eadem regione: ſed neque in alia, cum ibi cauſa illa ſeu cœli conſtitutio, ſeu aëris corruptio non vigeat: nam cœlum etſi commune ſit, ad alias tamen & alias regiones comparatum, diuerſam habet rationem agendi.

Quapropter ægrotantibus ex conſenſu animalibus cum hominibus, ſeu ante, indicium ſumere licet hominum illius regionis, ad ea animalia ſimilitudinis. Sed etſi peſtis hominum peſtem animalium comitetur, maior plerumque eſt, quoniam iam ſimilitudo eſt manifeſta. Quòd verò inuadat peſtis nobiles magis quàm plebeios, ex *primo de Venenis cap. 9. &* 10. cauſam docuimus: hic autem clarius. Nobiles melius concoctos habent humores & meliores, id eſt ad ſanguinis naturam propius accedentes, ſed tamen biliofiores, ob cibos tenuiores & calidiores, & vina potentia, tum odorata; & Veneris vſum frequentiorem; ſed & ſeroſo excremento magis ſanguis eorum abundat, quoniam minus exercentur. Ob id cum vniuſcuiuſque conſtitutionis proprium ſit, efficere peſtem humori cuidam magis infeſtam, tum membro & ætati: ob id peſtis genera diuerſos magis affligunt; ancillas, ſeruos, nobiles, mediocris conditionis viros, pueros, ſenes, bilioſos, atque huiuſmodi: rariſſimè tamen qui paucis vtuntur cibis, & plurimum exercentur; nam neque ſeroſus humor in his abundat: neque imbecilles habent vires, idque etiam minus ſi in locis perflatis ac liberis agant, vt venatores & monticolæ. Ex ambiente igitur huiuſmodi peſtis cum ſit, vt reliquæ aliæ quæ non ex contagio fiunt, quædam etiam ſubitò interimunt. Sed eſt alia meo iudicio ratio efficacior? velut enim ſterilitates quædam ſunt aut inundationes, aut terræmotus, qui omnino gentes interimunt ac delent: atque ita ictus quidam alij qui ſanantur, alij qui ſtatim interficiunt, velut ſi cui caput amputetur, aut cerebrum totum confriegatur, vel cor vulneretur, abſurdè quis dixerit hominem illum ſanari certo medicamento poſſe: hoc etiam eſt ad fabulas conuerti, ita eſſe peſtis genera exitialia prorſus. In his autem quæ curam recipiunt, ſimilia quæ in vulneribus ſanabilibus, miracula contingunt. Nam ſi quis partes eas ſimul iungat, ac imponat medicamentum ſanans recentia vulnera, quod quale ſit cum tot nugis quæ Galenus non docuit: ſublato enim dolore ſtatim coaleſcit, & iuxta magnitudinem partis maiorem aut minorem tardius aut celerius adhæret, ſic vt nec pondere diſiungatur, ita vt non totam diem moretur, huiuſmodique compoſitionem alias, alias docuimus cauſæ rationem: ita & in cura peſtis quæ ſanationem admittit. Eiuſmodi enim Alexipharmaco ſtatim conquieſcit vis veneni.

Ex aduerſo multa ſunt, quoniam non videtur vlla peſtis toto genere à cœlo facta, perniciosa; cum aër ſit communis, & ſi ſic poſſet infici, etiam perire poſſet totum humanum genus, quod curæ Deo eſt. At non ſic in ſterilitate, aut inundatione, aut terræmotu: cauſa enim ex cœli conſtitutione vel ex cometis ad partem ſolam reſpicere poteſt, aut paucas, non ad totum orbem. Imo ſi inundatio fiat in parte aliqua, antipodes ad illos auocato ad contrarium humore, laborabunt ſiccitate: Et quæ in conterminis erunt, earum viciſſitudinem

tudinem

tudinem ad temperamentũ habebunt vtilem, ac ſimilitudinem referent. Quædam etiam animalia euadunt peſtem, diximus autem homines quoſdam etiam ſimiles his animalibus, quoſdam illis; qui igitur homines ſimiles erunt his animalibus quæ à peſte immunia ſunt, hi etiam euadent contagium.

At dices, igitur tot erunt differentiæ in hominibus quot in cunctis generibus animalium: & tantum diſtabit homo ab homine, quantum lupus ab aſino: at videmus homines omnes infici à peſte, & eſſe commune aliquod omnibus. Reſpondeo non temperamentum eſſe commune, ſed moderationem atque miſtionem ad minima quæque, & coctionem ac remiſſionem qualitatum, quibus fit vt omnibus immunis, natura hominis aſinini minus diſter à natura hominis lupini, quam aſinus à lupo. Accedit quòd in magnis peſtilentijs auxilia quædam propria inuenta ſunt circa finem, quæ ſi inuenta fuiſſent à principio, ceſſaſſet peſtis, ſicut auxilium impoſitionis tanarum in peſte anni MCCCCLI. Si igitur in ſingulis hoc accidiſſet, manifeſtò omnes ſopirentur: nam & in ſudore Anglico qui hominem perimit intra viginti quatuor horas, inuenta eſt curatio rationalis, quæ multis profuit. Venatores etiam, vt dixi, euadunt, & ideo ſi quis per vſum ciborum eam temperaturam ſortiatur, nihilominus tutus erit. Aër etiam non poteſt eſſe communis ob motum in putredine, quia vt diximus alias pertingit vſque ad cœlum lunæ, & eſt altitudo CLX. paſſuum ad minus, quomodo ergo vniuerſum infici poterit? Omnibus prætetea venenis videtur natura præparaſſe Alexipharmaca ſua, itaque & peſtilentibus febribus, ſecundum tempora & rationem diuerſitatum.

Hic ergo cadit dubitatio eadem, de qua *in libris de Fato cap.* 1. ſi ſinguli homines perire poſſunt, cur non ergo omnes, & finiri genus humanum? ſed illud alio ſpectat: nam non finitur genus humanum peſte, ſed gens tantum; Nec inuenitur vlla in hiſtoria, quod vlla gens extincta ſit ad internecionem ex peſte. Qui ergo ſuperfuerunt, habuerunt vim Alexipharmaci contra peſtem illam: Igitur medicamenta ſub eodem temperamento poterant reſiſtere peſtilentibus febribus eius generis, ſed non in omni, ſicut dictum eſt de vulnere in corde, contuſione cerebri, atque huiuſmodi. At multa occurrunt, quæ impediunt: magnitudo morbi, morbus alius adiunctus: morbus confirmatus iam, imbecillitas virium, incommoda, timor & deſperatio, error, defectus medicamenti, vel ſi non ſit quale eſſe debet, & talia huiuſmodi. Datur ergo genere, non autem in ſingulis proficere poteſt: Tum maximè quod à principio ignotum eſt, & eouſque malè poſſumus obſiſtere. Simpliciter ergo ſeruari poteſt gens illa, ſed non contingit ſeruari, & in ordine rerum eſt ἀδύνατον, fato continget enim vt vix vnus aut alter ſeruetur. Fieri ergo poteſt, vt ſit ex neceſſitate non ſolum Fati, ſed etiam ad ornatum Mundi, velut quòd pereant imbecilles, morboſi, mali habitus, intemperati, & ex conſequenti praui etiam; & ſurgat nouum genus hominum incolumius, melioris habitus, formoſius, robuſtius, longioris vitæ, ſimplicioris animi, ac meliorum morum, & tamen non deſit Alexipharmacum, non ſolum vt ad aliquos, ſed generaliter

CAPVT XI.

De Erroribus vnde homines miſeri euadunt. Et quæ optima Reſpublica.

PRimus eſt: non ſtatuere certum ordinem in rebus, veluti libertas; inde optimæ leges; demum optimi Domini. Errarunt Falerij, qui ob egregium factum Camilli reſtituentis pueros, quos magiſter ludi litterarij prodiderat, Romanis, & vinctum tradentis magiſtrum, vrbem Romanis dedere; quaſi vnus homo eſſet ſimilis omnibus, & ad eundem perpetuò adminiſtratio Reipub. pertineret: & qui ſucceſſuri eſſent ex Romanis eandem rationem retenturi; vel etiam ipſum Camillum conſtare bono animo hæc & ſincerè egiſſe; nam & multi tyranni talia agunt decipiendi populos ſpe, tantum abeſt, vt beneficij cauſa. In eundem errorem inciderunt Hiſpani dedentes ſe Romanis ipſis, quod Scipio Romanorum Dux pulcherrimam virginem, ac principalem, nuper vni ex primis viris deſponſatam, intactam, & ſine pretio reddiderit: cum conſtet poſtea toties ad deſolationem vſque poſteros illorum à Romanis fuiſſe afflictos, & exciſos. Debuerant igitur Falerij, & Hiſpani donis magnis Ducum liberalitatem compenſare, & longè ſupra acceptum beneficium eſſe liberales, & non priuato lenocinio prodere Reipub. ſuæ libertatem. Itaque libertas, deinde leges cuſtodiendæ; poſt habenda ratio beneficiorum, & reliquarum virtutum, & in Principibus, & in cæteris ciuibus.

Secundus eſt quod repugnandum eſt omnino ad exitium vſque, ne iugum recipiant qui liberi ſunt: nam aut perpetuò ſeruiendum erit, habendáque omnia, opes, libertas, liberi, vxores arbitrio alieno; qui etiam cum ſint homines Martij, neceſſario iniquiſſimi ſunt, rapaces, & flagitioſi, aut proditores, euadere ſeruos, cum licuerit, fortes eſſe, liberoſque: nec eſt vt neceſſitatem quiſquam excuſet; nam auaritia, & diſcordia inter ciues, & ob id iniuſtitia ſubiguntur Reſpub. & Ciuitates hoſtibus, non vi illorum: O quàm bene dicebat Pythagoras *Si iuſtitia non deſit, omnes ciues vnus homo ſunt.*

Tertia

Tertios error eſt immenſa illa cupiditas dominandi; vnde perpetua bella, quæ à tyrannicis legibus oritur. Hæc igitur primùm ad proprios ciues: ad alienos autem populi inquieti, leges improbæ, animi rapaces, luxus, inertia, & pompa, ambitióque veſtium in cauſa ſunt: vbi hæe apparent continuò occurrere decet; Imperium parare, ſed æquale ad occupandum ineptum, ad tutelam ſecurum & validum, quala in Germania, & longo iam tempore apud Eluetios viget. Tredecim ſunt, quos vocant angulos, regiones cum vrbibus ijſdem, legibus, & vno fædere iunctæ, vt quod omnes ſanciunt, omnes obſeruent; nullus angulus de pace, aut bellò ſine communi conſilio quicquam decernere poteſt. Adeò autem vinculum firmum fuerit, vt religionis diſſidijs diſiuncti, adhuc tamen fœdus retineant. Itaque mihi omnia conſideranti, hoc vltimum eſt felicitatis genus in hac vita: nam felicitas non poteſt eſſe ſine diuturna pace: pax diuturna eſſe non poteſt niſi populus plus legibus pacis, quam belli valeat; & tamen aduerſus iniuriam externam tutus ſit: non poteſt eſſe ſtodijs pacis validus, niſi multitudine, ac ſitu, & exercitatione, meditationibúſque armorum inſtructus. Ob hoc igitur eorum optima, & quantum fas eſt humano generi ſecuriſſima, ac longiſſima quies, & Reipub. inſtitutio; quam nemo auſus eſt per tyrannidem occupare, nec vi aggredi poſtquam conualuit, nec nugis Platonis depicta, vel etiam adumbrata; nec Ariſtotelis acumine viſa. Eſt longè quietior illis, in quibus dominari neceſſe eſt, vincereque; & periculoſum vinci, & alios tueri, cùm vix nos ipſos poſſimus. Illam neceſſe eſt ſi diſſoluatur, à Deo, aut à ſemetipſis, diſſolui.

CAPVT XII.

De tribus humanis Principijs.

VIdentur autem hominum tria in vniuerſum eſſe principia. Proprium quod minus poteſt, in maiori tamen eſt obſeruatione, quoniam totum eſt in hominum poteſtate: naturale, atque diuinum; neque genus noſtrum ſine horum ſingulo conſtare vel momento poteſt. Dicimus autem de his, quæ naturæ lumine cognoſci poſſunt. Horum ergo primum fabula eſt: in vnum enim conſentiunt homines, perinde qui Regem ac magiſtratus in conuiuio creat, atque illi congregationi parere neceſſe eſt. Adeò vt ad imaginem diuinorum pulcherrimum ſolum ſtatuant, & delicias, & maieſtatem, & imperium, & ordinem, atque miniſtros, & reuolutionem, ac ſpeciem quandam æternitatis; quod maximè in Romana Repub. videre licuit; apud quos decreta Senatus, populique, atque alia quæ his permiſcabantur, non ſecùs ac res inuiolatæ habebantur; & quicquid fingerent hi, ac ſi è cœlo demiſſum foret ratum habebatur: in quo genere ſunt regna, & ciuitas; tum adminiſtrationes, & ſimilia. His vincula, cruciatus, orbitates, mors, & poſſeſſiones bonorum auferuntur: quodcumque ſtatuunt, ac ſi lege quadam certa conſtitutum ſit, ſeruatur. Si quis violare tentet pro impio habetur. Et hanc fabulam etiam in ſui perniciem tutatus eſt Socrates, tanquam res ſit quæ fabula eſt, diuinum quod hominum opinione conſtat; & plerumque peruerſa, & iniqua. Et certè executione iniuſta, exemplo crudelis, & potentioribus, ac callidioribus fauens. Videntur tamen Dij ipſi hanc Tragi-comœdiam tueri, non ſecus ac viri puerorum repræſenſentationibus gaudent. Sed hæ nil mali continent, ſed ſolum ridiculos geſtus, habitus, actiones, tum etiam perſonas. At noſtra Scena habet cædes, latrocinia, incendia, vixque quicquam continet iuſtum. Quid eſt ergo quod Dij his delectentur nobis longè meliores, quæ nos ipſi quanquam iniuſti damnamus, & horremus, nec delectant nos, niſi quia conficta eſſe ſcimus: aut ſi quando iuſtam vltionem ſubſequi audierimus. Propterea & rectè ob hoc dictum eſt hominem eſſe Deorum ludum: & veriſimile nihil nos iniuſtè pati, aut nihil inultum admitti eorum quæ iniuſtè fiunt. At eſſe hoc regnum maiore in admiratione reliquis duobus, oſtendunt actiones hominum: captiuum enim, & in carcere vinctum toto cenſu redimunt, etiam ſi nihil prorſus ſuperſit; ab impietate, à morbo duobus aureis liberate grauamur: ſed tamen hoc ipſum etiam Deorum donum eſſe ex hoc cognoſcimus, quod longè deterius agitur his temporibus, & gentibus, quibus hæc deſunt. Vt videatur potius neceſſitas facti, quàm quod origo rei, & adminiſtratio haud bona ſit. Trahit autem multa ſecum hic mos Senatus, Magiſtratus, Collegia, Leges, conſuetudines, mores, pompas, ludos, Societates, factiones.

Poſt hanc eſt Lex naturæ, quam etſi longè poſt habeant homines, illa tamen quaſi nos rideat, & Regibus, & Tyrannis, & Rempub. adminiſtrantibus, mortem florentibus: & cruciatus beatis, & ſenectutem & contemptum his, qui diutius reluctantur, infert: oſtenditque magnam partem miſeriarum ab illa pendere, beneficium autem totum ſolum eſſe ſuum, quanquam ingrati id agnoſcere diſſimulemus. Et quales tortores comparabis calculi & podagræ doloribus, atque adeò aſſiduos? neque remittit illa quicquam è dignitate ſua, non commota figmentis noſtris: imò illis ad excruciandos nos vtitur. Videas ſenem diuitem à filio luxurioſo ſpoliari, ipſum naturæ impedimento partis vti non poſſe. Itaque & hoc quamuis neglectum, & minus in admiratione quàm primũ, nobis perpetuò adeſt: eſtque longè potentius.

Tertium

Tertium principium diuinum eſt, quod neque omnibus gentibus, neque omni ætati, nec omnibus hominibus illius ætatis communicatur, ſed ſolùm ſapientibus, ac bonis, póſtque ſedatas perturbationes. Genus hoc hominum Philoſophorum à ſapientiæ amore nuncupatum vocatur, quorum caput fuit Ariſtoteles, ſed tamen & Plato initium quoddam locupletius ei dedit: ſed antea multò qui in Græcia vocati ſunt ſeptem Sapientes. Et multò ante apud Ægyptios, antiquius; apud Chaldæos. Non pura tamen fuit hæc ſapientia, ſed inſtar auri obrizzi: quippè humanis affectibus, figmentis, atque conſuetudinibus permiſta, & fœdata. Attamen hæc ſola felicitatem affert: ſed cum rarò paucis, nec potentibus adueniat neglecta, & non pro ratione rei in honore habita, nec tamen permiſſum eſt, vt à vana illa hominum fabula euertatur; quinimo optimis quibuſque Societatibus, aut Societatum Principibus imperatum eſt, vi animæ quædam diuina ſentiente, vt ſacram Philoſophiam tueantur: nam qui perdere hos ſtudent, in maximas calamitates incidunt. Primùm enim ab hac aſtrorum curſus docentur, harmonia continetur, & ponderum, menſurarum, numerorúmque modi, tum medicina, naturæ arcana, multáque huiuſmodi. Sed eſt anguſtum vaſculum mentis noſtræ, quod adeò admirantur ſtulti, vt vel minimo diffluat, & effundatur è labris. Et niſi eſſet, quod varia capacitate, & natura eorum quæ infunduntur, impletur; ſtatim fermè in ipſis diſcendi initijs conſiſteremus.

Ergo tota vita humana his tribus agitur: ſed ſecundum ob conſuetudinem minus graue onus videtur, minoríſque momenti: tertium pauci habent. Et qui huiuſmodi non ſunt participes negotij, non eſſe credunt; ideo tota humana vita ad id redigitur, de quo tantum cogitare videntur mortales, hoc emolumento ſolo, vt miſeræ conditionis obliuiſcantur: ſed ſi breuitatem temporum, & multitudinem actionum conſiderarent, facilè intelligerent ſe hac opinione eſſe miſerrimos. At hac coniunctione cum Dijs ipſis feliciſſima euadit mens noſtra, & modico limite coniungitur terminis infinitæ ſapientiæ. Nec difficile eſſet hæc videre, ac deflectere in rectam viam, niſi aſſiduum exemplum tot errantium nos moneret, in quibus ſpectamus ſolum quid agant, non quis actionis ſit finis.

At cum permiſceantur, maior eſt labor in inquiſitione; an liberum ſit humanum ac naturale à diuino: humanum enim, ac naturale neceſſariò, & manifeſtè coniuncta ſunt: nemo enim niſi inſanus medicum, & ruſticum, & piſtorem aſpernatur; ex lege enim naturæ ſunt, neque Senatum, aut Regem, & ſatellites: hæc enim ab humana potentia proficiſcuntur. Diuinum & in cœlo, & aſtris manifeſtum eſt; an verò miſceatur his, dubium eſſe plures exiſtimarunt, quòd regna debentur ſæuis, & impijs. Quid dirius Annibale? quid Romanis iniquius, qui orbi dominati ſunt? An quamdiu ſæuitia, & ambitio inſana cum virtute coniuncta fuerunt, liberum fuit humanum regnum à diuino? Sed cum Annibal non laudem, & patriam, & fortitudinem ante oculos habuit, ſed luxui ceſſit; ſperans nil poſſe Deos, omnia ſua in ſolertia eſſe conſtituta, Capuæ delitijs delinitus, nec quicquam intereſſe tot cædes inſontium, & imbellium, ſpoliata per ludibrium templa, adeò vt etiam à milite præda relinqueretur; tum expertus eſt Deorum iram, vel hoc vno quòd Capuam non ſolùm, ſed præſidium eius cum fortiſſimis Ducibus Boſtare, & Hannone ſpernere coactus ſit, maiore dedecore omnium partarum victoriarum laude. Sic vbi nimis deliquit, Dijs monſtrantibus tandem vindictam pro tot inſontibus occiſis, trucidatis fratribus & euerſa patria, ſibi ipſi manum deſperatione inferre coactus eſt.

CAPVT XIII.

De litterarum monumentis, & libris.

INter præcipuas autem humanarum rerum ſucceſſiones eſt librorum ratio, quorum nullus finis eſſe videtur, vnoquoque quæ in mentem veniunt, ſcriptis mandante, nec vllum infinitius negotium. Et certè ſucceſſio infinita eſt, etiam ſi vnus tantum ſingulo ſeculo ſcribat: hominum autem multitudo finem habet, etiam ſi orbem ſtellarum pro terra incolerent. Quamobrem neceſſe eſt breui deficere lectores librorum multitudini, & corruere eam copiam ſucceſſu ſuperuenientium: eò magis quòd qui poſterius ſuccedunt; lingua, oratione, & ſenſibus, temporibus illis præſtant, & abblandiuntur, quod in Poëtica minimè latuit Horatium. Quid ergo ſingulis temporibus contingit, vt quidam collectis in vnum multorum laboribus, vnus pro multis legatur, in cuius ſcriptis omnium præcedentium ſententiæ, & ſplendidius comprehendantur, vt ſeculo magis florido, & à viro ſapientiore deſcriptæ. Sic referunt de Hippocrate, & Gnidiorum Medicorum ſchola. Et certè vel illorum, vel maiorum ſuorum ſcripta collegit. De Ariſtotele, & Galeno dubium non eſt. Eo modo procedit Doctrina humana, quæ tamen præter id multis affligitur incommodis, inundationibus, peſte, bellis, linguarum & legum mutatione. Reliquum Ariſtotelis collegit Theophraſtus: Plinius Romanorum, & Græcorum ſcita coaceruanit; antea felicius multò, ſed prolixiori ſermone tentatum à Mateo Varrone. Denique ſuperſtites ſunt ſolùm hi, quos

æquare non licet ingenio, aut felicitate, ſeu ornatu.

CAPVT XIV.

De tribus Generibus artium, & tribus ſpeciebus artium vtiliſſimarum.

TRia ſunt artium genera: neceſſatium, vtile, & voluptuoſum. Velut ars fabrilis, & coqoendi cibos neceſſariæ ſunt, velut & venario, & piſcatio: nec neceſſatium hîc ſimpliciter intelligi volo, ſed quo maximè indigemus: voluptuoſum vt limbolaria pigmentari: vtilium è genere eſt veſtiaria, fabrorum lignariorum, & ædificandi. Ex hoc genere ſunt quæ hominis felicitatem perficiunt: tres ſcilicet, Aſtrologia, Medicina, & Iuriſprudentia; Aſtrologia futura docet præſcire, vt ſi ſcire eam liceret, omnia poſſemus deuitare externa incommoda. Medicina autem ſi perfectè nota eſſet, interna ſeruare poſſemus, & vitam per plura ſecula producere. Iuriſprudentia æquâ viuendi rationem docet, quia nihil iucundius in tota vita humana eſſe conſtat. Has ergo diſciplinas Deus vt illius poteſtatem oſtenderet, eſſe docuit: non tamen ad nos peruenire voluit, ne tam ingratis contingeret tanta felicitas; quin etiam eos, qui ſunt conati oſtendere vnam ex his mortalibus, grauiter affecit. Æſculapium fulmine percuſſit: aliquot qui leges in compendium, & facilitatem redigere conati ſunt, aut vita priuauit, aut pro inſanis haberi voluit: neque enim malis Principibus hoc vtile eſt, aut iucundum. Aſtrologos impedire non opus erat; nam per ſeipſos nimium erant impediti, & tamen multis, & atrocibus legibus ac edictis coërcentur. Neque dicendum eſt aurea ætate, cum meliores homines eſſent, innotuiſſe: nam tum neque neceſſariorum vſus ſatis notus eſſet. Ergo veriſimile eſt nunquam harum diſciplinarum vſum abſolutum futurum: Sed leges mutabuntur; Medicina latitabit; Aſtrologia ignorabitur.

CAPVT XV.

De ſtatu neceſſario, & his quæ ſunt.

CVm Deus voluiſſet hunc mundum adornari ad ſimilitudinem incorporei, creauit animal ſapientiſſimum, vt eum agnoſceret, & admitaretur opera hæc, & vt regnum conſtitueret adinſtar cæleſtis. Et ideo vt intellectu, & ſenſibus præſtaret, molle; & ideo iniurijs obnoxium. Ne ergo deficeret, & terræ deſolarentur, & maximè ob peſtem, inundationes, & talia; non præſtitit, vt verſatetur circa medium in multitudine, ſed vt abundaret. Quapropter fuit fæcundus, & ad libidinem pronus, & vt inter omnia animalia ſolus toto anno Venere vteretur. Vnde & ad libidinem etiam adulterij, & inceſtus, & puerorum ob ſtimolum pronus eſt, cum alia animalia ſolo ſexu fœmineo, pleráque & non niſi vno tempore anni: & quæ minus ſalacia ſunt, etiam vna vxore contenta ſint. Sed & multitudinem hominum ſuperabundare neceſſe fuit ob ſalacitatem, fœcunditatem, & quod toto tempore anni poſſit generare. Multitudine igitur abundante neceſſe fuit, plures eſſe pauperes, & tum ob ſterilitatem aliquorum locorum, tum ob deſides & voraces, & eos qui ſobole abundant, & ſimplices. Oportuit ergo legibus coërceri; humanis quidem manifeſta delicta, diuinis occolta. At lex quod mortuum eſt oportet animam indere, is eſt Magiſtratus: at Magiſtratus cum homo ſit, opes deſiderat, vel ob explendas voluptates, vel etiam ob commoda, aut ad ſucceſſionem alendam, neceſſe eſt igitur fieri iniuſtum. At ſi palam fiat à multitudine periculum imminet: omnia igitur mala, quæ facit, ſpecie boni agit. Non ergo Principes vel miniſtri neſciunt legibus vti, ſed nolunt: quocirca qui eos docere volunt, aut vt ſimplices continentur, aut vt contra propriam vtilitatem agentes odio habentur: inde occaſione nactâ plectuntur.

Ergo quid aliud eſt exquiſita iuſtitia, quàm animos rapinis, libidini, ſæuitiæ & vindictæ intentus; nam his quatuor cauſis mortales omnia mala perpetrant. At dices quodnam auxilium? quadruplex. Primum quod, vt dixi, in Antigorgia, in propria iniuſtitia pereunt. Secundum ſupplicia ab obitu. Tertium eſt quoniam omnia reuoluuntur in vnum: nam vt docui aliàs, & mille & decem millia annorum non plus ſunt qoàm vna dies, quoniam tandem finem habitura ſunt: at ſucceſſiones omnes videntur finem habere, aut ſaltem latere. Quartum quòd filij illorum cum ſint opulenti, redduntur deſides; at hi ſunt propriè materia ſuccedentium magiſtratuum: gnauos enim non audent ſpoliare propter periculum: inopes nolunt nec poſſunt, cum non habeant quod tollant. Ita ergo viciſſim humana multitudo circumagitur.

In vniuerſum homines appetunt felicitatem; ea conſtat ferme tota potentia, potentia opibus, opes parantur dolo & vi, ideóque improbitate: ideo Mundus fit improborum & deſcendentium illorum innocentium ſoboles, pars imbecillior deſtruitur, pars vilioris animi premitur, præſtantior agris colendis ſe dat, & ad montes ſe recipit. Poſt vbi iam ob malitiam ſe mutuò pereunt, non poteſt conſiſtere ſocietas humana, ſed viciſſim ſe vrgent, donec concidant, aut ira diuina deleantur: inde deſcendunt è montibus & in cultis locis ſtirpes generoſiores atque robuſtiores innocentium, quæ iterum

rum mundo dominantur: hícque circulus perpetuò regnat.

CAPVT XVI.

Quorum gratia non minuitur tria.

TRia ſolùm ſunt ſub luna, quorum gratia non ſeneſcit: aſpectus ſyderum. Anima, & qui in ea ſcientiæ: & quæ cum renouatione coniuncta ſunt; Ideoque eatenus refflorent, vt adoleſcentiæ & prata, reliqua omnia deteriora fiunt aut manifeſtè aut occultè.

CAPVT XVII.

De reditu omnium.

REdeunt autem non ſolum naturalia ſpecie, ſed & opiniones ipſæ. Et admiſtæ naturalibus rebus opiniones: velut de noſtra natura, quid nunc lumine naturali verius aut conſentaneum magis, quàm quòd compoſiti ſimus ex Terra, Aqua, Aëre, & ſubſtantia calida, cæleſti, ſempiterna, omnia cognoſcente: accipit autem vehiculum, & eſt ſubſtantia ſemper mobilis; & accidens, & eſt calidum cæleſte; & animam, & eſt omnia ſciens: ac ſempiternum dicitur de ſubſtantia vtraque verè; de calore autem Metaphoricè vt in *Hyperchen* docuimus. Et quòd cum homo diſſoluitur & terra ad terram, aqua ad aquam, aër ad aërem manifeſtè accedat, cui dubium eſſe poteſt, quin etiam vehiculum, & quod in eo eſt, ad propria non redeat. Maneot igitur animæ, eædémque numero, quales ante ortum. Et quis neſcit hanc ad vnguem fuiſſe opinionem Hippocratis, iam duobus transactis annorum millibus, nunc renouatam à nobis primum, inde apud illum inuentam, quoniam eadem ſunt vera; eadem veriſimilia, eadem ex æquo abſurda in mentibus veritatis amantibus, & in diſciplinis exercitatis: parúmque hæc opinio à lege etiam differt; niſi quod lex ponit animas ita diuiſas, vt etiam ſint immiſtæ; hæc opinio ſanè diuidit. Quòd autem ſint immiſtæ; oſtendere non poteſt, nec audet pronunciare. At plurimum differt ab Auerrois opinione: nam ille non ſolum miſtas in vnum, ſed etiam indiuiſas facit. Hæc ergo eſt opinio media ad vnguem, inter legem Chriſtianam & opinionem ſapientum Philoſophorum, Peripateticorum, Theophraſti, Themiſtij & Auerrois, de quibus non eſt dubium, quòd in vnum non conſentiant, & quin ſit eadem. Et plurimum conformis eſt, non tamen eſt penè illa D. Thomæ, quòd diuidantur ac diſtinguantur numero penes comparationem ad corpora. Et hoc comprehendit dictum Philoſophi, quod opiniones eædem redeant infinities; veræ ſcilicet temporibus cultis, abſurdæ cum homines abſque ratione viuunt, & plebs imperita more ferarum dominatur: veriſimiles cum medio modo artes & diſciplinæ in honore habentur. Et comprehendit dictum præcedens vt dixi de renouatione rerum naturalium. Atque ſimul ac ſemel ego etiam video ad repetitionem ſtudiorum deueniſſe, quaſi ſit finis quidam vnicuique præſtitutus, ſaltem in rebus ipſis naturalibus: nam vt res vt dixi renouantur, ita par eſt etiam opiniones in eadem redire: non ita vt de Mathematicis quæ ad intellectum potentiæ, & ad animam quæ ſemper augetur, vt etiam Hippocrates dixit, & nos antea propoſuimus, ſtatuendum eſt; ſed perpetuò antea procadit.

LIBER SECVNDVS.

PARALIPOMENON

De Humana perfectione.

CAPVT I.

De Homine quòd omnium entium naturæ reſpondeat.

SÆpè dubitatum eſt, quomodo hominis temperamentum omnium entium mortalium naturæ reſpondere poſſet. Etenim homines videntur aliqui fortiores leonibus, vt milites illi qui ſe ſponte in funere Orbonis Imperatoris occiderunt, & Centurio Caſſij. Tum alij fugaces vt lepores: alij vident vt Aquilæ: quidam robuſti vt Elephantes, de quibus egit Plinius *Septimo naturalis hiſtoriæ*, ſic viuaces, ægri, odore præſtantes, ſicet, ſapientia ſolùm homini propria, ſed Dijs ſimillima. Quidam viperinis omnino moribus: alij contra vt narrabat Haſen *in libris de Animalibus*: de quibuſdam qui ſolo ſpiritu occidebant ſerpentes, & quorum ſaliua medebator illorum ictibus ſtatim. Fuiſſe præterea pueros gemellos, affirmat Albertus magnus, qui vt ſtatim feræ appropinquarent, illam aperirent; quòd Herculei lapidis vim retinerent, ſcilicet trahendi ferrum: atque ita repagulum trahendo, aperiebant oſtia. Ac de hisdictum eſt aliàs *in Secundo libro contradicentium*, ſed tem oon exquiſitè demonſtrauimus. Dico ergo quòd ſi gratia exempli accipiamus quinque partes terræ, & quatuor ignis, & tres aëris, & duas aquæ, nec fiat refractio niſi quanta ad miſtionem ſufficere poteſt, generabitur ærugo. Sed ſi ex tertia parte refrangantur omnia elementa, cum ſuis qualitatibus, generabitur planta eiuſmodi vt *Ranunculus*: ſi rurſus refrangantur ad dimidium, generabitur animal veluti *dipſas*: quòd ſi ex quinque partibus quatuor, homo natura ac moribus viperinis. Quoniam dum refranguntur elementa, miſcentur ad tenuiſſimas partes; inde perfecta facta miſtione, æqualitas quædam atque coniunctio ſequitur, ex qua admirabiles illæ facultates proueniunt, quæ à multitudine prouenire nequeunt. Sic in exercitu in hominis compoſitione, in omnibus nihil eſt vno præſtantius, vt in *libro de vno* diximus. Diuinum eſt appropinquare vnitati, vnde denſitas vtiliſſima eſt, quoniam vno proxima: in vnum coactis elementis fit mollis & æqualis ſubſtantia, qualis in homine inter animalia; in auro inter metalla. Quod verò tale eſt, denſum eſſe neceſſe eſt: & quod amittitur de qualitatum exceſſu, denſitate ſubſtantiæ reparatur.


Igitur refractio quatuor habet: remiſſionem qualitatum, optimam ſubſtantiarum miſtionem, vnitatem, ex qua omnes prodeunt vires, & mollitiem cum denſitate. Ex denſitate robur omnium operationum; ex mollitie, vt omnes figuræ ſubtilius delineentur. Quæ ergo refracta ſunt cum mollia ſint, admirabiles magis virtutes recipiunt. Propterea dicit Auerroës 2. *De Anima com.* 32. *Complementum autem animalium & finis eorum, quem natura in generatione intendebat, & cum eum aſſecuta eſt, quieuit, eſt genus animalium intellectu praditorum.* Et Tertio eiuſdem ex Alexandri auctoritate. *Propter compoſitionem multiplicem, quæ eſt in homine, fiunt virtutes diuerſæ:* Et ſexto collectaneorum *cap.* 5. *In homine ſunt multæ ſpecies compoſitionum, quia eſt vltimum compoſitum, & ob hoc occultantur proprietates ſingulorum.* Gentilis refert ſcripſiſſe Ariſtotelem Alexandro, quod homo continet vires omnium entium. Sunt ergo vires perfectiores ob vnitatem, ſicut videmus in elementis, & validiores ob denſitatem. Vnde illa admiranda proficiſcuntur, quæ pro miraculis habentur.

CAPVT II.

Quòd omnes ſimus redituri: Super verba illa Ariſtotelis veluti etiam vulgo dicitur; *circulum eſſe res humanas.*

HOmines ideirco perire Alcmeon inquit, quòd ſuum initium fini coniungere non poſſunt. Scitè pethercle, ſi quis non arctius recenſeat, ſed formula quadam eius verba accipiat. An ſi circulus ſit, circulus autem vnà principio & fine careat, priores neque nos illis, neque illi nobis eſſe propinquitate initij poſſunt, Obſcura verba, & tum magis ad antece

antecedentia. Vult enim quòd non iȷdem numero ſed ſpecie redeant: In quouis autem circulo nihil eſt ante, aut poſt: vt ſit æternitatis exemplum, circulus A B C:



inde contiguus ei C D E, & illi D E F, & ſint ſimiles. Planum eſt non eſſe coſdem circuitus, quoniam modò ponantur aſtra in eiſdem locis, & ſint circuitus, & etiam dies: dierum tamen qui ſuccedit, non eſt alteri præcedenti idem: nam accidentia diffluunt ſubſtantiȷs manentibus. Hoc igitur viſo ſi vnus circuitus ex altero oriatur, B, licet ſit æqualiter proximum D, ſicut C, ipſi E. Dato quod B & C maneant, quia redeunt: non tamen confert hoc quicquam ad rem, ſi B & C non maneant. Dicebat ergo Alcmeon ſi B maneret, donec peruenirer ad D, B eſſet immortale, & ideò nulla eſſet mors. Quomodo ergo dictum Alcmeonis verum eſſe poteſt, ſi B & D ſint idem ſpecie; nam pari ratione B, eſſet A & C: ſunt enim tres homines, vt ego, Ariſtoteles & Theſeus. Vult igitur Ariſtoteles B eſſe D ſpecie, id eſt ſecundũ ſubſtantiam, non autem ſecundum accidentia: hoc enim eſſet eadem eſſe numero. Quamobrem illud conſideratione dignum: Primum quod aliter ſi intelligatur nullum eſt dictum. Deinde quòd illud faſſus eſt *in ſecundo de generatione*, ſcilicet quòd ſi res circulo agantur, neceſſe eſt eadem prorſus redire: ſed ibi negat res circulo agi, ſed generationem ſemper prorſum procedere. Hoc autem dixit quod ad accidentia & ſecundas materias attinet: eſt enim directa quòd ad hoc pertinet. Et ſi redirent accidentia & materiæ ſecundæ, tunc prorſus eſſet ac ſi homo ille continua vita, quemadmodum Diȷ, frueretur. Sed negat ſecundã materiam & accidentia manere. Quid plura? hæc omnia egit ne concederet in opinionem Platonis & Alcmeonis, quem tamen vt inuentorem opinionis hac laude dignatur, & ne poneret mediũ inter idem ſpecie & numero: quod tamen ponit re, licet non verbis. Redibit ergo idem homo poſt circulum verè; & ita nulli fit iniuria, quòd prior natus ſit & obierit, quia eſt in circulo, qui ſi per ſe conſideretur, id eſt vt comprehendit omnes alios circulos, non habet principium neque finem: & vt non dicimus in cœlo hoc aſtrum eſſe, ante illud, ita nec Ariſtotelem ante me, nec poſt Theſeum. Si verò vt comparatur ad alios circulos, eſt in æquali diſtantia, & ita tantò propior re B quam C quantò B fuit prius quam A. Hoc autem oſtenditur etiam duabus rationibus, quarum altera eſt declarata in *Gugliermo*, & etiam in *Theonoſto*: altera verò ex hoc deducitur, quòd ſubſtantiæ eædem manent, & numero finitæ ſunt, accidentia autem infinita. Sicut ergo argentum quod ex aqua rediȷt in argentum, eſt idem verè primo argento, quia non fiet argentum infinitum, ſed ſolum quantum ſublunaris materia capere poteſt; ita & quantò magis homines, qui eandem materiam ſubibunt, erunt iȷdem numero quòd ad formam & materiam primam: diuerſi verò tempore, loco, materia ſecunda, parentibus, actionibus & accidentibus, vt ſolum quæſtio maneat, an intermedio tempore ſint. Et dico quod potentia ſunt, quia vtrumque manet forma & materia, deeſtque ſola coniunctio. De mente autem & anima videtur quòd ſecundum actum principiorum maneat.

CAPVT III.

De Humana imbecillitate.

POrrò noſtræ imbecillitatis & naturæ vmbratilis, ac euanidæ vſque in extremum nullum eſt maius argumentum; aut euidentius, quàm quod cum magis homo attollitur, & omnia pro voto conſequitur: tum eò magis ſentit vanitatem ſuam. Sit ſapientia felix; ſtatim agnoſcit ſe nihil ſcire. Hoc voluit Socrates, videri ſapiens, ſed audiebat, non ſciebat. Eſt enim hoc eorum priuilegium, qui ad ſummum mortalitatis in omni genere peruenerint. Velut in Diuinis, Mathematicis, naturalíque Philoſophia quorum omnium ignatus fuit Socrates, ad mores ſolum tranſlata cogitatione. Sit homo diues: intelligit non ſe ſed ſua appeti, & viuere ob id in maxima calamitate. Si filium cum dote egregia collocat: ille ei parat inſidias ſeu ob dotem quod rarò, ſeu quia aliam amat, aut

quoniam amare alium ſponſam putat. Moritur;lachtymas pauculus emittit patet,teliqua,ac ſi nunquam fuiſſet,ſunt. Perge ad robur viriu,langueſcunt, breui ægrotat, & quod maximè ſpectabile fuit, contemnitur, & miſetarione dignum euadit. Potens fit,&faſces babet ac ſecures & ſceptra: terribilis omnibus, vndequaque nomen illius reſonant Theatra. Ecce in ipſo flote glotiæ maſculus vnus cor arrodit: ſeu ob ſuſpicionem potentioris, aut filij inſidias, aut vxoris zelotipiam. Aiter inſidiàtur verè, & illi obices ſtruit,laqucos tendit, mortem intentat, accuſationem mollitur: hunc maſculum ue agnoſcit quidem: interim omnes illius obitum auidè expectant. Quid pluta? In hoc vno rota conſiſtit humana vita, vt ille dicebat, ſed oon rectè interpretantut eum:

> *Naſcentes morimur: finiſque ab origine pendet.*

Quantò magis creſcimus eò magis euaneſcimus, velut quæ in lebete fetuet aqua. Si igitur ita eſt, quid aliud eſt ad ſummum perfectionis perueniſſe, quàm bullam factam'eſſe. Hæc igitur humanæ conditionis, ac gloriæ, felicitatiſque ratio.

CAPVT IV.

Qualis ſit ſpecies humana.

CÆterum rota humana ſpecies congeries quædam eſt, velut terræ, aut cœli, aut montis: neque enim intercapedo illa ſpatij, aut regionum quicquam facit, ſed eſt velut congeries (vt dixi) ſeu moles terræ, aut aquæ. At id oſtendit animus noſter, qui non plus eſt hic quàm in cœlo, aut in Italia quàm in India. Diuiſio corporum facta eſt ob vitæ commodum. Eſt in hac (vt dixi) mole, tanquam ſi quis ex ligno, tetra, aëre, plumbo, ebote, lapide, plutes effingat variáſque formas, ex auto autem omnes illas: erunt formæ ſingulæ: aliæ eriam ex auro; itaque conueniet forma bouis ex ligno cum forma bouis ex auto, different materia, & ita forma ranæ ex ceta à forma ranæ ex auto, materia non ſpecie. Ita ſub hac excellenti materia humana formæ omnes quorũcumque animalium latitant: bouis, ſed fœnum non edunt: ſerpentis, ſed morſu non occiduot: leonis, ſed non habent vngues illos: qualitates certè animi ad vnguem: imò forſan deteriores habent, ſed cum non habeant inſtrumenta corporis, non videntur planè ſimiles; diſtinentur conſuetudine longa, legibus, metu, ratione & pudore. Deorum cultus aut ad metum, aut ad tationem refertur. Itaque cum aliquo ſi agere conueniat, cogita ex quonam genere animalium ſit. Deprehendere enim attentis oculis ad eorum actiones licebit. Ergo in hac maſſa velut etiam in omnibus alijs, non ſolùm corporeis, ſed incorporeis; vtpote in illis ſupremum eſt Deus, infimum eſt anima imperfectorum animalium. Nam eorũ quæ propagatione, & ſemine naſcuntur, nihil ob id eſt imperfectum: quamuis aliqua ſint oblæſa, vt talpa in viſu, eſt optimum & ſupremum, & vltimum: neque vnquam deeſt; velut etiam in corpore vnius hominis, cordis, inde cerebri: tertia oculorum pars nobiliſſima: poſt iecoris, teſtium, ventriculi, pulmonis, reliquorúmque neceſſariorum vltimum eſt vnguis, cuius pars noſtri corporis portio eſt, alia non eſt: vnde patet genus illorum eſſe in interliminio naturæ noſtræ. Idem dico in hominibus ſunt reges pro corde, & ſapientes pro cerebro: & ſunt vltimi homines in interliminio naturæ humanæ & belluinæ ſicut vngues; vnde nata fabula transſmutationis hominum in lupos. Et monſtra illa, & animalia hominibus prorſus ſimilia, velut, homines agreſtes, & quadrupedes & huiuſmodi. Et optimum quidem deeſſe nunquam poteſt: idem tamen non eſt perfectiſſimum ſemper. Sed iuxta ætates optiroas: illud autem præſtat ſapientia rerumque cognitione generali, aut quam magiam vocant, & eſt propria rebus. Et hi maiore in pretio ſunt apud populos. Succreſcit ergo atque decreſcit contrarijs ex partibus hæc maſſa, & ſemper manet eadem, vt etiam tota terra, & aqua, & aër. Idem dico de generibus animalium. Et cum ad ſummum peruenerint, ſubſident. Et pars partem premit, vt etiam in elementis, & agitantur à bellis & legibus: ideo qui coniunxerunt arma legibus, opportunè in magnam potentiam euaſerunt; vt noſtra ætate Schaidat ſolo religionis nomine ex infima plebe factus potens, meruit vt gener ob factionem ab Vſſum Caſſano Perſarum rege aſciſceretur, cum anguſtias maris Caſſij occupaſſet, vbi Debentum, eſt maxima ciuitas, per quem locum Scythæ olim, nunc Tartari appellati, in Aſiam effunduntur; quamuis poſt ſoceri mortem victus & occiſus à Sulimambec Ruſtani Regis Perſarum præfecto; nihilominus tribus relictis filijs, maior natu Iſmaël cum aſtu nobilis cuiuſdam Armeni euaſiſſet, armis ac religione bene iunctis Perſarum non ſolum regnum occupauit, ſed etiam alia pluta regna, vt Turcarum Principi formidoloſus factus ſit. Alia autem pars religionis cum ſapientia iuncta eſt, quæ pietatem in mortalium genere ſeruat, atque perfectionem noſtram tuetur. Hæc igitur eſt humanus orbis, qui circumagitur certa ratione, & in idem redit. Quærendum eſt igitur cur partes ſingulæ ſuum habeant ſenſum, quemadmodum in homine partes; dolet pes non manus, & tamen vnum ſunt: ita & mens. Sed de his in *Theonoſto* dictum eſt, ſicut etiam de illa vi, quæ ad dæmones refertur, ſeu corporea ſit & ab humore


re

re pendcat; ſeu incorporea & à Dæmonibus, ſeu ab aſtris, ſeu alia quadam occulta ratione partes concutiuotur. Intereſt autem vt conſideremus, quoniam in vno homine cor dominatur toti, ita quod dominatur moli humanæ, aut non vnum eſt, aut non intra ipſum: vt vnus dominari omnibus nequeat. Vnde etiam Germanico obuiam facta mulier, ſupra mortalem magnitudinem, illius progreſſum impediuit: hoc igitur diſcrimen. An quoniam cor non dominatur, ſed cuius cor eſt inſtrumeotum?

CAPVT V.

Quòd hominum cognitio circulo quodam redit, nec longius progreditur

CÆterum bumaoa cognitio, ſeu ad vnumquemque, ſeu ad gentem vnam ſeu ætatem, ſeu ad vniuerſum genus referatur, non in infinitum procedit, ſed nec longius digreditur ab inſcitia, aut vt honeſtius loquar, à primis principijs: vnde Philoſophi decepti ſunt latè, aut nugantur ſi non errauerunt. Proponamus ergo exemplum in rebus: quantò plures diligunt intelligere Euclidem quàm Archimedem, & Apollonium, quamuis quæ ab his docentur ſunt pulchriora, admirabiliora, & ſublimiora: & hoc eſt quia ſicut homo gaudet moderata exercitatione, ab immoderata fatigatur & triſtatur: ita etiam intelligendo proxima, principijs gaudet, vbi vlterius procedamus, laborat & triſtatur. Et cauſa huius eſt duplex: vna eſt labor ipſe durus; altera quod quæ diſcimus memorari oportet. Memoria autẽ humana quantumcunq; magna eſt paucorum: memoria tenuiſſe Cyrum, ſi modo & hoc verum eſt, nomina omnium militum, referunt. Fuere autem ducenta millia, cum plurimi: at neque tot, ſed quid CC ad M: nonne eſt vna ex V. partibus? Et totum hoc pars nulla infiniti? Cogitur ergo relinquere priora, dum poſteriora diſcit. Ob hæc cum priora magis nota ſiot, difficillima pauciſſimi quærunt ſcire. Ita primos etiam Euclidis libros diſcere plures cupiunt, decimum multò pauciores: poſt illũ vix vllus tranſgreditur. Propterea noſtra plures ſuſpicient, quàm intelligere curabũt. Amabunt diu etiam minus vera, qola faciliora. Ob hæc felici ſeculo natus Ariſtoteles, eam eam doctrinã amplexatus eſt quæ inter ſapientiam mediam & exactam humanam repoſita eſt. Omnes ergo gentes, & ſecula, & ætates circa ſuam ſapientiam aut eruditionem reuoluuntur; & ijdem etiam homines. Parùm autem diſtat hæc ſapientia à cognitione principiorum, & eorum quæ ſenſu acquiſita ſunt. Neque etiam tota humana natura longius recedit, etiam ſi non impediretur calamitatibus, quia non poteſt vlterius procedere quàm ſinguli homines: qui & ſi adiuti longa plurium ſeculorum ſerici ſapientia, non ta-



men ſine prioribus poſteriora intelligere poſſunt, quæ dum colligunt, meditantur, mors obrepit. Et ob id quaſi neſcientibus nobis, quæritur homo ſpectatæ fidei ac ſapientiæ, cui credere poſſimus: vt poſterius intellecta pro principiis habere liceat, atque vlterius diſcendo progredi, diligimúſque ea de cauſa Hippocratem maximè & Ariſtotelem. Non videtur autem humana natura procedere poſſe vltra certum numerum, eúmque exiguum: nam remotiſſima Archimedis non eſt vltra centeſimam deductionem perfectam à primis principiis: nam reliqua omnia non ſunt intermedia ad illam, ſed in æquali diſtantia à primo circulo. Quod ſi inuenta aliorum pro principiis aſſumeremus ad hecatondes aliquot, ſed pauca ob difficultatem inueniri poſſunt & incerta, quoniam res pendet ex interpretatione verborum, ideò tranſeunt ad opiniones: indicio eſt Ariſtotelis doctrina.

Proponamus ergo centrum, exactam omnium quæ intelligi poſſunt ignorantiam, qualis in infantibus, ac belluis. Secundum cognitionis principiorum: velut à ſeptimo ad quartum decimum. Tertium eruditionis à quartodecimo ad vigeſimum primum. Quartum ſapientiæ iuxta regionem & ſeculum: etſi hæc conuenerint ſimpliciter, adeò vt hic ſit ſextus ordo. Vltimus eſt ſapientiſſimorum virorum, non vulgi opinione ac fama, ſed veritate, quales, vt dixi, fuere Hippocrates, Ariſtoteles, Theophraſtus, Plotinus, Euclides, Archimedes, Apollonius, Pergeus & Ptolomeus. Eſt & octauus inſtar *aplanes*, ſed extra ordinem diuinorum virorum, cuius exceſſus eſt iuxta rationem centri in circulo, vnde qui habuerit in primo, parum melior erit ſapientiſſimo: ſi quis autem in vltimo erit velut immortalis, aut forſan vix contingere poteſt. Quælibet tamen huiuſmodi melior eſt abſolutiſſima ſapientia humana. Quærunt tamen homines fructum exceſſus ſui circuli, & ob id manent adhuc monumenta clariſſimorum virorum: non ergo infinitum eſt

hoc

hoc noſtrum humanum ſcire, vt à centro ignorantiæ recedit, ſed in ſeipſum circulo reuoluitur,& maximè iuxta mundi ætates. Cúmque etiam quæ ſciuntur in numero repoſita ſint, infinitum autem quod ſciri poteſt, etiam non emotis ex centro circulis neque amplificatis, erit ſcientia diuerſorum ſeculorum varia, nec eadem: itémque magnorum annorum etiam vſque in infinitum: res aliæ, artes aliæ, ſcientiæ aliæ, ſed genera & fines ijdem. Natura autem noſtra vt geniorum eſſentiæ iungitur, aliquo modo exors eſt huius numeri, ſucceſſionis atque laboris, quia totum eſt in toto, non tamen recipitur velut ſolis lux in vrceo: hæc enim diuiſio ad infinita imperfectionis eſt, & ſolummodo accidentium. Scire autem infinitum eſt, reliqua ſunt aut opiniones firmæ, aut ſcientiæ partes.

CAPVT VI.

Quod homo ſeipſum fingit magna ex parte.

POrrò cum videamus calefacta ſæpius facilius caleſcere, quòd ſicciora & rariora efficiantur: & frigefacta frigefieri, & reliqua deinceps: iſtud euidentius contingit in affectibus hominum vt Princeps dicebat. Lætari ergo & gaudere ad lætitiam facit, triſtari atque timere ad vtrumque ſimiliter oppoſitum. At hæc fingunt mores. Vnuſquiſque ergo & naturam & mores ſibi format, quocirca aut à natura, aut à diſciplina aut genio omnia iſta habentur: ſcilicet lætitia & ſecuritas, triſtitia aut temeritas: inde etiam mores velut liberalitas, conſtantia, comitas, manſuetudo & bonus habitus. At in belluis non ſic: neque imperare poſſunt ſibijpſis, ſed partu coguntur. Plurimum igitur in nobis repoſitum eſt: ſcilicet felicitatis principalis pars & decor,& ad reliqua non contemnenda auxilia.

CAPVT VII.

De felicitate humana & fine ſuo ſecundum Ariſtotelem.

ARiſtoteles conſtituit animam humanam ſeu intellectum immortalem, ſed cum apertum eſſe putaret, mundum eſſe æternum,; illam non auſus eſt diuidere: quare nec memoriam præteritorum, nec merita aut pænas aſſignare licuit, verùm ſubſtantiam ſubſtantiæ coniunxit. At operatione etiam oportebat illa iungere, atque eum hoc merita ſtatuere: ob id ſummam felicitatem in homine perfecto, & quæ nulli alij conuenire poſſet aut deberet, conſtituit. Neceſſe ergo vt perfectus homo ſit Diis ſimillimus, hic autem bonus & ſapiens: ergo non poteſt eſſe felicitas niſi per ſapientiam,ſufficitque vt inſit ſapienti, quia imperfecta plurima ſunt propter id quod eſt perfectum, atque ita communicatur ſpeciei. Felicitas ergo eſt in cognitione Dei, per quam cognoſcimur ab eo. Eorum enim quæ eandem habent operationem, illa contingit viciſſim & in ſeipſis: velut ſi oculus oculum videat, etiam videtur & ſemet ipſum videt; ita homo ſapiens Deum cognoſcendo, cognoſcitur tum à Deo cum illum contemplatur, & ſeipſum cognoſcit per Dei cognitionem, quare fit bonus & perficitur eius ſapientia: & tum fit felix & in tutela eſt Dei, perſeuerátque ob id felicitas. Oportet ergo vt appeiat hanc felicitatem; oſtendit autem hoc *Duodecimo Primæ Philoſophiæ & Decimo Ethicorum*, quanquam id *primæ Philoſophiæ cap. 8. in fine* Auerroës ad cœlum fruſtra retrahat: neque enim id magis ſed perfectè paret Deo. Oportet autem duo oſtendere, & quòd felicitas ineſt eis, & quòd etiam praui puniantur. Ergo cognoſcere Deum & contemplari, vtræque ſunt partes ipſius felicitatis: nam ſi hæc Deorum eſt felicitas ſumma, & ipſi ſoli beati ſunt; felicitas ſumma etiam hominis in hac vita, quæ eſt ſumma perfectio & ſine errore, eſt ipſum contemplari & cognoſcere. At in ſecuritate eſt cognitio immortalis animi: ergo ſapiens feliciſſimus eſt vtriſque his iunctis. At improbus caret cognitione finis & ſecuritatis, ideò cum natura humana per ſe quærat finem qui eſt tranquillitas, neceſſe eſt vt per ſe ſit infelix: vtpote optat diuitias, vel non habet, vel eripiuntur: optat ſanitatem, videt incommoda ſenectutis, optat perpetuitatem generis, videt quàm filij ſint inepti. In ſapiente ergo tria ſunt quæ complent felicitatem; contemplatio optimi entis cum his quæ ab eo pendent: cognitio perpetuitatis propriæ naturæ, & auxilium Diuinum. At me angit quod Deus non ſingula cognoſcat: verùm vt dixi plures licet non ſint Dij, vnus tamen eſt, qui ordine plurimos efficit non numero certo, è quorum natura eſt intellectus noſter, qui illis iungitur. Vtinam haberemus *libros de natura Deorum*. Et ſi verus eſt qui ad eum refertur de Diis localibus: nam quatenus iungitur intellectui, curam habere poteſt, vt etiam cælum cum ſit cauſa communis, huic quidem prodeſt, huic nocet: quoniam imagines veras recipit præſentium ac futurorum, quorum notitia euadit diſcrimina. Atque hæc ratione defendi poſſunt. Sed obſtat experimentum, quòd pluribus malis quàm bonis & non minus apparent talia, & ſpectra. Sed non indigent ſpectris boni, verùm ſufficit prudentia & pauca ſomnia: malis autem accidunt ſpectra ob corporeitatem & dæmonum conſuetudinem, quæ fit non contemplatione pura quemadmodum Dei,

ſed

ſed ſordida, & operibus iniquis miſta.

CAPVT VIII.

De felicitate Humana verè & Epicuri dogmate.

NEmini dubium eſſe debet, Epicurum fuiſſe hominem peſſimum. Is enim peſſimus eſt, qui ea docere alios vult, quæ ipſe non intelligere ſe intelligit; quod Epicuro accidit, vt ex epiſtolis tribus videtur quæ apud Diogenem Laertium, ſcriptæ reperiuntur. Quod autem ſe non intelligere ſciret, palam eſt ex obſcuritate ſermonis atque perplexitate. Cum enim falſa & abſurda ſe docere intelligeret, ne coarguerentur, (dico in his quæ de natura ſcripſit) obſcurè & perplexis verbis cuncta inuoluit. Et quanquam moribus referant illum fuiſſe bonis, tantò eum conſtat eſſe deteriorem: vt primum qui alia faceret, alia doceret, & hoc lenocinio decipere conaretur mortales, vt illi crederent. Optimi enim viri ſunt, qui rectè viuunt, & optima alios facere docent: minus boni ſunt, qui mediocriter viuunt, optima tamen ſuadent. Mali qui peſſimè viuunt, optima ſuadent, velut Seneca. Peiores his qui peſſimè viuunt, peſſiméque docent vt Diagoras & Protagoras. Omnium peſſimi ſunt, qui optimè viuunt, peſſima ſuadent: in quo genere ſunt ſuperſtirioſi: & ab eo etiam parum abeſt Epicurus, qui ſi adeò malè ſuaſiſſet in moribus, velut fecit in his quæ de natura ſcripſit, proculdubio omnium mortalium peſſimus dici & haberi poſſet. Quamobrem luſiſſe operam in vtroque colore videtur Plutarchus, cum in priore non videatur in his quæ de felicitate tractat Epicurus, illum recte intellexiſſe: in poſteriore ex infinitis erroribus atque immenſis, vnum aut duos oppugnat, & minus etiam abſurdos: tum verò ipſa oppugnando, opinionem quandam inducere videtur, quod digna eſſent, quæ cum omnino ſtulta ſunt, oppugnarentur. Neque in hoc multò ſapientiorem ſecutus Ariſtotelem eſt, qui delibatis tantum huiuſmodi tam ridiculis rationibus ea damnat, quàm ridiculæ fueræ ipſæ opiniones; vnde ab eius interpretibus hoc non animaduertentibus dupliciter peccatum. Alij enim non efficaces eas rationes eſſe videntes, meliores poſtulant, & admirantur: alij conantur oſtendere eas eſſe efficaces, quæ non ſint: verùm in moribus ſi rectè intelligatur, nullus melius Epicuro ſenſit. Atque perbreui tribus aut quatuor præceptis docuit omnes mortales eſſe felices.

Primum eſt, quod felicitas eſt in voluptate conſtituenda: quoniam cum felicitas ſit ſuauitas quædam atque iucunditas, & animi quies, hoc ipſum non habeatur niſi à voluptate, & cum voluptate coniunctum eſſe poſſit: liquet hominis felicitatem in voluptate cuiuſque reponendam eſſe. Atque id ergo primum.

Secundum cum hæc voluptas ex quatuor rebus haberi poſſit: animi bonis, corporis, fortunæ, atque fictis; quærendum eſt an ex vno ſolum, ex his, & quo, aut pluribus, & quibus haberi poſſit: contingit autem quindecim modis, ſed & vno alio qui præcipuus eſt. Ergo ſic concluditur: voluptas omnis ad felicitatem facit: quoniam non qui habet mille talenta felix eſt, ſi mœreat, ſi lugeat, ſi timeat; ſed qui quadrante gaudet. In hoc tamen obſeruandum iubet, ne voluptas maiorem dolorem afferat: ne enim furto admiſſo trudaris in carcerem, & laqueo vitam finias: aut cibo diſtentus vigiles tota nocte ob cruditatem. Nec minor voluptas maiori præripiat locum, vt ludendo, aut necromantiæ operam dando, non te exerceas vt lucreris: aut vt malis conuiuio à lecto ſurgens intereſſe, quàm exercere corpus ad bonam valitudinem & robur. Tertium eſt vt voluptatem in virtute & ſapientia ponas; ſecundo loco in corporis bonis, ſine quibus ingratæ ſunt voluptates, quæ à fortunæ bonis habentur. Vltimo autem quæ ex fictis bonis & vitiis. Oſtendit autem voluptatem ex animi bonis optimam eſſe, quoniam ad ea voluptas perpetuò ſequitur, non ad diuitias aut reliqua præter corporis bona: hæc autem non pariunt voluptatem niſi ex animo, & etiam quia vix ſentiuntur ob conſuetudinem. Si tamen pauperi occurrat, vt exercendo ſe lucretur, melius erit quàm animi bonis operam det, quoniam non ſolùm illa alia bona conſequatur, ſed etiam quia liberius poteſt poſtmodum bonis animi frui, quoniam felicitatem non in bonis conſtituit, ſed in vſu eorum: hoc autem tertium dicit, habent animi bona præcipuum, quod eis ſemper vti licet: aut ſaltem magis quàm cæteris. Opus igitur eſt prudentia in eligendo exercitationem boni, quod maiorem & puriorem ac diuturniorem voluptatem afferat; quod quidem eſt animi ſemper ac ferme. Propterea rectè ille dixit. *Non poteſt iucundè viui, niſi iuſtè, moderatè, temperatéque viuatur.* Tertium aliàs explicatum eſt, quod noſtrum eſt eligere memoriam voluptatis & iucundorum, obliuiſci reliquorum, quæ non in melius mutata ſunt, nam & horum memoria delectat. Similiter ſperanda ſunt bona, malorum non habeto ſenſum aliquem.

Quartum quod ſi præſenti malo torquearis, ſi diuturnum ſit & leue, compenſabis memoria præteritarum voluptatum, & poſſeſſione virtutis & ſapientiæ, quas nemo te viuo auferre tibi poteſt. Si magnum breuéque, ſpe futuri conſolaberis: ſi magnum & diuturnū è vita hac diffugias, neque cuiquam hæc fuga præcludi poteſt. Ita mihi ſapientiſſimus mortalium naturali lumine viſus eſt Epicurus, iniuſtè

lancinatus ab aliis, nec bene intellectus.

CAPVT IX.

De Regno humano.

REgnum hoc humanum nullo alio conſtat, quàm vanitate, ſtultitia, furore, inſania, vana ſpe, timore, doloribus, morbis, calamitatibus, dolis, frandibus, miſeriis, afflictionibus, nequitia, dedecore, turpitudine, anxietate, fœditate, corruptione, coinquinatione, denique malis pluribus etiam quàm excogitare liceat, ſolicitudine perpetua, cruciatibus. Hæc ſunt quæ latent ſub illis phaleris argenteis, coſibus ac clypeis aureis, veſtibus ornatis gemmis, annulis, faſtu, imperiis, magiſtratibus, amplis fundis, ornatis domibus, caterua famulorum, ancillarumque: nummis, picturis, odoribus, conuiuiis, lectis ſumptuoſis, magnifico quouis apparatu: Quid ergo? nil niſi ſepulchrum: neque vlli alij rei rectè comparati poteſt. At plures gaudent hoc eſſe in ſepulchro? nimirum nam & plures gaudent ferculo prædulci atque odorato, quod ei lethum cum magno etiam cruciatu affert. Gaudent alij dolis? & alij fœdam & profundam ſcabiem dum ſcalpunt. Prauis ergo maior felicitas hîc? Dubito, ſi non aliud quicquam in medium afferas: neque enim ſatisfaciet forſan illud quòd omnia in idem redeant, cum indifferenter tollatur omne diſcrimen. Palam enim eſt hanc eſſe maximam felicitatem, quæ non adeò à nobis eripi poteſt, quandoquidem nihil facilius eſt, quàm malefacere alteri. At non erit magnum quod facile eſt: magnum eſt tutò malefacere alteri, & in hoc felicitas, non in ſimpliciter malefaciendo conſiſtit. Ergo non eſt hic finis hominis niſi homo ſit conuerſus cum Diis? Quidni: palam enim eſt hoc eſſe neceſſe. Sed vbi euenerit, rurſum ſopitur ac decedit: neque enim malis quicquam conſiſtere poteſt. A quo ergo ſopitur? ſeu cura Deûm; ſeu ordine ipſo rerum, vt in fluctibus: ergo vbi ad finem ventum eſt, eadem mala patiuntur ab aliis? minimè; ſed bonos premunt mali, non mali malos. Summa ergo felicitas eſt premere bonos. Eſt ſanè: At ego vel ſi Deus aliquis mihi hoc dicat non credam, ſed vel ſubeſſe hic captionem exiſtimem, vel poſt obitum dare pœnas conſceleratos neceſſe eſt. Id ſanè neceſſe eſt. Ergo cum tam pulchrum ſit exire è fœdo hoc ſepulchro, vt in clarum & purum æther veniat, quid boni accidere poteſt illi, qui conuerſa ratione vitæ eorum, ad quos venit, vixit?

CAPVT X.

Quòd omnis ignorans malus, & cur.

QVòd omnis ignorans malus ſit, omnes ferme fatentur, & cauſam non reddunt, aut minimè manifeſtam. Dicunt enim quòd qui ignorat, ob improbitatem eæcutit, adeò vt contrarij potius cauſam reddant: ſcilicet cur malus ſit ignorans, quàm cur ignorans malus. Verum non ita eſt: ſed cum qui ignorat, etiam id ignoret ſe ignorare, putat quæ neſcit ſe ſcire: hoc autem quod neſcit infinitum cum ſit, ambitioſiſſimus eſt ignorans, vt qui omnia ſe ſcire arbitretur. Cum ergo conuincitur, dolet, aut ſe detectum, ſi reſipit, & ob id odio habet: aut quoniam ſe victum dolo arbitratur: itaque vtroque modo odit victorem & vlciſci cupit: & ob id multa mala agit, malúſque perpetuò euadit. Contra qui ſapit, laudatur ex his quæ nouit; quæ non nouit diſcere non dedignatur, & ab vtroque beneficio ſe affectum exiſtimans amat, & ideò benefacit. Hæc autem eſt boni diffinitio, ſcilicet benefacere.

CAPVT XI.

De bona fortuna.

MEritò quæri ſolet, vnde bona fortuna hominibus: neque enim in Deos reijcere decet, quòd pleriſque etiam malis fauere ſoleat: tum in tam paruis vt & qui habent, paucis poſt annis idipſum contemnant. Et neque ea conſtant, ſed in eis etiam quæ à fortuna ſunt, varietas perſpicitur. Quidam ad aſtra referunt, quidam ad fatum referunt, ſed rurſus & huius & illius cauſam quærere oporteret. Quibuſdam videri poſſet, velut ex frequenti alearum iactu, modo plures pares, numeri, & pauci; modo plures & impares, & alia ratione; qui in vnum collati admirationem pariunt, vt ſit ex neceſſitate ſortis & fortunæ, ſæpius repetitis caſibus quibuſdam locis, hominibus, temporibus bona aut mala accidere; quibuſdam alternatim, quam vocant variam fortunam. Ariſtoteles *in magnis Moralibus* ad vim animæ quæ eligit, refert. Sed vtinam modum docuiſſet: in illis verò aliquid plus fortuita collectione perſpicitur; & quidam ſanè etiam ſomniis, imò plerique iuuantur. Quòd ſi à vi animæ fiunt, cur neque ſapientibus neque bonis? an illorum deterior quædam eſt anima. Itaque cum eiſdem luctamur. Quapropter mihi ſanè viſum eſt, bonam fortunam ex pluribus oriri, præcipuè tamen duobus: quòd neceſſe ſit ea quæ à fortuna diſtribuuntur, velut & lapidum iactum fortuitum, inæqualiter diſtribui:

quòd

quòd ſi inæqualiter diſtribuantur, variis locis, temporibus, hominibus, & multa bona miſceri in vnum; aliàs multa mala, aliàs bona & mala multa ſimul, atque etiam aliàs pauca ſola bona, vel mala. Alia ratio eſt ex moribus hominum. Bene fortunati enim manſueti ſunt, obtuſæ prudentiæ, quoniam cum his libenter verſantur homines, & eos amant, & prompti. Vt ergo occurſantibus ſibi ex conſtituto peregrinis, fortuita res videtur, ſpectantibus à longè & cauſam ignorantibus: ita eiuſmodi cum multa ſint & mediocriter tractata, & neceſſe ſit jam in vnum alicubi plura aut pauciora ſimilia, aut bona aut mala coire: nec poſſint his hæc euenire, qui omnino ſegnes ſunt & agreſtes, duri atque odioſi, & omninò rudes aut nimis acuti; hos enim pleríque refugiunt, tum quia timent, tum quia inuident; conuenit vt in illos bona fortuna incidat, quod etſi aliquis bonus genius aut malus talia dirigat, euidentius erit.

CAPVT. XII.

De eo quod maximè homini expetendum eſt ex Proxeneta.

Dictum fuit breuiter, & quàntum ſatis eſt ad exercitationem, *in Proxeneta*, de eo quod maximè homini expetendum eſt: at nunc demonſtratiuè atque ſufficienter, & de illo, & de cauſis erroris circa id agendum eſt. Ergo primum illud ſupponere oportet, quod optimum homini maximè expetendum eſt, nam abſurdiſſimum eſſet ei qui poſſet eſſe Rex, expetere vt eſſet foſſor, aut ſi poſſet eſſe dux ſolùm, expetere regnum: nihil enim aliud adipiſceretur quàm labores & pericula, & vt torqueretur perpetuò, ſi plus expeteret aut maius quàm conſequi poſſet. Stultus verò prorſus ſi quod optimum in ſua poteſtate futurum eſſet non expeteret, ſed aliud potius, vt eo adepto neque felix eſſet, neque acquieſceret: optimum autem vnicuique in vltima illius perfectione collocandum eſt, nam optimum in planta eſt, vt diu viuat, floreat, fructum edat, abundet alimento, quod magna ſit & ſpecioſa: neque enim ſenſus ei optimum eſt quo caret, neque pondus: hoc enim ad vitam non pertinet. Equo autem optimum eſt, vt generoſus ſit, bene videat, bene audiat, ſit curſor robuſtus, iuuenis, magnus, cibo fruatur abundè, cum equabus concurrere ſi liceat. Et generaliter vt ſenſibus ſuis ac robore abundè frui liceat, quoniam ſenſus vltima eius perfectio eſt. Ita & medico vt plures & maximè nobiles curet, non vt regnet, neque vt calceos ſuat: hoc enim ſutori calceorum, illud Regi conuenit. Igitur maximè expetendum homini eſt, vt quod in optima eius parte optimum ſit, adipiſcatur. Optimam autem partem in homine eſſe rationem dubium non eſt, quandoquidem ea ſola à cæteris animalibus ſeparamur, & Diis ſimiles ſumus, & volumus & noluмus, & amamus, & gaudemus; & ſi ſenſu voluptatem capimus, non ea felices nos exiſtimamus, niſi cum cogitatione ipſam metimur. Illud quoque fatendum eſt, optimum eſſe felicitatem, in qua gloria, voluptas ac ſummum bonum humanum continetur, atque hæc in rationali animæ parte conſtituta eſt. Summum igitur homini expetendum eſt felicitas, quæ in rationali anima eſt.

Eſt etiam felicitas circa mediocritatem; quoniam ab extremis optando angimur, & operando periclitamur, velut auarus angitur pecunia, & dolet, & dum vult eam parare, mille incommoda ſubit: prodigus ſtatim neceſſariis indiget, timidus ſemper torquetur, vt ſit infeliciſſimus: audax mille incurrit pericula, imprudens errores admittit quibus torquetur. Sed & felicitas humana in conuerſatione hominum aut non ſine ea eſt: homo enim ſolus multis caret cõmodis, & parte felicitatis deſtituitur: Cùm enim homo & ad ſe & ad alios comparari poſſit; ad ſe quidem ſapientia; ad alios virtute felix euadit.

Ruſus felicitas in virtute atque ſapientia conſiſtit, quoniam rationalis anima duo ſolum hæc habet, ſcilicet virtutem & ſapientiam. Cætera enim extra illam ſunt, & etiam quoniam optimum eſſe, eſt in ſcientia qua Diis aſſimilamur; & velut ſenſus in optimè ſentiendo perfectus eſt, ita ratio in intelligendo: & rurſus circa virtutes, vt poſſit conſiſtere circa medium; tum quia illud ſolum ſtabile eſt vt dixi, & felicitas in ſtabili collocanda eſt: tum quia ſola virtus eſt circa mediocritatem, quam natura fert. Extrema autem ſunt infinita & periculoſa ob id, tum etiam quoniam vt dictum eſt, felicitas eſt homini ſolum in conuerſatione & ſocietate. Per virtutem autem homo maximè aliis conciliatur hominibus, vtpote per manſuetudinem, liberalitatem, comitatem, prudentiam, amicitiam, fortitudinem, continentiam, modeſtiam: non iracundum eſſe neque ambitioſum, nec irriſorem, nec fallacem, nec contentioſum aut moroſum, vel triſtem aut adulterum, ſordidum, contumacem vel inſtabilem. Felicitas autem conſiſtit in re ſtabili: nam ſi optima eſſe debet, neceſſe eſt vt non mutetur, aliter plura eſſent optima: deinde quia ſi animus fluctuat, & ex vno in aliud tranſit, anxius eſt & inquietus: felicitas autem in quiete conſiſtit, & ſine æſtu aliquo eſt ac ſine fluctuatione.

At interim optimum eſt in vnoquoque quod nondum adepti ſumus, ipſum adipiſci benè, & in eo quod adepti ſumus, benè vti. Velut venatori optimum eſt & præſtantiſſimum benè venari, & ædificatori bene ædificare. Igitur optimum homini eſt adipiſci virtutem & ſapientiam, atque illam exercere. Expetendum autem maximè, quod & acquiſitione optimum eſt & vſu,

vſu, vt dictum eſt: velut ſi domus eſſet humana felicitas, & optima res, expetenda maximè eſſet ars ædificatoria, tum verò ipſa domus. Ergo & adipiſci virtutem & ſapientiam, maximè expetendum eſt. At verò ſapientia vti & virtute, non licet niſi eas habenti. Quod ergo ad vſum attinet, expetere illas oportet maximè: Adipiſci autem virtutem, nulla alia via magis licet, quàm virtute ipſa: tum quia ſimile ſimili comparatur, magis quàm alio: tum quia per patientiam, & induſtriam, & diligentiam, & continentiam, & perſeuerantiam, & per labores, & ſpernendo lucra & voluptates; virtutes parantur & ſapientia. Igitur maximè expetenda eſt ipſa virtus & ſapientia, ob perfectionem operationis & felicitatem adipiſcendam. In adipiſcendo verò, etiam & in motu, vt ita dicam ſeu acquiſitione felicitatis, expetenda virtus.

Quod verò fallit nos duplicē habet cauſam, quæ tamen in vnam rediguntur: & eſt error finis. Cùm enim propter voluptatem aberremus in fine, & ſtatuamus felicitatem in diuitijs, & in exiſtimatione, & maximè ſecuti vulgum exemplúmq; potentium, ſed imperitorum: exiſtimamus maximè eſſe expetendas diuitias & potentiam, & exiſtimationem, quia aberramus circa finem: dum verò adipiſcimur, non poſſumus cognoſcere ipſum finem, quia ſumus in motu, & ideò ſequentes exemplum aliorum, putamus nos adipiſci felicitatem, atque interim gaudemus. Verùm cum vt dixi, felicitas conſiſtat in quiete & virtute, vbi adepti fuerimus opes & exiſtimationem, & potentiam, nihil inuenimus quietum, neque etiam inuenimus finem. Et ideò error hic non detegitur niſi cum ad finem peruenerint: tùm verò apud ſe infelices exiſtimant; Alij autem qui extra ſunt, in errore manent, putantes eos eſſe felices. Sed & ipſorum quidam licet ſe non eſſe felices intelligant, non putant ſe eſſe infelices, quia nullam aliam felicitatē norunt: atque hi duntaxat quærunt de humana conditione, damnantque eam vt felicitatis expertem: & ſi quis dicat aliam eſſe felicitatem; aut quoſdam eſſe felices, negant, aut quia ita credunt, aut verecundia ducti. Verùm tales maximè afficiuntur calamitatibus, & ad deſperationem deueniunt: id enim tempus maximæ miſeriæ eſt ſeu iuueni ſeu ſeni continget, diuerſa ratione. Hæc refert, quod antea vel ſic aliqui ſe fingant felices, niſi quis neget quicquam intereſſe inter Regem verum, & eum quæ ob inſaniam ſe Regem eſſe putat. Quid igitur his ineſt? non aliud quàm quoad poſſunt, aliorum felicitatem impediant: aut potius adiumenta & ornamenta felicitatis; velut gloriam & exiſtimationem, quietem, ſecuritatē, vitam etiam nonnunquam, opes quaſi ſemper. Hoc eſt totum quod poſſunt, & ſumma eorum felicitas: nec aliud prorſus habent, in hócque etiam ipſo plurimum æſtuant, idque totum eſt, vt poſtquam neque ipſi poſſunt eſſe felices, neque impedire quin ſis felix, vt ſaltem non exiſtimetis, aut nemo tibi eam inuideat felicitatem, quod facilè eſt illis impetrare apud vulgus; perinde ac ſi quis apud aſinos impetraret, ne homines crederent ipſis eſſe feliciores, cùm noſtram conditionem ignorent: nec tamen ob hoc humana felicitas eo vel teruncio minor eſſet. Hæc igitur eorum felicitas eſt obſtare. Similes autem ſunt his, qui tympanum pulſantes, iucundam & egregiam muſicam obturbant: neque enim ipſi voluptatem capere poſſunt ex ſono illo, ſed eos qui potirentur, impediunt. Et mihi quidem maximè, hoc perſpicuum eſt, qui geminam perſonam ago. Et cuique facilè notum eſſe poterit, qui ſimili conditione fuerit; nam vt intelligo multa, & virtute vtor, felix mihi videor: & quod intelligam quæ alij non norint, & quod donum id à Deo adeptus ſim, & quod ſim ſecurus ac ſtabilis in eo bono: quódque aliqua peregerim, quorum memoria me delectet: quódque nec in vno nec in altero labore afficiar, gaudeóque quotidie quòd diſcam nouum aliquid: nam quæ non noui non me diſcruciant, quia illa an ſint, neſcio. Eſt enim vnicuique hoc naturâ boni inditum, vt ſe omnia ſcire exiſtimet, quæ neſcit non eſſe putat. Quæ autem diſcit, ſimul & eſſe nouit, & diſcit. At vt ad opes, ad artis gloriam me conuerto, eſt aliquid ſemper quod diſcruciat: ſi non ago, alijs videor eſſe inferior; ſi ago, laboro: ſemper fluctuat animus, ſemper eſt maius quod videt quàm quod habet: iſque exceſſus quod mirum eſt, ſemper augetur.

Declarabo autem id duobus exemplis, non ab Antiquis longiùs repetitis, ſed vno non multò ante, altero verò etiam quod vidi. Fuit itaque Dantis ætate CCC annis Vgulinus Gheradiſcus patritius Piſanus, qui oppreſſa factione contraria amicis & clientibus, & opibus, atque etiam prole; nàmque erant ei tres filij, quatuórque ex filijs nepotes, adeò vt gloriaretur extolleretque fortunam ſuam, quod nunquam ſibi quicquam aduerſi contigiſſet: & cum in conuiuio quod amicis exhibebat, hæc eadem repeteret, interrogauit Marcum Lombardum præcipuum ex his quos conuitarat amicis, an exiſtimaret ei quicquam deeſſe ad felicitatem? Is ſeu cogitaſſet quòd nimiam felicitatem etiam maximæ calamitates conſequi ſolent, ſeu diuino afflatus numine: Nil (reſpondet) præter Dei iram. Vgulinus ſic interpretatus eſt, quaſi diceret nil poſſe ei nocere præter illam; ideò ob amicitiam intimam, ſeu ne obturbaret conuiuium, cum cauſam ipſi ex interrogatione importuna dediſſet, nihil reſpondit. Paucis poſt diebus ſuſcitata factione aduerſa, accurrentéque populo domum expugnat: filius vnus & nepos vnus occiditur. Ipſe captiuus cum reliquis duobus filijs ac tribus nepotibus ductor in turrim: clauſiſque in fluuium Arnum

proiectis

proiectis fame conſumptus eſt. Primùm quidem in vlnis miores natu, nepos ſcilicet infans, poſt reliqui, vt ipſe etiam biduo omnibus,ſed cœcus ſuperuixerit. Id ſanè non contigiſſet, ſi ſe felicem exiſtimando cogitaſſet, quod inter ſcelera vixiſſet: vnde emendatâ vitâ nunquam in tantam calamitatem decidiſſet. Prodiderat enim Niñum Gallurnm ex filia, & Anſelmum Capraiam ex ſorore nepotes. Hunc creditur veneno ob inuidiam peremiſſe; illum conſtat ab eo pulſom in exilium: vt nil mirum ſit à Rogiero Vbaldino Archiepiſcopo vrbis, aduerſæ factionis Principe & complice ſceletum, cuius Dantes meminit, proditum fuiſſe. At dicet quiſpiam: ergo & in eodem periculo verſabitur, qui ſe ob virtutem felicem exiſtimabit? Minimà: nam hoc totum Deo relatum habebit, intelligetque hanc eſſe felicitatem humanam à Deo acceptam: nam ea ſe conſequontur, à Deo intelligere ſe accepiſſe virtutes, & ſapientiam, & exiguum illud adminiſtrationis auxilium; (nam vix grande eſſe poteſt) & ſapientiam habere, ac ſecundum virtutem viuere.

Sed venio ad ſecundum exemplum, in quo nullam partem fortuna aduerſa ſibi vendicat: Ambroſium Cauenaghum Medicum nemo eſt ciuis noſtræ vrbis qui non nouerit. Is primum ingenio fuit eleganti, & moribus maximè vrbi noſtræ accommodatis, adeò vt nulla eſſet domus aut diuitis, aut nobilis, quæ Cauenaghum non experta eſſet: ſempérque ea res in incrementum proceſſit, & in ſummo conſtitit fama, non ſolùm apud ciues & nobiles, ſed exteros ac Principes, omnibus notus: dona vndique ad illum confluebant, conuiuijs, grauibus conſultationibus intererat, tricies ſeſtertium ex arte atque amplius ſibi parault. Inde etiam agnatione nobilibus multis iungebatur: filij ei tres ſapientes ac probi ex pudica vxore, adeò vt cum ipſe luſcus eſſet, omnes luſci fuerint. Sed & filiam habuit, quam in Collegium ſacrarum Virginum collocauit. Vixit vltra ſeptuageſimum annum, nullis prorſus conflictatus incommodis: niſi quod filium natu medium longo morbo amiſit; charus ciuibus, charus exteris, charus ſenatui, charus Principibus, charus populo, charus militibus: è LX. præterea ſenatoribus vrbanis erat. Itaque ſi reſpicias ad humanam ſapientiam aut felicitatem, neminem huic viro vel in hoc, vel in illo, iam multis ſeculis contulerim: nam domus illius, vt Principis atrium, frequentabatur. Quid contigit (vt intelligas vera eſſe quæ dixi:) minori natu filio Sacerdotia non mediocris reddituus contulerat: maiori vxorem ex animi ſententia nobilem cum ampla dote: & iam (ne quod ad felicitatem deeſſet) nepotem videtat ex illa, rogat minorem filium, vt poſtquam diues eſſet ex Sacerdotijs, vt paternæ hæreditatis, cum iam pares haberet redditus, portioni ſuæ, cederet maiori natu filio (is Pomponius vocabatur:) cumque noluerit, adeò triſtitia ac dolore affectus eſt, vt mori deſideraret: cum verò morbus aduenisset, flebat, neque vnquam conſolari potuit: ſuperuixit pluribus diebus, nec minus triſtitia quàm morbo obijt. I modò & dic felicitatem eſſe in rebus. Dubium non eſt, quòd ſi virtute præditum animum habuiſſet, ſecum reputaſſet, Filius meus Pomponius quindecies ſeſtertium habet in cenſu, ſepties ſeſtertium ad ipſum ex fideicommiſſo relinquere cogetur Aloyſius, vt colligatur pluſquam vicies ſeſtertium: at contentus eſſe poteram, ſi vel quatuor millia ſeſtertia eis ſimul diuidenda reliquiſſem; nam ab initio vix habuit mille, vt ne optare quidem tantum, nedum ſperare auſus eſſet.

CAPVT XIII.

De ſex generibus perfectionis humanæ, & quomodo ad duas vel tres redigantur.

Dicamus ergo quòd humana perfectio in duabus aut tribus rebus conſiſtit, quæ in contemplatione poſitæ ſunt, ſeu nulla omnino ſit in externis rebus, ſeu quod mihi verius eſſe videtur, in contemplatione ſolùm externiſque rebus, quæ ab ea proficiſcuntur. Id enim ſolum bonum eſt, quod à bono originem ducit: contemplatio autem bonum, & fructus eius externæ res ſecundæ, iuxta humanam conditionem & finem: vt qui non conſecutus fuerit, externa planta quidem florente & germinante, lætetur & gaudeat, non veſcatur tamen fructibus: qui autem fructus habet, ſed plantam non poſſidet, voluptate illa non fruatur; & fructus intempeſtiuè collectos habens, hos quidem acerbos illos ſiccos, ſpeciem ſolam retineat: vt ad vitæ neceſſitatem vtiles ſint, ſed omni voluptate ac ſuauitate careant, niſi ea quam extinguendo ſitim ac famem, natura defectu & incommodo comparauit. Sic opes delectant pectus auaritia flagrans, quamuis neque habeat quibus vtatur, aut in quas diſtribuat voluptates: & nec tutò ſeruare poſſit, nec diu retinere ſe poſſe ſatis intelligat: & quòd ex earum poſſeſſione inſidias ſibi metuere, ac comparari ſit neceſſarium. Cúmque hæc tot & tanta incommoda non ignoret, pectus tamen anhelum ad auaritiam & dum eas minuere, abſcondere, ordinare, in tuto collocare, in vſus iucundos conuertere deberet, optat adaugere, non contentus prioribus malis. Et cum ſarcinæ curarum & periculorum imparem ſe videat, illam tamen adaugere ſatagit. Exemplo illorum qui poti, & ſaturi, ac nauſeabundi, ex conſuetudine quadam, & voluptatis mentitæ deſiderio adhuc eſſe & bibere pergunt. Et exemplo deteriore, tum ob ætatem, tum ob iacturam ſenes diuites, qui mane ſurgunt, tota die laborant

vt augeant, quod ferre non poſſunt: nec illud habentes aut cogitantes cui hæc relictutus ſum; nonne planè amentes eos dicas, & tamen tam multorum & opinione vulgi, ſapientumque virorum conſuetudine imperatum eſt, vt etiam ſapientes hi exiſtimentur qui cumulant. Sed ſi ſapientes dici aut exiſtimari poſſunt, quinam meritò ſtulti cenſeri poterunt, aut quo in angulo humanæ habitationis latebunt? Igitur ſapientes hi duntaxat erunt, ſeu verè, ſeu omninò ſapientum indicio; nam illi ſolum aut ob opum admirationem à pauperibus, aut ob commodum ab hæredibus, aut à ſui ſimilibus ob certamen exiſtimantur, qui partis virtutibus eiuſmodi commoda ex illis naneiſcuntur. Vnde ſuauis res quæ parta eſt, ſed ſuauior parandi modus, ſuauiſſima verò radix, ſcientia tot rerum, propter quam in pretio habemur. Etenim ipſum ſcire per ſe pulchrum eſt & delectat, ob id quod fit operatio incorporeorum ſimilis voluptati. Et quòd ſi nos tantùm ſenſuum cognitio delectat, cum tamen quæ cognoſcuntur ex ſenſibus diffluant, qualis erit hæc ſempiterna; Et ſi homines tantum ſpacij terrarum ac maris ſuperant, cum tot incommodis, impenſis, periculiſque, vt pauca quædam quæ cæteri domi deſides non norunt, cognoſcant, atque ob id eminent: vnde Homerus de ſuo Vlyſſe ſic orſus eſt.

Dic mihi Muſa virum, qui poſtquam Pergama Troia
Celſa ſacra euertit, populatus mœnia flammis.
Claſſe diu raptus, variiſque erroribus actus:
Qui mores hominum multorum vidit, & vrbes.

Quanquam mortalia omnia, & quæ vno in ſtatu non permaneant: quanto commodo multò plura æterna diſcentes, ac domi ſedentes, licebit nobis ipſis de ipſa cognitione voluptatem capere? At verò cum etiam ſupereminere nos cæteris intelligimus, tùm verò & mortales cæteri cognoſcunt, quàm ſuauiſſimè nobis gratulamur? Is ergo primus fructus cognitionis. Et nobis quidem ad L X. M. inventorum, quæ præter ab aliis accepta, intelligimus hoc ipſo præſtare cæteris, parum gaudemus: at ipſa rerum ſcientia multum certè delectamur, nec quòd inuenerimus; labor enim inuentionis voluptatem penſat, ſed quòd ſciamus, iucundum eſt: nam diſcrimen non eſt inuentorum aut acceptorum, niſi ſi quod inuenimus præſtantius ſit, maximè cum vno inuento ad plura commoda vti licet. Secundum ex hoc primo ortum eſt, eſtque ſecundariom ſcilicet ad vitam, honores, opes, exercitationem. Et ad vitam quidem primum ex libris *de tuenda ſanitate* tam multa collegi, & adeò exquiſita, vt annum nunc agens L X V I I I. propéque illius finem nil pariat ferme nouum, quod à iuuentute paſſus non ſim, præter Enterocelem, à qua etiam parum vexor ob vincula: Et podagram, ſed ea minimè ex iuuentis me afficit. Ventriculus melius ſe habet quàm in iuuenta, cum tamen perpetuò ſeribam, & à prandio. Oculus dexter aliquando parum imagine muſcæ vexatur: ſed nunc rarius: ſibillus aurium non moleſtus eſt, quandoque tamen aduenit. Sed dentes X X I I. qui ſuperſunt optimè ſe habent: ſi antea inuenißem quæ nunc noui, nil mirabilius contingere poterat. Ex hac etiam mihi opinione hominum lucra, & munus legendi, & gloria parta eſt; aliorum comparatione minora, ſed quod attinet ad me maxima: nam hæc maiora ſunt quàm vellem, aliis vt video minora. Atque hac parte hiſque duobus ſatis felix, tum editis iam CXXVI. libris, conſcriptis aliis penè C C. & L X. prope authores iam de nobis in ſuis libris mentionem faciunt. Multò maiorem nactus ſum felicitatis occaſionem ex ea inuentione, quâ ex vno omnia deduco, Auerroem exiſtimo, illam vocaſſe coniunctionem agentis intellectus cum materiali. Eam quam ego expertus ſum dicam, de illa poſt modum videbimus. Ego Deum cognoſcere aut intellectum illum agentem non dico, ſed id cognoſco, quod in *ſecunda parte libri de proportionibus* oſtendi: ex cuius intuitu quaſi regrediens inferiora contemplor, vt homini fas eſt, inſidétque animo comprehenſio illâ, & hæret, lætúmque detinet: Quæ autem Auerroes intelligere ſe glorietur, neſcio. Ex hoc vno mihi contingit, vt quaſi regrediens cætera intelligam, prius facto aſcenſu ex infimis ad ſuprema: & vt in Mathematicis à Principijs, concluſiones & Theoremata atque problemata. Et quamuis Auerroës *in libro de Beatitudine animæ cap.* 4. dicat, quòd accidit intellectui noſtro erga agentem quod oculo erga ſolem: oculus enim illuminatus videt ea quæ ei obijciuntur ſolis lumine, & inde & ipſum ſolem; ita materialis intellectus intelligit lumine agentis, & exinde etiam ipſum intellectum agentem.

Sed ſermo hic licet videatur ſpecioſus, & ſubtilis, cum vnus ſit, tres habet difficultates: prima quia non docet hoc exemplum quomodo intellectus ſeipſum intelligat, ſicut neque quomodo oculus ſeipſum videat: nam ſolem quidem lumine ſolis videt, non tamen ſeipſum. Et ideò neque intellectus noſter in illa coniunctione ſeipſum intelligit, quod tamen admittit. Et eſt aliud etiam dubium multò grauius ex hoc, quoniam intellectus cognoſcit ſeipſum, antequam fiat iſta coniunctio, nam illa fit in ſenectute, & intellectus ſemper intelligit in iuuentute, & abſque tanta perfectione & conditionibus. Secunda eſt quoniam non docet illud, quod ratione & experimento conſtat: ſcilicet quod intellectus intelligendo intellectum agentem, non intelligit Deum, quia ipſe diſtinguit vnum ab altero, vt ibidem affirmat, ſequutus

Accu

Auennazar, quem alio nomine exponunt Alpharabium: ponit enim Deum in primo ordine, & intellectum agentem in tertio, adeò vt diſtent maximè inter ſe. Et qui Deum intelligit, neceſſario intelligit modum quo ille intelligit quoquomodo, & ita deſcendendo intelligit reliqua omnia quaſi in nube; tum ob multitudinem rerum, tum quia ille modus eſt nimis ſublimis, & etiam alienus à natura noſtra: tum quia deficiunt media quæ ſunt inter ſcita ipſa: Et etiam quoniam eſt aſſuetus cognoſcere ſolùm, quæ cognouit idem homo per ſenſum. Et ideò ex hoc intelligitur ſingulare, & eſt quòd ille qui multa nouit ante illam coniunctionem, optimè nouit multa: multa quidem quia multa nouit antea, optimè quia diuino modo, id eſt deſcendendo & per cauſas: adeò vt ſcientia eius, quia, id eſt, per effectum cōuertatur in ſcientiam ſimpliciter, & veram, & per cauſam, ſed tamen vt dixi imperfectam, & incomparabilem ſcientiæ Dei. Tertia eſt quoniam intellectus noſter ſi non ante coniunctionem intelligit, nihil intelliget & ideò nunquam coniungetur. Si autem intelligit, quid opus eſt illa coniunctione: poterit enim etiam illuminari antea, & illuminatur: Et ideò manifeſtum eſt quòd iſti Philoſophi ſcribunt quæ neſciunt, & verbis inuolutis, vt videantur admirabiles, & ne deprehendantur in errore. Et ideò etiam dixit quòd hoc accidit neceſſariò alicui, & in aliquo tempore. Sed quomodo ſi vnus eſt intellectus, & intellectus quatenus materialis humanus eſt, coniungitur agenti, quomodo in vno homine continget quod eſt totius ſpeciei? & ſimiliter quomodo in quodam tempore, cum incorporea non coniungantur tempori? Et ob id Auennazar ſincerius dixit eſſe anilem fabulam, quia ipſe nunquam adeptus eſt hanc coniunctionem: noluit enim mentiri & nugari, vt poſteris admirabilis videretur: & ideò dico quòd iſta coniunctio eſt ſempiterna, & in omnibus & eſt cum Deo, & hoc quia eſt vnus mundus totus incorporeus, cuius extrema pars, quod ad cognitionem attinet, vſque ad elementa extenditur; quòd ad intellectum, vſque ad noſtrum: & cum ſit vnum, copulantur quaſi extrema. Sed deteguntur modò in hoc, modò in illo, & modò in hoc tempore nobis, modo in illo: ſicut ſol æternus eſt, viſio eius eſt in tempore, quia impedimentum ſcilicet nebula eſt in tempore, & accedit & recedit: hoc autem non fit ſolùm per ſcientias, neque vnquam ab illis efficitur, ſed voluntate diuina repurgato animo; vel ob ſingularem gratiam ſolam, vel etiam concomitantibus actionibus, & ipſâ videtur delectari anima ſtudioſa.

Et hoc eſt quod ſum expertus, & non in ſenectute, ſed in iuuentute, & paulatim ſe detexit non ob doctrinam, ſed quoniam vt reor, hoc ipſo delectabar. Et ex hoc adeptus ſum, vt omnia quaſi ex vno intelligerem: Et hoc fuit quartum & ſecundum munus ex non principalibus. Et inde profitebar extemporaneè, & conſulebam, & ſcribebam: & hoc eſt notum omnibus per tot iam annos. Et non ex doctrinis hoc adeptus ſum, ſed potius magnam perfectionem, & in eis, & in linguis ob id: Et ego ignoro cauſam. Conſtat enim quòd linguam latinam didici vno veſperi, cum non niſi vno mane fuerim in ludo literario. Fuit poſtmodum etiam adiectus genius multum differens ab illa coniunctione, cum cognoſcerem futura, & abſentia, vt aliàs dixi, & nec eius ſcio cauſam. Et cum his omnibus acciderunt multa tamen infortunia circa filios. Et demiror de Alexandro & Alpharabio, quod auſi ſint ponere intellectum materialem mortalem, & poſt vnus coniunctum cum agente: & ob hoc impudentior eſt Alexander, alter etiam ſubſcribat dicentibus, quòd intelligit Deum. Et ideo mirum eſt etiam de Auerroë, ſi eam adeptus, quòd quid ad illam ſecutum ſit, non dixerit. Dicam autem ego me nil percipere niſi voluptatem illam, quòd ſine labore, & tædio memoriæ intelligam. Interim Deo gratias ago quotidie, non de hoc, ſed quia ſcio eſſe fontem omnium bonorum incorporeum ſine fine, & quòd omnia bene ordinauit, licet modum ignorem. Quæ verò adijcit Auerroës *cap.* 4. de ſua iſta coniunctione, quòd intellectus materialis intelligit ſe & alia abſtracta, & hoc non ex ſe, quia nihil mouet ſeipſum, igitur ab alio: hoc non ſolum de abſtractis, ſed de alijs. Et ideò euidentius eſt, quod idem eſſet quòd reciperet & moueret, & hoc eſt falſum: & ob id deprehendimus eſſe intellectum agentem, qui mouet & illuminat. Sed hoc multum differt ab illa ſua coniunctione. Quòd vero humanus intellectus ſit ita coniunctus agenti, vt neceſſe ſit, vt in aliquo homine & aliquo tempore hoc accidat; præter id quod dixi de tempore, & homine vno, eſſet etiam hæc coniunctio fortuita, & occupatus Deus in conſeruando hanc coniunctionem, tanquam vnam rem neceſſariam vniuerſo, ne periret: quæ quis non videt, quàm ſtulta ſint. Ideo coniunctio ſemper manet, & in omnibus, ſed in his in quibus Deus vult, detegitur, quia toti homini communicatur. Et ille homo tum differt ab alijs, & eſt quaſi ſuperior natura. Demum cum dicit, neceſſe fore, vt homines inueniantur inſtructi diſciplinis, & cum conditionibus prædictis, vt poſſit fieri perpetuò iſta coniunctio: iſta ſunt verba ridicula, miſcere neceſſarium cum fortuito: Deus enim ordinauit neceſſaria coniuncta ſemper. Et ſi vult ſeruari ſemper naturam humanam, hoc eſt ex conditionibus neceſſarijs, non fortuitis, quod euidenter apparet in numerorum proprietatibus & circuitu, in reditu ſtellarum errantium & lunæ: in Geometricis figuris. Et ideò omnia ſunt vana. Et maior vanitas apparet in his quæ approbat de Auennazare: Et ſunt ſimilia verbis illorum, qui ſe-

ries

ries rerum naturalium ad numeros redigunt: velut quòd animalia habeot quatuor pedes, Mundus quatuor elementa, quatuor totas, qualitates: quatuor virtures principales; Fortitudo, Iuſtitia, Temperantia, & Prudentia. Quin enim nou videt, quod illa ſex voluotate ſolum ſic diſtributa ſunt, nou vlla ratiooe. Cæterùm vr dixi hæc quæ nobis contigerunt, etiam à prima iuuenta anno ſcilicet xxvij. mibi contigerunt, certa ratiooe, mihi ramen ignota. Idem exiſtimandum eſt de alijs, & fueruot ſex præcipua: Scientia, commoda ſcientiæ, cognitio Priocipij, deducta ratio ab vno principio, Genius & conſequentia ad deductionem illam ex vno, ex qua plura & magis admiranda feci, abſque memoria, & mediocri quaotumuis ingenio, quàm multi memoria iuſigni, ingenio verò longè præſtantiore præditi.

CAPVT XIV.

De maximo miraculo humana natura.

FOrſan quod dicam non alijs adeò videbimt mirabile vt mihi, qui valde naturâ ab eo ſum remotus: id eſt quod Seneca *in proœmij initio primi libri controuerſiarum* de ſemetipſo recitat his verbis: de memoria loqoens: *Hanc aliquando in me floruiſſe, vt non tantum ad vſum ſufficeret, ſed in miraculum vſque procederet, non nego. Nam duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta, referebam: & ab his qui audiendum præceptorem noſtrum conuenerant, ſingulos verſus à ſingulis datos, cùm plures quàm ducenti efficeremus, ab vltimo incipiens ad primum vſque recitabam.* Aliàs dixi non hunc eſſe Seoecam, qui ſub Nerone occiſus eſt, illius magiſtrum; ſed vel patrem vel patruum. Et mihi boc maius videtur, quàm ſi quis aut ſuper aquas eat, aut volitet, aut reſurgat à morte: noo quòd hæc ſupra naturam omninò non ſint, ſed quòd hoc etiam ſit ſupra cogitatiooeio omnem: & in illis quædam ſimilia aut propria fallere oculos videntium magis poſſint, quàm in hoc. Et demirot ſauè de Plinio diligenti ſcriptore, propioquo temporibus Senecæ, qui cum quinque recitet exempla valde memorabilia, hoc omoibus maius prætermittat. Nam Cyri, Scipioois, Mithridatis ac Charmidæ magna licet ſint, longa tamen conſuetudine cui nihil denegatum eſt, conſtare potuerunt: Cyneæ factum populare fuit, & aliqua ratione confictum, aliqua noo factum: ſed incrementum accepit à fama, cui nil denegatum eſt. Ordine enim procedebant, & ipſe iam diu ante ordinis rationem in tabulis acceptam condiſcere potuit: neque tot erant omnes, quos pluribus diebus & forſan menſibus memoriæ mandauerat. Repræſentatâ re vt in ſoleonibos diebus fieri ſolet, non difficile fuit id præſtare. Simile mihi contigit erga qrendam ſiculum, qui latrunculis ludere abſque aſpectu militum volebat incedendo, ſed palliatus: ſtatim reſpondi eſſe artem, non memoriam: nam ſub pallio tabellam habebat; in quam intuens, cum loca diuiſa haberet, vt tabula latrunculorũ, facile eſt recordari militum, imò etiam deſcribere, vt videas per imaginem. Ecce quàm leui techna factum eſt, vt quod maximum exiſtimabatur, nihil propemodum eſſet. Sed in Seoeca ſi oon mentitur, & memoria erat prompta, & ſolus mentis vigor.

CAPVT XV.

De ordine actionum humanarum ex fine ſumptis.

FIois quidem omnis hominis eſt bene eſſe. Sed hoc ipſum quid ſit, & quale, in magna contentiooe eſt. Ergo aut plures ſuut aut vous: & ſi plures, aut diuerſi in diuerſis, aut omnibus ijdem: & ſimiliter ſeu plures omnibus, ſeu diuerſis, aut ordinatim ſe habent, aut noo differunt tameo; quouiam ſi omnibus ijdem, neceſſariò ordinem habebunt, atque eundem ſemper. Si autem plures diuerſis, aut ordinem habebunt ſed neceſſariò diuerſum; aut omninò ordioe carebunt: Propterea cum longum eſſer & non magnæ vtilitatis, & præter id difficile atque contentioſum, apud multos has omnes quatuor diffinire quæſtiones, forſan præſtiterit vnâ adiectâ ſupponere, quòd omnibus quidem ſit vnus finis: Ea autem quæ neceſſariò adijcitur, eſt; an plures fines ſimul eſſe poſſint; ſed quaſi coordinati? veluti ditari ac viuere: tum verò interim etiam eſſe in exiſtimatione. An quidam fines omnino per ſe ſiut inutiles, velut eſſe io exiſtimatione, per ſe quidem, licet omnia bona bona ſint hominibus; vtpote exiſtimatio, etſi non pariat diuitias, ſecuriorem tamen reddit hominem, cum vnuſquiſque diuerſis periculis ſit obnoxius: at è diuerſo illud eſt, quòd talia iacturam temporis faciuot, & hominem plus iuſto dō ad ſe aduocant, ab alijs vtilioribus reuocant, & aſſuefaciunt: aut vt deteriora præponat, quod manifeſtè malum eſt: aut vt omnibus iotentus ſit quod laborioſiſſimum eſt homini, & periculo noo vacat, ne dum omnia curat, nullo, aut valde paucis, aut melioribus fruſtratus, potiatur deterioribus.

Dicamus ergo primum quòd alia quidem ſunt, vt finis bomiois: alia ex ipſius ratione, & vt partes: quædam ſine quibus adipiſci illum nou licet, alia ad ornamentum, aliâ ad ſpeciem & quandam voluptatem quam ex eo coocipimos; & quædam ex his aut pleraque vnum in alterius locum ſuccedunt, vt partes in finis, & ornamenta

in

in partium, & ſine quibus ſimiliter. Et hæc modò magis, modò minus, iuxta etiam naturam hominum. Et quòd finium verus eſt is, qui rectè congruit homini ſapienti: ſicut ſanus cibus boni temperamenti homini, & veſtis homini bene ſe habenti, non gibboſo: alia autem gibboſo. Omnium autem fines vno concluduntur ambitu: ſcilicet habere quod optamus, & tutò poſſidere. Optimus ergo is eſt in virtute, cuius ſuprema pars eſt pietas, & gaudium in Deo. Eſt enim ſecuriſſimus & optimus; & maximus, tum etiam puriſſimus. poſt ſunt reliqua commoda animi, corporis, & fortunæ. Fortunæ autem maxima quæcunque ad tutelam noſtri corporis & animi, tum noſtrorum: vt ad erudiendos filios, ad ſatellites & huiuſmodi. Pecuniarum igitur vt quæ facilè in ſingula commutentur, præcipuum commodum. Exiſtimatio quoque ad ſecuritatem facit: quocirca ad ſecundam partem id eſt ad retinendum vtilis eſt. Primum igitur bonum & maximè felicitati proximum eſt virtus: ſecundum eſt ſcientia atque prudentia; tertium opes, quartum gloria ſtabilis, quinto in ordine eſt exiſtimatio hæc vulgaris, & huius optima, ac in qua plus eſt ſpei, eſt aulica. In abſoluendo ergo eam, multum laboris impendit Baldeſar Caſtellioneus; & quomodo adipiſci eam liceret, edocuit. Quærendum eſt igitur, an ea præcepta veræ felicitati ſint vtilia: nam ſi ſic, recipienda: ſi non, non. Et ſi quibuſdam ſic, quibuſdam non: Et ſi quædam ſic, quædam non, vt velut alicui omnia, eodem modo ſtatuendum eſt de his.

Ergo hæc aulica exiſtimatio ſucus quidam per ſe eſt, & per ſe inutilis: habenti tamen ad ſecuritatem prodeſt, non habenti nonnunquam, aut propter conditiones aliundè quæſitas, aut ob domini ſocordiam atque ignauiam, curantis adulationes & fucum ſcientiarum, & malè partas artes. Habenti ergo eatenus quærenda, vt nil neceſſariorum, nil ornamentorum verorum amittatur. Itaque non omnibus eadem ratione optanda, multò minus quærenda. Et etiam his quibus vtilis eſt & honeſta: non omnia ex æquo præcepta conueniunt, ſed quædam prætermiſiſſe non ſolum decuit, ſed etiam oportuit: velut illud de Rege Ferrando Neapolitano, qui chirothecas perpetuò geſtabat in manibus, corpus abſque toga ſæpius oſtentabat, quòd perpulchro ſe corpore eſſe, & manibus fœdis ac deformibus arbitraretur. Superflua cura & Rege indigna: cuius intererat potius præſtare ſe admirabilem in Sapientia, animi, quàm corporis concinnitate, & iuſtitia quàm manuum decore. Dignus igitur qui regno ſpoliaretur, vt poſtea ei contigit, atque in perpetuum, cum tam humilibus atque peruerſis cogitationibus. Neque parua vnquam Principi curæ citra contemptum eſſe poſſunt, vt neque in magnis ſemper laudem promereri. Itaque hæc ſtudio adulatorum contingunt, vt etiam olim Neroni, qui & ipſe principatum orbis amiſit. Eatenus ergo huic induſtriæ operam dabimus, quatenus vel inopi diuitiæ, vel diuiti ſecuritas paretur. Secus ne aliquid temporis depereat, aut Deo diſpliceamus, aut meliorum curam omittere cogamur. Ita magis decet diſcere vt partis probè vtamur; poſt ſi quicquam ſupereſt, vt eis ornamenta addamus: demum vt etiam ad oſtentationem aliquid adijciamus. Sed id ratò.

CAPVT XVI.

Nihil miſerius eſſe vitioſa vita.

CVm ſæpe vidiſſem dicentes Philoſophos hanc ſententiam, minus firmiter autem probantes ac demonſtrantes eam, demirabar ac contemnebam. Poſtquam autem conſideraui, quòd ſenibus odioſa vita eſt, quòd odio ſe haberi ac contemni ſe videant, tum cauſam dicti Philoſophorum intellexi, verámque illorum eſſe ſententiam animaduerti. Vt enim ſenex diues odio vitam habet, & infelicior eſt multò paupere iuuene, quoniam pauper in exterioribus calamitoſus eſt, ſenex in corporis muniis, quod corpus animæ propinquiſſimum ſit; ita qui vitiis laborat, adhuc calamitoſior eſt quàm ſenex, quoniam animo ipſo laborat, qui ſibimet propinquiſſimus vt nil aliud eſt. At dices non ſentit qui animo laborat? Fateor per ſe non adeò bene ſentire: cum tamen vitia exuperanerint, malè audiunt etiam Principes potentiſſimi, vt Nero, Commodus, Tiberius quoque, atque alij omnes. At confeſſus eſt Tiberius calamitatem vitiorum, vt mortem præoptaret. Caligula quoque & Philippus Vicecomes nocte ob id dormire non poterant: neceſſe eſt igitur huiuſmodi viros ſperni ac odio haberi. Quòd ſi hæc ad odio habendam vitam ſufficiunt, multò magis ſi ob vitia id accidat: ſeu enim non expleueris, ſeu expleueris, in maximas calamitates vt incidas, neceſſe eſt. Leuia autem ſi ſint, vt cruda vocata ſenectus, ſatis commodè perferuntur. Cum verò in illud chaos ingreſſus fueris, vt perferre omnia cogaris, aut de omnibus ſupplicium ſumere, quid miſerius homini contingere poteſt. At qui maximis laborat vitiis, in horum alterum vt incidat cogitur, cum à conſciis prematur, maximè cum inuicem conſpirauerint. At verò antequam ad ſummum peruenerint, rurſus maxima pugna: ſeu reſiſtas ne ad id perueniant, ſeu vinci te permittas.

LIBER TERTIVS.

PARALIPOMENON

περὶ Θαυματῶν.

CAPVT I.

De quodam animali habente manus.

HEri in veſperi inuentum fuit animal longius, & non adeò corpulentum vt ſcarabeus, molle, cum quatuor pedibus, ſed adeò diſtantibus, vt duo alij interponi poſſent. Color fuluus, fuſco propior, robuſtum pro magnitudine: in cauda duo cornicula, totidem in capite: oculi pulchri, alacres, rotundi, non hebetes, vt ſcarabeis, admodum mobile: in dorſo quaſi duæ alæ exiguæ. Supra priora crura, & prope illa à lateribus, duæ manus cum quinque digitis, ſic conformatæ, vt viderentur aliquid tenere poſſe, erat autem manus vna omnibus pedibus maior, vt monſtrum planè videretur. Multa circa os aderant, cum adhuc plura amiſiſſet, quæ igne famulus qui illud in culina deprehenderat, conſumpſit: quòd animal illud eum morderet acrius, me tamen minimè. Dum verò vellem illud ſeruare, aufugit, condiditque ſe in latebram. Nec ſine augurio deprehenſum puto, nam admodum mirabile erat. Vocatur hoc *cucurbitinū*: hæret enim cucurbitarum plantis tenerioribus, & earum germina arrodit: nullum autem animal, quod ex putri materia oriatur, non abominandum eſt, præcipuè cum rarum & aliquid humani referat. Sed ferenda omnia ęquo animo. Eadem nocte vlularunt præter ſolitum è feneſtræ regione quatuor aut quinque canes ferme per horam: audiebant pueri domeſtici. Mane verò ſomniaui me pulchrum habere ſcrinium, quod imprudens cum tractare volo, intus perfregi quippiam: at ille qui dederat, dixit, fregiſti; at ego hoc audito dolebam magis ob omen & pulchritudinem artificij, nihilominus dixit, ego conſarciam illud, atque reſtituam: itaque ego inter ſpem & metū conſtitutus, experrectus ſum. Hæc omnia videntur præſagire errorem, ex quo omnia euertam, quod quomodo facturus ſim non video, nec etiam viam qua liceat, niſi forſan iam facti admonet. Renunciaui enim muneri profitendi Papiæ, quod quanquam iure & certis cauſis fecerim vt pœnitere non poſſit, & ea ipſa die literas de hoc expecto: illud ſanè parum me mouet, cum poſſim omnia in priſtinum reſtaurare, quod forſan ſomnium oſtendit. Illud magis refert, quòd conditionem profitendi Bononiam recepi, quam repudiare nunc vix poſſum.

CAPVT II.

De plantarum Germinatione.

REfertur inter prouerbia *moro ſapientior*: vt quæ tardè germinet, atque ideò maximè immunis ſit à periculo. Et certè vix poſt æquinoctium diebus quindecim. At mihi compertum eſt ſericum arborem tardius multò pullulare, ſed non propria forſan ratione, verùm quod omnis arbor è calida regione tranſlata ſerò germinet, aſſueta non niſi magno calore turgere. Vt contra roſæ in calidas regiones traductæ, celerius quàm quæ ibi naſcuntur florent, fundúntque folia: quòd ſi aliter fiat neceſſe eſt corrumpi arborem, quod etiam veriſimile eſt ex natura rei. Nam morum ex Serica regione tranſlatum eſſe, veriſimile eſt: cum ſit arbos bombycum, & ob id ſerò omnia producat: quòd verò citò ferat fructum, ex abundantia pinguis humidi contingit. Ceſſet igitur parœmia in poſterum, concedatúrque ea laus ſericæ arbori, non moro. Hæc autem arbos habet aculeos eximios, in modum cornu formatos, aptos ad purgandos dentes.

CAPVT III.

De coronis circa ſolem.

PRidie Nonas Maij anni M D L X I I, hora quinta diei, apparuere duo arcus circa ſolem: minor perfectus & pallidus; maior imperfectus, procul diſtans, roſeus & purpureus. Quocirca illud dubitare contingit: ſi maior ex minore oritur vt vult Ariſtoteles, quomodo colores illi in maiore viuidiores. Si minor ex maiore, quomodo ex imperfecto & dimidio paulò maiore integer? An non eadem ratio quæ in iride? ſed hoc ex duabus nebulis circa ſolem (ſed mirum eſt vna oriri, vna extingui) Irides autem ex vna tantum nebula. Ego tamen vidi horæ ſpatio.

CAPVT

CAPVT IV.

De Ronta piſce.

REferunt Rontam piſcem non valde abſimilem Bottæ fluuiali, (eſt enim & ille fluuialis) magno ac ſuauiſſimo prædi- tum iecore, quod eximere ſolent piſcatores, vel totum, vel maxima ex parte: atque piſcem in viuarium demittere: inde poſt aliquot dies non ſolùm conſolidatum vulnus, ſed iecur aliud reparatum: vt credam non habeo, niſi oculorum hirundinis pullorum exemplum. In his negare oportet iecur eſſe membrum principale, aut id eſſe illis iecur; forſan etiam tabeſcit interim. Nam imperfectis animalibus nihil vitæ neceſſarium eſſe videtur: velut teſtudinibus, quæ abſciſo capite, eruto corde etiam, per diem viuunt, vt ſint quemadmodum nobis ad vitam, in huiuſmodi ad diuturnam vitam neceſſaria. Quòd ſi quis dicat, quod aliquando ſpectauimus anguillam exenteratam per ſpinam, in multa fruſta diuiſam, excoriatam, toſtam in veru, ſed non perfectè coctam, etiam in lance ſe torquere: nonne pro miraculo habebitur? At in perfectis animalibus nihil eiuſmodi videbis. De eo tamen piſce nihil certi habeo, ſed audiui.

CAPVT V.

De ſtruthio quodam herbæ genere.

REfert Amatus Luſitanus ſeu potius Ioannes Rodericus, iuxta patrium oppidum Caſtellum album & Niliam, quod illi propinquum eſt, herbam naſci caule bicubitali, inter vaſtos lapides murorum, nec alibi vllibi quòd viderit, folio parietariæ, ſed ririnoſo flore, albo, paſſerculo ad vnguem ſimili, ſed lanugine quadam obducto, qua etiam caulis veſtiri ſolet. Refert hoc in paſſerculos ibi nidificantes, ex quorum ſemine infecta herbæ radix hanc effinxerit plantam. Nihil non eſt pulchrum ſi fides integra ſit. Sed dubitatur, quoniam videtur ob gloriam captandam quædam confinxiſſe de venæ azygæ conſtructione, in quibus & de re, & de reſte, à Falloppio viro ſanè vt videtur graui, coarguitur in obſeruationibus Anatomicis. Sed tamen Amatum virum doctum eſſe noui, & multarum rerum conſcium. Si quis deliquit volens, non pudeat eximere paucula, vt fides reliquis haberi poſſit: nam ego libenter non ſolum à me, ſed ab aliis recognita errata recognoui, nihil tamen ſciens aliter quàm ſe haberet, recitaui; nec vt facerem, vlla cauſa induci poſſem. Etenim vide quanti referat veracẽ haberi: nam ſi hæc ita ſe haberent, maximum naturæ arcanum, & ad multa opportunum in lucem prodiret.

CAPVT VI.

De Portento quod mihi apparuit.

ANno M D L X I I. Vndecima die ſcilicet V. Idus Iulij, cũ eſſem Papiæ, & renunciaſſem profitendi muneri, iámque acceperam reſponſum è Roma, quo Bononiam accerſebar, ſed non tam honeſta vt par erat conditione. Expectabatur Princeps, cuius præſentiam exhorreſcebam: non vt ingrati, ſed vt non grati. Itaque omnia mea negocia & ſtatus confuſa erant. Sequenti die recepturus eram Paulum Andream, è familia Capitaneorum de Vilanterio, puerum annorum quatuordecim. Tum Mars ventura die Venus ac Mercurius iuxta decimam partem Leonis coibant: quos Luna trigono ex radio in Sagittario penè iunctos appetebat. Habebam in indice manus dextræ Selinitem in annulo, & ſiniſtræ Hyacinthum Chryſopacium, cuius ſupra memini, quem nunquam dimittere ſolitus eram, cum eſſet ſatis magnus & exagonâ figurâ. Selinitem è digito detraho, & ſub ceruicali condo, eâ opinione quod ſomno aduerſaretur, atque ob id ſæpe idem facere ſolitus eram: hyacinthum retineo, tum ob alia, tum quòd ad ſomnum conferre videretur. Obdormiui ad mediam ferme noctem, vbi expergiſcor, rurſus non inuenio annulum ſiniſtræ manus: excito Iacobum Antonium Scacabarozium puerum annorum quindecim, qui mihi erat vt dici ſolet à pedibus, in cubiculóque dormiebat: iubeo illum quærere annulos; ſtatimque ſine lumine ſub ceruicali Selenitem, vbi eum repoſueram, inuenit: Hyacinthum ego primum cum diligentiſſimè quæſiſſem, inde ille, ipſe non inuenire potui. Vnde triſtis ob omen ad mortem vſque, propter ea quæ ſuperius in tali euentu ſcripſi, animum deſponderam: vix enim naturalem hunc caſum poſſe eſſe putaui. Vbi paululum conſedi, colligo animum, iubeo puerum ire, atque è foco ignem deferre. Reſpondet, vt reor, quòd laboris pigeret tenebráſque exhorreſceret, extinctum prorſus eſſe ignem in veſperi. Iubeo vt accendat candelam ex igniario: negat eſſe ſchidia, ſeu ſulphurata, & fomites: hæreo: tandem me colligo, tentemus etiam ſi præter ſpem omnem, quandoquidem intelligo ſi me conferam ad ſomnum], tam dico prodigio exitium mihi impendere. Itaque iubeo, vt ignem quouis modo quærat. Abit, excutit cineres, carbonem inuenit ceraſo non maiorem, imo minorem ac totum ardentem: excipit forcipe luminaria: tum ego non ſperabam poſſe lumen accendi: admouet lychnum goſſipinum, inſufflat, accenditur candela nulla emiſſa è pruna flamma,

quod mihi ruſſus prodigioſum viſum eſt, ni ſcitulus pucr hoc ipſum animaduertiſſet, monuiſsétque me, qui prodiginm admirabat, nec ramen quomodo prodigium eſſet, intelligebam. Interim annulum quæro, anxius certè ne adbuc caſu aliquo lumen extingueretur, ſed ſtatim annulus inuentus eſt ſub fulcro in ſolo, è media regione lecti, vbi eſſe prorſos non poterat, niſi omnioo manu tranſlatus; cò teuolui propter ſumam nullo pacto poterat, nec cò verti, ſed potius aduerſus ſpondam neceſſe fuit; nec quò decideret erat: ceruical enim pluteo ſuperiori iungebatur ad amuſſim, & ſpondæ eminebant io lateribus, nec vſquam rima fatiſcebat: vnde puer etiam ipſe, quamuis ego ſolùm admirationem præferrem, vix præ timore ſtabat. Scio multa dici poſſe, ſed certè nibil, quo oſtendas viro minimè ſuperſtirioſo rem non fuiſſe pottentoſam, indicantémque ſtatus & exiſtimationis euerſionem: inde præter ſpem omnem collecto animo, & Dei præſenti fauore recuperata conditione alia non minus ioſigoi, habiturum etiam priora in poteſtate. Inter reliqua autem inſignia huius caſus animaduerti, cum ptimum annulum inueniſſet, digiro eom me iorruſiſſe vt puer educeret, nec potuiſſe, adeò digito hærebar, vt ille adhuc magis admitaretur: quem eriam poſtmodum ſtatim depoſui, non reſumpturus, oiſi omnibus quæ ventura ſunt excuſſis, cum tot annis aduerſus fulgura, peſtem, vigilias, cordiſque tremorem geſtaverim.

Quæ autem euenerint, & qualiter, quantúmque boc prodigio tam manifeſto adiutus ſim, nunc ſubijciam. Primum igitur cæpi cogitare, vnde mibi pericula immineteot, decreuique ſequenti die, tum maximè quod parum proſpera valitudine fruerer, domo pedem nuſquam efferre. Itaque contigit, vt me mane ad Academiam inuitareot, excuſaui valitudinem. A prandio ruſſus inſolita mihi te ad cænam conuiualem: forſitan ſi adijſſem, extremam ac funeſtam: nam qui inuitauerat poſtmodum me loco eiecto ſubrogatus eſt. Et quanquam illum tam nefarium eſſe non crediderim, per alios rameo id quod concupierant inimici, fieri potuit. Satis cooſtar opportooè aduenisse omen, quandoquidem eo die vt dixi decreuetim noo efferre pedem è domo, nec vnquam alias ad conuiuium vllum, niſi fortuitò, ea in vrbe ſim vocatus.

Poſtea cum qoippiam mali, ſed incerta ratione, non tamen adeò ingeos ſuſpicarer, cogitabam vnde mihi mala euenire poſſent. Recordarus operum quæ edideram, & cum nooulla eſſent in his obſcuriora, quæ ab æmulis in deteriorem partem accipi poſſent, ſcripſi ad Concilium, omnia illorum auctoritati iudicióque ſubijciens: quod factum me ab ingenti periculo & infamia, vt poſt dicam, liberauit. Inde rediens Mediolanum, febre & ventriculi imbecillitate correptus ſum; cúmque mihi non ſufficerem, ecce nuncius è Papia, vt inuiſerem nepotem ex filio, qoem ibi reliqueram extremo in periculo laborantem. Coactus ſum carpentum aſcendere æger, & ſub media die maximóque æſtu; quippe nulla æſtas feruidior aut aridior memoria noſtra alia fuerat. Iui, & conualuit infans, ego verò imbecillitate dentis anterioris laborans, preter reliqua mala, dum conſiliis aliorum mediorum acquieſco, etiam Eryſipelas in facie contrabo. Et penè perieram, ſanguinem detrahere volens, niſi coitus luminarium ea die obſtitiſſet: atque interim mitigari cæpit morbus, atque ea cauſa conſcripſi *libellum de dentibus* dum laborarem, redijque ſtatim Mediolanum, nondum finito Eryſipelate: tum verò me podagra conuulſioni affinis io genu corripuit, ea ratione edoctus ex ſimili fluxione, dum libellum dentium conſidero, placuit experiri: ſucceſsitque voto, & liberatus quamprimum per vrbem inambulare cæpi, cum alias conſueſſem, licet è lecto ſurgerem, menſem vel etiam plus in domo tetere. Itaque ex boc profuir plurimum, exhauſta magna pecuoia, gloriæ, vt plures ſanauerim ægros, iacturámque impenſarom ſarcirem. His tot incommodis putaui ſatisfactum ſæuienti fortunæ, ſed decipiebar: namque vix reſtitutus ſanitati, multis modis ita agitatus ſom, de famaque ac dignitate atque vita periclitatus, vt vix ſeruari potuerim: idque primum ſic contigit. Quærebam ad ſolatium tot calamitatum puerum muſicum, inueni & bonum muſicum: pater dat in contubernium: ſequenti die quæritur apud me, audiſſe ſe quòd Veneris cauſa illum acceperim, & ficta cauſa abducit. Ego qui non ignorabam me multos habere inimicos, oſtendi id eſſe noo poſſe, quòd non pulchrum ſed muſicum quærerem, quòd nemo è contubernalibus de hoc quæſtus eſſet: quòd aonum attingerem iam ſecundom ſupra ſexageſimum, quòd maxima inuidia apud Senatum laborarem: quòd in luctu eſſem, quòd nullus puer in domo mea verſaretur: quòd ſæpius habitæ eſſent huiuſmodi quæſtiones io ciuitate, nec vnquam fuerim nominatus: cum ille noo haberet quòd obijceret, tamen perſtabat io propoſito. Tandem cæpit petere ducentos coronatos, inde ad vigintiquinque ſiogulis annis deuenit, atque ita derexit dolum ſuum. Sed dices, quomodo tentare auſi ſunt perſnadere poſſe tantum flagitium de te. Nihil non cogit audere liuor. Ruſſinus B. Hieronymum, quo nemo continentior, & in Eremo habitauit, auſus eſt inſimulare, quòd Paula & Euſtochio poriretur. Fidémque babuit apud multos, quòd ſcirent Ruſſinum fuiſſe B. Hierooymo amiciſſimum: ille tamen innocens fuit; liuor ſemper viam ad aggrediendum inuenit. Quid dicas de detractoribus, qui plures fuerunt, quàm ea in quibus vllus homo accuſari poſſit. Quocirca meo iudicio non graoiter ſe geſſit hac in parte, dum omnibus criminationibus reſpondere

nititur.

nititor. Quod exemplum ſecutus eſt Eraſmus noſtris temporibus & Valla aliique, ſed fruſtra; quantò ſatius eſt more Ariſtotelis, Scoti, Alciati, noſtróque, eiuſmodi caſum contemnere, qui ſponte venturus ſit.

Inde cum recuſaſſem medici cuiuſdam filium, qui gratis in contubernium meum collocare illum tentauerat, fretus vt plerique ſolent amicitia Principis, quam pro pretio atque pecunia eſſe volunt, talem ille commentus eſt technam. Edideram ego in laudem illius Principis librum, inde alium, in quo quærebar amicitiam eius mihi fuiſſe damnoſam, quòd in caſu filij nimis in eo confiſus, ſalutaria magis auxilia prætermiſiſſem. Hanc occaſionem vir ille egregius nactus, (quippè quæ in libro ſcripſiſſem ex me narrante illi hæc audiuerat) rogat vt velim filium ſuum ſuſcipere in contubernium, vt velim pro eo ſpondere ac fideiubere, pollicetur facturum vt in gratiam redirem Principis: quaſi facto meo non ſuo ab illius amicitia me ſubduxiſſem: dixi non opus eſſe hac gratia aut amicitia. Interroganti cur? reſpondi quoniam filium meum ſeruare noluerit, aut non potuerit; certè non ſeruauerit: tum ille teſtibus præſentibus exclamat filium meum culpa propria non Principis perijſſe; ſi non confeſſus eſſet, non daturum fuiſſe pœnas: Senatum morti eum adiudicaſſe, non Principem: inde etiam adijcit me malè dicere de Principe, caueam mihi quòd Principi maledicam. Ad hæc verba accurrunt plures, fit corona: plerique, ex his quæ ille obijceret, audierant; quæ ego dixiſſem, non audierant. Demum cum ſæpè eò rediret, me malè agere, qui Principi maledicerem, id adiecit inſaniens prorſus, quòd ego neſciebam antea, aut non adeò certè, perijſſe filium meum culpa Sororij Principis, illumque nominat, vt Principem ipſe accuſauerit potius, quàm ego. Nihil ad furentem reſpondi, prætetquam illud, me prorſus non maledicere, nec maledixiſſe, imò ne cogitaſſe quidem, vt Principi quem colerem, maledicerem. Diſcedit ille omnibus admirantibus, & maximè qui moderationem meam nouiſſent, ac reſponſum, multò magis qui prioribus verbis interfuerant. Ergo primum eâ technâ, qua facilè quiſque impudens vocare inſontem in periculum poteſt, mihi impoſuit. Quatuor poſt diebus in corona hominum, (eramus autem in foro venalium) fortuna quadam obuiam factus cum filio ac duobus ſocijs, inquit, quemdam affinem (cuius nomen retulit) Principis, iræ præcipitis ſanè, legiſſe librum meum, in quo de Principe ipſo maledicerem, iratúmque parum abfuiſſe, ne præſentem (affueram enim in aula interim) medium diſſecaret, & in latrinam proieciſſet. Verùm ipſum obſtitiſſe talia dicenti, mitigaſſéque hominis furorem: nec opus eſſe vt aliud quærerem. Sperare enim illum quieturum, intellexi, ſummam hominis improbitatem, cui non ſuffeciſſet me iniuſtè apud illum accuſaſſe, ſed vellet vt pro calumnia, & illato periculo, tum præſenti iniuria etiam illi deberem: nec etiam periculum parui faciendum duxi, antea cum ſubjeciſſet, cauerem in poſterum, ne de Principe maledicerem. Cúmque vellet cogere, vt pollicerer me eum laudaturum, idque negarem tanquam rem importunam, hanc reſponſionem ille exclamando in tanta turba hominum, ita vertebat, quaſi audiſſe ex me, velle in maledicendo perſiſtere. Vides amentiam hominis atque improbitatem; tunc me peruaſit pauor non leuis, ſciens alioquin quot mihi hoſtes eſſent, quanquam potentes, tum quantum exiſtimatio mea perculſa caſu filij, atque imminuta foret, quanta ob virtutem flagrarem inuidiâ. Qualis iuſtitia coleretur in vrbem, in qua cum alias ſemper ex Marcelli teſtimonio tunc, nunc maximè opes atque potentia pro viribus habentur. Itaque decreui obſiſtere homini. Dumque templum maximum ingredior, fortuna quæ Deo patente non prorſus me deſtituerat, obijcit Adrianum Belgam, eum cuius mentionem feci *in libello de curis admirandis*, hominem officioſum & gratum: narro omnia; ſubiungens ſi Antonius Pezonus adeſſet (Hiſpaniæ gentis decus hic eſt) ſperare me tantam calumniam in caput nequiſſimi viri vertere poſſe. Tum ille; adeſt inquam, & in aula: accedimus ad illum, narro cuncta ex ordine; ille narrat præfecto Mauritio patritio, Hiſpano ſingulari, tum humanitate tum probitate præſtanti, bonarúmque artium, tum linguarum perito: ornamento raro in tam ſplendida fortuna. Caſu aderat Medicus ille, tum is quem minari aiebat: vbi audierunt illum qui prorſus literas neſciret, legiſſe hæc in libro meo; cachinnos ſuſtulerunt, grauitérque reprehenſo medico, & ſtulto ſæpius appellato, coram me demum increpito: amicum, non ſolum illum quem ille inimicum dictitauerat, ſed & quotquot affuerunt, Hiſpanos magna cum laude mihi reddidere, atque ita diſceſſi.

Iiſdem diebus, cum ægertimè adhortationibus Illuſtris primarij Antiſtitis Bonromei vix mihi tantum ſtipendij obtiuiſſet Senatus Bononienſis, quantum in patria promerebar, vt medicinam profiterer: adeò peruerſa ſunt hominū iudicia, aut fortuna mea mihi aduerſa erat, miſiſſémque à ſecretis Euangeliſtam Matulianum!; neque his contentus, cum ſub hac ſpe muneri profitēdi Papiæ renunciaſſem, eas addidit conditiones, quas recipere nemo honeſtus vir poſſit. Minuebat etiam quod tenuiter conceſſum erat, nullas numerabat pro viatico pecunias: conducebat per annum, minores exiſtimatione prælati, falſas accuſationes velut veras me narrante non aduerſabatur: vt tandem cogerer exclamare, ahi-res inquam, nihil turpius quàm ſic ornari, etiam optima conditione. Sed poſtmodum remiſſus eſt parum meliore animo ac obla-

tione, verùm non tam triſti vultu. At ego omnia minus putanda duxi, quàm truces vultus ac voces eorum, qui mibi dulciſſimum filium eripuere. Itaqne etſi iniquæ conditioni acquieui.

Paulò poſt contigit, cum profitendi muneri Papiæ renunciaſſem, inde perſuaſus à quatuor Senatoribus, indignitatéque legari Bononienſium motus, vt denuo me profeſſurum in patria pollicitus ſim: mutatóque conſilio honeſtum ſtipendium petere cœpi, confiſus etiam quòd Senatus Mediolanenſis intelligeret, me Bononienſinm conditionem ſui contemplatione reſpuiſſe: tametſi enim iniqua eſſet & iniquius oblata, poſtquã tamen nulla alia erat, acquieuiſſem, non tam honeſtè quam neceſſariò: & vt pericula, quæ iam tum vt dixi, iiſdem diebus ſubieram, declinarem; cum Senatus inexpectato omninò euentu, me prorſus ex profitentium numero expungit. Nec ſatis fuit, ſed per nuncium me monuerunt, audiſſe Senatum accuſationem de duobus ſummis criminibus, 'nilque obſtare præter nobilitatem & collegium, quin manus inijci iuberent, ſed his cauſis motos, me ſolum exilio mulctare velle. Sed nec tunc fortuna ſeu Deus defuit mihi: ea enim per eos dies acciderant, ignorantibus illis, per quæ vno verbo ab vtriuſque criminis ſuſpicione, nedum crimine me liberaui, coëgique eos negare verbum vllum vnqnam de huiuſmodi in Senatu factum eſſe: cum tamen duo teſtes laureati de hoc ad me retuliſſent. Verùm in expunctione perſtiterunt; cúmque epiſtolis ac ſupplicationibus Senatum vrgerem, deprecarer, quæreret, eò deuenerunt, vt licet cum ſingulis hæc acta eſſent ſine teſtibus, tum puduerit negare acta, quæ infitiari, poterant. Tantum in auctoritate mea fidei repoſitum eſſe crediderunt, vt illos damnarent, quòd ipſi tres aut quatuor pro toto Senatu, auſi eſſent polliceri: me autem accuſabant, quòd epiſtolam quâ veniam petebam, permiſiſſem legi in Senatu, nec antea repetiſſem: atque ita loco profitendi excidi. Sic videntur hæc, vt Aſtrologi dicunt, pendere ex quibuſdam aſtrorum congreſſibus: cum tot & maxima intra tam paucos dies acciderint: Sed nec omnia infauſta, verùm plura inexpectatum finem habuerunt: liberatus enim calumnijs illis, fama inclarui. Ciues me ſingulari quodam amore, imò tota fermè ciuitas amplexata eſt, innocentiam admirata, & calamitatem miſerta: liberari etiam libri ab omni ſuſpicione. Ego iterum à Bononiẽſibus denuò miſſo legato reſtitutus profitendi Prouinciæ. Tot inde è Roma Cardinaliũ & à Conſilijs præfectis epiſtolæ blandæ gratioſæque, vt nil maius aut ſplẽdidius mihi vnquam tota vita contigerit. Atque hæc omnia inter xij. Calendas & vj. Idus Octobris euenere, cum alia etiam ſed minora. Atque hi ſunt fortunæ ioci, iratæ, ludentis, aſſentatricis: Sed non ſine manifeſto numine Diuûm, vt etiam in ſequenti.

CAPVT VII.

De alio portento quod mihi contigit.

APpuleram iam Booniam xvj. Calendas Decembris; cumque res meas diſponerem, accidit vt viij. Calendas (erat autem vigilia B. Catharinæ) inuenirem inſperatò ſub ferrea arcula, quæ in ſcrinio erat, affabrè iacentem libellum *de Secretis*, iam triennio anteà ferme amiſſum; inde excuſſis omnibus ſæpius fruſtra quæſitum, vt familiarem quendam furti mecum inſimilarem. Cogita modo toties quæſitum, nec inuentum, quis repoſuerit? Deinde ſub arcula ferrea, quomodo tam pulchrè coaptari potuerit: ſi modo caſu dicas latitantem inter cæteros libros ac ſcripta emerſiſſe. Itaque ſeu naturale eſt, vt credo potius, ominoſum, ſeu è miraculi genere, indicat ante triennium ſub fine ſcilicet reſtituendum patriæ tàm optatæ, nam hoc præter ſpem eſt, nec vtile ſed tamen gratum. Conſtat tamen huic interpretationi ſomnium ſupra enarratum, quo declaratur futurum eſſe, vt ſemi regi inſeruiam. *Sed Fata viam inuenient*: eſt enim hæc Prouidentia velut à longè ſpectantis, quæ ad vnguem ſe declarabit ipſo aduentu, antea Fato prohiberi nos, baud obſcurum eſt.

CAPVT VIII.

De ſurdo & muto literas edocto.

REfert Georgins Agricola *in tertio ſuo libro de Inuentione Dialectica* vidiſſe hominem natum ſurdum & mutum, qui legere ac ſcribere didicerit, ſic vt ſignificaret quæ vellet. Atque ita poſſumus efficere, vt mutus legendo audiat, & ſcribendo loquatur: nam ex cogitatione memoria comprehendit, quod panis, gratia exempli, rem illam quæ editur, ſignificat. Legit itaque ratione velut in pictura: per eam enim licet ad voces non referatur; non ſolùm res, ſed actiones & ſucceſſus declarantur. Et vt ex pictura viſa picturam aliam effingere, ſub ratione etiam ſignificati licet; ita etiam in literis. Vt enim vocis differentiæ ex pacto ſignificant res, ita rerum aut dictionum figuræ variæ.

CAPVT IX.

De Diuinatione melancholicorum.

QVòd melancholici futura præuideant, innumeris confirmatur exemplis. Et etiam viri magni ſub fine vitæ, vel etiam arduis

arduis in negotijs, vt de Bruto, Caſſio, Cicerone, Dione Syracuſio, M. Antonio, C. Cæſare Dictatore; alijſque multis. Neceſſe eſt igitur hoc cauſam habere ex his quæ nobis poſſunt hoc ſignificare, velut vita quæ res humanas agit; Fati ſeries, cælum vt cauſa, & genius nobis coniunctus: nec neceſſe eſt id eſſe in cauſa, atque ſub eadem ſpecie, quod ineſt nobis, & eodem modo. Vnde res diuerſa quædam videtur, velut ſi quis mulierem triſtem, ac furiæ ſimilem videat, vt Dion vidit domum verrere, non eſt id ſimile ei quod accidit, ſcilicet vt mors ſua, & prolis, ac ſtirpis totius caſus ſignificaretur: conſtat tamen ratione, quòd mulier inferna verrat domum, cum id in funere fieri ſoleat, exitium portendere. Ille tamen vidit non ſub forma qua res ſucceſſit, ſed pro ſapientia facillimum erat diuinare. Velut è diuerſo ſi quis videat iuuenculam formoſam, veſtibúſque ornatam per domum incedentem, in cubiculúmque condentem, incrementa bonæ fortunæ expectare debet. At verò de Fato non videtur veriſimile, vt ſeries illa tota reluceat in animo, niſi animam exterius poſitam dicamus; quæ quod relucet in ſeipſa, noſtris ſenſibus per vitam communicet. De genijs nondum conſtat quod ſint: neque cuiuſmodi ſint. Forſan meliùs erit in cælum cauſam omnium traducere: nam vitæ non videntur niſi generali ratione, quæ pauciſſimis indiget, velut in numeris, ad hoc vt ad ſingularia deuenias. Ergo in his qui magis ſunt à negotijs alieni, vel quia ſapientes ſint, talia videntur.

CAPVT X.

De duobus miris quæ mihi contigerunt.

HOc anno MDLXIII. xvj. Calendas Auguſti ſub meridie, dum puer anno xvj. præſens eſſet, Ia: Antonius de Scacabarotijs; cum ibidem eſſet cloaca, audiuimus caſum tabulæ, quæ os illius tegebat, ſeu foramen: aut enim muro adhærens cecidit, quod quomodo contigere potuerit non ſcio: aut eleuata percutiendo murum, ſtrepitum illum edidit, quod longè erat admirabilius: at puer ſanctè deierauit apertum inueniſſe locum: & tabulam hærentem muro. Fidem poſtmodum fecit quod ſucceſſit poſt ſex dies: nam nocte quæ præceſſit ix. Calendas, cum mihi eſſent tres annuli in digitis cubitum eunti, vbi primum expectrectus ſum, nullos inueni: at cogitabam more ſulito, quod ſæpe id facerem, repoſuiſſe ſuper arculam quæ lectum propè erat. Vbi quærerem nec inuenirem, ignario lumen accendi, & tres ipſos in lecto quaſi iunctos inueni ſub dorſo, ſed maiorem tamen primum. Pro hoc ipſo ſatis intelligo, nunc aliquid meeum eſſe quod agit: nam nec vnum cum plures eſſent, aut duos ſed omnes, velut cum vnus incluſus firmiter exiſſe illum, vt omnes ſemper inueni. Sunt è ſtirpe mea tres: indicat eos in periculo futuros omnes hoc anno ne pereant: ſuperfuturos tamen omnes, & grauem morbum facilè euaſuros: vel rem vitámque meam, tum exiſtimationem, poſtquam extra ſpem ferme ero, retenturum. At hoc vix contingere poteſt. Quomodo enim ſub Pontifice optimo & amico, cum tot illius miniſtris mihi familiaribus, ſine vllo meo crimine, exiſtimatio in graui periculo verſari poteſt. Sed Deus omnia poteſt, & mentem meam obcæcare. Veriſimilius tamen eſt primum. Accidit autem hoc hora I X. in initio: certè maius aliquid portendit quam vt diuinare queam: Exitus oſtendet.

CAPVT XI.

De Tertio portento quod mihi contigit.

ERat nox antecedens Quintum Idus Septembris, anni M D L X I I I. horam nó teneo. Bononiæ eram in domo Ranuciorum, quæ adhæret cæmentis ruinoſis Palatij Ghiſileriorum. Solutus ſomno, vinculum interulæ quo collo conſtringitur, inuenio implicatum funiculo, quo Smaragdus, & chirographum illud mihi vt viſum eſt, adeò propitium, collo ſuſpendebatur. Conor explicare vnum ab altero, atque eximere, ſed res contraceſſit: adeò enim implicatum alterum alteri, atque implexum reddidi, vt decurtato funiculo chirographum cum lapide ferme collo hæreret, atque ipſum conſtringeret. Itaque deſperans explicationem, confiſúſque in tenuitate vinculorum, vt ſi lædi me animaduerterem, ſtatim confringerem; quieui ſupinus vt dormirem: luce ipſa diſſoluturus ea vincula & nodos, ſi qui eſſent, imo intortum funiculum, quod vix ſperabam poſt horam, lucis etiam beneficio conſequi poſſe ſperatem. Sed non dormiui: verum vbi paululum immotus quieuiſſem, ruſus tentabam an difficilis admodum futura res eſſet: & ecce inuenio lapidem ſub ala, eſſe nodum omnem & plexus explicatos & diſſolutos, niſi quod vnum alterum ex vinculis equitare videbatur. Non audebam in tenebris, ne ruſus implicarem, explicare: verùm vbi ſenſiſſem ſolùm equitare, ſed tamē implicata eſſe, tentaui magna diligentia, & illud pauxillum, impedimenta tollere, ſic vt ſi non ſuccederet, liceret rem reſtituere priori ſtatui. Sed ſtatim liberatus ſum hac cura. Quare magnarum curarum inſperatam oſtendit ſolutionem: ſimúlque quod alias ſæpe dixi adeſſe aliquid, quod non cernitur mihi. Neque enim dormiebam aut ebrius eram, aut vllo modo ſum deceptus. Sunt autem res hoc in ſtatu. Me-

diolani

diolani genet tenet omnia illa paucula quæ habeo, vt iam toto anno oibil acceperim: libri apud typographum ſunt, nec imprimuntur. Hic nulla cum hora lego; conſpirarunt præterea multi aduerſum me, confuſa omnia: filius in carcere parum frugi. Auctores impedimentorum Principales duo, exiſtimo aut morituros aut diſceſſuros. Rem pacandam: vtcunqoe quietius poſt annum viƈturum. Hæc tum. Quæ modò ſucceſſerunt ſunt hæc: Menſe Iulio circa finem adiuuante F. Alciato à libellis Sum. Pont. Pij I V. Medices viro cui penè omnia poſt annum M D L X I. debeo, bona poſſidere cæpi: V I I. Idus Auguſti accepi libros impreſſos ſumma diligentia: maximum certè incrementum rerum mearum. V I. Idus Auguſti, diſceſſit primus ille æmulus præter omoem ſpem, reliquitque conditionem D C C. aureorum, ac lucrum ſatis ingens & honeſtum, quem retinebat in Academia locum magna cum omnium admiratione: remanſit ſolum impedimentum conſpirationis medicorum, quod ex ſucceſſu appatet ſolui oportere. Atque ita paulò poſt annum elapſum, & illud omnino diſſolutum eſt.

CAPVT XII.

De prodigio aduerſo naturali.

SEquenti autem anno noƈte quæ X. Calendas Februarij anteceſſit, qua die venit nouus Bononiæ Gubernator Craſſus: pridie autem ſomniaueram tria illa ſomnia: fuit autem annus ille ſalutis M D L X V. conflagrauit leƈtus dum dormirem, neſcio qua cauſa: experreƈtus puer qui in curuli leƈtulo dormiebat, me ſuſcitauit à ſomno, dicens ardere leƈtum: ego quaſi iraſcebar illi putans ebrium eſſe, illico tamen cum oſtendiſſet, ſurrexi, & extinximus illum. Poſtmodum conuerſus ad ſomnum, cum ſomniarem timoroſa, & fugam, ſeu hac cauſa, ſeu ob fumom, ſeu ob ignem, iterum ſolutus ſomno animaduerti magnam partem leƈti conflagraſſe: non tamen culcitta piƈta fuit læſa, nec veſtis pellicea, nec quicquam quod ad indumenta pertineret, arſit. Ita magnus terror & periculum, & turbatio non leuis, leuiſſimâ iaƈturâ ſoluta ſunt. Exuſta ſuot lintea non tota, nec maiore ex parte: culcitra lanea, interior (erant autem omnes tres) flagrabat. Prima vice flamma erupit bis terue, minus fumi, iaƈtura ferme nulla: ſecunda iaƈtura & ignis coegerunt me ſurgere: erat autem prope diluculum, circiter ſeptem horas ignis durauit. Fumus infamiam ſignificat: ignis periculum & metum: Flamma maius & præſens vitæ periculum. Ignis occultus ille inſidias graues, in grabato ex domeſticis. Et eum ego mihimet accendiſſem, auƈtore nullo externo, hæc (quæ vix ſic contingere poſſunt), accident. Auxilio externotum non indigebo. Erit autem accuſatio propter ignem & flammam & fumum: non venenum nec vis. Dices quomodo ergo periculum, ſi ab intimis ſolùm, & citra vim ac venenum? dico quòd ignis magiſtratum ſignificat. Sæpius videbitur extinƈta, ſæpius inualeſcet. Parum periculoſa pugna, ſed blanditiis & fide, non ſine exitij extremi periculo librorum editorum, opum, ſed maximè vitæ. Non læ dentur tamen libri proprij, quia nec illis qui aderant appropinquauit. Non exiſtimatio iudicialis, quia nihil ex indumentis exterioribus: nec vita, quoniam non ex interioribus: nec res quia non culcitra piƈta. Iudicio ergo euadam: damnatus rumoribus vulgi, & impenſa non omnino leui, ob habitam fidem perfidis inimicis, & proptiam oſcitantiam. Poſſent autem in cauſa eſſe ciues, nam & hi qoaſi coninncti ſunt. In vniuerſum damnum leue erit, periculum medioete, turbatio magna. Poſſunt & hæc eſſe protſos naturalia. Sæpe enim talia contingunt merè caſu: poteſt & eſſe admonitio, vt caueam inuidiam, & amicos faciam eos qui præſunt, nec in illorum negociis me intromittam, ſed eorum conuerſationem fugiam.

CAPVT XIII.

De cælo criſpato.

BOnoniæ cum eſſem anno MDLXIII. VI. Idus Oƈtobris, vidi cœlum obditum nubibus albis, totum criſpatum; dixiſſes arte ſingulari faƈtum. Res tam admiranda quàm pulcherrima viſu: rariſſima quidem, cum nunquam aliàs viderim in tot annis. Vt licet naturale ſit ſpeƈtaculum, tamen eſt mirum. Videbantur enim vndæ maris tranquilli ſinuoſæ, breues, quarum alteræ cerulæ & denſiores, alteræ candidæ & petuiæ. Cauſam fuiſſe neceſſe eſt vnum ab vno per vnum modum: ſic enim ſimillima fiunt.

CAPVT XIV.

De Naturali maximo miraculo.

MAximum naturæ imò ſapientiæ Dei argumentum eſt, quod cum aqua ſolùm terræ ſuperficiem æquet, (oam hoc eſt neceſſe, vt animantium vita cuſtodiatur) nunquam deficiat. Quod ſi deficeret exemplo maris arenoſi, nihil protſus ali poſſit. Secundum quod oon exereſcat: cum enim leuior ſit terra, & maior, vel ſaltem æqualis, ſole quod in imo eſt ad ſuperficiem trahente, exiguis interuallis, deberet inundatio ſubſequi: atqoe ita vel omnes eſſemus piſces, vel ſoli piſces. Tertium quod cum ibi ſit, & calor vigeat, non putreſcat, cuius

cuius putredine omnia bene nata animalia interirent, ſolis vermibus reiectamentis, ac quibuſdam ſerpentibus ſuperſtitibus. Huic incommodo æſtu maris ſuccurrit: lacubus venti & flumina. Secundo decurſus aquarum ad inferiora, & ſolis reſolutio in media plaga. Propterea ſempiterna neceſſitate tenebitur aqua, vt ad meridiem fluat ob ſalutem vniuerſi: velut quod ea plaga exſiccetur. Primo autem apposita fuere plurima præſidia: nox anni ideſt partes ſub polo, quamobrem fieri non potuit vt ſol circumambiret totam terram: nox terræ frigiditas & venti. Omne enim liquidum motu refrigeratur, & ideo denſatur. Quæcumque verò habent generationis principium neceſſarium, ne vel momento deſinere poſſunt, etiam contra operantibus cauſis validiſſimis: nam vel ſeruantur momentis ſingulis, vel aliquo in loco. Atque hæc pro Peripateticis: nobis autem qui ſtatuimus ab initio temperata elementa, nec vnum in aliud tranſire, ſed ſemper eadem manere ſubſtantia & quantitate, quippe impatibilia; omnino nullum eſt miraculum.

CAPVT XV.


De oſtio ſponte vt videtur clauſo.

Accidit ſæpe, quod Bononiæ mihi contigit IV. Calendas Maij MDLXV; dum ventus ſuauis exortus eſſet, Vulturnus ex coniunctione Veneris & Lunæ vt reor, quæ in XXV. parte Arietis facta eſt, dum vtraque deſcenderet, ſed Luna Borealis, Auſtralis Venus, nec tamen in cubiculo omnino ventus ſentiretur, clauſumque oſtium ferme eſſet, vt rima tantum hiaret, vbi paululum aperiretur, magna tamen vi occludebatur: vt longè validius ab externo aëre trahi, quàm impelli videretur; quod non parua admiratione dignum eſt, præſertim cum res quæ trahuntur ob aëris continuitatem, ſeu vt dicunt Philoſophi, vacui metu id præſupponant, vt in nullam partem aër diffundi poſſit, quod ibi non aderat, cum in aperto extrinſecus aër moueretur. Vidi & mirabilius longè in eadem domo (quod ſi noctu contigiſſet ad lemures poterat transferri) patentem feneſtræ poſtem concludi, nullo intus impeliente vento in externa: quamobrem dicere neceſſarium eſt, ventum, dum diſcedit, continuitate ſubſtantiæ trahere, cum antea quàm alius ſubintrare poſſit, recedat. Ergo aër vel vt aries impellitur & trahitur flatu: vel quod veriſimilius eſt ab impulſu, vt pila reſilit. Sed exiſtimandum eſt vtrumque accidere, poſtquam non tarò multo poſt retrahantur valuæ ac poſtes, quàm impulſæ ſunt, vt ſit ventus quaſi vnda quædam, & res coniuncta, vt viſcum: cum non ſit quod vacuum implere poſſit. Hoc igitur ita ſe habere credendum eſt.

CAPVT XVI.

De vino ſub aqua ſponte aſcendente.

Fiunt duo vaſa vitrea A B quod ſuperiore parte ſolidum eſt, vt pro manubrio contineri poſſit, & aqua impletur anguſto foramine in imo, quod eſt capax ceraſi parui, vt aqua facilè ingredi poſſit, quia non nimis anguſtum; nec egredi poſtquam plenum fuerit, quia non amplum, ideò aër non poteſt ingredi: aliud C D E, ore amplo ſatis C, atque ita vt ſuperpoſito A B rectè & ad amuſſim ſic excipiatur, vt congruat vndequaque, nec vllibi rima pateat: impletur autem vino generoſo, quod inferius poſitum eſt: & ſi nigrum ſit, magis euidens apparet effectus. Suppoſito igitur A B aqua pleno, confeſtim videmus quaſi tenuem fumum vini minoris amplitudinis, quàm ſit oſculum B aſcendere vſque ad F locum: atque ita eam partem ſenſim colorari, donec vas A B plenum vino videatur, vas autem CD multa aqua refertum eſt, quamuis tamen permiſta & ipſa vino. Atque ex eo tanquam minimè vinoſo & bene permiſto, Venetiis ſolent exhibere ægris vini cupidis, quod non vitupero. Sed poteſt & eſt melius, quod ad effectum attinet, licet non ad ſpeciem, album vinum adhiberi loco nigri vel etiam rubri: nam & hoc perſpicuus patet aſcenſus. Cuius cauſa quæritur, quæ duplex poteſt aſſignari, & fortaſſe vtraque adeſſe poteſt. Vna & per antiperiſtaſim vino attenuato, cum iam, vt alias dixi, etiam per ſe vini ſubſtantia aquà ſit tenuior, aſcendat paulatim, & in locum ſuum remeet, craſſior autem ſubſidat: nam & in oleo idem contingeret. Altera vt aqua pondere ſuo & ſuperficie tangens paulatim deſcendat ob grauitatem: vnde neceſſe ſit, cum duo córpora eodem eſſe nequeant loco, tantundem vini aſcendere ad ſummum, impetu prementis totius aquæ, & vini propria leuitate: tamdiuque hoc fieri, donec permiſta aqua vino, partem illius exiguam inferius contineat ne aſcendat. Ob id, id vinum tum paucitate, tum quia quicquid calidum ex illo tenue, acre, generoſumque eſt, aſcendit ad ſuperiores partes, & ob id vini vas maius efficiunt.



CAPVT XVII.

De Vrcei aqua frigida bullıente.

Cum Bononiæ X V I. Calendas Auguſti anni M D L X V. in vrceo ampullæ ſimili aquam Rheni refrigerandi cauſa, mane è pueris vnus in imum putei demiſiſſet,ſub cæna erat frigidiſſima, ſed tamen bulliebat adeò,vt procul quatuor paſſibus ſtrepitus audiretur: nec emiſſa magna parte deſiit bullire,ſed perſeuerauit horis circiter duabus, nec factura finem videbatur, niſi cum impegiſſet quiſpiam imprudenter in funem, cecidiſſetque vas ac disfractum fuiſſet. Erat enim figulinum, & vitro de more obductum. Credidi eſſe frigus immenſum, per quod aër cetera incluſus exprimeretur ſenſim anguſtis illius foraminibus, aut etiam vapor. Nihilominus res tam fuit admiratione digna, vt prodigioſa videretur: tum verò magis, quod eadem nocte, quæ diem præceſſit, aut paulo ante, ſcilicet ad Idus Iulij, ſomniaueram me prænomen Elmi accepiſſe, & familiæ rurſus ſancti Elmi; eademque die quæ nocti ſucceſſerat, arcem S. Elmi in Melita inſula Turcæ expugnarunt, omnibus ferme qui intus erant occiſis: vt neſcio quid magni augurari videretur.

CAPVT XVIII.

De anſere habente quatuor pedes.

M D L X V, X I I. calendas Octobris in Caupona ſolis vidi anſerem, cui duplex erat anus: vtroque etiam excrementa, & quatuor pedes, ſed omnino immobiles, quod prædixi narrantibus ita futurum: quandoquidem vel oportuit habere duo capita,& duplex cor,vel moueres pluſquam quatuor noris. Erat etiam maius aliquid, nam oportuiſſet animam illam habuiſſe facultatē generandi quadrupedes; igitur generaſſet omnem anſerem quadrupedem. Declaratum eſt enim *Theonoſto* quod anima quæ mouet, generat iuxta functionem: igitur omnis anſer fuiſſet quadrupes. Sed obijcies de muſculis quibuſdam, qui ſupergenerantur homini iam perfecto, id eſt qui non indiget pluribus, ſed eſt etiam perfectus ſine illo. Ergo non darentur muſculi ancipitis generationis, quales ſunt muſculi occipitij, auriculares vocati ob latitudinem & paruam longitudinem,ſed præcipui illi duo aurium,qui in quibuſdam hominibus mouent aures, cum palam ſit hominem, ſecundum naturam non mouere aures, quorum meminere Veſalius ac Falloppius,conſtatque experimento illos aures præter humanum morem mouere. Cum hæc igitur adueniant perfecto homini, non debent poſſe moueri ab anima. Sed Veſalius lib. 2. cap. 13. non nouum muſculum facit, ſed longius extendit eum, qui ſecundum naturam ſit, atque ita non facultatis animæ hæc mutatio eſt, ſed materiæ vitium; attamen, vt dixi, conſtat nouos quoſdam eſſe muſculos, non ex ſententia Veſalij, qui numeri diuerſitatem in multa cum retuliſſet,hanc vnam, quòd in aliquibus inuenirentur, in aliquibus non, prætermiſit. Sed poſtea confitetur de eo, qui ſub cute volæ manus adnaſcitur, quem ſæpe deeſſe affirmat. Sed & de pluribus aliis diſputant Anatomici, velut etiam in brachio cruréque. Verùm quid notius monoculo inteſtino, qui aliquibus cum deſit, in pleriſque tamen viſitur, atque in aliis longiſſimus.

Hanc ergo doctrinam vellicare non decet cum æterna ſit, nam plures homines cum ſex digitis,animalia cum pedibus, duplici membro generali inuenta ſunt, nunquam tamen viſum eſt, quòd motum haberent comparibus membris ſimilem, aut quòd per ſe mouerentur:alebantur & creſcebant, non plus tamen mouebantur quàm ſi cui tres ſint oculi, videat. At de muſculis cum primum in aliquibus deficiant, in nullo abundent,fieri poteſt, imo neceſſe eſt, vt ſinguli motum habeant: ipſi etiam loco deficientium ramorum ſunt, atque ideò moueri poſſunt, quoniam non differunt, niſi vt abſciſſum à coniuncto: hoc autem ad materiam pertinet. Denique muſculi in membra ordinati ſunt: nos autem docuimus animalium & voluntatem, & motus initium in membris eſſe, non in muſculis: mouent enim muſculi brachium, quia brachium moueri incipit. Et ideò ſi quis aſpiciat ad vera principia, omnia conuenienter ſuccedunt. Sed quid de puero bicipiti in vtero viuit quia ſenſum habet, & ideò etiam motum: nam abſque capite non viuit, & qua ratione vno non alio: mouentur autem alia in vtero. Cum autem diſſecta fuerint, inuenta ſunt duo principia prima,ſcilicet duo corda: neque enim ab vna anima duo capita formari poſſunt. Sunt ergo gemelli confuſi, & ideò in ventre viuunt: nati ob mutationem & aërem ſtatim moriuntur. Quòd ſi vna tantum eſſet anima, vnum cor, caput vnum per ſe moueretur,aliud per conſenſum animæ matris: nec hoc monſtrum viuum naſci poteſt, neque tamen mortuum prorſus: viuit enim medium inter animal & plantam, ſed vitâ plantæ planè. Cæterum medio modo inter viuum & mortuum oritur ac ſupereſt ad paucas horas, nonnunquam ſupereſt diebus aliquot paucis: ſed tunc vt dixi neceſſe eſt, vel parte eſſe mortuum, parte viuens, vnumque caput moueri, aliud eſſe immobile; vel vt plerumque accidit, & vt iam diximus, duo eſſe principia, duóſque confuſos in vnum. Cæterùm quod ad nutritionem attinet, nihil definitum: palam enim eſt nutriri quæ augentur, & crura anſeris, non ſtatim vbi

nata

nata eſt auis, tantæ fuiſſe magnitudinis facta, ideóque eſſe maiora: cúmque motu careant, carere etiam ſenſu. Forma autem ab anima proficiſcitur, cum ſit inſtrumenti non partis ſimilis, quoniam ab alia anima originem ſumpſit: duos enim anſeres ab initio formare natura animæque illæ deſtinauerant. Fuit ergo principium cordis ac iecoris & cerebri aliud, ſed primo manente alterum euanuit: anima autem nutrix quicquid eſt inchoatum nutrit velut etiam in plantis, ſi hypericoni tertius ramus adnaſcatur, aut hippogloſo geminæ lingulæ, aut in trifolio quartum folium nutritur: quòd ea anima videatur magis annixa materiæ, quàm quæ ſenſum præbet. Et ob id forſan illa ſeparari non poteſt, ſed eſt perpetua in materia, non velut radius ſolis, ſed alio modo: nam radius manet etiam ſublato perſpicuo. Videntur ergo genere differre tres hæ animæ, vt quæ ſenſum præbet vna ſit, ſed materiæ opus communicat: mens autem vna neque communicat opus materiæ, ſed ab ea auxilium petit: quæ autem nutrit in materia eſt, aut materiæ communicat, ſed non vna eſt: vita autem & quicquid ſeparatum eſt, non vnũ ſolum, & non communicat materiæ, ſed ab illa auxilium petit. Videntur autem in huiuſmodi monſtris, quod & ad ſeplaſiam pertinet, ſæpe animaduertendum: nam cute ſublata & alligato crure non ſolum anſeris, ſed etiam canis, vt ita dicam, coaleſcere, & quod maius eſt creſcere. Quod apertè ſpectamus in gallis gallinaceis, in quibus dum caſtrantur, calcar in vertice poſitum, etiam ſine vinculo, ſed ſolo ſanguine abſciſſæ criſtæ coaleſcit, ac non parum augetur. Itaque pecuniæ corradendæ cauſa, multa talia homines machinari ſolent.

CAPVT XIX.

De litatione.

DVo ſemper fuere quæſita: vnum in neceſſarijs quid futurum eſſet, alterum in agendis: an faciendum eſſet aliquid, an non faciendum? Horum cauſa multis vtebantur rationibus, deſtituti oraculis quæ in Græcia erant: ſed præcipuè tribus: omnibus ex his quæ contingebant veluti fulguribus, lapidum pluuia, partubus monſtroſis atque ſimilibus. Secundum extis hoſtiarum, quæ omnia ad Aruſpices pertinebant. Tertium erat ex volatu auium, qui ab auguribus obſeruabantur. Sed de extis nunc tantum ſermo eſt. Hoſtia animal vocabatur, quæ ſacrificio mactata inſpectis viſceribus præcipuè iecore & corde, de futuris decernebat. Ea duplex erat: maior è bouino genere, & minor cuiuſmodi canes, ſues, oues, capræ. Hoſtiam nullam licebat mancam aut debilitatam accipere, neque reluctantem, cum duceretur ad altare, nec quæ fugeret. Quapropter nec vinctam ſed liberam ſiſtebant ad ſacrificium. Quòd ſi aufugiſſet, oportebat vbicumque primum inueniretur, occidi, & hoc etiam dirum & infauſtum habebatur, vt refert Alexander ab Alexandro *Quarto dierum genialium libro, cap.* 17. Hæ quæ ducebantur, ſi maiores eſſent, auratis cornibus inſignes erant; ſi minores corona è fronde illi Deo dicata, cuius nomine ſacrificium inſtaurabatur. Vbi ſiſteretur hoſtia, eam aqua fontis Iuturnæ inſpergebant, nec fas erat terram vaſe tangere: ſecus piaculum & triſte omen habebatur. Precabatur inde Sacerdos, poſt circumuoluebat ſe, inde ſedebat: vbi ſurrexiſſet, molam ſalſam (hæc farina & aqua ſaléque conſtabat) inter victimæ cornua fundebat, poſt vinum bibebat, & circumſtantibus bibendum porrigebat: inde ſetas è victimæ fronte vulſas in ignem mittere: poſt gladium obliquum à fronte eiuſdem ad caudam ducere: inde immolare. Atque id ſecunda pars erat ſacrificij, nam initium à libatione inchoabat. Tertia erat litare, quod ſolum è toto ſacrificio in arbitrio non erat ſacerdotis: ſæpius enim immolabant, & perſæpe litàre non poterant, vt apud Plinium de viris illuſtribus. *In Tullo Hoſtilio Ioui Elicio litare non potuit fulmine ictus, cum regia conflagrauit.* Et Suetonius in C. Cæſare ante obitum: *Dein pluribus hoſtijs cæſis, cum litare non poſſet, introijt curiam ſpreta Religione.* Erat ergo id vt Plutarchus docet *in libro cur Oracula defecerint*, cum hoſtia gladio, qui prælongus erat, ornatúſque eburneo capulo, clatúſque ex ære Cyprio, vulnerata caput quaſſabat. At in Delphis quæ immolabatur, antequam Pythia deſcenderet, non ſolum vt quaſſaret caput neceſſe erat, ſed vt tota artubus contremiſceret, ſuccuteretúrque ſtridentibus ipſis partibus ob tremorem: aliter Pythia non deſcendebat. Quarta pars erat, cum viſcera percontabatur aruſpex, reliquum corporis miniſtris reddebat. Sæpenumero etiam ſacrificabant nec litabant, quoniam exta inſpicere non in animo fuit. Ergo quoties litaret, id eſt hoſtia ſignum redderet ex doctrina Hetruſcorum, à quibus omnia Romani acceperunt ad diuinationem, exta inſpiciebant; quæ ſi propitia erant, ſed non admodùm, aliam immolabant: & ſi litaſſent, extáque feliciora apparuiſſent, hoc erat ſummum bonum: ſi contra, infauſtum. At ſi litare non poſſent, irritum negotiũ & dirum etiam habebatur. Peſſimum verò vbi litaſſent, apparuiſſéntque exta mala, inde alijs cæſis hoſtijs deteriora, aut omnino litare non potuiſſent: nam hoc & confirmabat præcedentia ſacrificij decretum, & quæcumque fierent in irritum, caſura denunciabat. Non erat valde malum litare non poſſe, ſi quis à negotio deſiſteret, vbi de re quæ in arbitrio noſtro eſſet, conſuleremus. In cæteris qui poterant, inſtaurabant ſacrificium, vt meliora experirentur.

Et quamuis, quotquot hoſtias cædere liceret, quoniam tamen tædioſum erat ſacrificare, & aruſpex peritus exigebatur, & hora diei matutina, ideò modus erat.

CAPVT XX.

De Diuinatione, iiſque quæ ad eam conſequuntur mirabilibus, ex oraculis.

IAm verò quòd omnia vnum ſint, & incorporea, & corporea, demonſtratum eſt *in libro de Proportionibus*: neque anima noſtra Deus eſt, manet tamen ab illo, & vna illi eſt, velut & anima plantæ. Diuinat autem tribus modis, quorum duo conſpicui ſunt, ac omnibus manifeſti: ſcilicet ſapientum coniectura atque prouidentia, & artium quarundam rationibus, vt Aſtronomi, Nautæ, Medici, hæcque pars ratione conſtat, & animam vigilantem expoſtulat. Et qui ſic diuinant, ſapientes habentur, quoniam & ſæpe vera prædicunt, & cauſas prædictionum reddunt. At contra eſt tertium genus diuinationis, de quo nunc inſtitutus eſt ſermo, quòd in parte animæ illiterata & rationis experte viget, in qua viſiones vt ita dicam, Acephalæ nedum ſine cauſis apparent, ipſorum futurorum, aut etiam præteritorum, vel præſentium: ſed quæ ignota ſint. Vt verò à calido ſolertia & diuinatio per ſomnum excitatur, ita condenſata per frigus & vaporem, anima velut in antro Trophonio, in ſpecu Delphos apparebant imagines rerum illarum. Condenſabatur autem anima ipſa à vapore ſubterraneo: nam aquæ, & vapores, & melancholia, diuinationem efficere poſſunt, quia frigida & naturalia: vinum non poteſt, ſed efficit lymphaticos & Poëtas: Calidum enim eſt, & res non à natura facta, ſed humano artificio. Ob hoc proditum eſt literis, aquam Trophonij fontis diuinationem efficere ſi hauriatur. Mira ſemper fuit vis terrarum, & Ariſtoteles refert Caryſti locum olim molles ediſſe lapides, ex quibus lintea cuiuſuis generis fabricarentur. Et Plutarchus refert ex adytis illis oraculorum, non ſtatis temporibus, ſed per incerta interualla effluxiſſe auram adeò ſuauem atque fragrantem, vt vnguenta optima ac pretioſiſſima referrent.

Fieri ergo conſentaneum ſt, animam inuicem ſpeculi vapore illo coactam, repræſentare aut concipere imagines rerum incognitarum. At ſi ita eſt, quid eſt quod concipit, cum ipſa ſit quæ diuina ſit? neque enim vapor tot quæſitis ſufficere poteſt, nec etiam opportunè reſpondere interrogationi. Deinde quomodo Deus quiſquis eſt, rerum præteritarum memoriam continebit? nam illarum iam deſiere cauſæ, futurarum namque eſſe poſſunt vel proximæ, vel priores proximis. Demum quomodo à frigore anima congelari poterit? tum præcipuè quòd odor ille potius atteſtetur caliditatem, quàm frigiditatem. Itaque non animam congelari ſed potius inſtrumentum primum, qualecunque ſit, in anima autem omnium rerum imagines relucent, quæ concipiuntur à ſpiritu, non aliter quàm oculus ſemetipſum ex ſpeculo aſpicit. Cum enim vt dixi vna ſit cum Deo, omnium continet imagines, non vt fuerunt, ſed vt à cauſis pendent; infinita autem cum ſint per voluntatem Pythiadis, ad preces alterius ſecernuntur. Neque congelatio illa fit à frigore tantum; eſſet enim ineptiſſima, ſed cum illo: velut & oculus cum coagulatus eſt: virtute enim quaſi diuina cogetur frigoris inſtrumento. Sic etiam cœleſtes influxus alij ſunt à calore atque frigore; non tamen ſine altero eorum operari poſſunt. Ergo cum vapor cauſa ſit nitoris in animæ inſtrumento, vapor autem è terra, terræ autem partes ſeneſcunt, neceſſe eſt oracula ſeneſcere, maximè in terræmotibus vt apud Orchomenios Tireſiæ, quod mutum ea cauſa euaſit: aliáque multa apud Cilices. Idem ex aquarum inundationibus, tum verò per ſe vi ipſa ſeneſcente. Ipſa verò vis terrarum nihil habet admirabile, cum omnia poſſit. Quidam enim ſpecus ſtatim homines occidunt; & olim, & noſtra etiam ætate alij lymphaticos reddunt: immodica enim eſt ſi ad homuncionis vires tanta moles comparetur. Oportet autem horas & modum præeligere in his ſi ſapimus, vel quoniam non ſine diuina mente hæc fiant, quam propitiam habere oporteat; ſeu quòd in cunctis negotijs diuerſa ſit occaſio in nobis intelligendi, memorandi, hilaritatis, vt Pythia ipſa bene ſit diſpoſita; ſeu quòd in omnibus ſigna ſunt melioris aut deterioris conditionis, velut in agro fertili; licet ſeges vbique multa ſit & bona, partes tamen ſunt in vtraque ratione præſtantiores alijs, aut ignobiliores: velut medicus (cum in febre nulla ſit hora cibi) eam eligit horam quæ ſit opportunior, ſcilicet cum febris lenior eſt, id dicit cum pectus tepeſcit, pedes incaluerint. Et agricola ſerit à pluuia non ab æſtu: ex victimæ enim horrore occaſionem captant. Fieri etiam poteſt, vt aliquid cum anima ipſa ſit conſtitutum, poſtquam omnia vna anima comprehenduntur, quæ tam multiplex eſt, imò magis quam ſi diuiſæ inter ſe eſſent: nam numero comprehenderentur, nunc autem ſunt infinitæ. Declaratum enim eſt à nobis numerum neque cum infinito, neque cum monade communicare, ſed illa inter ſe, infinitum ſcilicet & monadem: Siquidem idem ille narrat, cum Pythias quædam ſua ætate, vt reor, importunè ad edendum oraculum compulſa eſſet, primùm vocem reddidit impeditam, & minimè ſolitæ ſimilem: poſtmodum horrendo clamore perterrefecit aſtantes, & Nicandrum ipſum Oraculi antiſtitem; demum reſtituta ſibi & loco

ſublata

ſublata paucis diebus ſuperuixit. Ergo eligi præſtabat fœminam, vt quæ ad huiuſmodi afflatus excipiendos magis idonea eſſet: poſt etiam virginem caſtam, & ab omni contagio alienigenarum immunem, quandoquidem ipſa ſit quæ excipiat, vt non vapor, non Deus aliquis, aut dæmon; ſed humana natura ab his tranſmutata, ſeu incitata, vel adiuta, conficiat hanc Pythicam diuinationem.

CAPVT XXI.

Quomodo diuinatio in nobis & miranda alia.

POrrò ex his apparet diuinationis cauſa in nobis: cum nil prohibeat eſſe humorem, & forſan facilius quàm in terra, quoniam vas exiguum eſt homo, & viuit, multámque iam miſtionem habet, quo ſpiritus perſtringantur & ſpeculares fiant, atque ob id imagines excipiant, & fiat ſenſus rerum futurarum: ſeu in tactu cum corpus totum tremere videtur: aut odoratu, cum alienos ſentimus odores, aut fragrantiam inuſitatam, aut tetros odores: aut in ſonis per auditum, aut videndo: nam guſtu quòd nimis materiarius ſit, non fit repræſentatio eorum, quæ non verè ſint: aut per ſomnia, aut in memoria cum alicuius rei non poſſumus obliuiſci; cum imaginamur, & quandoque contingit gemitus & fletus ſine cauſa, ſed quoniam eſt ſine cognitione, ſufficient ſeptem hi modi, quorum exempla vidi. Atque ex his præcipui ſcilicet frequentiores, & magis communes ſunt ſomnia, voces & odores. Mihi autem peculiaris fuit & tactus, non ſolùm vt corpus totum contremiſceret, & terræmotum qui non eſſet, imaginarer; ſed etiam vt cor morderetur atque dilaniaretur: vt ſit duplex, quemadmodum & auditus vocum interiorum, & eſt ſimilis tinnitui, & exteriorum, & eſt ſimilis vocibus veris. At vxor mea imaginabatur aſſiduè, ſe videre caluariam patris, qui erat abſens dum vtero gereret Io: Baptiſtam, & ille mortuus eſt his diebus. Horum igitur omnium cauſa eſt, vt dixi, humor ille ſpiritus cogens in modum ſpeculi. Et propterea ſuperius diximus, quòd humor ille eſt melancholicus: idque ita intelligendum eſt, vt ſit alienus à ſanguine, & cuiuſdam frigiditatis & ſiccitatis particeps: non quòd omnis eiuſmodi humor vera ſit melancholia, nec vt quæuis melancholia hoc poſſit & vbiuis collocata: ſed oportet vt ſit temperata multitudine, qualitatibus, ſubſtantia & loco, & forſan propria quadam natura, quæ explicari non queat, poſtquam adeò rara eſt, & in valde paucis inuenitur. Quæ raritas non ſolùm ob hoc contingit, ſcilicet materiæ ſingulares dotes, ſed quoniam quinque ad huiuſmodi diuinationem ſint neceſſaria. Primum motus cauſarum efficientium rem illam, vt mouent cauſas coniunctionis in eo qui prouidet ſecundum modum, quo mouet cauſas in illo, cui effectus contingit. Secundum vt cauſæ illæ imprimant in animam imaginem illius rei: Tertium vt moueant humorem illum qui cogit ſpiritus: Quartum vt humor ille cogat ſpiritus, & ſiſtat eos per euaporationem, ideò in talibus apparent hi flatus, & exhalationes, & motus, præter voluntatem & rationem, cum prauis cogitationibus, etiam quando ſunt quieti, & ſunt de genere melancholicorum flatum perpetientium, licet flatus ille non in ventriculo, neque venis, ſed in arteriis contineatur. Quintum eſt repræſentatio, quæ fit ſpecierum ab anima in ſpiritus illos adeò quietos, & lucidos, atque coactos. Vnde neceſſe eſt in huiuſmodi contingere duo contraria ſimul: ſcilicet motum inordinatum vehementémque, & quietem eximiam in ſpiritibus: & ob id inter hæc duo quia exhalatio non ceſſat, apparent imagines, ideóque momento tranſeunt, & in hoc differunt ab his, quæ verè ſentiuntur. Exemplum ſit aliquis, cuius pater occidatur: habet pater cauſas quæ aduerſantur vitæ ſuæ eo momento procul dubio, aut ex aſtris, aut ex Vniuerſi ordine, quas Fatum vocamus: ſunt verò cauſæ vitæ patris coniunctæ cauſæ vitæ filij, ergo dum occiditur pater, cauſa vitæ illius percelluntur vehementer vt par eſt, quare & coniunctæ filij ob ſympathiam: quibus occultè concuſſis, in anima imago illius mali ſed leuis fit, tanquam ſi procul id inſpiceret; at quia ſpecie per ſenſum recepta caret, non communicatur ſpiritibus, neque rationi per illos: verum illæ eædem cauſæ filij patri coniunctæ, ſolitæ moueri à ſenſibus, & mouere animam: cum non poſſint animam mouere defectu ſpeciei præſentis, mouent materiam illam, quæ mouetur, quoniam motus ſenſus exterioris atque interioris etiam plerumque tum ceſſat; ſic enim vehementius mouetur, vnde fit exhalatio ſtatim, & ſpiritus cogitur, denſatur, & quieſcit, ac redditur homo medius inter ſomnum & vigiliam: ideò ſi res accidat dormiente filio, certius videbit & præſentiet omnia per ſomnium, quàm in vigilia. Ergo quieſcentes ſpiritus ſtatim imaginem excipiunt in anima impreſſam, atque mox filius necem patris præſentit, ac ſi præſens adeſſet.

Hæc omnia perſpicua ſunt & omni dubitatione carent, niſi id, quomodo cauſæ illæ abſentes poſſint mouere animam filij: Et ſi quis adducat exemplũ de fidibus vniſonis cum vnius lyræ alteri compatiantur, vt experimentum docet, non ſatisfacit: quoniam ſonus tamen adeſt, qui eſt ſpecies ſenſilis, & motus ad proportionem commoderatus: at hic nulla ſpecies ſenſilis; non ſonus, non color, odor, aut aliquid ſimile: igitur vel dabitur ſextum ſenſile aut ſenſus ſine ſenſili. Reſpondeo

quod hoc non eſt ſimile experimento fidium lyræ, ſed potius lapidis herculei, dirigentis ferrum vbicumque fuerit, ad ſeptentrionem, quamuis ſeu vi cœli, ſeu terræ, tam procul abſit ab ea parte: quoniam quæ natura conueniunt, ſpacio non dirimuntur, quoniam materia carent, & ſunt incorporea: ſpacium autem dirimit corporea, quia contactu agunt ſolùm, non vi: ergo filius patri tam coniunctus eſt animo, naturâ, & cogitatione, ſi etiam diſtet X. M. miliariorum, quàm ſi ſit in eodem cubiculo, quod etiam ex aliis operationibus apertè intelligitur: velut amore, miſericordia, teſtamento, deſiderio, cogitatione. Multa autem ex his ſequuntur. Primum quòd quantò magis antea ſe dilexerint, & ſimul verſati fuerint, eò magis euidenter talia apparent, & certè, & frequentius. Secundum quòd quantò maiora fuerint mala aut bona, ideóque in morte talia accidunt ſæpius; à cauſis enim validioribus motus & maximè violenta accidit, & validiores cauſæ magis percellunt. Tertium, quòd in his qui mentem his rebus adhibent, euidentius talia conſpiciuntur: qui enim aſſueti ſunt vnicuique negocio, vel minimo indicio percipiunt, velut Iuriſconſulti lites, Medici morbos, Architecti domus detrimenta. Vnde qui fidem huiuſmodi adhibent, ſæpe vident talia; qui autem negligunt, etiam ſi veniant contemnunt, nec animaduertunt. Eſt tamen ea vis in multis. Quintum quòd ſi hæc eueniunt dum homo dormit, & iam alimento diſtributo, optimè percipit, minus ſi pauloposſt diſtribuatur alimentum, iam tamen re exacta: minus per vigiliam, dum homo nulli rei intentus eſt: minus etiam ſi per vigiliam ſoli contemplationi deditus ſit: minimè ſi edat, bibat, equitet; nullo modo cum inter multos verſatur, & loquitur: mens enim aliò auerſa, non ſentit motum tam exilem.

Coniectari autem in his oportet tempus minimè diſtans à caſu, & in quo homo magis vacuus eſt à negociis; eo enim momento rem percipiet. Vnde ob magnas occupationes, quæ tum acciderint & perſeuerauerint, contingit prætirire occaſionem, & nil præſentiri. Multum etiam facit ætatis annique mutatio, tum menſis, dies, hora, cogitationes, regio & cibi: crapulæ enim dediti & ebrietati dediti, nihil horum ſentiunt. Septimum, futura quoque in nobis eadem ratione præſagimus, quàm præſentia aut præterita in aliis: eſt enim leuitatis motus magnitudo ferme eadem. Quin etiam alij ab aliis mouentur. Cum enim fuerit in aliquo ſolum initium, motus perficitur ex vehementi commotione animæ alterius, cum ſit vna & eadem, natura verò ſimilis. Ob id contingit, vt aliqui pueri maximè præſentiant, in quibus eſt initium motus, aliqui non, etiam ſi adiuuentur. Nonum, quidam etiam præſentiunt aliena: quoniam motus in his naturâ, obſeruatione, & conſuetudine validi exiſtunt: ob id ſufficit interrogatio: velut de his qui ambulant ſuper funem, adeò ſecurè & firmiter, vt alium etiam in humeris ferant. Decimum multi etiam in huiuſmodi contingunt errores, tum ob auaritiam, tum quia pudet fateri ſe non poſſe diuinare, cum non poſſint id facere: tum quia corpus aut anima haud præparata eſt. Ob hæc igitur bonum eſt per aliam coniecturam, maximè in voluntariis & alienis firmare iudicium: vt videamus, cum maximè tam exili motu percipiendis formis idonea ſit. Duodecimum quidam parati ſunt magis perceptioni vnius generis, quidam alterius, quæ eſt per memoriam, & in qua imaginamur, leuiſſima ſunt, quoniam hæ facultates facilè mouentur: tactus maximè pertinet ad coniunctos, & ex magnis cauſis accidere ſolet: certiſſimus eſt viſus, inde ſonus exterior, cum obmutilata eſt vis percipiendi: poſt quem eſt interior quaſi ſibilus, ſed non eſt vt morbus, nam momentaneus eſt, & validior tinnitu: & cum impetu aduenit: & percipimus ingreſſus eius, & ex qua parte, & eſt in cerebro. Et eſt ſemper index verborum non facti, exterior autem plerumque Interitus. Poſt hunc eſt odor ſiue bonus ſiue malus, nec viſum aliquod huiuſmodi diutius durat. Durauit in me (cum malam omnino ducerē vitam, & inde ſucceſſit morbus diuturnus ac ferme lethalis) odor ſulphuris pene duobus annis. Carnes enim perpetuò ſulphur olebant: fragrantia autem aëris & incerta breuis eſſe ſolet, & diuinum quid ſapit. Somnia verò primis duobus exceptis, omnibus aliis ſunt minus firma. Decimum tertium, ſimul ſentire ac percipere, magnum veritatis rei eſt argumentum. Anima quoque vt dixi per ſe percipit ex connexione cauſarum; verùm cum nondum ſpiritibus quæ percepit, communicauerit, homo non percipit.

Huiuſmodi eſt ergo noſtra ſapientia, vt anima noſtra ſapientiſſima ſit, vt quæ vna ſit in omnibus, ſecundum ſententiam eruditiorum Philoſophorum, nos autem ignari & imperiti. Quibuſcumque etiam ſapientibus & artium peritis contigerit habere hanc præparationem ad diuinandum, his neceſſe eſt duas prorſus diſſidentes naturas, quaſi Genius aliquis adſit, aut ipſe ex duobus contrariis compoſitus. Nam vt eſt peritus artifex, prudentiam habet humanam; vt verò diuinus hanc ſupernaturalem. Tales itaque aliis longè ſupereminent, velut Socrates inter Philoſophos, Cicero inter Oratores, C. Cæſar inter Imperatores: Galenus inter medicos, Syneſius inter Imperatoria aulicos, Dion inter ſenatores, M. Antonius inter duces. Ioſephi autem genius inſignis fuit, qui eum toties à morte liberauit, futura etiam ad dies oſtendit, & charum ac potentem apud Flauios Imperatores reddidit, ſobole etiam felici relicta. Hac igitur ratione, & cum Geniis, & ſine Geniis, hanc diuinationem ad quam omnis mortalis gloria conſequitur, tueri poſſumus, cum nullo indigeamus genio ad quæuis experimenta


tuenda,

tuenda, aut vt illorum reddamus rationem. Sed & ſi genius addatur, cauſa manifeſtior fiet, videtúrque hoc veriſimilius. Sic totam Platonicorum ſcholam, Iamblicum, Plotinum, Arrianum, Proclum, Porphyrium; cúmque ipſo Platone, Ariſtoteli, atque ſuis aſſeclis Theophraſto, Themiſtio, Alexandro, Auerroíque concordem reddemus. Vnum in vtraque opinione commune eſt, vt Genius ſit bonus & verax, animi mores praui, vt in pleriſque ex illuſtrioribus, qui genium habuiſſe feruntur: nam qui Genium fallacem & mores prauos habuerunt, omnibus his finis acerbus fuit, quemadmodum Brutus & Caſſius, & M. Antonius: at qui bonâ naturâ fuere & bono Genio prædit, hi feliciſſimi fuere. Qui verò Genio malo nati, vita autem proba ſunt, huiuſmodi vitam degunt humilem & abjectam. Verùm de falſis genijs non eſt vt dicam: eadem tamen ratio horum ac cæterorum: imperitus militiæ Dux, imperitus medicus, imperitus pictor, falſæ imagines, & permutatæ, & oblæſæ, verarum loco.

At dices quomodo odor ille terræ potuit communicari omnibus domeſticis, ſi propria fuit prouidentia tua? hæreo hic, ſtupeo: ſi dicam fuiſſe terræ halitum qui hoc patefecerit, vnde voces poſtmodum porcorum & anatum? niſi quis dicat ab halitu terræ commotos omnes ob odorem, quoniam illum conſecutus ſit: vi autem propriâ oſtendiſſe imaginem porcorum & anatum. Sed cur non amplius hæc audita? E diuerſo ſi genius eſt, quorſum fallit? an non præſtiterit hæc non oſtendiſſe? cur modò oſtendit, cur non? cur tam vilibus ſe immiſcet: nam non ſemper de magnis, ſed etiam mediocribus, inde exiguis me monuit: lab[illegible]res. Sed contra eſt illud, ſi res eſt ſolùm naturalis, nam vt dixi naturalem eſſe conſtat, & ſola ipſa ſufficit, cur tot annis ſiluit, cum opus fuit, renouata eſt: ab anno enim M. D. XXXVII. cum mater obijt, ad annum MDLV. cum de conductione Papiam ageretur, ſiluit; poſt ad finem anni M. D. LVII. cum vxorem duxit menſis Decembris fine; inde ad initium MDLXXII. cum multis modis ac ſæpe ſe oſtendit, tumulis terræ per cuniculum effoſſis, ſtrepitu inconditio, cordis laceratione, & ſibilo violento, & ſigno infauſto in vngue. Itaque vereor ne non Dæmonis aut genij hæc actio ſit: verum naturæ vt dixi ſuffragio: (neque dubitabile hoc eſſe poteſt Philoſophis,) manifeſtè indiget ea ratione qua dixi. Cum verò agant illa velut & incorporea reliqua iuxta propriam eſſentiam; nulla varietate aut mutatione in deterius aut melius, & quæ nos minima ducimus, apud illos non minora ſunt, nec quæ maxima maiora, ſed neque in pulice pes aut promuſcis, nec in Ephemero, quamuis vna die non ſuperuicturo, ala magis deficiat, quam Elephanto pes aut promuſcis, exiſtimandum eſt exhalationem & vaporem hunc cauſam eſſe materiarium huius tanti miraculi, agentem autem genium, ſtabilem & naturæ propriæ vi facultatem ſuppeditantem, ſeu ratione quadam diuina & immortali. Ob id ergo differt, quod tamen immobile eſt Genij ratione: vno enim perpetuum eſt ſcilicet Genio altero, materia ſiquidem renouatur. Vbi ergo interim materia illa tam diu conquieſcat, credendum eſt non immotam manere, ſed interim exagitari per varias ſpecies: & qui hunc genium poſſident, in perpetua ſunt agitatione.

Quocirca, quoniam dictum eſt de animali illo, quod nobis in domo infauſtam eruebat terram, quonam pacto ſi hoc noſtrum eſt, non ſolùm ex illis, ſed etiam ex extis Antiqui præſagari conſueuerant? Referunt Ciceronem à coruis etiam manifeſtè de interitu admonitum. Hæc quæ de foris adueniunt, licet manifeſtius atteſtentur genij vim, quàm priora ſeptem; tamen & ab illa vi fieri poſſunt cœleſti, vt puta hæc animalia conſenſu genituræ, vt cum Aquilæ ſignum aut Gallina, quemadmodum Aſtrologi dicunt, in cauſa fuerit. Sed de his tractare hic propoſitũ non eſt: nam quam aſſumpſimus materiam, ſatis per ſe ampla eſt, & magnum exhibet negotium. Quærendum eſt ergo cur hæc in his vel illis magis veridica ſint: Satis conſpicuum eſt, veridicis veridica magis euenire præſagia; cur autem, ita non ſatis adhuc declaratum eſt. Vnum conſtat, leges ciuiles non his fidem adhibere ob illorum inconſtantiam: Et pleroſque qui huiuſmodi fidem habuerunt, infelices exitus ſortitos eſſe, vt multis contempſiſſe melius viſum ſit, quaſi non multò plures horum, quàm illorum malè perierint: atque interim infeliciter vixerint. Vt enim omina obſeruaſſe, dæmonibus ſacrificaſſe, augurijs fidem præter naturalem rationem præſtitiſſe, non ſolum impium fuit, ac leuis ingenij, ſed etiam ſtulti: ita quæ vel nobis natura indita ſunt munera, tum diuina miracula ſpreniſſe, contumacis & amentis, & ſibi ſapientis nimium eſt. Ergo aliquibus inſitam hanc vim haud dubium eſt, quemadmodum & terris nonnullis, non tamen omnibus: proprium autem hominibus ſuſpicere materiam ac conſtructionem, ad ſui ipſius prouidentiam aut ſuorum: nec ſimpliciter, ſed quod ad illorum ſolùm ſalutem attinet: nam & Aſtyages Cyri fertur præuidiſſe fortunam, à quo regno ſpoliandus eſſet, & Laius ab Oedipo ſe occidendum cognouit; vltra non videtur res progredi, niſi longa exercitatione & victus abſtinentia. Terrarum verò exhalationes fatidicum docebant de bellorum exitu, de peſte, de frugum inopia, exædificandis vrbibus, exitum; tum regum de ſua fortuna quærentium, quid futurum eſſet: tam ampla, ſed non magis admirabilis ratio, vt communis anima explicata tenebris elementorum, vniuſcuiuſque euenti cauſam referret. Libet autem modum

dom tabulâ depingere, vt rei non arduæ niſi ſola opioione typum tabulâ explicemus: Sint B effectus, A cauſæ, & nondum ſit B Anima, C in qua cauſæ relu-



cent ob eam quæ dicta eſt rationem, propria vi, & ex conſuetudine iuxta mntiones, velut cum videris cadentem lapidem, caput confringi putas. Imaginatur ſimile B!, reflectitur hoc totum *συναττία*, in ſpirituum factam glomerationem in D, & apparent cauſæ E, effectus in F. Deliteſcunt autem cauſæ ob tenuitatem, & quod ſolum aut maximè mouet C animam, defertur ad D, cauſarum imaginibus penè obliteratis. Illud ſanè admiratione dignum & planè diuinum opus, tantum ſolum detegi ex boc fatali ordine, vt præuiſa nnn queant præuerti, ſed de hoc ſuo loco dictum eſt. Leges autem, ſi populo huiuſmodi libertatem concederent, præuidiſſe quanta omnium futura eſſet confuſio, non ſolùm ob errores multiplices, ſed & dolns; Auaritia, Inuidia, Ira, Odio, cauſam ſuppeditantibus. Quamobrem necniſi ſapientibus permiſſum eſſe debet id eſt prudentibus, & modeſtis hominibus, & in euidentibus ſignis. Quieſcunt ergo hæc velut & pro opportunitate: magnorum enim effectuum aut principiorum magna ſunt oſtenta. Et quamuis omnia omnibus temporibus euenire ſoleant, nihilo minus magis accidunt nobis ad ea intentis: proximè nullis intentis: minimè alijs intentis. Solicita enim anima plura præuidet.

Ergo his cognitis, qui euidentem habent hanc genij vim, & quæ totum pertrager hominem multis modis non ſolùm præcognoſcendo, ſed ex ipſa ratione rei, per quam præcngnnſcunt, velut ſomnijs, vocibus, ſuſurris, ſpectris, ndoribus, tremore, ſtrepitu animalium, inconſuetis actionibus admirationem capiunt, & id miracnlo poſiti eſſe videntur; inde ſuccedentibus rebus pro magnitndine conſequentibus, (nam talia magnis viris & ad magnam fortunam ſeu bonam, ſeu malam, euenire ſolent) ſeu prudentia elapſis ab ingentibus periculis omnia videntur ſupra humanæ conditionis faſtigium euenire. Per quæ ſi non ad mala deflectas, nec ad humilia reſpicias, ſed per ea Dei magnitudinem beneficiúmque conſideres, & veritatem amanter amplectaris, vitam quaſi Deorum viuere poteris, & ad meliora te accingere ac maiora ſperare: ſimúlque multa exigua, quæ antea moleſtiam afferre ſolebant, contemnere, totus intentus aut diuinis, aut veris bonis aut neceſſarijs: vt illud Socraticum, ſed ſub alio ſenſu, cum in nundinis eſſet, dicere poſſis: *Quot rebus non indigeo.* Idem profitentur, ſcribunt, & quæ ſcripſerint aut dixerint non recordantur, ſed tanquam aliena recitauerint, omnium obliuiſcuntur, in ecſtaſim, quibuſdam laxatis oſtiolis cordis ſe ducunt, aliáque non minus admiranda faciunt, præſertim arte ſingulari quapiam adiuti, aut Philoſophiæ arcanis initiati, quæ nunc dicere longum eſſet. Sed illud adijcere neceſſarium exiſtimo, hunc concentu[illegible] vt ita dicam medicamentis purgantibus diſſolui, ſicut & cibis quibuſdam adiuuari: filios tamen horum partim inſanos, partim ignauos euadere. Exiſtimandum eſt autem ſanguinem hunc in arterijs contineri, in ipſóque corde eſſe, aut prope cor, aut in ipſo cerebro, & forſan temperies quædam eſt alterius eorum: Et ſi cordis ſit, quod veriſimilius eſt: à principio enim tantum opus originem ducere credendum eſt, erit in toto ſanguine arteriali etiam. Quocirca rarò vel nunquam hi putridis febribus corripiuntur, & diu viuunt, & iuuantur lætâ vitâ, maximè & abſtinentia ciborum, & vini multi, aut nigri vel rubri prorſus, & circa cor paciuntur, & perpetuò agitantur, & imaginantur: & eorum vita, & mores à communi vſu ſunt alieni.

Quæ autem in rem faciunt, communia quidem ſeu propria ſint, à ſomno ſi ſumamus exemplum condiſcere licet: nam in eo vel minima percipimus, quòd ſenſibus neque animi perturbationibus animus noſter minimè de[illegible]tur. Indicio eſt dolor exiguus, qui dormientibus nobis maximus eſſe videtur, expergefactis, quantus ſit, apparet. In vigilia enim licet ſenſibus diſtrahamur, minima tamen eſt illorum vis, ſi ad perturbationes conferatur. Sublatos ergo perturbationibus, quamuis relinquantur ſenſus, animus quaſi purus & quietus dici poteſt. Ergo cum circumuoluatur ex ſe, & quaſi leuis ſit illius & polita ſubſtantia, minimo impedimento motus ille, ſeu motui quiddam ſimile, quo rapitur ad principium omnia colluſtrans, & omnium particeps impeditur, nec diſcernit quicquam præter ſenſilia, quæ illi obijciuntur; liberata autem videt plura maximéque pertinentia illis quæ optat: neque enim ſocietatem ſuam facilè deſerere poteſt, nec illius obliuiſci; dico corporis, filiorum, coniunctorum, opum, & quorundam eſt cura ſapientiæ: de his igitur ventura & præſentia etiam, non illi per ſenſus percepta videt.

Sunt autem quæ illam impediunt corporis conſortium & grauis ſarcina, ſenſus cibus ac potus, ſed præter omnia perturbationes, præcipuè iræ, libidinis, auaritiæ quæ iniuſtæ ſunt. Cum verò hæc mouent,

alia

aliâ quidem mouent, velut etiam viſa procul, in quibus præter genus atque id vniuerſale nil deprehendimus velut corpus: inde propius vbi fuerint, ex motu quud animal ſit: propius etiam quod homo; prope autem cum fuerint indumenta & veſtes, & ornatum: ſed adhuc eo accedente ad nos, ſeu nobis ad illum quod agnatus noſter ſit: demum etiam quod nuncium ex vultu afferat lætum ſeu triſte. Ita ſonum exaudimus, inde etiam vocem, ſed quid dicat, non intelligimus. Sed ſi clari ſint animæ ſenſus, etiam verba percipimus, inde fit, vt perſæpe in ſomno voces intelligamus. Quid ergo prohibet, ne idem in vigilia accidat? modò abſint perturbationes, & anima aſſueuerit quieti, & huiuſmodi tenuibus ſenſilibus operam dare: quæ licet hîc contempta videantur & neglecta apud pleroſque, recordantibus tamen nobis eò nos ituros, vbi vel longo tempore, vel ſemper talia experiri nobis neceſſarium erit, totíque circa huiuſmodi verſabimur, quid eſt quod deterior pars hominum trahat meliorem? Id verò maximè certum eſt, ſi vel hæc à geniis, vel ab æterna ſubſtantia animæ contingat. Nam vel illi ſignificant aliter quòd ipſi procul dubio non loquantur, id ſecus non poſſint exprimere, ſed veluti circulatores virgâ canibus quid velint ſignificent, cum tamen aliter homines cum ſint, inter ſe aliâ viâ mentis, ſeorſum inoicem reddant & accipiant: vel quod ſæpe vt dixi in ſomnis, in vigilia etiam aliqoando, licet linguâ, voce, ſermonéque multò magis careant, non labra deducant, non aërem prorſus moueant, ſpeciem tamen dearticulatæ vocis in aurem referunt.

Ergo geniorum hos motus non niſi percipiunt illi, qui tranquillam habent animam, & corporis ſubſtantiam tenuem, velut per vaſa ærea, & in nocte euniculos fodientium ſtrepitum. Vnde etiam Plutarchus *in libro de Dæmonio Socratis* refert, Apollinem Delphicum à Patre interrogatum, quid de filio ageret, reſpondiſſe; *nil aliud curare debere, ſed ſinere eum ſuo arbitrio viuere: habere illum auctorem meliorem ſexcentis magiſtris:* Quod tamen fabuloſum eſſe reor, quandoquidem in tot operibus, quæ ſub eius nomine Plato ſcripſit & etiam Xenophon, nemo huius rei meminerit, nec veriſimile eſt pauperem patrem, cum in puero nil plus ſplendere poſſet indole ipſa? Satis fuerit probatum fuiſſe ab oraculo, poſtquam probari à pluribus poterat. Sed quicquid in mentem veniebat his Græcis, vt plurimum poſſe videamus vitium gentis, mendacium Græcorum, arrogantiam Romanorum, & nugas Iudæorum, id totum trudebant in viri inſignis aut mores, aut vitam, ſed præcipuè Socratis. At ille quidem Dæmonem eſſe, prædicabat vocem illam, quam in Apologiam retulit Plato illius diſcipulus; hac in parte quòd pius fuerit & laude dignus. Hoc dixi quod etiam addat Fimarchum ante Socratem obiiſſe, & cum Lamprocle Socratis filio, qui ante eum obierat voluiſſe ſepeliri: vt conſtet Lamproclem ante Socratem mortuum, quod omninò verum non eſt, nec quiſquam meminit; tum maximè quod argumentum mirum præbuiſſet illis Scriptoribus, mira fingendi circa hæc. Quinimo Plato *in Phædone* recitat tres filios ad illum adductos: vnum iam grandem, quem conſtat fuiſſe Lamproclem, duos verò paruulos: nam Lamproclem inducit Xenophon, quem matri iratum Socrates corrigit, vt deſipere omninò neceſſe fuiſſet Platonem, qui tum præſentibus ſcriberet, ſi duo filij tantùm ſuperfuiſſent. Hæc volui ſubieciſſe, vt quiſque intelligeret Plutarchũ in hiſtorijs paulò fideliorem Mondigueto Hiſpano, qui quicquid in mentem venit, ſub nomine celebris viri recitat: niſi forſan nil putat referre, quod ratione euenire aut dici potuit id eueniſſe aut dictum fuiſſe, ſi referatur, quandoquidem quæ fieri potuerunt aut dici, ea aliquando veriſimile ſit facta aut dicta fuiſſe. Et ſanè talem inuenio fuiſſe Plutarchum præcipuè *in Parallelis*, & in *hiſtoria Philoſophorum*, niſi forſan duo fuerint.

Sed vt ad rem redeam, non inſcitè illud animam dici, quæ omnino merſa eſt in corporeo hoc vnguine & pædore, quicquid prominet mens dicitur & exiſtimatur: quicquid ſuſpicamur quod exterius ſit eo, quod relnceat tanquam è ſpeculo, id genium vocamus ſeu dæmonem, cum tamen ſubſtantia ſit eadem affecta diuerſis modis. Quinimo, cum & ſuperius & inferius conuertatur, & medio modo ſe habeat: ſuperius quidem conuerſa genius, inferius anima, ſibi ipſi relicta mens eſt; vt nec Hermodoxi Clazomonij narrationem fabuloſam eſſe omninò contendam, cuius anima relicto corpore vagabatur, redibátque multa annuncians, quæ alibi & procul viderat audierátque, donec corpus ab inimicis proditum concrematum eſt. Sed non diſcedebat à corpore, verùm in ecſtaſim rapiebatur, adeò vt corpus præmortuum videretur, atque interim iacebat vt mortuus, magis viuens ſenſibus quàm in ſomno, & minus tamen ſentiens corporeo ſenſu, quàm qui dormit. Huiuſmodi enim animæ ab initio ſecretæ à corpore, patent ſuperiori animæ à qua defluxerunt, futuráque præuident, videntúrque Deorum voces audire: ſeu omninò audiant, ſeu ſibi hoc ſolùm perſuaſum ſit ex commotione animæ, ſe in ſpeculo animæ mundi per ſpirituum claritatem ac quietem contemplantis.

Sed qui Dæmones eſſe putant, aſſerunt eos ex hominibus ſeligere quos inſtituant; velut equites equos, venatores canes, ac circa illorum curam diligenter verſari, & per ſymbola potius quàm per ſermones illos admouere. Et vt populo Principes præcepta per præcones & mandata ſignificant; fidis autem & intimis ipſi dicunt, tametſi

breuiter & multò ante & clarius : ita quibuſdam hominibus & priuata & publica euenta ſignificantur à Diis. Hoc autem maximè grauis contingit, & qui ſponte ſtudiis, continentia, voluptatum & virtutis amore proficiunt. Hæc quanquam plenius ac facilius his quæ accidunt, ſatisfaciant : iudicio tamen meo & plura exigunt, quàm quæ neceſſaria videantur, & Deorum maieſtatem minuunt : & præterea nec congruunt his quæ eueniunt, cum multa falſa & vana in his cernantur, adeò vt qui talia dicunt, cogantur fateri Dæmones mendaces vt plurimum eſſe : quod naturaliter abſurdum videtur, quandoquidem vel ſine illorum fraude homo eadem paſſurus ſit, & ſæpè etiam deteriora. Quamobrem ſimpliciſſima via & naturalis maximè, ac experimentis quæ eueniunt conſentanea, vt falſa vera, obſcura aperta, magna exigua admittere ac tueri poſſimus : quin etiam animorum æternitati magis fauens, quandoquidem diuinum principium in nobis ſtatuimus, non alium è mutuo accipere cogimur, vt hæc ad animam ipſam ſolam & coniunctionem cum diuinis & incorporeis referamus, cauſam verò ad ſpirituum naturam & denſitatem atque ſplendorem ex proprietate naturæ, continentia, vſu, moribus ac exercitatione aſſidua. Inde mihi cum illa relegerem, quæ de voragine illa tenebroſa atque terribili referuntur, ad ſomnij noſtri fatalis finem perueniſſe video. Vnde in diuerſorium illud mihi recedendum eſſe mutato vitæ inſtituto, antequam id ingrederer, iam finem habituro, quanquam temporis incertâ metâ. Verùm quod ad Socratem attinet, ambitioſus nimis & ob id meritò irriſus eſſe videtur, qui ſenſum inarticulatæ vocis, imò potius ſonum ad dæmonium, quod eo tempore quaſi pro Deo habebatur colebatúrque, referebat; ſeu ignorantiâ rerum naturalium, ſeu gloriæ & nominis cupiditate, qua vt ſæpius dixi ſupra modum flagrauit, cum licet vera eſſet prætenſio, fallere tamen etiam poſſet: nec adeò euidens, vt à Dæmone profecta omnino videri debuerit, forſan tamen in illo (quod eum ſi fellit & veriſimile eſt) clarior & euidentior & illuſtrior fuit, & vt euentuum nonnulla experimenta certa recitat Plato. Vtcunque ſit, velut aliàs diximus, omnia cum referantur in vnum, licet pugnent inter ſe hæ opiniones, in Dei gloriam redundant : qui vel nobis cuſtodes tam benignus, & tam ſapientes, non ſine delectu inſignium animarum dederit : aut ita ab æterno mundum ordinauerit, vt connexu naturali ſubſtantiam eiuſmodi homines præſentire poſſent, adeò euidenter & verè, vt meritò Dæmonij præſentiam ſuſpicari poſſent. Ergo Deo ipſi pro tanto munere vt par eſt, gratias immenſas agamus, & habeamus: ſiquidem hoc & maximum eſt & admirabilius omnium eorum, quorum in hac vita certam fidem conſequi liceat. An verò ex geniis hoc adſit nec ne, indiſcuſſum relinquere decreui : nam quædam ſuadent potius adeſſe genios, velut ſomnium illud patris Galeni, vt medicinæ filium traderet: videtur enim complexum quippiam maius prætenſio, vt in quo tot ſeculorum gloria contineretur. Forſan fuit ſpes de illo concepta cauſa huius : neceſſe eſt enim vt dici ſolet, *qui frequenter iacit, aliquando collimare.* Quot enim fuiſſe putas, qui ſimilibus ſomniis moniti nihil profecerunt, ſed horum non extat memoria: quapropter aliquid etſi hoc ſit, & ad opinionem & veram rationem naturalémque ac geniorum traduci poteſt : mirum autem ſi genius fuit illi, nunquam apparuiſſe; verùm in patre finem feciſſe. Sed & galli viſio illa terribilis, dum puer eſſem, nil me docens, oſtendebat atri humoris potius vim quandam eſſe quàm genium. Quorſum enim ille terror in ſomnis : ſi bonus, non debuit obeſſe; ſi malus, occaſionem maiorem debuit expectare.

At in oppoſitum eſt quod non rectà oſtendit quæ fiunt : nam affectus animæ per ſimilia præſagire debent, an velut de ſomniis aliàs dictùm eſt: ſed vt dixi hæc ratione magis conſtant, illa ſunt probabiliora. Si verò quis cupiat ſcire, an Genius interueniat ex interrogationibus & diligenti inquiſitione, tum mutatione morum id conjectabitur : referunt enim iraſci ſi deteguntur. At contra ſi mutatione victus & regionum, id potius accidat non ex Genio, ſed naturæ proprietate id fiet. Exiſtimandum eſt ergo eos quos coniunctos dæmones habere referunt, in eodem genere eſſe, vt per illas imprecationes ſpiritus fide diſtant : atque ita ex illis reddantur imagines ſub ſpecie ſoni ac vocum, nonnunquam etiam quæ viſui fiant conſpicuæ. Duo igitur cum ſint modi; Genius, & corporis præparatio, ſeu humoris vel ſpiritus; ac forſan tertius, ſcilicet, qualitas coniunctionis animæ cum corpore. Iuxta id verò animaduertere decet, quod ad intellectum præcedentium facit, octo eſſe modos imaginandi. Primus eſt per ſomnum, circa quod illud eſſet inquirendum, quod Ariſtoteles non docuit, multò minus alij : cur in ſomno quæ imaginamur, videntur ſenſu percipi, adeò vt vis imaginandi & phantaſmata in ſomnium verſa videantur. Aliquando conſideraui quòd non omnino ſemper, ſed in ſomniis, in quibus homo expergiſci videtur, aut dum ſomnium ſe videre putat, aut in quo percipit ſe ſomniare, in illis homo per ſomnium imaginatur, ſed hoc rarò. Sufficiat rem attigiſſe, nam notitia illius ſolùm hic indigemus. Secundus eſt in eſtaſi. Et hic eſt proximior vigiliæ aliqua ratione, aliquâ remotior: Et de hoc quoque alias diximus. Tertius eſt cum imaginamur videre veluti montem aureum, nihil ad viſum referentes, ſed ſoli cogitationi intendimus. Quartus cum imaginamur (montem vt dixi puta aureum) & illum ad oculos referimus: ſed oculus tamen non

videt

videt quicquam, palpebræ autem ſunt clauſæ. Quintus eſt, cum eiſdem clauſis, idémque imaginando, videre nos putamus, quædam diſſimilia tamen. Et hic eſt duplex: vel obuerſatur prius imago in mente, poſt in oculo: aut prius in oculo, poſt in mente. Sextus eſt eodem modo, & duplex etiam, ſed quod oculi videre ſe putant. Simile eſt multum ei quòd imaginamur: ſed non eſt planè idem. Septimus verò eſt eodemmodo, quo duo præcedentes, & duplex etiam ipſe, ſed eſt eiuſdem: & ex his melior longè eſt qui habet originem à mente, & eam imaginem ſequitur, illâ quæ eſt in oculis & fit clauſis palpebris. Octauus eſt ſimiliter duplex, & eodem modo fit: ſed differt à præcedentibus in tribus: primum quod fit apertis palpebris. Secundum quod ſecundus modus omnino fit abſque cogitatione: imo fit homine etiam alia cogitante, & hic eſt longè nobilior omnibus aliis: & eſt Dæmonium aliorum & eorum qui naturalia ignorant, ſeu Genius: & fit vi naturæ & conſuetudinis vt dixi, & arte. Et ob id tranſit in momento, & poſtquam homo viderit, aut audierit, ſtatim dubitat an viderit? Tertium eſt quod hic modus eſt communis aliis omnibus ſenſibus: nullus alios autem ex quinque proximis, ideſt poſt primum ac ſecundum communis eſt vlli alij ſenſui. Sed primus horum qui fit apertis oculis, homine primum aliquid cogitante, inde oculis repræſentato eſt etiam valdè pulcher. Et eſt ſimilis præcantationi, & ille eſt de quo dixi *in Dialectica & quarto de ſecretis*, per quem vident mirabilia. Sed ſi non contingat videre, quæ cogitauimus, pertinet ad ſecundum membrum: nón eſt tamen ſub illo: quia in ſecundo membro oportet vt homo nil cogitet; quare hic modus vt patet habet tria membra, vt dixi in ſecunda differentia. Sed non eſt hoc dictum cum illo idem. Vt ergo rem perfectè intelligas, dico quod hic modus eſt quadruplex: Primus eſt dum imaginamur vnum, & aliud oculis videmus vel audimus, vel alio ſenſu percipimus. Secundus eſt cum imaginamur vnum, & idem videmus aut audimus, aut alio ſenſu percipimus, & eſt nobilior præcedente, & vocamus ſpectrum. Tertius eſt cum nec imaginamur aliquid, nec cogitamus, nec alij rei ſumus intenti, & videmus aliquid aut ſentimus, & eſt nobilior præcedente, & vocatur Genius. Quartus eſt dum nil imaginamur, ſed ſumus alicui rei cogitatione & ſenſu intenti, vt legendo aut recitando carmine, quorum recordamur, ſentimus aliquid. Et hic modus eſt omnium magis potens, & vocamus Dæmonium. Et eſt duplex: nam illa quæ recitantur, conueniunt rei, & vocatur inuocatio Dæmonum; vel non conueniunt, & vocatur viſio dæmonis aut Mortuorum.

Iam verò ne quiſquam demiretur tot arcana animæ noſtræ, quam conſtat multiplices habere partes, præcipuáſque duas,

intellectum agentem atque potentiæ, qui tranſmutatur, quoties phantaſmata contemplari contigerit, hique æterni. Præterea intellectos actiuus & patibilis, vocant alij practicum & materialem; & ratio ipſa atque huiuſmodi: adeò vt ſi omnia quibus homo cognoſcit inuicem miſceantur, ingentem futuram multitudinem cognitionum admirabiliúmque effectuum, qui ex notitia animi noſtri proueniunt: nec non ſpecierum incorporearum comprehenſionúmque, haud dubium ſit. Sed nos noſtras vires noſcere datum non eſt, ob noſtram ſocordiam atque improbitatem, ſeu ne Diis ſimiles efficiamur in hac vita.

Peritia verò linguæ aut artis incognitæ ad Genium pertinet, & naturalis eſſe poteſt, non tamen perfecta, quoniam inſtrumenta non ſunt præparata ad illam actionem; non accentus, non pronuntiatio: magis autem intelligunt linguam quam loquantur: & artem exercent, rationem reddere neſcientes, velut hirundo de nidi conſtructione. Etenim lumen illud velut ſolis per opacum & coloratum vitrum viſionem quidem efficit, ſed nec puram, nec abſolutam, nec conſtantem, ſed tamen ſine illo videre non liceret. Et eſt alius modus, vt ex celeri tranſmutatione rerum plurium vice fungatur, & per connexa & ea quæ deficiunt, ſenſum coniectetur: velut in notis obſcuris & ſymbolicis appellatis. Vnde quantò velocior erit mens, quoniam ordinem quendam ſupponere neceſſe eſt & perfectionem, neceſſe eſt quod non intelligitur eius eſſe loco quod deeſt. Propter hæc ad eos, qui hæc tractarunt, magis huiuſmodi notitia peruenit. Atque hic veriſimilior modus iuxta accepta ab alijs principia; ille iuxta prima. Etenim nobis in Gallica lingua cuius imperiti ſumus, & aliàs in Latina talia contigêre: hoc quidem vna die, ac perfectius ob præparationem maiorem; illud paulatim magis, quòd neque pater eam nouiſſet.

CAPVT XXII.

De vmbra in nubibus.

EVnti ad Saxolum oppidum, IV. Calendas Septembris, animaduerti in nube foramen rotundum, & vmbras quaſdam, adeò vt nubes mihi murus ad vnguem videretur: hoc autem contigit, quoniam cum ſol occideret, nubes in oriente erat, vt tum arborum, tum lapidis alicuius aut nubis exiguæ intermediæ vmbras, nubes illa maior quæ ad perpendiculum ſupra horizontem inſiſtere videbatur, exciperet, & feneſtræ rotundæ & muri imaginem referret.

CAPVT XXIII.

De Dæmonum nominibus.

FInxere, ſeu quoniam ex effectibus ita eſſe crediderint veteres, incorporearum ſubſtantiarum inferiorum oomina diuerſa; *Dæmonem* id eſt ſapieotem, *Cacodæmonem* id eſt pulchrum & propitium ſapieorem, quem vocamus bonum genium; vt contra *Cachodæmonem* malum & infauſtum genium. Genium quidem incorporeum cui aſſiſtimus, à quo norma viuendi oſtenditur. Idem *lar*, id eſt domeſticum auxilium, vt contra laruam, terriculum, & nos exagitantem: *lemur* quòd à nobis ſeiunctum eſt: velut facies noſtra io ſpeculo viſa: ſed in digniore quodam nomine refertur. *Mediocximos* autem idem eſt quod egregius quidem dæmon: at *Heros* anima hominis inſignis infauſta coogreſſu, licet oomine & appellatione plauſibilis.

CAPVT XXIV.

De Quadam videndi fallacia.

CVm aliquando eſſem iuxta ædem Beatæ Virginis, quæ vocatur Nunciata, vidi in campo tabulas, qoæ cærulei coloris admodum pulchri videbantur, ſoli expoſitas: mirabat vnde tam pulcher color: Et dum acceſſiſſem propè, adhuc tales videbantur. Demum propius accedenti, & ex aduerſo inſpicienti, ita vt tabulæ quæ in ſitu accliui poſitæ erant, inter oculum & ſolem poſitæ eſſent, eas eſſe corio argentei coloris animaduerti non cærulei contectas, adeò vt color albus ſplendidus, ſi oon ſpectetur ab aduerſa parte, qua à ſole illuſtratur, cæruleus videatur, tunc intellexi fore eaodem rationem de cœlo: qua eoim parte cæruleus videtur tempore ſereno, eadem candidus eſt & illuſtris, quodcumque ſit, ſeu aër, ſeu mane quoddam, vt ita dixerim, ſeu corpus perſpicuum, vt cryſtallus: quod ounquam remoratur, ſolis radios remoratur, nec ſex aduerſo illuſtrat, quod cum contigerit album ac ſplendidum, haud cæruleum videri oeceſſe eſt.

CAPVT XXV.

De ter tribus.

TRia ſunt quæ triplicia com ſint, doo exiſtimantur: Panis cruſta, & medulla; ſed eſt tertium quod eſt optimum & ſuauiſſimum, ſemicruſta. Ouum habet luteum & candidum, ſed eſt lac quod eſt melius his, in illius ſummo vertice: at de his actum eſt in *Primo de Tuenda ſanitate*. Tertium eſt ignis, in quo pruna & flamma, ſed habet quandoque prunam quandam ſpleodidam & candidam, vt flammam lætam aſpectu, rutilantem; puram vt eſt lux ſolis, quæ aliquando perdurat per horam, etſi rarò ad quartam partem, frequenter fulget mirum io modum, & eſt læta aſpecto, & vt ita dicam booi ominis. Fit ex humido puro atque concocto carbonis aut ligni. Cauſam tameo propriam ooodum inuenire licuit.

CAPVT XXVI.


De Hordei multiplicatione.

NVper, hoc ſcilicet menſe ſub initio Iunij (quod publicè adnotatum eſt) cum quidam ſeruiſſet hordei modios Romanos XXX. (Eſt autem modius librarum XXIV. & eſt tertia pars amphoræ) collegit modios DCCCLXXXII. (penè ſcilicet trigintuplum) Id maximè mirum, vel inter cauſas naturales, vel prodigiaſſi adnumeretur: ſignificat autem bellum equeſtre, aut tritici penuriam. Etenim immoderata quæque pro infauſtis habenda ſunt, vt ex ſacra etiam pagina colligitur: Et ſi generalia ſint, vt magna vbertas generalis: quo etiam argumento Thales opes quas parare poterat, oſtendit: Etſi vno in loco ad oſtentum eadem ratiooe referuntur.

CAPVT XXVII.

De Tonitru prodigio ſimili.

NOcte quæ ſucceſſit diei xij. Iuoij præſentis anni MDLXX. ſenſi tooitru ſæpe repetitum ingens circa mediam noctem, quæ ad xiij. diem ſpectabat, & nepos meus ex filio Facius, & Amanueoſis atque alumnus meus Rodolphus Sylueſter Booonienſis. Hoc igitur cum mirum



videretur, ſcrutanti cauſam etiam magis mirum viſum eſt. Sit ergo A terræ centrum, B locus in quo nos, Meridianus & verticis circulus C E, erit igitur vertex C, itaque ioitium ex quo tonitru D, ibi ſolet decidere fulmen, cum alias cadat ex F, ſparga

ſpargatúrque ſonus per circulum F circumcirca ſparſus, vnde & à longè & ſenſim ſtrepitus ille adaugetur: tum autem neque procul veniens audiebatur, ſed capiti imminens, & nec augeri, nec minui, nec ſpargi, nec fulmen ceciderat; tum maximè, quòd vt dixi ſæpius, vtporè ter eodem modo repetierit. Miraculum igitur triplex: Et quòd toties in eodem loco repetierit: præcipuè quod tonitru ſit diſciſſa nube. Cum ergo fuerit initium in D, oportuit ter diſciſſam nubem in B, quod abſurdum eſt, cum iam primò in tonitru diſciſſa fuerit: Et quod diſciſſa fuerit nubes abſque fulgure vel fulmine, nam ſplendor à uobis nullus viſus eſt, cum eum tres in eadem domo eſſemus: Et quod cum cœperit ex D, non auditus ſit circumferri, atque aliò quaſi à nobis tendere, vt contra aliàs alionde ad nos. Iudicio autem initium habuiſſe ex ipſo D, ad verticem poſito, quoniam & tum cœpit, & maximum fuit: nam quod aliunde venit, ſenſim & aliunde venire deprehenditur. Hæc igitur mira. Sed tamen quod ſparſum non ſit, cauſa eſt quoniam cum maximus eſſet ſtrepitus ex D centro, quod propius eſt B quouis alio puncto, in eadem rectâ G D H, palam eſt quòd maior ſtrepitus obumbrabat minorem, vnde non ſinebat illum exaudiri. Sed rurſus cur deſcendendo ad K, quod eſt propius B, quàm D, non exaudiebatur, tanquam diſcedens ac ſimul creſcens. (Nam in miraculo miraculum maius apparere haud abſurdum videri debet; vt cum tres Soles cum corona quæ nulli opponitur ex eis; ſed in medio cœli ſuperſtat, cum illi in oriente & à latere ſeu occidente ſint, videntur.) At id non audiebamus, quoniam maximum cum eſſet initium, neceſſe fuit vt deficeret, hoc autem apparuit; ſed cum velox fuerit defectus, vt extingui potius videretur, & etiam inſolitus, non potuimus bene aduertere. Diſceſſus autem nequaquam: nam licet diſcederet ad K, velocius tamen cum perueniret ad L quam K; igitur ſolum exaudiebatur tonitru è vertice, & non è loco alio à latere potuit exaudiri. De fracta autem nube veriſimile eſt non ſemper in D, factam fuiſſe rupturam, ſed prope in circuitu, quare cum ſtrepitus foret maximus, in vertice videbatur.

Fuit ergo nubes denſa ambiens verticem, cuius quod craſſiſſimum erat fuit circa verticem D, vbi diſciſſa ſæpius tonitrui ortum repræſentabat. Cur verò abſque ſplendore dicebat Plinius, cum æſtate vehementius tonuit, quàm fulſit, ventos ex ea parte denunciat. Non videntur ſplendores, cum nubes ſuperius diſrumpitur, & forſan prope decidere, nihil tamen ſequenti die auditum. Aut non forſan neceſſarium, vt quamcumque rupturam nubium fulmen aut fulgur ſequatur. Sed quomodo tam ingens fiet ſtrepitus, non lacerata repente nube? aut quomodo nubes repente lacerabitur abſque vi ignis?

Aut dicendum dormiſſe cum fulguraret, experrectos ſtrepitu tonitrui, idque ſæpe contingit. Intonuiſſe aëre ſereno, M. Æmilio. C. Hoſtilio Mancino Coſſ. cum victus eſt à Numantinis, ac etiam illis ex fœdere deditus, proditum eſt.

CAPVT XXVIII.

De ſtrepitu nocturno.

XVI. Calend. Iulij cum hora quarta pridie ſeu noctis antecedentis ad lectum me contuliſſem, renunciauit Amanuenſis Rodolphus Syluester indicem oſtendere ſextam, cum non moueri horologium permiſi, mouebatur autem multò celerius debito; nec ideo admiratus ſum quòd anteceſſiſſet. Bis euigilaui ante horã nonam, videbárque longiſſimum ſomnum obdormiuiſſe, vtpote ſex aut ſeptem & amplius horarum ſingulis vicibus; vnde admirabar, cum contra mihi ſpatia ſoleant videri multò breuiora, quàm ſint. Propè lucem cum vigilarem, ſenſi arcam quæ prope lectum erat moueri, quaſi ſi quis ſedens parum comptè ſurgeret: timui valde, nam ſtrepitus ſatis magnus erat, & arca nutare viſa eſt: non ſum auſus ſurgere niſi luce magna; vbi ſurrexi, apertis feneſtris, adhuc occluſis ambobus peſſulo oſtijs, diligenter circumſpexi, ſi vel canis vel felis intro clauſus fuiſſet, nihil inueni; poſtmodum cæpi horologium inſpicere, index ſolum ac vix ſeptimam horam ſuperauerat. Ita vt æſtimationem meoris quinque horæ ſomni pluſquàm XII. referrent ad horologij alioquin celerrimi vnam: Et ſtrepitus ille inconditus nulla cauſa exauditus. Quidnam portendant hæc, tum id de Tonitru, expectabimus. Intra diem lxxxj. ſcilicet Pridie Nonas Octobris captus ſum, omnibus penè exutus honoribus, munere profitendi, penè ad mortem vſque coarctatus, magna iactura pecuniarum: vix redempta libertate.

CAPVT XXIX.

De Ignis viribus.

CVm alibi dictum ſit optimam eſſe ancillam quæ fida eſt, quæ bene coquit cibos, quæ munda & nitida, quæ laborioſa & culta eſt; ſexta conditio eſt vt parum lignorum abſumat. Hoc facilè præcipitur, non tam facile eſt exequi. Ob id ergo quæ coquuntur mutantur, quæ mutantur, aſſiduitate motus maximè iuuantur. Videmus hoc in omnibus, & exemplis Molendinorum à ventis agitatorum, tum nauium oſtendimus, vt ſcilicet ſit indeſinens flamma, & tanta vt proportione reſpondeat aquæ. Multa enim aqua à paruo igne non

feruet, pauca conſumitur, aut ſalſa aut amara euadit, antequã coquatur. At quanta eſſe debeat, à duritie rei & magnitudine coniecturam ſumimus. Vt ergo quod coquitur minori aqua indigeat, molleſcat tundendo: & in fruſta diuidatur, vt minus euadat. Quinta cautio eſt vt tegatur: ſexta vt lebes lebeti ſuperponatur: tam facilè enim eodem igne plures quàm vnus tantum feruet. Septima vt ligna inciſa circumponantur, vt tota ardere poſſint. Octaua vt ligna facilè ardeant, mediocris ſint magnitudinis: & ex denſa ſubſtantia. Adiuuant & folles vt videmus in fabris ferrarijs. Sed & denſitas lebetis cacabive non parum prodeſt. Vbi enim eiuſmodi materia calorem ſemel conceperit, mirum quàm potenter excoquat. Eſt etiam varietas in ipſis aquis non leuis, velut plouia melior, & differentia in aqua quæ ſcaturit, & inter ſpecies non ſolum genera quæ coquuntur; plurima autem inter ciceris, & ſi madeſcant prius: & quæ iuuant coctionem veluti ſinapis, peponum, cortices, cæpi, ficus, vrtica, vitrum, &c. Sunt igitur præſidia quatuordecim.

CAPVT XXX.

De mortis præſagiis.

TRia ſunt, & quæ ad duo reduci poſſunt, quæſita maximi momenti, an Mors immineat, nam colligere vaſa oportet: Secunda an diu homo ſuperſtes futurus ſit? poterit enim magna amplecti negocia. Tertium an quod ſperat futurum ſit? hoc enim quæſito terminantur res omnea humanæ. Igitur veriſimilibus rationibus huiuſmodi indaganda ſunt, quemadmodum etiam aliàs docuimus. Vultures igitur primum inter aues, & corui: & nocturnæ aues, & noctuæ atque bubo. Vnde Virgilianum illud inter ſigna lethi Didonis:

Solaque culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri: & longas in fletum ducere voces.
Et alibi de noctua.
Aliis in parua ſubito collecta figuram.

Has Oſcines quæ cantu lugubri mortem prænunciant, velut corui & vultures præpetes dicuntur, quæ volatu non voce idem ſignificant. Vnde nec Virgilius hoc ſecundo loco ſeruaſſe proprietatem rei videtur. Oſcines enim cantu præpetes volatu exitium ſignificant, contra fauſtæ habentur: habent enim hæc animalia ſenſum naturalem horum, velut pediculi qui à morituris diffugiunt. Vultur ergo & coruus cadaueribus veſci ſolent, & ob id illos aduolant, quibus mors imminet. Ex quadrupedibus lupus infeſtus aut vlulans, canis quoque vlulans: & ſus infeſtus, mortem & violentam prænunciant; vlulatu autem quamcumque. Canis vt amicus hominibus, lupus vt inimicus, ſus vt qui ſoleat iugulari, & olim ſacrificari ſolitus. Sed lupus ſi non noceat, neque vlulet, mutationem fortunæ in melius ſignificat. Crocodilus quod lethalis homini hoſtis ſit, & præcipuè cauda eius mortem prænunciat: ſicut teſtudo præciſo capite, ſed hæc difficilem ab euentu; nam per diem ſuperuiuit. Si victimæ quæ ad macellum ducatur occurrens petatur, tangaturve, ſed magis ſi percuſſa, & fugiente ſanguine illius inſpergatur, violentam mortem prænunciat. Serpens mortuus, quoniam tempus ſignificat, mortem domino prædicit. Formicæ præterea quòd ſub terra degant, & mortua corpora erodant. Oportet autem multas eſſe; impar enim prodigium formicæ cum homine: magis autem hominis laborioſi, quòd ipſæ eiuſmodi ſint, valde ſeni alatæ ſed mortuæ: nam formica alas non emittit niſi morti propior. Sic & crabrones inutilis apes hominis frugi, ſcarabei effoſſis oculis mortem ex febre ardente prænunciare dicuntur. Bos ſi lingat manum hominis aut veſtem, breuem vitam ſignificat: paſſer annuam: tanto enim tempore viuit. Pellis quoque mortui animalis mortem præſagit. Vox quoque mortui audita, maximè nominatim vocantis hoc poteſt. Quod attigit Virgilius dicens.

Hinc exaudiri gemitus, & verba vocantis
Viſa viri.
Et rurſus
Vidi oculos ante ipſe meos, me voce vocantem
Murranum.

Ex plantis autem cupreſſus, Pinus, populus valde, ſed & apium, quamuis hoc à conſuetudine quadam ſolùm. Hirundo creditur luctum oſtendere domeſticum, non tamen proprium ei qui occurrerit aut domino. In ſomnis elephante equitare aut ſine naſo eſſe: hæc enim pars primò in mortuis decidit. Framea verò & falx recta, & ſecuris ac gladius violentæ; ligones quoque perſe & cum veſpilonibus, & falce curua, mortem ſignificant. Horologij tempus ab animali excuſſum velut Ciceroni; vel ſi ſponte frangatur aut cadat. Terræ motus in domo illa ſola ſepulchrum ſponte hians, quemadmodum Braſcæ Patritio Mediolanenſi octo diebus antequam interiret. Sed ſi loco tremoris terræ tonitru diu domui incumbat, ſi loco contactus bouis, quæ ad macellum ducitur, ſolum occurrat: ſi loco auulſi temporis curſus illius in horologio præpediatur aut retardetur, ſi hiatus vice ſepulchrum ex parte frangatur, grauem metum & longum velut in diuturno carcere portendit. Dextra quoque pars capitis raſa ſi per ſomnum videatur, maſculorum, ſiniſtra fœminarum interitum ſignificat. Æthiopum occurſus ſemper, vbi raro videri ſolent, infauſtus in cauſa vitæ habetur. Palmus paruus breuem

uem vitam decernit, metu imminentem mortem, quaſi curſu præfinito. Glomi fila è goſſypio ſi ſint & diſſoluti, breuem vitam ob imbecillitatem, è lino autem non adeò, ſed tamen portendunt. Colus cum abrupto filo, aut cum fuſo in terram, mortis imminentis ſignum eſt: ſed & laqueus mortem ſimul atque inſidias declarat. Ignis mors per ſe facta mortem naturalem prædicit, ſi obtutus ſit, aut impetu ſublatus, violentam. Quæ etiam ex eo, Olei conſumptio, & cinis, moriturorum ſunt ſigna. Littera T apud Hebræos auſpicata eſt, Θ autem quod eſt TH mortifera: illa ob Tau, hæc ob Θάνατος nomen in hoc genere mali ominis. Similiter & in ſomnis aurâ priuari vel non ſpirare ventos: pompam in foro ducere vel ſuſpici in illa, mortem portendit. Sed ſi ſol obſcurus in domum cadere viſus ſit ac extingui, mortem violentam & repentinam ſignificat. At ſtella ſimiliter nigra cadens morbum magnum.

CAPVT XXXI.

Longeuæ vitæ præſagia.

SErpens contra vegetus, lætus, & bene habitus longam vitam decernit. Serpentes enim ſenectam deponunt. Elephas, homo, ceruus, camelus, longam decernunt vitam. Phœnix quoque & cornix & coruus: ſi tacitus nil agat, ſed quaſi comitetur. Sol, luna, ſydera alacria, Dij ipſi læti, ſeu aliquid ab eis acceperis, ſeu cum illis ambulaueris, ſeu te alloquantur, ſeu eos adoraueris, longam & robuſtam vitam oſtendunt. Ex arboribus Quercus, palma, olea, vitis. Ex conſequentibus perſpicilia, ſcipio gibba, nata canities, ſeu in ſomnis ſeu pro miracolo quaſi nata, vel obuiam facta. Apes aut formicæ valde viuidæ in valde etiam ſene: horum enim animalium vita longè prolixior, quàm natura ferat, ſeu ad molem, ſeu temperaturam reſpicias, cum exſuccæ ſint & exangues. Sequi etiam hominem iam mortuum pedetentim, veſtigia in illius veſtigiis ponendo, longioris vitæ argumentum eſt, quod aliàs timorem incutere poſſet. Naturalia autem ſigna ſunt, ſi à timore & triſtitia laboribúſque atque cauſis morborum magnorum, aut mortis euidentibus, crura ſtatim exulcerentur aut hæmorrhoides aperiantur, indeſinénſque fluat materia; hoc optimum ſignum eſt atque ſecundum, velut &, globoli magni per ſomnum viſi; idque tertium, nam id de aſtris & Diis potius robuſtam quàm valdè longam ſignificat vitam: propriè enim ſignificat incolumitatem. Quartum eſt genius placidus, qui paucis contingit. Indicat & hoc caſio inſperata ab ingentibus & manifeſtis. Apes in Oliua aluearium habentes, ſiue per ſomnum, ſiue in prædio tuo, felicem & valdè longam ſenectam oſtendunt: clypeus ſeu pelta, ſed & ferrea, Galea, thorax ferreus, in periculis viſa, ſalutare ſignum ſunt; velut & reipſa ſalutem afferunt: teſtudo quoque alacris, & nemorea magnaque, aut pro ratione ætatis tuæ longam ſed fœdam vitam violentamque mortem aut difficilem decernit. Præterea membra ſeminis magna, firma, & inter ſe commoderata, pulchráque, longam vitam & incolumem ſatiſque beatam ac felicem oſtendunt: velut prolem, opes, amicos atque honores. Sed quid eſt quod naturalis vitæ longæ ſigna ſæpius vidi & obſeruaui: horum autem qui diu vixerint aut victuri eſſent, nulla obſeruare potui, neque quæ eſſent, adhoc inuenire quiui. Conſtat enim plures eſſe, quibus naturaliter longa vita promittitur, caſu tamen aliquo ante ſenectutem ipſam vel non longè in ea procedentibus mors accidit. Nihil ergo tutius quàm Genius vt dixi mitis, aut ſomnium illud pediſſequum: aut ex conſequentibus velut pronepotum & magnarum rerum ſucceſſiones, nobis viuentibus.

CAPVT XXXII.

Spei fruſtratæ aut bonæ.

FVmus ſpei fruſtratæ fruſtrandæve & per fumum & verè viſus, irritam expectationem declarat. Si anguilla aut ſerpens occurrat, quòd vix manibus teneri poſſint: quantò magis præciſæ manus omnem amputant ſpem? ſed & hoc & ſerpens præter id etiam malum minantur. Pedibus conſiſtere ſuper aquam, inſidum ſignum, irrita ſpes, & periculoſa negociatio eſt. Flores quibus non pro ratione fructus ſuccedunt, exiguos euentus pro magnis expectationibus pollicentur. Inter quos lilia primum locum obtinent, vnde in adoleſcentia morituris tribuuntur: ſic Virgilius de ſuo Marcello.

Tu Marcellus eris: manibus date lilia plenis.

Succedunt Garyophylli vocati apud nos, & notæ omnibus roſæ. Vidi quendam nobilem, cui cum filius natus eſſet in Iolij pene fine, dum roſæ iam pridem atque vno vel altero menſe exoleuiſſent, apparuit in horto matutina præter ſpem candida roſa, omnibus numeris abſoluta: vnde magnam ſpem de illo concepit: nec fruſtratus eſt eo vſque, donec per gradus ad vrbis Archiepiſcopatum noſtræ accederet, atque in eo flore cum nondum ad poſſeſſionem admiſſus eſſet, in quadam exilij ſpecie, extra patriam dolore mortuus eſt. Violæ minores ſpes, & non minus inanem expectationem, tamen eâdem ratione oſtendunt. Sic & aliorum metieris euentus, vt in liliis conuallium. Inanem etiam ſpem declarant frigus & nix in æſtate, pruina vere, calor in hyeme: cui enim bono? ſeu per oſtentum

tum ſeu ſomnium. Ara non ſolum ſpem omnem decidiſſe oſtendit, ſed calamitatem eiuſmodi imminere, quæ ſolo diuino auxilio leuari poſſit.

Diuerſis autem modis de ſpe conſulebant Iudæi, Græci, Romanique ex Hetruſca diſciplina. Iudæi igitur Pontifices adamantem inſignem & purum inter duas ſmaragdos auro circumdatum ac colligatum pro monili geſtabant : cum opus erat, primùm peracto ſacrificio, conceptiſque precibus inſpiciebant adamantem : ſi enim rutilabat lætus, futurum quod ſperabatur, certum erat indicium: ſi non mutabatur, votum irritum : ſi ſanguineus appareret, cædem: ſi niger, exitium mortem atque omnia mala. Cum verò ſæpius immundi ad hæc accederent, animóque doloſo, non ſolùm corporis flagitiis coinquinati, ſæpius gentilibus fruſtrabantur : quòd Deus magis oderit malos & fucatos homines, quàm Cacodæmon. Et qui Cacodæmoni illudit, adhuc ei ſupereſſe poteſt ſpes apud Deum, ſed qui Deo & hominibus, apud quem vel qualis ſupereſſe ſpes poteſt? Græci igitur ſuis oraculis fidem adhibebant, inter quæ celebratiſſimum fuit Delphicum : inde Antrum Trophonij: Ammonis Iouis, & Doponeum. Romani verò per ſacrificia victimarum exta ſcrutabantur. Quòd ſi litare non potuiſſent, irritam ſpem futuram coniectabantur. Supra autem diximus, quid eſſet litare. Apex iecoris caput extorum dicebatur; hoc ſi deeſſet dirum & inauſpicatum, & omnia tuitura prænunciabat. Defuit Galbę, defuit Domitiano Cæſaribus, qua die occiſi sũt. Maiore miraculo ſi cor deſit, iure habitum eſt: quòd nullum animal ſanguine præditum corde carere poſſit. Defuit tamen C. Cæſari menſe antequam occideretur: Heluio autem pertinaci eâ ipſâ die. Nec ſolum in bobus quos præpingues eligebant qui poterant; ſed in gallinis pauperibus Aruſpices iecur, & cor, atque interiora ſcrutabantur, atque per illa prædicebant. Litabant quoties adeſſent læta, pinguia, incolumia forma & ſitu, quo adeſſe ſolent.

Proſpera & auſpicata fulmen cadens aut ſtella illuſtris : nam à Deo miſſa videntur, maximè in his quæ ad famam & gloriam potentiamque pertinent. Flamma quoque læta, & inſperatò exurgens bonum & proſperum euentum prænunciat. Velut & flores quibus fructus magni & odorati ſuccedunt, velut mali medici, cotoneorúmque : ſed & punicorum inſignis magnitudinis; vitis & oleæ in modica ſpe, magnum gaudium. In cauſa inimicorum & ſuſpicionis veneni, Ibis auis metum irritum denunciat : eſt autem Ibis ciconiæ ſpecies adunco roſtro, & nigro : ſed & pro omni ciconia & grue etiam accipi poteſt. Si autem inſideat capiti crocodyli vel ſerpẽtis, in omni cauſa auſpicatum eſt : ſeu ſomnium ſeu verè viſum, oſtenditque de inimicis victoriam. Lapis quoque magnus è cœlo cadens felicitatem magnam prædicit : ſicut ille qui cecidit iuxta Aegon, plures & parui duros labores. Sella ſecuritatem ſignificat: ea triplex eſt, à Deo; ſecunda ab hominibus vt Regũ tutela: & communis quæ caſu accidit, quoniam finis eiuſmodi eſt. Stellæ verò cohærentes malo in tempeſtatibus geminæ ſalutem portendunt, longâ experientia id obſeruatum eſt, ſed potius ignes quàm ſtellæ appellandæ. Quapropter & in ſomniis viſæ, conflictatis auxilium ſignant. Quòd ſi fortuna remonem regens in ſomniis apparuerit, ſtatus reſtitutionem declarat. Binæ anchoræ ſtabilem rerum ſuarum conditionem bonamque portendunt. Maleus ſignificat irritamenta malorum: retia, laquei, hami, inſidias, vt etiam alia quæcunque ad decipiendum animalia fabricantur, velut naſſæ, arcus, foueæ, muſciculæ; cuneus verò peracta diſſoluit, ob id malis in caſibus bonus, bonis in ſucceſſibus malus. In vniuerſum boni omnis eſt in ſingulis rebus, dum anima pura eſt, alacritas quædam ad negocium, vt Deo recommendes, neque verearis improborum ſolertiam, nam non tanti eſt vt creditur iniqua cogitatio, neque ad finem conſequendum, neque finis ipſe.

Plantæ ſiccatæ & reuiteſcentes, & quæ ceciderant reſurgentes, magnam portendunt felicitatem. Natas etiam ſponte; Palmam, Oliuam, laurum, Myrtum, vitem, Quercum, latas aut coronarias arbores pro optimo habent auſpicio. Sed non eadem ratione : nam ſi ſatæ, quid mirum è glande palmæ aut ſurculo naſci arborem: ſi abſque principio proprio nõ mirum ſed miraculum : velut & hominem è limo naſci: quapropter aut non credendum, aut minoris auſpicij, quàm vt certus credatur euẽtus.

LIBER

LIBER QVARTVS.

PARALIPOMENON.

De Dubijs naturalibus.

CAPVT I.

De Dentium ortu.

IN dentium incremento(nam palam eſt perpetuò creſcere, cum quotidie atterantur, & tamen æquales permaneant) illud dubium non eſt, & tamen admiratione dignum, quod in longum ſolùm creſcant, cum verum incrementum fiat iuxta nutrimentum: nutrimentum autem vt aliàs dixi, in omnem efferatur eius quod nutritur magnitudinem: quocirca vix fieri poſſit, vt quicquam creſcat quod nou vndequaque augeatur. Sed omiſſis ſubtilioribus quæſtionibus, velut & illa, cur cum os ſit, etiam per ſe maximè ſentiat, quod Galenus fatetur, quod naturæ oſſium repugnat, cum terrea ſint & abſque ſpiritu, & à cerebro originem nõn ducant, qoemadmodum nerui: tum illud, quorſum tam ſubtili ſenſu non neceſſario munire eam particulam, quæ vbi ex tot dolor in vnum incidat, homo à maximè neceſſaria operatione poſt reſpirationem impediatur. Quid eſt vnde originem tàm acuti ſenſus ducat, cum eruto dente mandibula in poſterum non doleat, cum tamen neruus maneat, & os etiam mandibulæ coniunctum, ex quo ſenſum dens ſoſcipere deberet? Sed ſi dentes perpetuò creſcũt, cur non manent etiam perpetuò vt vngues? Videtur autem natura melius conſuluiſſe quibuſdam animalibus, quibus non ante mortem cadunt, quàm hominibus, veluti Equis & Elephantis. Quòd etiam ludibrium addiderit admirabile ſanè dictu, & tamen verum: ſcilicet vt poſt multa luſtra renaſcantur, cum nullo amplius ſunt vſui: cùm ſtatim deciderent, & vſui eſſent, renaſci nunquam niſi poſt primum aut ſecundum caſũ, quando maximè natura propiria eſt, volunt. Quod verò difficillimum eſt cogitatione, id eſt; quòd ſi in radice vtatur ob dolorem, ob intemperiem, ob imbecillitatem, in poſterum fragilis euadit: nam ſi perpetuò creſcit, pars quæ exempta eſt cum attrita fuerit, incolumem relinquere ſubiectam dentis portionem debet. At & illud conſiderandum, quomodo neruus qui inſeritur ei, & ſenſum præbet, ſe habeat; an ſimul creſcat in longitudine cum dente; contra naturam omnium aliorum neruorum; an ei perpetuo accreſcat dens, ipſe verò neque loco neque magnitudine moueatur, quod ſatis mirum eſt in incremento, atque his præcipuè quæ verè iuncta ſunt.

Principium igitur illud ſtatuendum eſt, Deum falli non potuiſſe, nec neglexiſſe, nec melius quicquam totius comparatione excogitari potuiſſe. Quòd ſi hoc fateamur quod neceſſarium eſt, videremus in quibus differt homo à cæteris animantibus: naturâ quidem, quòd maximum & humidiſſimum habeat cerebrum, vſu verò quod ſolus calida edat: nam dura edũt Lupi & Leones, & multa alia; ſolus calida edat. Infirmos ergo paucorum, quibus ſunt robuſtiſſimi, animalium comparatione dentes habere, ob cerebrum huiuſmodi neceſſariò homini euenit: at vt doleant, vt cadant, vt multis modis afficiantur, quod ſolus calidis cibis & potibus vtatur. Nam etſi velatum caput ferat, hoc parum eſt, cum animalia plurima pilo obductum habeant caput. Voluit ergo natura nos admonere, vt contenti eſſemus his, quæ vt nata ſunt edi poſſunt: ſi non, ſaltem vt frigidis vteremur. Quocirca etiam canibus dentes cadunt, & in rabiem feruntur, quod calidis ob conſuetudinem cum hominibus vtantur. Reprehenditúrque hac in parte Hippocrates quòd quaſi mulieribus ſcriberet, pro dentium ſalute frigida damnauerit, laudauerit calida: cum cernamus nullum aliud animal ab homine calidis vti aut veſci; cúmque debiles effeciſſet, admonuit nos vt à duris abſtineremus, nec ſupra vires auderemus. Quibus ſeruatis non opus erat, vt illam accuſaremus. Nam de exquiſitiſſimo ſenſu, cum non poſſet eſſe niſi ſalutis cauſa; optabat enim natura omnes conſeruare, non eſt vt illam accuſemus: tum præcipuè quòd forſan eum ſenſum obtenturi non eſſent, ſi à calidis prorſus abſtineremus. Neque veriſimile eſt erraſſe eam in hoc, cum in ſingulis partibus homo plus ſenſus habeat: nec de hoc queratur, imò glorietur in dentibus datum eſſe fruſtrà, ſed eſſe abuſum hominum; Sicut cum laceratur homo aut vritur, nemo ignorat cum præſtare illi non adeò excellentem habere ſenſum, ſed hoc eſt extra naturæ ipſius intentum, & violentum: violentus eſt ergo & omnis dentium dolor. ſed quoniam ex victu conſueto contingit,

naturalis eſſe videtur. Nimis mirum eſſet, cum io ſingulis paribus ſenſom tutò nobis dederit, hac ſola in patte ſui fuiſſe oblitam. At dices, queritur Hippocrates *in libro de Veteri medicina*, mortales ob leguminum crudorum victum fuiſſe breuis vitæ, & morboſos. Verum eſt, nam tres ſuūt formæ viuendi mortalibus: vna vt crudis veſcamur, quæ tamen ſobigere poſſimus, & ſunt fructus omnes, & olera, & germina etiam arborum, quæ etiam nnoe quanquam coctis aſſueti, concoquimus; aquâ potus, atque hic naturalis eſt & vndequaque probatus. Sed communis eſſe non poſſet multiplicatis hominibus. Vnde ex hoc, cum iam homines multi eſſent, priori alia addere coacti ſunt: herbas agreſtes, legumina, radices, carnes, piſces, crudaque omnia: atqoe hic victus licet dentibus non officeret, palam eſt quòd pernicioſus eſſet, & quem Hippocrates meritò damnaret. Tertius exiode ſubijt multitudini ſatisfaciens, & non adeò prauus vt primus, quem mortales adhue in vſu babent. Verùm cum tanta eſſet fames, inòleuit vſus, vt quiſque nondum cocta & fetuentia raperet è pruois. Cenabant enim domus & familiæ inter ſe de eſca: qui verò etiam ex eadem familia erant, inter ſe præoccupabant. Vnde inoleuit vſus, vt licet cocta ob monitiones medicorum edant, nihilominus feruida quidam, plures calida tantùm aſſumunt: Eáque conſuetudo omnium domina inualuit, vt ſolùm calida pleriſqoe placeant. Et ſi frigida apponas multi aſpernentur; aliqui etiam nauſeent. Itaque illis dimittamus has ſuas eopedias, meminerimusque ob id dentibus atque ventriculo ſolùm laborare homines præ cæteris animalibus, quod etiam ob contubernium, vt dixi, cani ſoli commune eſt. Neque enim facilè inuenias animal, quòd ex bonis cibis vomat præter canem & hominem. Similiter cui dentes doleant, cadantque. Forſan ergo aliquid dixiſſe videtur Porphyrius *in libro de non edendis animalibus*: Sed forſan præſtitiſſet inſcribere *de non edendis calidis*.

Scoſum autem illum præſtantiſſimum habent deotes, quòd ex mandibula oriantur, non ſicut ramus è truneo, ſed vt Smaragdus ex praſſio lapide, ſcilicet per deſtillationem purioris partis ipſius oſſis ſecretam, tanquam ſemine quodam quod puriſſimum eſt contrahente: atque ſic generatur radix dentis non dens, vt ab Hippocrate *in libro de Carnibus*, docetur dicente: *Dentes fiunt ex pinguiſſima, & quibus nihil frigidi ineſt, oſſium parte, dum infans in vtero eſt*. Quod verò ſubiungit de his qoi fiunt poſt natiuitatem ex lacte, iotelligit partem dentis quæ erumpit. Ex quo patet dentes toties renaſci, quoties abrumpuntur, parte illâ pingui ſeruatâ. Quod & Veſalius experimento ſolo edoctus affirmat. Cum ergo eruuntur radices, fieri non poteſt vt breui ſpatio vacuum illud piogui humido impleatur: in longo verò contractis etiam oſſibus mandibulæ impleri poteſt, & in paucis, & ægrè. Vbi tamen impletum fuerit, naſcuntur dentes. Hoc forſan innuente natura, quòd adiuta præſidio certo, radicem illam etiam in iuuenta repararet. Neceſſe eſt autem reparari ob ſuperfluum conſuetum nutrimenti mandibulæ, dum dens adeſſet, coacervatum. Dicemus autem de hoc *in Quarto de' Secretis*. Tentauit enim Gallus (ſed cui credere fas non erat) & ſucceſſiſſe aiebat, hortabatúrque me, vt tentarem. Ergo cur magis ſentiãt quàm oſſa, liquet, cum ſint pinguiora, & ſubſtantiæ magis aëreæ; dicis cur cum neruus ſuperſit, non dolitat? Reſpõdemus auulſo dente corrumpi eius ſubſtantiã, finémq; illius exareſcere, vt nec dolere, nec ſentire poſſit. Cur verò perpetuò noo maneant, velut vngues, cum ſuccreſcant vtrique: ratio eſt quoniam vngues ſunt quaſi flos carnis, dens autem oſſis. Caro verò cum ſemper ad mortem vſque reparetur, ita & vngues ex eorum genere; oon ita pereunte radice dentium, quæ ex oſſium eſt natura. Sed & in vnguibus, ſi radix pereat, non renaſcuntur. Celerius autem & facilius radices dentium abſumuntur ob grauiorem vſum: qui tamen tantus non eſt, quod ſi à calidis homo abſtineat, quin vſque ad mortem perdurare poſſint. Sed & cur exuſti in radice frangantur, liquet; nam non radix ipſa mutatur; ſic enim nunquam ſeneſceret, ſed velut in planta ex radice ſurculus perpetuò augetur & creſcit, etſi præcidatur, & ſuperſit, reſtauratur; nec tamen radix ipſa in ſurculum tranſmutatur: ſiccata igitur radice, neceſſe eſt, vt dens perpetuò fragilis euadat: nam radix eadem manet, & illa ſiccior iam facta eſt. Quòd ſi dentem vras non radicem, ſiquidem vis ignis ad radicem tranſeat, in idem incidis, licet non adeò lædas: ſin autem non tranſeat, parum aut nihil iouabis. Ex quo etiam patet, quomodo creſcente dente maneat idem neruus, quoniam inſeritur radici, radix autem eadem manet: itaque mutatio nolla fit. Sed & illud vltimò quod quærebatur perſpicuum eſt, ſcilicet quare ſolus dens in perpetuum creſcat in longitudine ſolùm: Nam radix augetur, donec totum corpus augetur. Poſt dentes ipſi vt ſurculi, augentur, ſupra gingiuam ex ſuperfluo alimento radicis: quamobrem oportet in radice magnum eſſe calorem cæterorum comparatione oſſium, ipſamque dente pinguiorem: illa verò cum non augeatur io loogum, ſed producat dentem; nec in latum aut profundum augeri neceſſe eſt. At dens ipſe creſcit vndequaque: reparatur enim vt abſumitur: abſumitur autem iuxta omnem quantitatem, & ideò reparatur. Quòd ſi tardum ſit incrementum in longitudine, creſcit in latitudinem, ſitque corona circa illius cum radice coniunctionem: aut perminotus euadit. Quòd ſi omnibus his illud Hippocratis dictum obijcias: *frigidum inimicum dentibus, oſſibus, & reliqua: calidum*

verò amicum & vtile? Præter id quòd in Aphoriſmis, quomodo debeat intelligi, expoſitum ſit, liquet etiam tempore Hippocratis maiora damna ex dentibus orta, qoàm noſtra ætate: imo plures mortuos ex corruptionem dentium ſua ætate exiſtimandum, com acerrimos morbos plures eorum *in Epidemiis* recitauerit: cum noſtra ætate minus agatur, quia non adeò fomentibus vtimur. Plerumque ob id dixit *graues dentium morbos in auris ſuppurationem terminari*. Et illud; *in dentis corruptione febris vehemens, & delirium lethale eſt.*

CAPVT II.

Diſputatio de Calido, frigido, humido ac ſicco.

CORpora noſtra æſtate incaleſcere atque exſiccari, tametſi calor naturalis quantitate minor fiat, com omnes Auctores medicinæ atteſtentur, & ipſa experientia, & ſigna ſumpta ex humorum generatione, vtpote plurimæ bilis flauæ, tum etiam præcepta medicorum nos admonent, vt frigidioribus humidioribúſque alimentis atque potibus vtamur. Id igitur quomodo contingat, nunc conſiderandum. Aër calidus ac ſiccus ad cor per os, & ad arterias etiam per cutis reſpiramina perueniens; pòſt per arterias in ventriculum, & iecur ac cerebrum detruditur, cum ſanguine ipſo flauo. Vnde hæc membra incaleſcunt, atque explicantur, vehementérque immutantur. Ergo ſi frigidis eduliis vtaris, ægrè concoquuntur, & morbi generantur graues: ſi calidis, accenditur corpus ex humoribus bilioſis genitis.

CAPVT III.

De oleo ſulphuris cur ſit acerbum, cum ſit calidiſſimum.


QVæri ſolet, cum acida atque acerba frigida ſint, tum etiam aſtringentia, vt *Quarto de ſimplicibus medicamentis c.* 78. habetur: ſed aſtringentia & acerba terrenæ ſubſtantiæ, acida aorem tenuis, cur oleom è ſulphure qnod calidiſſimom eſt acerbi & aſtringeotis ſaporis potius ſit, tum quæ ex aqua ardente & agarico, helleboro, colocyothida, & ſucco anguini cucumeris amariſſima fiuot per circuitus medicamenta? oleum rurſus ex chalcantho non aſtringens ſed acre ſit. Nimirum hæc: nam acetum fit putredine acre: in omni autem eo quod perficitur, neceſſe eſt aliquid eſſe etiam quod imperfectum eſt, & quadaotenus ſimile: ſimilia autem acri ſapori ſunt aſtringens, acerbus, aoſterus, acidus & inſipidns, omninm maximè tamen diſſimilis: noo fit autem neque ex amato, neque dulci, neque pingui aut ſalſo: at reliquorum ſinguli terrei ſunt præter inſipidum & acidum; acetum verò terrenm cum non ſit, ſed tenuis ſubſtantiæ, neque inſipidum; in tenui enim ex inſipido ad acrem ſaporem nimis longus eſt tranſitus, neceſſe eſt vt acetum acri acidóque ſapore conſtet, quo fit vt nil tam celerius ex vino in acetum commutet, qnàm ignis & feruor, & calida poteſtate valde. Calor autem metallicorum, etſi per ſe ſit naturalis, noſtri tamen corporis ac temperamenti comparatione, putrido perſimilis videtur. Cnmque metallica tenuis non poſſint eſſe ſubſtantiæ; etſi ſint acria, oportet alium retinere ſaporem ex mordacium genere vt dictum eſt, quæcumqoe metallica acria erunt & aſtringentia, vel acerba: auſterus enim tenuior eſt, quàm vt metallicis conuenire poſſit. His ſæpè amarus etiam aſſociatur. Cnm ergo in ſulphure per ignem vis acris, & pars calidior abſumatur, ſi purom fiat, qood pauci facere norunt, oleum, ad vnguem vini aſtringentis ſaporem habet, & ſine odore ferme eſt. Qualecumque tamen fuerit, calidum eſt, & ventriculum ſubuertit, quod pars illa terrea imbuta tamdiu vi ignea, non poſſit plenè naturam illam exuere, ſed cnm qnantitate tamen prædominetur odoris eſt expers, ſaporem quoque perfectè retinet. Quod ad vomitum autem ſpectat, qoæois exigua portio ad ſubuertendum ventriculum ſufficit. Io medicamentis verò quæ ex aqua ardente & amaris conficiuntur, vt dixi, etiam aſtringens ſapor ſub vtroque latet, ſcilicet acri ardentis aquæ & amaro medicamentorum: vnde per longum circuitum & calorem aſſiduum, reſoluto amaro atque acri, aſtringens qui in craſſioribus partibus hæret, non ſolùm relinquitur ſolns, ſed etiam augetur & ad actum magis perducitur. Cæpe verò cum coquuntur, ſimiliter reſoluta tenniore parte, in qua eſt acris ſapor, & aquea concocta, in qna inſipidus cum reliquis ſiccitatis acris, dulces efficiuntur.

CAPVT IV.

Cur magnes dirigat ferrum aliquando ad occidentem.

HIeronymus Fracaſtoreus in *ſuo de ſympathia libro* dubitat his verbis de cauſa, cur ferrum imbutum viribus magnetis, ad diuerſas, ſed tamen propè polum Borealem, partes orbis feratur, modò orientem modò Occidentem. *Conſtat præterea perpendiculum illud declinare à linea quæ ad polos ſpectat in noſtro quidem hemiſphærio, quod eſt à Fortunatis inſulis ad Catygarā, declinare dextrorſum per gradus circiter nouem: in alio autem hemiſphærio vltra inſulas Fortunatas declinare ſiniſtrorſum, & modò plus modò minus. Obſeruant enim qui ad nouum orbem nauigant, quum peruentum eſt ad*

Meridianum, quod per Aſtores vocatas inſulas tranſit, mutari perpendiculum: & quum in noſtro mari dextrorſum flectat à polo, illic ſiniſtrorſum vert. Aſtores inſulæ *Azorres* etiam vocantur & eædem ſunt: & è tegione Capitis vitidis poſitæ, quod teor eſſe *Arſinarium Promontorium* quod cum Riſadio ferme cooiuoctum eſt. Ipſæ verò inſulæ partibus paucis ab Aequinoctij circulo ad Boream poſitæ ſunt: ſcilicet ab octo ad decem citcave occidentaliotes Fortuoatis quatuot aut quinqne partibus. Quoniam verò propter quid, quod ſit præſupponit, neceſſe eſſet vt ſciremus an hoc ita eſſer, quod minimè eredendum eſt. Nam euntes ex Hiſpania ad Hiſpaniolam, aundem metidianum ſupetant: e1go hoc eſſet pertritum atque vulgatum. Vides ergo cauſam manifeſtam buius, de qua etiam aliàs dictum eſt: Sit homo in D, dirigatur



actus ad E, tanquam fixum punctum, & cader linea D E ad dextram: ſit verò H A meridiei circulus, tranſiens ex puncto A in E vtpote per Fortunatas: vbi ergo homo tranſierit H A verſus occidentem, punctus E erit à ſiniſtra poli. Quòd vero ſenſim id fiat inauditum eſt & commeotitium. Nam & in terra, & in mari eadem diſtantia ſemper ſeruatut: quomodo enim latere poſſet ex Hiſpania in Aegyptum partibus pluſquam quinquaginta?

CAPVT V.

Cur vrcei aquâ pleni circum obducant nubem in æſtate.

OBſetuatum eſt vrceos aquâ frigidâ pleoos, æſtate quandam vrceo nebulam citcumcirca hætentem obtendere: id qoâ cauſâ fieri poſſit dubitatum eſt; namque ſi aquæ frigiditas hoc facit, hyeme non minos id facere debeter quàm æſtate: ſi verò æſtatis calor in cauſa eſt, aqua noo nupet haoſta idem facere poſſet; ſed & in penu vinatia, vbi aër frigidus eſt, idem contingir. Quamobtem diceodum eſſe reor, qooniam vt aliàs demooſtrauimus frigidior eſt aqua hyemis tempore quàm æſtate, antipariſtaſim cootingere nihilomious in acie tenuiore, vt celerrimè refrigeretur, vapor verò frigidus ex eo exprimatur, & cogatur in nubem, adhæreátque vitro taoquam ſimili ſimile trahenti. At forſan dices cur mious frigida aqua hoc poteſt, frigidior noo poteſt? Iam dixi quoniam frigidior eſt ad aëtem comparata; Et rurſus ſi quis quætat, cur in calidiote aëre vapores cogantut io nubem, non in frigidiore, dicimus proportiooem eſſe maiorem: adhæret autem, quoniam caliditatem aëtis magis refugit vapor frigidus, quàm frigiditatem. Hæc igitur io cauſa ſunt.

CAPVT VI.

De vermium generatione.

FAllitur Princeps, quanquam alioqui magnus Philoſophus, ſecutus Paulum, qui hæc accepit ab Oribaſio, ille autem à Galeno; ſcilicet quod vermes oeque a bile flaoa, oec nigra geoerentur, ſed ſolum à pituita. Et cum hoc dicunt, intelligunt & crudum humorem; & excrementa etiam, & ſupetflua ciborum, & cibos non coctos, & quicquid admiſcetur vini ex his. At ego dico etiam ex ſyoceta bile quantumuis acri, & ſyocera atra bile generati vermes, licet hæc vermes alios ſoleaut occidere: & ſtatim, ſi admoueantut. Et io hoc non conſiderauetuot oaturæ ordines: nam & ruta amariſſima, & abſyntbium, & gingiber: duo illa amatitudine; hoc acredine omnes. Alios vetmes occidunt, vt par eſt, vtpote aliena ex materia genitos, ipſa tamen ſuos vermes generant. Et rutacei quidem venenoſi ſunt, ac iure merito, vt geniti ex acri atque amara, calidiſſima atque ſiccisſima materia. Neque enim anima mundi, vbi parata ſit materia, io quam induci anima poſſit, obliuiſci poteſt muneris ſui, velut oec præfectus mandati regij in ſingulis homioibus. At Præfectum multa latera poſſunt, vel poteſt ſperare vt regē hoc lateat, au pecuoiâ vel gratiâ corrumpi; ſed animam muodi oeque dolus, neque igoorantia, oec cupiditas peruertere poteſt: noo magis ergo noo animari poteſt pingue humidum ſectetum, aut omninò, aut fermè, quàm vt vacuum dari, aut cœlum ſiſti: ſed hoc minus, nam inane non eſt, eſſe aut quod non eſt, perinde eſt quaſi, niſi forte ratiooe differat, idem eſſe, non eſſéque.

Ex omni igitur materia, quæ omnino ſicca oon ſit, cum ſecretum fuerit humidum, nec gelaſcit (bis enim tribus materia noo eſt idonea) neceſſe eſt animal aut plantam generari: nihil autem eſt io corpore humidi expers, nibil calidi; quocirca geoerari & ex acri admodum & atra bile vermes, neceſſe eſt: oiſi vel motus obſtet, aut mors præoeniat. Neque abſurdum eoim eſt id, ſi ex buiuſmodi materia vermes geuereotur, quæ iam prope venenum ſit, venenum fieri. Vnde etiam rutacei vermes venenum ſunt: refracta enim in generatione vis illa, quamois retundatur qualitas, ſubſtantia exacuitur, vt quaſi venenum ſæpius coctum ſit. Ob id etiam par eſt ſerius generari, ac longo poſt tempore, &

refecta

reſecta parte terrea euadere rubros, ſed non omnino; quinimo ſubobſcuros, non expertes ſplendoris, & alterius cuiuſpiam tetri coloris, vt lutei aut viridis, vel luridi, formáque etiam diuerſa. Sed multa ſolent huiuſmodi generationem remorari: motus, medicamenta, defluxio, & talia ciuſmodi, velut io embryonibus etiam accidit.

CAPVT VII.

De calore & frigore.

CVr à ſolſtitiis cum ſol recedat, calor cum accedat, frigus augetur? Nos quidem aliàs cauſam diximus, & meliorem quàm quæ ab Antiquis. Sed adhuc veriorem declarauimos ex commentariis *de Aere & Aquis ac locis.* Ea autem eſt, quod aqua & aër à terra refrigerantur: quod primò perabſurdum videbitur. Cauſa tamen eiuſmodi eſt: ſicut enim ferrum mediocriter calidum accendit paleam; ita quæ denſa ſunt naturâ magis agunt in rara, quoniam gradus formæ comparatione dicitur: velut patrimonium inter fratres diuiſum. Qui ergo in terra ob denſitatem ad ſecundum ordinem pertinet, in aqua pertinebit ad tertium, & in aëre ad quartum: ob id aqua minus videtur frigida quàm aër, & terra quàm aqua: glacies tamen plus refrigerat, & ſaxum magis quàm glacies. Eadem autem de calido dicenda ſunt: vapor enim tenuis facilè tranſit in flammã, flamma tamen non adeò vrit vt lignum. Ob id pyrius puluis pruna accenditur: flamma non poteſt, & videtur mirum. Et vbi terra ſolidior eſt, & aër tenuior, ibi calores maiores accenduntur. Solum igitur refrigerare æſtate, hyeme calefacere debemus: ab aëre autem id fit longo tempore, & contraria ratione: aqua tamen parum retinet calorem, nec multum frigus, niſi ſie immobilis: tum enim magis refrigerat & excalefacit aërem quàm terra, quoniam magis diſſoluitur in vapores, non tamen vel ſic tantum poteſt quantum terra. Ob id cum ſerò caleſcat terra ab aëre aut refrigeretur, tum aër maximè caleſcit, cum ſummum calorem terra adepta fuerit. Aër autem accedente ſole perpetuò incaleſcit, terra autem ſerius quia denſior, & quoniam ab aëre incaleſcit. Summus ergo calor in vtroque eſt, dum aër receſſu ſolis refrigeratur, & terra incaleſcit; tum verò ſtat vtrumque, & aër receſſu ſolis refrigeratur, & terræ calore qui longè maior eſt, incaleſcit: incipit id tempus paulo poſt decem dies à ſolſtitio. Idem dico de frigore; augetur per decem aut duodecim alios dies; tum quia potentior eſt vt dixi terra, aëris qui prope eam eſt comparatione, quàm ſol, & quoniam ſol parum accedit aut recedit à nobis, propter eam quæ eſt in ſignifero obliquam inclinationem. Ob id ergo tum maximè augetur, cum minui debere videtur. Vnde in locis vbi terra non mutatur, ſed glacies manet; aut in terræ ſuperficie bitumen, aër non ſubit eas vices: bitumen corrumpitur in ſuperficie terræ & euaneſcit, ſed donec manſerit, vt vbi à mari relinquitur non refrigeratur, niſi prohibeatur quicquam ex terra exhalare: quæ enim dicta ſunt, ad actum non poteſtatem ſunt referenda. Potentia autem actui perſæpe proxima eſt. Ideo cubicula concloſa, ſi ſolum habuerint calidum, etiam per annum calida manere poterunt.

CAPVT VIII.

De Igne.

IGnem quidem ad vſum noſtrum factum nemo eſt qui non animaduertat: ſed nobis etiam illud conſiderandum, an pulchritudinis quoque cauſa. Velut enim ſydera Diis, ita ignis hic multiplex & exiguus iuxta hominum paruitatem, tum multitudinem: exhilaramur enim non parum illius aſpectu. Sed & magis cum ad cœleſtis claritatis inſtar, fulgent cerei hinc illinc: ita enim mihi viſus eſt paradiſus, ſeu cœleſtis aula non dormienti, ſed eâ ratione quam *in Dialecticis*, & *in libro* deinceps *ſecretorum* docui. Et certè cum ad ſymmetriam collocantur, quaſi in memoriam reuocant ſupercœleſtem illam pulchritudinem. Quamobrem, neque illa tam egregia ſydera ſuis contemplatoribus carere debent: at non nos id poſſumus, qui ex tanta magnitudine exiguum quid perſpicimus. Aliquid eſt ergo melius nobis, quod lucem videt, aut aliquo meliore modo comprehendit.

CAPVT IX.

De furibus deprehendendis.

DIoſcorides *lib.* 5. *cap.* 118. meminit Æmatitis: quod ſi quid ex eo in offam immittatur, fures eam deuorare non poſſe. Id in vſu apud Ægyptios Sacerdotes eſſe refert, *in libro ſecundo ſingularium ſeu mirabilium cap.* 23. ſed *Ciſſiten* corrupta littera appellat. Nec huius erroris meminiſſem, vt qui ſciam ſuum non eſſe, ſed Amanuenſis aut Typographi, niſi hic nos admoneret, quantos alios & quot ſuſpicari poſſimus, vbi cum non ſit recurſus ad authores, deficiente Authographo, inemendabilis fiat iactura. Narrat ergo Sacerdotes illos multis additis ceremonijs, panibus tribus aut magnitudine abſque fermento exhibere ex vno eorum offulam circumſtantibus, qui in ſuſpicionem cadere poſſunt, (ſiquidem domeſtici omnes) abſque potu: tum eum qui furtum fecit, glutire non poſſe, atque ita deprehendi. Pluribus fabuloſum id exiſtimabitur cau-

ſam neſcientibus; alijs qui finem adepti ſunt miraculoſum, quorum neutrum eſt ſed naturale, conſiſtitque ratione non minus euidenti quàm ſubtili. Ea eſt natura lapidis eius, quanquam non omnes æquales vires habeant, vt animi affectum augeat: velut in morſum canis paſſis, vt aquam horreant: & dum aquam bibere poſſe non ſperant, bibere non poſſunt: ſicut in his etiam, qui non poſſe concumbere ſibi perſuaſerunt, non concumbunt ob id. Glutitio enim voluntatis opus eſt, & muſculorum, qui ei functioni præſunt. At fur non poteſt eſſe quin hæſitet, etiam ſi nullo modo timeat: quamcumque hæſitationem confirmat lapidis præſentia, vbi iuxta gulæ initium peruenerit: nam ſi paululum proceſſerit, in gulam dilabitur, & opinio factum, factum opinionem adauget; donec ſtrangulentur ſi conentur: quoniam is locus eſt vt cum fruſtra tentetor, multò magis impeditus reddatur, quod quilibet experiri poteſt, qui ſemel fruſtrà catapotium aut amarum aliquid deuorare tentauerit; vix enim poteſt & nihil timens in poſterum deuorare. Augent opinionem in impetitis præſentia Sacerdotum, fama, tot cæremoniæ, metus non leuis. Eligant autem patrias, eſſéque multas ſpecies, aliàs docuimus.

CAPVT X.

An ab æquali fiat actio.

VVlgata eſt propoſitio, *ab æqualibus actionem non fieri:* laboràtque Calculator vno de hoc opere edito cui titulum *de Reactione* impoſuit. Cum videamus tamen experimento, non ſolùm ab æquali, ſed à longè impotentiore retundi qualitates: quod cum laborioſiſſimè explicatum, facillimè tamen poteſt declarari, ſcientibus nobis, non eandem eſſe vim agendi, cum motu actione coniuncta; & reſiſtendi, cum id quod patitur quieſcat, vt videmus in lapide tundente manum, cum multò maior ſine motu contentus nihil lædat. Aliud eſt, quod propoſitio illa; *ab æquali actio non fit*, intelligitur de his ſolùm quæ manent, vt mouens & motum, & pondus & medium; non de qualitatibus, quæ agendo etiam generant ſibi ſimile: nam in his non poteſt dari æquale, præſertim quod vnum ſemper eſt per ſe velut frigidum, aliud ex alio velut calidum, nam in elementis & quæ ob eis ſunt, niſi iuuentur à ſole, aut igne, aut motu, calor per ſe extinguitur. Hæc ſi animaduertiſſet tRichardus, non tot difficultatibus rem hanc implicuiſſet. Præterea illud aduertendum, quòd illud quod agit propter medium, quod patitur abſque medio: quòd ſi & glacies diſſoluatur ab igne tangente, pars quæ patitor prior fit, medium ſequentis comparatione.

CAPVT XI.

Cur homo ſedendo, non doleat ſecundum lumbos.

SI quis aut ſtando aut deambulando lumbis fatigatus ſit, iacendo recreatur, ſimiliter & incumbendo: nam inane illud quod laborabat, non amplius pondere premitur: Sed ſedendo non ita, cum nihilominus ei parti quicquid prius incumbebat, premat eam: & tamen quieſcit à labore & dolore: Cauſa eſt ergo, quòd ſpina vt libet extenditur ad ſitum, in quo non delitat, & robuſtior eſt velut rectum: & neque fatigantur inferiores partes, quæ ſuperioribus conſentiunt. Cur tamen dicet aliquis, cur ſtando adeò fatigamur cruribus, quæ ſunt maiora longè, & minus articulata, ſedendo non? Quoniam crura ſitum retinent obliquum, lumbi autem rectum. Et licet ſedendo flectere abſque obliquitate, ſtando coxendicis os non hoc admittare poteſt.

CAPVT XII.

Cur quædam ſecedant & quædam non, & qualia?

DIctum eſt à Philoſopho *in Problematibus* quod quæ concoqui non poſſunt, ob vim reſolui tamen poſſunt: ea medicamenta ſunt, quoniam trahuntur & relabuntur à venis, ſecum ducentia quæ obuiam habuerunt. Propterea dicit metalla non purgant, quia diſſolui non poſſunt. At ciborum pars relabitur, quoniam licet ſuperet, odioſa tamen eſt naturæ noſtræ: indicio eſt quòd excrementa omnium generum, maximè ſtercus abhorremus & abominamur. Quæcumque igitur horribilia ſunt, à natura repelluntur: ea autem non nutriunt, & praui odoris ac ſaporis ſunt, aut omninò terrea. Quæ tamen etiam bifariam trahuntur ad venas: vel quoniam optimis permiſcentur, vt quæcumque tenuiſſimarum partium, quouſque ſecernantur in renibus, & per illos protruduntur. Quæ autem ob tenuitatem mutationem accipiunt; vt Margaritæ, Smaragdus & Coralius, etiamſi non ſint calida, trahuntur ad venas: miſta igitur iucundis & odoratis facilius & celerius permeant. Craſſa igitur terreáque qualiacumque tranſeunt ad inteſtina nec recipiuntur: Quæ verò odorata & calida, tametſi craſſa modò poſſint diſſolui; aut ſi non craſſa ſint, ſecernuntur in venis & cum vrinis tranſeunt. Quæ autem iucunda ſunt, aut iucundis miſta, aut calida tenuiáque, ea vſque ad principalia membra penetrant

netrant

oetrant. Ob id cuiuſlibet rei aliquod excrementum ſupereſt, dico ex aromatibus & gemmis ac cibis: aut quia ſeceretum, velut lapidum puluis, qui ſolet euomi, ſi ſolus fuerit: aut quia naturæ odioſum. Inelaboratum & craſſum ac terreum pro excremento habetur. Sed venena pernitioſa tenuia facta ſi ſint, permeant ad cor, & exinde ad cerebrum: neque enim ſenſus illis partibus præterquam naturalis. Conſiderandum eſt igitur, de opio & cicuta, & an quodlibet medicamentum penetrare valeat, & quando ſecernatur: nam ſi odioſum ſit, vt ob odorem maximè & ſaporem deinde, ob ſubſtantiam vt de pulueribus dixi, ſtatim reijcitur vomitu. Secunda ſecretio fit ad feces, cum ſuperari nequeunt, vt pinguia quædam putrida, & molem duram habentia; vt malè cocta legumina, & vuæ paſſæ paruæ. Tertio loco in vrinis, quæcumque molem aut habent aut acceperunt, aut nimis acria facta ſunt. Quæ igitur iam ad membra peruenere, neque tamen in illa tranſmutari poſſunt, forſan etiam quarto loco ſecernuntur, quædam autem non.

LIBER QVINTVS
PARALIPOMENON.
De Rebus factis raris & artificijs.

CAPVT I.

Quintiliani Liber de Altercutionibus.

MEminit Georgius Agricola *in tertio Inuentionis Dialecticæ*, vidiſſe libros Quintiliani de *Altercationibus*, qui tamen nuſquam comparuerunt.

CAPVT II.

Domus diruta momento Bononiæ.

COnſtat Palatium quod adhærebat domui, quam nuper Bononiæ conduxi, quódque totum iacet, vna nocte fuiſſe ſubrutum, & cum eo Dominum domus: qui, cum vt exiſtimatur, potentes haberet inimicos, & ipſe tutus comitatu incederet, illi clam per locum patentem qui ſub terra erat, è regione columnæ amplæ, quæ in angolo porticus vtramque illius partem ſuſtinebat, ſuffoſſâ terrâ auctore … Gramigna, qui Prouinciam hanc ducentis coronaris locarat, & pyrio puluere impleto cuniculo locum clauſit diligentiſſimè, lapidibus coaptatis, prius tamen admoto igne, ſic vt ſpatio horæ per funiculum ignis peruenirer ad puluerem. Sed cum ſerius aliquantò res procederet, Gramigna coëgit enſe educto ….. vt ad locum iret, reuiſurus cur tantum differret (cum dici ſoleat *nulla expectatio breuis eſſe videtur*,) interimque accenſo igne, totum Palatium repente corruit; & tanto ſtrepitu, vt nobilis quidam ex altera parte viæ, correptus febre pluribus diebus, penè interierit: ipſe verò obrutus, & poſtea inuentus, lacerato cadauere tamen ſuſpenſus eſt: dignus vt viuus potius quàm mortuus eo dedecore aſpergeretur. Auctor tanti ſceleris ſtulto ſanè conſilio adhæſit Parmæ Principi Pharneſio, cum quo iam antea arctam familiaritatem contraxerat. Sed is perioſus hominem; ſeu conſanguineis occiſi Lippi Ghiſilezi, qui cum famulis perierat, filijs, in domo quam nunc conduxi cum matre illotum ſeruatis, ſuadentibus; ſeu illo, qui iuſſerat facinus, vrgente, ne aliquando detegeretur; ſuſpendi, nactâ leui occaſione, iuſſit. Vt placere poſſint etiam tyrannis ſcelerata facta, & nonnunquam etiam vindices, & auctores miniſtri nunquam, niſi tyranni modum iam vitæ improbitate exceſſerit.

CAPVT III.

De inſidijs duorum centurionum Mutinenſium.

MVtinenſes duo centuriones, quorum vnus vocabatur Lanfrancus Fontana; alter Camillus de Furno, monomachiâ decertarunt. Cum neuter cecidiſſet, Fontana excogitauit plures pixides, in quibus erant machinæ igneæ paruæ, & puluis pyrius, adeò induſtriosè fabrefactæ, vt epiſtola quæ pyxidi incumbebat, à pyxide reſciſſa, exoneratis machinis igne globulis, non ſolùm qui epiſtolam reſcidiſſet, ſed & omnes qui propè erant, occideret. Ad multos eâdem die tranſmiſſæ Venetias, Mantuam, Florentiam,

riam, aliáſque Ciuitates quos oderat; ſed non eodem modo res ceſſit. Nam Florentiæ loco hoſtis, Publicanus perijt: quibuſdam in locis voto potius: & priuatorum & principum communi odio damnatus eſt, non tamen pœnas dedit, morbo præpropere ſublatus.

CAPVT IV.

Fornix Bononiæ ante arcem nullis ſuffulta columnis.

BOnoniæ in ſuprema muri arcis parte ſuggeſtum alteri imminens fornicato opere eſt: pendentibus quatuor capitulis, ſed nullis ſuppoſitis columnis; verùm ferreis tantùm laqueatibus connexa, vt nec tanto operi ſufficere ſuſtinendo poſſint, etiam ſi vtrinque inniterentur. Excogitata à me ratio eſt huiuſmodi. Ferri aut æris virgæ craſſiores, humanâ tibiâ iuxta talum ſinuentur pro fornicis ratione: totidem quot capitula, vnuſque vocetur A B C, eâ moderatione, vt capitulo addito B D laquear cõtineat ſinuationem, & B C inſeratur muro validis clauibus, & ad angulum obtuſum; ſic vt pondus non poſſit rectam partem conuellere à muro. Quibus ſuppoſitis neceſſe eſt ſtare fornicem, quoniam neque B C proruere poteſt ob claues, nec A B auelli



ob vinculum nodúmque B: vbi quantò magis premitur, eò magis firmatur, neque cedere vt arcus chordâ D B ſubtensâ, neque frangi, quoniam ponderi ferreæ virgæ craſſities reſpondet, & forma fornicata, quam videmus etiam è ſimplici lapide manere conſtantiſſimam. Attamen quæ Bononiæ conſtructa eſt fornix, X figura, interſecantibus ſe ad capitula truncis ferreis conſtat. Exterius verò ſcilicet à lateribus ſuggeſti, vbi murus exporrigitur, ferri brachia extenduntur muro inſerta, & vt retinacula. Sed non quibus, premente turba hominum præſertim, vetuſto opere ob multas cauſas planè fidendum ſit.

CAPVT V.

Vitreæ ſpherulæ.

VSus vitrearum ſpherularum, reddentium diuerſos colores, ac ſtructura adeò frequens eſt Venetijs, vt vili pretio veneant. At duas vidi apud Io: Franciſcum Fabam, Mercatorem Bononienſem, ex Ægypto vt reor delatas, rotunditatis perfectæ, magnitudinis cotonei mali, non admodum tamen magni ſeu mediocris punici, è vitro candidiſſimo ac perſpicuo admodum, craſſitudo quanta corticis nucis, vbi pars parti committitur: pondus magnũ valde, adeò vt quod continetur metallicæ aut lapideæ materiæ eſſe conſtet. Res ipſæ intus videbantur, ſed non vt vbique prope vitri eſſent ſuperficiem interiorem, nedum vt ipſum tangerent, pulchritudine & varietate inimitabili, adeò vt artifices Muranenſes ſimile quippiam fabricare nullo pretio inducti, auſi ſint. Spectatur intus inter reliqua auri fulgor purus, cæruleus ſplendor nitens: plantarum virens viuacitas, montium inæqualitas. Dicas peregrinis nobilibus coloribus, inæquali moli ſumma cum gratia oculos oblectante, vitream vaginam circumductum fulgorem adjeciſſe.

CAPVT VI.


De ſiccando pyrium puluerem.

FRanciſcus Zepardus cum inueniſſet modum ſiccandi puluerem pyricum, qui antea ſoli exponebatur vapore aquæ calidæ, præfectus eſt Venetorum Naualibus, ſeu vt verius dicam, Naualium pulueri pyrio; quod vt exiguum videatur ob multitudinem illius, neceſſe eſt vt plurimum referat. Ita minima cautio abundè ſuppedirat victum. Sed hic etiam multa alia inuenit; Cremonenſis eſt.

CAPVT VII.

De Armillarum inſtrumento.

COnſtat ex circulis tribus inſtrumentum armillis ſimile, quorum ſuperiores ſunt duplicati, & polis ſecundus primo fixis infigitur. Vt ſit A B circulus primus, cui infixi ſint ad rectos polorum C D



poli interioris, & vterque duplicatus, vel vt media pars circumagi poſſit ſub eiſdem polis, quia inferior; vel quia ex dimidio ſtabilis præter polos, ex dimidio mobilis. Tertius autem in medio ſecundi, ita vt

vt circumagi poſſint poli eius ex E in C, & C in G, & G in D. Et rurſus polis quaſi nullis ex E in F, & F in G, & G in H. Et vt lateat prorſus coniunctio, adeò vt annexus alter alteri videatur. Tale inſtrumentum vidi apud virum Maximiliani Cæſaris, Mathematicum Medicum & Philoſophum inſignem, Ioannem Sagerum Giſenhaigen Vraoſſeuienſem, quanquam neque ipſe docuerit, quomodo inſertus eſſet; neque ego interrogauerim. Ergo fieri poteſt, vt circulos inferior D E C G circumuertatur, ſuperiore immobili: atque ita poli ferentur per E C G D: ſed tunc neceſſaria erit cauitas infra circulum ſecundum, per quam feratur. Sed ſi circulus E C G D integer ſit, fieri non poteſt vt ferantur poli niſi cum circulo, cui infixi ſint: hic autem eſt pars circuli prædicti media, aut etiam inferior. Erunt ergo tres modi. Inferior autem circulus, cum in ſeipſo reuoluitur, poterit manentibus quidem polis circumduci à lateribus, fixo manente medio: nam ſi media transferatur cui polus infixus eſt, exibit polus circumductus circulum E C G D ſecundum latitudinem: aut transferetur polus per cauitatem. At tunc non erit circulus F G H E ſolidus. Cum ergo voluerimus circulos ambos eſſe ſolidos, relinquentur duo modi tantum, vt pars media circuli ſecundi, cui infixi ſint circuli, circumuoluatur, & extremæ inferioris partes, ſeu latera: aut vt pars inferior ſecundi circuli intruſa ſuperiori, & in qua ſint poli fixi edem modo ſub ſuperiore circumducatur, atque eo modo totus circulus E F G H circumagatur per E D G C. Ipſe verò circulus E D G C in ſeipſo vt prius manente fixa parte media, in qua ſunt poli infixi, circumducatur lateribus ſuis. Commune autem eſt ambobus, vt poli ſint infixi vtriſque circulis ſecundo & tertio, & quòd latera inferioris manente medio circumagantur. In ſecundo tantum differunt; cum vel media pars manentibus lateribus, vel inferior ſuperiore fixa circumduci poſſit.

CAPVT VIII.

De Palatio Mirabili.

EST extra portam Lamatum, non diſtans fundæ iactu, Palatium Hieronymi Rauoj, hâc arte erectum, vt cum portas habeat amplas, non niſi exoriente vel occidente ſole, æſtate eius radios excipiat, aut per parum; hyeme magis. Sit ergo palatium A B rectè poſitum à meridie ad ſeptentrionem, vndequaque concluſum, niſi in portis: & A reſpiciat ad meridiem ad vnguem, neceſſe eſt vt quantò magis eleuetur, vt minus ingrediantur radij: vbi autem fuerit depreſſus in oriente, vel oc-

Meridies.



Septentrio.

cidente, vel hyeme, vt magis ſed à lateribus prohibetur. Qualiſcunque autem menſura dicitur partim ſimpliciter, partim comparatiuè, magna aut parua. Ergo cum ſit ob altitudinem iuxta meridiem illuminatio parua, & dum oritur ob latera, & cum œcus oblongus erit, minor videbitur cum eadem ſit, liquet eò obſcuriorem futurum, quò frigidior. Differt autem ab œcis quod feneſtras non habeat: eſſet enim frigidior & luminoſior ſimul, & in latere è orientali: at ibi triclinia & cubicula poſita fuere. Oportet autem ad ſymmetriam diſponere, cum latitudo & altitudo in eo magna ſit.

CAPVT IX.

De Camino fumi experte.

IN ſolo Iaris efficiunt duos canales magnitudie palmi, & tantundem datos à pauimento, qui excipiunt aërem liberum prope: vnus ex A, alter ex F; vnde cum



aër ſemper moueatur, & ex luto concluſus in anguſtum deferatur per BC & ED ſurſum: ſequitur enim maiorem motum, qui non tam poteſt eſſe in loco concluſo, quàm in libero. Cum autem feratur ad E, impellit fumum, idque minus eſt, nam trahit conſequentia corporis. Id mali eſt, quod refrigerat locum quem calefacere ſtudemus. Iccirco licebit operculis vel per tubos vt à ſiniſtra, vel per pileos vt à dextra canales tegere, cum fumi ſuſpicio non adeſt. Hoc auxilium leuioris impenſæ eſt camini veſtimento, de quo aliàs actum eſt.

CAPVT X.

De vrticæ filo & tenuitate lini.

TRia ſunt qoæ in fila rediguntur: Canabs, linum, atque hæc omnibus nota; tertium vrtica. Siccatur, tunditur, depectitur, inde nent texúntque. Sunt qui putant telas ex Belgia delatas, vrticeatas vocatas, ex hoc genere eſſe. Conſtat ſanè vrticam cultam filum emittere telæ conficiendæ idoneam, qood etiam vt aliàs dixi apud Scythas in vſu eſt, teláque einſmodi perquam tenuis eſt. Ex lino nent, vt in ſingulas vncias bini coronati pro opera impendantur, maiore longè precio quàm ſericum. Adeò tenuis ſunt filamenta.

CAPV.T XI.

De muſica & ſymphonia plurium vocum.

SOlent fieri chori canentium diuerſimodè ex XXIV, aut XL, aut etiam LX perſonis; eum tamen vix harmonia humanarum vocum excedat interualla XXI, è quibus ſolum ſunt nouem ſymphoniæ. Quomodo ergo XII. aut plures muſici diuerſi vocibus concordes canere poterunt: tum multò minus XL. aut LX. Eâ igitur ratione diuiſi ſunt in choros, vt vides, puta ſenos, voces XXXVI, & ſibi




inuicem reſpondent Primus ac ſextus; ſecundus poſt quinto accinit, vt tertius quarto. At cum omnes ſimul canunt, voces maximè diſtantium vniſonæ ſunt, velut Primi chori cum quarto, & ſecundi cum quinto, & Tertij cum ſexto. Sed vniſonus non percipitur in tanta diſtantia, & tot intermediis. At ſucceſſus & ordines variant, licet voces eædem ſint: velut ſi primus primi chori dicat *vt* in medio, idem dicat ſecuodus tertij chori, & quintus quarti, & ſecuodus quinti, non eodem ordine voces ſuccedent: ſed qui in primo choro eſt, gratia exempli, lentè procedet per tonos ac ſemitonia, ſecundus per tertiam, *vt mi ſol.* celerius; qui in quarto adhuc celerius per quartam ac ſecuodam, *vt fa mi la:* qui verò in quinto celerrimè vtpote abſque ordine vllo. Ita diſtantia, ordine, tempore (licet eaſdem proferant voces) diuerſas ſinguli proferre videbuntur, latebitque vniſonus, qui tamen vbique circumſtrepet, intermediis maximè omnia miſcentibus.

CAPVT XII.

Inſtrumentum ad expiſcandum è fundo putei.

VIdi apud Semnios, B. Seruatoris Bononiæ: conſtat ex ferro longiore quàm lato, formâ ouali: in ambitu ſpicula



palmi maioris magnitudine diſtantia, pollicis latitudine: in A & D nodi, quibus propria grauitate concidit in vnum, vt ſolis ſpiculis diſtet. Totum igitur inſtrumentum cum conſtringitur, palmi vt dixi magnitudinem explet, oblongum tamen circiter palmos quinque. In C quæ anſa eſt qua ſuſpenditur inſtrumentum, nodus itidem eſt vt coire poſſit: ſpicula, cum conſtringitur inſtrumẽtum decuſſatim, coëunt inuicem, vt ſpeciem præbeant retis, dum coierit. In E F G H ſunt foramina, ex quibus gemini ac gemini funes in vnum coëuntes prodeunt. Vſus eiuſmodi eſt. Tres viri detineot inſtrumentum ex L & M quidem, vt latum & diſpeſſum demittatur: tertius robuſtior & cum craſſiore fune, ne ruat in imum, aot defigatur: ſenſim demittitur. Vbi fundum putei attigerit, qui tenent funes L & M remittunt: ita ſpicula abradunt imum putei, & in vnum coëuot decuſſatim, recipiuntque rem quæ cecidit, ac firmiter retioent. Oportet autem ad æquilibrium retrahere, quamuis coronides prohibeant, ne decidat, quod antea tam inſigni induſtria collectum eſt.

CAPVT

CAPVT XIII.

Inſtrumentum ad Venerem.

REtulit mihi Rodericus Carreta Luſitanus, Patritius, amicus noſter, quòd ex orientali India quidam annuli ex auricbalco afferebantur, qui tacti ſomnum quendam ſtridulum, leuemque, ſed qui diu perſeneraret, emittunt: quique virili membro diuiſa cute inſeruntur, eaque rurſus conſolidata dum vuluæ intruditur, exemplo ſumpto à canibus, membrum duobus aut tribus nodis per totam noctem vinctos teneret, voluptate mulieris non leui, ſed magno eum labore extrahebatur. Poſſunt, ſpintriæ veterum tam monſtroſa Venere vinci.

CAPVT XIV.

Ars celandi.

IN metallis perinde eſt, ac in luto aut gypſo, vbi profunda fit: in ſiccis autem corporibus ferro fit, ſeu chalybe, aut gemma, cum tota vel ære ac Smiride. In metallo autem iam durato, figuræ teretes & paruæ fiunt, formâ in chalybe prius prominente, inde malleo impreſſa in argentum, aut æs: ſic enim ad amuſſim figura exprimitur. Sed non eſt tam ſimplex opus vt quidam putant, neque vulgaris: ingenij corpus formant truncum, caudâ, capite, pedibus etiam, vel vno tantum carens: ſeorſum pedes, caput, alas, caudam. Ita de floribus, atque his quæ communi conſuetudine in vſum ſigillorum veniunt, inde compaginata in vnum imprimuntur, vt cauam reddant formam. Sic pluribus, & diligenter ſatisfacere licet paucis, quod aliter ſuccedere non poſſet: aut enim inelaborata aut maiore cum labore fierent, quàm vt illo precio poſſent compenſari.

CAPVT XV.

Commodum litterarum recipiendarum.

REs parua ſed non leuis emolumenti, quam didici apud Marianum Maſſaiolum Siſienſem amicum meum, magiſtrum curſorum: (nam multi ſimulantes dare litteras, datas ab aliis ſubſurantur) conſtruxit ille in atrio, quod noctu clauditur intra ianuam, ſed iacet tamen extra primam clauſuram, quam poſtem appellare poſſumus. Mediolanenſes apud quos in vſu maximè ſunt, faciunt foramen decliue magnitudine fermè manus, in quod litteræ immiſſæ, delabantur in ciſtam. Sic aſtantis famuli parcitur impenſæ, & vt dixi tutius dantur, & datæ cuſtodiuntur.

CAPVT XVI.

De Ebore ductili.

REferunt ebur in ſex horis cum mandragoræ radice coctum, ita fieri ductile, vt in quamcumque figuram traduci poſſit.

CAPVT XVII.

De vino faciendo.

PRinceps affirmat ex X X aquæ libris & X mellis, nucis autem Senden libram & ſemis, prius calefactâ aquâ & melle miſtis, & contecto vaſe agitatis, confeſtim fieri vinum. Eſt enim nux illa mellis anima, vt inquit Serapio, & vocatur nux columborum, & eſt terra alba ad citri colorem tendens, quæ oritur vt Tuber in terra & ex terra: eſt enim quædam pinguedo terræ magnitudine ciceris, & per ſe cit vomitum, ſed miſta clarificat muſtum, & vt dixi tranſmutet mel & aquam in vinum, & eſt poteſtate frigida & ſicca, & vocatur, Zataui, & inuenitur in Coraſceni & Bareba.

LIBER SEXTVS PARALIPOMENON.

De Humana compoſitione naturalium.

CAPVT I.

De ſpiratione.

COr dilatati conſtringiq́ue certum eſt per ſingula momenta: aër qui trahitur voâ inſpiratione impletâ à me veſica ſuilla grandi, & qoæ capax eſſet vnciatum ſaltem duodecim, menſuram eiuſmodi liquidorum æquat: parum aut nihil trahitur per illud ſeptum pulmonis. Plena arteria venalis ſanguine, non niſi exiguum aëtis trahere poteſt: reliqnum ſeruatur io pulmonibus ad vſum, vt ſi neceſſiias cogat velut in vrinantibus, cor perluci eo aëte poſſit, non impleri vt attollatur, vt quidam putant. Vbi neceſſitas non eſt, eijcit pulmo quem ſetuarat, vt aliuru ttahat, nouitate delectatos: & quoniam nee adeò extendi gaudet, nec ſubſidete diu poteſt, trahente illum pectore. Sed quid ad hoc pectus vrget aur impellir, niſi pulmonis oeceſſitas. Cum ergo aër qui trahitur à corde, multò ſit minot quàm vt illius cauitates implete poſſit dum attollitur, neceſſe eſt vt dum attollitur, ttahat ab arterils. Igitur dum cor attrahitur, arteriæ ſubſidunt, initiúmque vnius eſt & initium altetius. At cum manu pulſum & cordis & arteriæ iuxta carpum tentamus, conttarium apparet: ſimul enim ambo attolluntur & ſubſident: quo fit vt neceſſarium ſit fateri, ſimul omnem illam ſubſtantiam moueri, non vt trahatur aër, nam tam citò petmeate ab oſculis cutis ad cor quis dixerit, ſed & vetmis circumuolutioni pulſatio perſimilis eſſet. Dico quod aër ille trabitur ab oſculis ad cor, ſicut funiculus attractione continua, ita vt partes pattibus ſuccedant, modico interuallo progredientes, non ſic vt pars aëtis, quæ per cutim atteriam ſubingteditur, petueniat ad cor: hoc enim vt dixi fieri non poteſt. Sed quantitas quæ à corde trahitur, ſupplementum recipit ab oſculis, ita vt ab vna parte verſus cor ſemper decurretur; ab altera quæ eſt verſus cutim, tantundem aëte augeatur. In compreſſione autem aëtis alia pars quæ non eſt in motu ad cor, ſed ad oſcula in cute, decurratur exitu aëtis per oſcula, & ſupplementum recipit à corde: & has partes loco vt veriſimile eſt in ſingulis atteriis ſeparatas, motus etiam conttatius diſtinguit.

CAPVT II.

De Muſculo tertio mouente pedem.

EST muſculus tertius mouens pedem, tenuis admodum, & alteri magno coniunctus non pedi iungitur: cum quæreretur cui vſui reſpondi naturam & Deum efficere, quod optimum eſt io omnibus, & cum non poteſt materia recipere, efficit quod poteſt. Igitur vt pes habeat multiplicem motum, addidit huoc muſculum, & quia alij erant magni, non ſuppetebat locus, ttibuit tenuem. Et quoniam omne vinculum trahit verſus ptincipium ſuum, & principium illius muſculi eſt diuiſum; trahit aliò quàm cæteri muſculi, & ita non eſt ſuperfluus. Et quoniam non poterat per ſe mouere, natura iunxit illum muſculo magno, qui poſſet mouere pedem: at hic paruus moderatur motum, ſicut remo dirigit nauim, motam à maiore vi quam ipſe habeat. Etenim facilius eſt mouere rem motam, quàm fixam, ſicut videmus de nauis motu; nam dum fixa eſt indiget auxiliis, vt moueri incipiat. Solum ſupereſſet hoc, vt ſcitemus quomodo cum aliorum motu moueat.

CAPVT III.

De cerebri mirabili conſtructione, tum quibuſdam ſingularibus.

EST primum extra craneum membrana quædam tenuis, ac communis omnibus oſſibus, vocant *perioſteu*, ſatis diuerſa è pericraneo, quod eſt craſſum valde, & eſt capiti proprium. Iuſta præter illa lacunaria ſanguinis, eſt craſſa membrana, quæ in medio cerebri diſpeſcit illius ſummam partem,

tem, & propter figuram falx appellata: tenuis autem plenâ venulis cerebro miſcetur vſque ad medium, totáque illa pars rubra eſt: poſt ſcilicet à medio eſt pars cerebri candida admodum vt lac, quoniam protſus exanguis eſt, & ſuper partem illam, & in ventriculis aquæ portio continetur: ſub illa vero hicinde nates à figuræ ſimilitudine, & eſt corpus durum quo cerebrum ſuſtentatur. Exterius prima vertebra eſt adeò oſſi annexa, cartilaginibus & vinculis, vt ſoper illam immobile caput videatur: primúmque ſuper ſecondam, quam athlaoticam vocant; nam & primum è vertebris habet apophyſes. Ergo prima facta eſt ne frangatur, cum ſit tenuis obtorto collo: nec tamen par fuit ſeiunctum eſſe protſus vt aliàs, quoniam hypomochlion oon poteſt fieri, niſi vbi foramini tubulus conuenit: ergo tubulum creari neceſſe fuit: Et tunc redibut quæſtio; ſeu cooiunctum oſſi capitis vt frangeretur, ſeu prorſus diſiunctum. Mouetur ergo ſuper primam vertebram leuiter ſolum, & violentis in motibus, non voluntariis: ideò neque muſculis opus habuit, ſi non leuis illa inclinatio neceſſaria eſſet. Eſt etiam in homine ſub cute pinguedo, ſub pinguedine carnea membrana; at in ſimiis, canibus atque iumentis, moltíſque aliis animalium generibus, ſub cute eſt carnea mnmbrana, ſub qua pinguedo, quooiam in illis manus non ſunt: membrana autem carnea loco muſculorum cuti adhæret, vt cutis ſint loco manus, quod maximè in canibus cernimus: collidunt enim cutim, etſi quid aliud in Elephantis; habitant enim in locis iuxta aquas, vnde à crabronibus vexantur mirum inmodum: at hoc præſidio concuſſa cute liberantur. Facit etiam membrana ad pilorum duritiem, qua indigent animalia bruta, ſicut pinguedo ad mollitiem & teneritudinem in hominibus, qui ea duritie ob artis auxilia non indiguerunt.

CAPVT IV.

De Dentibus ac vnguibus.

Mirum videtur vngues quibus homo facilè & exiguo incommodo carere poſſet, toties renaſci quoties deciderint; dentes adeò vitæ vtiles, & vt ita dicam neceſſarios ſermoni, ac decori aptos, non niſi ſemel cum deciderint, renaſci. Quinimò & quoſdam velut extremos nunquam. Abſurdum videtur, ſi dixerimus, non potuiſſe ob reliqua quæ eſſent neceſſaria: nam ipſum quod conſtituit ita effecit, vt omnium optimum eſſet; nec ſibi repugnarent quæ optima eſſent. Quoniam vt in *Hyperchen* diximus; neceſſarium effecit, vt eſſet quodcumque eſſet optimum, ſeu omninò nihil eſſet in natura bonum bono repugnans: ſeu ſi modò aliquod eſſet, illud neo optimum eſſet, neque valde vtile, imo vix bonum. At quodcumque tale eſt quod alteri bono cedit, bonum non eſt: quia eſſe non poteſt. Qood enim repugnat illi, cum melius ſit, neceſſariuor eſt; id igitur eſſe non poteſt, quare nec bonum eſt. Sed videmus ita omnia conſtituta, vt in quouis genere optimum factum ſit, ceſſerit quod minus eſt bonom. Neque videtur fieri non potuiſſe, quod bonum non eſſet ob incrementum: oportuiſſet enim perpetuò bene ali vt vngues, qoare & multum creſcere vt illos. At vngues poſtmodum præcidimus, dentes non licet: alliſiſſent enim ſe mutuò, atque ideò obliquè ſibi occurriſſent; quoad caſum nihil deterius contingere poſſet. At primum parùm obfuiſſet, ſi decidiſſent oppoſitis manentibus, nam ſic commodè poterat homo mandere: tum maximè quod incommodum paucis diebus perduraſſet alio ſuccreſcente Præterea in his qui in pueritia renaſcuntur, non ob id præſcindere illos oportet, aut eos qui deciderunt antequam deciderent. Vt enim magis creſcunt ob ſubſtantiam mollem, ita etiam eadem cauſa magis in dies alterantur.

Quod ſi quis dicat ſufficere dentes ad extremum vitæ, quaotumvis longæ lo Moſe, quem dicunt centeſimum & vigeſimum cum ageret annum, omnes habuiſſe dentes; caſibus autem naturam non obuiam ire. Caſibus ſanè natura non obuiam it, ſtultúmq; eſt arbitrari ſingula quæque naturæ curæ eſſe, vt de febris aliàs diximus. Quare nec vllum eorum quæ agimus aut cogitamus; ita tamen prouidit, vt generalibus occurreretur: nam & vnguibus prouidit, quanquam naturâ eſſent perpetui, vt ſi caſu deciderent, denuò orirentur: & quia perpetuo atterebantur: (hoc autem caſu tamen) vt perpetuò creſcerent. Ergo accipere oportet quod perſpicuum eſt, non iterum generari oſſa, velut *in Contradictionibus* diximus: in pueris quoque non decidere radices dentium, ſed ſolùm vſque ad coronidem. Quod ſi ſolùm hæc pars decidat, & ſæpius toties renaſcatur quoties deciderit: at ſi toti decidant, renaſci non poſſunt communicatione quâ ſunt oſſa, non quia dentibus hoc denegatum ſit.

CAPVT V.

De Hominis compoſitione.

Licet autem, ſi quis non conniueat aut hallucinetur, intelligere hominis compoſitionem vniuerſam eſſe vniuſmodi, nec tam ſpectaſſe naturam commodum quàm vtilitatem muſculi: habent mammas nulli vſui vt fœminæ: capita etiam mammarum potius incommodum quàm commodum in illis patientia: muſculi ijdem in pedibus qui & in manibus, non ſolum

fruſtra, ſed etiam ad impedimentum, vnde coniectandum fuiſſe ſimiles pedes manibus in creatione, ſed vſu ac labore factos maiores, craſſiores, longiores, latioreſque manus. Et digitos pariter æquales in vtriſque, vſu manuum diuulſos, vt quantò longiores facti ſint digiti, eò breuiores manuum ſolida pedibus. Atque in omnibus etiam animalibus non niſi dehiſcente materiâ, variatam fuiſſe formam ex vſu præcipuè ipſo. Indicat hoc tot in cerebro aſini, ac bouis anfractus, imò vt ita dicam, plores ac magis artificioſi in ipſis belluis, quàm in homine; vt Galenus hoc non intelligens naturæ arcanum rete illud admirabile ſomniauerit. Dixi aliàs, quomodo etiam papilionum alæ quatuor, vna fabricata fortuitóque depicta, in plores quaſi certo artificio confictas diuiſa ſit. Quô fit vt veriſimilis ſit Plotini opinio de vna anima Mundi, quæ cuncta conſtruit æqualiter, quódque difficilius videtur, euadit magis perſpicuum, ſcilicet cur non eadem cani & homini membra; namque materia non eadem & vſus ab anima illa mutat, cum operationes etiam ſint eædem, euariant autem ob materiam, euadúntque ſpecie diuerſæ. Canis comedit & homo comedit: ſed homo mollia; ideo os rotundum, dentes æquales cani, cum oſſa rodere eſſet neceſſe, paulatim os in longius, dentes in ſerram degenerarunt. At quod videbatur, conſiderantibus eſt obſcurius; namque id ſpectandum eſt, quomodo cum naturâ manus & pedes ab initio ſimiles fuerunt, facta autem vſu differentia; ita exiſtimandum eſt de cæteris: nam de cruribus & brachijs tibijs & cubito, ſubiecta parte genu, & cubito ipſo, manifeſtè videre licet, vt coniectari etiam de alijs omnibus membris opportunum ſit: conſtatéque omnia ab initio vno, inde diuidi materia & vſu: dum ex ſimilibus ſimiles generantur, materia & vſu ſemper addente aliquid, vt tandem in eam formam, qua nunc ſunt, aut æterno curſu, aut ſaltem longo tempore deueniant: vt non tam ſit Epicuri de generatione formarum abſurda ſententia. Sed operæ pretium erit, quod ille vt quartum Principium addebat, & nobis ſuperaddere, ſcilicet vt poſſint ſe tueri. Quæ enim non poterant concidiſſe, in hoc errabat, quod eandem imperfectionem incorporeis, quæ materiæ non miſcebantur, tribuebat. Ergo ex his manifeſtum eſt eandem fuiſſe de rebus ſententiam, concordéſque fuiſſe Philoſophos Peripateticos, Academicos atque Epicuræos. Vnuſquiſque enim dixit quæ vera erant de rerum Principijs, velut Epicurus, quòd vſus membra formabat: Plato quòd idem omnium auctor eſſet; Ariſtoteles quòd corpora habebant partes vſibus animarum aptas. Verùm cum vlterius procedere vellent, exiſtimantes hæc ipſa pugnare, omnia corruperunt, dum quæ pugnare exiſtimant, eſſent inuicem conſequentia.

CAPVT VI.

De Auris oſſiculis.

SVnt in aure humana oſſicula tria: incus, malleus, ſtapes, eâ ratione fabricata vt plus admirationis præbeant, quam vſum, cuius cauſa facta ſint, oſtendant. Principio igitur ita ſe habent partes octo principales. Cochlearis cauitas, quæ extra eſt adinſtar corticis cochleæ, & ad tympanum vſque peruenit: Cæcum foramen; hoc velut fornix nullum habet exitum. Inde foramen aliud tertium, quod in os pumicoſum extenditur, atque finitur, foraminum ramos quàm tenuiſſimos habens: hæcque duo adintra tympanum. Sunt & totidem oſſa: malleus qui ſolus mobilis eſt, & manubrij extremitate tympano connexus eſt, duplicem habens motum; vnum non voluntarium, qui à ſpiritu prouenit; alterum voluntarium, qui à duobus admodum exiguis muſculis fit, adeò vt ad tempora noſtra latuerint: quorum vnus in imo eius manubrij eſt, alter prope clauam. Alter incus vocatur ambo à ſimilitudine, vt etiam tertium quod ſtapes vocatur: hoc mira hominum ambitio etiam in viris virtute præſtantibus diſſimulauit, & in vltima editione Veſalius, cum apertè ſciret, quoniam non fuiſſet ab eo inuentum, quaſi poſſet latere quod iam vulgatum etiam apud omnes, vel deſinere quod ex naturæ inſtituto fabricatum eſſe borum forma *in examine animaduerſionum* Gabrielis Falloppij tanquam ab Ingraſſio Siculo inuentum habetur. At quàm melius fuiſſet in opere magno deſcribere, nec oſſiculi caſum, qui & ſi verus eſſet, puerilis quiddam habet, excuſare. Ergo præter hæc in medium veniunt tympani, membrana & neruulus ille quinti paris, huic negotio quaſi peculiariter dicatus. Igitur his cognitis oportet præſupponere, quòd operationes noſtri corporis aliæ ſunt actiuæ, & illæ fiunt per membra compoſita ſeu organica vocata, velut ambulare, loqui, luctari: aliæ paſſiuæ vt quæ ſenſuum ſunt: & præcipuè auditus: nam de hoc dubium non eſt, quin in patiendo conſiſtat, cum de viſu multi dubitauerint: & hæ quidem in ſimilaribus conſtant, inſtrumento tamen & ipſæ indigent; cuius partes aliæ quidem ad conſeruationem, aliæ ad adiuuandum opus ſunt. Et quæ ad conſeruationem faciunt, aliæ quidem ad tutelam, vt palpebræ in oculo, aliæ ad nutritionem vt vitreus humor circa cryſtalloidem: quædam autem ſimul & iuuant opus, & tuentur operationis ſedem, vt cornea tunica in pupilla

Inſtrumentis igitur & compoſitis membris ad operationes natura vtitur; ſed ad actiones per ſe ac primò, vt illius membri organici ſit hæc operatio, vt cruris curſus:

ad

ad paſſiones autem propter melius, per ſe autem ſimilaria ſunt, & animæ non ſolum propiora, ſed etiam propria: magis enim crus currit, & anima audit, quàm auris audiat, & crus currat. Magis tamen opus naturæ oſtenditur in membro compoſito, quàm ſimplici. Indicio eſt, quòd perfectiorem animam habentia, magis elaborata habeant ſenſuum inſtrumenta, & operationes etiam itidem perfectiores, velut videre, audire, & tangere: quantò magis de ſenſibus interioribus, de quibus hic non eſt propoſitum dicere, ſed de auditu ipſo ſolùm. Perfectio autem operationum maximè conſiſtit in dignoſcendo minimè ſenſum mouentia: in quo genere collocantur quæ longius audiuntur, & quæ ſubmiſſum ſonum habent. Sed & vt diſtinctè, ſi plures contingat audire voces, ſeorſum velut in harmoniis, vbi & ſimul totum, & partes ſingulas deprehendimus, & vt perfectè vniuſcuiuſque vocis differentias, quæ plurimæ ſunt numero: dico grauis & acutæ, mollis ac duræ, obſcuræ & claræ, velocis & tardæ, & quæ compoſitarum inſtar ſunt, vt tremulæ, ordinatæ, æqualis. Et vt pro arbitrio ſenſu hoc vtamur, quemadmodum & aliis, tum maximè actiuis operationibus. Demum illud etiam natura reſpexit, vt voces diu ſeruarentur in inſtrumento, nec ſuperuentu nouarum vitiarentur.

His & quædam aliæ perfectiones accedunt aut admiſcentur, velut iudicium & exacta cognitio ſenſilis, quæ partim ex his pendent, partim ad ſingulas ex his traduci poſſunt. Iam ergo & tutelæ & melioris cauſa partes ſunt, & tutelæ quidem velut alimenti venæ, arteriæ, atque alia eiuſmodi; auxiliaria verò velut in malleo muſculi, vt liceat melius audire cum volumus, velut illud comicum, *Arrige aures Pamphile*. Suſtinetur malleus à muſculis vt promptè audiat & continenter: ſi non animaduerterit dum decidit malleus, neceſſe eſt multas vocum partes vocéſque intercidere in murmure, atque ſubmiſſâ voce. Quin etiam ex hoc, ſi intentè diu quiſpiam audiat, fatigatur, non minus quàm ex intenta deambulatione: nec fatigantur pleriſque, quia multis nolunt adhibere mentem, ſed ſolùm magis neceſſariis. Porrò os inſtrumentum factum eſt, vt denſior ac tenuior ſoni, vt ita dicam, qualitas reddatur: optima enim & præſtantiſſima ſunt, quæ tenui ſunt atque denſâ ſubſtantiâ. Subſtantiam intelligo hic eſſentiam rei, ideò perfectiſſimus in alia parte eſſe non poſſet. Os enim ſicciſſimum, ſolidiſſimum, duriſſimúmque eſt: perfectionem igitur hoc præbet. At mobilitas mallei, quæ ab aëre fit, ad voces temperandas facta eſt: quò enim maior eſt vox, eò magis diſtrahitur ab incude malleus, minúſque differentias percipimus, magis autem propter motum: quò minor eſt vox, minus propter motum, magis propter anguſtum foramen: nam vocem exilem intelligimus per anguſtam & longam fiſtulam. At concamerationibus illis dum vox retinetur, maximè in foramine cæco fit, vt maneant diu, nec ſtatim deſinente cauſa, vt in viſu fieri conſueuit, aboleantur: ſimul etiam multiplicatis ſpeciebus, velut in echo, à tremulo illo ſenſu reſiliant voces. Et vt plures ſimul audiantur voces, quod in fornicibus præcipuè vetuſtis ob antiquitatem videre licet.

Liquet igitur naturam commodè omnibus proſpexiſſe, ſi tria quæ ſuperſunt declarauerimus. Primum nerui naturam, nam inanimatum eſſet inſtrumentum, niſi ad illud animæ vis delegaretur: aër verò ſilens hic quidem vt medium eſt extra nos, velut tympanum noſtri pars. At multiplicatio ſoni eſt, quoniam non poteſt fieri ſenſus, niſi à materia ſpecies expolietur, vt in animam traducatur: cum hi ſenſus, viſus ſcilicet, auditus, ſimplices ſint; at tactus duplex: qui cum materia eſt, atque hic etiam duplex, cum dolore & ſine dolore; & qui materiæ eſt expers, vt reliqui ſenſus puri. Non igitur ſonus in anima recipitur, ſed ſoni ſpecies. Inſtrumentum autem proprium ſpiritus, nam & in aliis ſenſibus vnus & idem vt ſit, neceſſe eſt: ſed in viſu non niſi in Cryſtalloide conſeruatus, atque in guſtu & olfactu ſimiliter: quamobrem de tactu meritò dubitauit Ariſtoteles; at pro re vas ſuppoſuerunt, & pro ſpiritu membrum.

CAPVT VII.

De Narium ſanguinis profluuio.

CVm nil tam frequenter & copioſè accidere ſoleat, quàm ſanguinis profluuium; meritò dubitatum eſt, vnde tanta illius copia præſertim in febribus? Arantius Bononienſis affirmat ſe animaduertiſſe, eas venas ex concauis oculorum partibus deduci: cui credendum eſſe tum ob alia multa, tum quia aliunde locum, ex quo veriſimiliter deduci, inuenire non licuerit. Vnde autem ad ea loca perueniat, inuenire haud arduum eſt.

CAPVT VIII.

De pulſibus.

PVlſus fiunt virtute indita arteriis à corde, & ob id in celeritate & frequentia, (cum aliis in differentiis dextri à ſiniſtris, ſuperiores ab inferioribus poſſint eſſe diuerſi) inuicem ſimiles ſunt, niſi quatenus arteria fuerit durior. Nam cum minus attollatur, & in eodem tempore ad locum redeant, qua parte arteria durior erat, erit & pulſus tardior: aut ſi tantundem vbique attolleretur, crebrior quoniam tardior: ab eodem enim, maiore quantitate ſublatâ, mi-

nus

ous relinquitur quàm minore. Cæterùm cum tres ſint cauſæ,quas continentes pulſus; vis, inſtrumentum, neceſſitas, ab inſtrumento quatuor ſumuntur differentiæ; mollities & durities, magnitudo & paruitas, calor & frigus, vacuus & plenus: à viribus autem ſunt ſex,robur & imbecillitas, magnitudo, celeritas & tarditas, raritas & tarditas, æqualitas & ordo, vel eorum contraria. Cum igitur magnitudo communis ſit viribus & inſtrumento,erunt omnes differentiæ nouem,è quibus ſeptem ab vna cauſa prodibunt, duæ à duabus cauſis:nam raritas & tarditas vt dictum eſt, cum fiant etiam à robore vel imbecillitate, magis etiam ab ipſa neceſſitate fiunt. Sunt autem in pulſu quatuor partes; diſtentio quæ fit ad reſtaurandum calorem naturalem, contractio ad protrudendum præternaturalem. Quies quæ diſtentionem conſequitur communibus cauſis, cum his quæ ſequuntur contractionem: quòd inter duos motus contrarios neceſſaria ſit ſemper quies media, vt vires reſtaurentur: & quia minus vrgeat neceſſitas,ob quam motus ille à natura eſt inſtitutus: peculiari autem vi quæ diſtentionem conſequitur, quoniam velut in ſpiratione minor eſt ea, quæ contractionem ſequitur, ſed in reſpiratione multò maius eſt diſcrimen quàm in pulſu. Porro cum ab ictu primæ diſtentionis ad ictum ſecundæ intercurrat breuis prima quies, contractio; ſecunda contractionem ſequens, quies & diſtentio ipſa, quæ plerumque longior eſt contractione, vt etiam dixi de quiete quæ diſtentionem antecedit, ſequitur vt tempus, quod eſt à contractionis fine ad diſtentionis finem, bifariam longius ſit tempore à diſtentionis fine ad contractionis finem. Rurſus cum diſtentio ſi breuior fiat, efficiat vnà ratione & per ſe quietem, quæ ſequitur, longiorem, atque ita de contractione: & viciſſim vbi longiores ſint motus, quietes fiant breuiores. Altera autem vbi velox eſt diſtentio, plerumque quies quæ ſequitur breuior eſt, ita de contractione: neceſſarium eſt igitur diſtinguere, quando veloces & breues motus, veloces & breues aut longæ ſequantur quietes. Cum verò celeres motus breues ſequuntur, quietes fient pulſus frequentes. Pulſus ergo bifariam partium ſuarum ratione, cum ſuis quietibus frequens aut infrequens efficitur: hoc autem plerumque contingit, quoniam auctà neceſſitate aut expellendi calorem præter naturam, aut naturalem refrigerandi etiam moram interponere non licet in antecedente quiete: In ſequente autem non perinde eſt: quæ enim neceſſitas cogit, vt ſi calor naturalis (gratia exempli) magnus nullam patiatur moram ad diſtentionem ineundam:&poſtquam etiam inierit ad perficiendam: deinde perfecta, contractionem ſibi breui poſtulet, ſi purus fuerit ipſe calor, & à fumo non oppreſſus: Diu ergo ſequens quies morari poterit, antequam adueniat,& vbi etiam aduenerit, tardè actionem ſuam explere, & ad finem peruenire. Ergo vt à manifeſtiſſimis initium ducam, mora illa quæ inter ſecundum ictum & tertium aucta eſt,cùm iuſto iam breuior fuerit, inter primum & ſecundum ictum non poteſt referri in paruam neceſſitatem; quoniam A B C D ſimul iunctæ breues ſunt: ſunt autem partes omnes primi ictus ad ſecundum vſque. A quidem prima quies, quæ ictum præcedentem ſubſequuta eſt, & contractionem ipſam antecedens, B contractio, C quies contractionem ſequens, D diſtentio cuius finem ſubſequitur, E quies poſt ſecundum ictum, & F G H partes primæ reſpondentes partibus, vſque ad G tertium ictum perfectum, ac finem momentaneum.

A	B	C	D
E	F	G	H

Conſtat ergo quod initium varietatis non ab A inſtituendum eſt, ſed ab E dicit Galenus, id eſt ab eo ex quo raritas illa præter naturam incipit, cuius cauſa eſt, inquit, in *ſecundo de Cauſis pulſuum cap.* 7. vel immodica humorum copia, vel obſtructio aut compreſſio inſtrumentorum, vt non poſſint dilatari, quapropter neque conſtringi. Et ob id vbi iuſto plus manſerint concluſæ arteriæ, inſurgentes validius vires, celerem atque crebrum efficiunt motum cum pauca quiete tam prima quàm ſecunda. Ergo mutato ordine res difficilia clara euadit. Primum igitur finem ictus & ordinem conſtituemus E F G H: ſecundum autem A B C D: verùm ob propinquitatem ſenſus nos adigit, vt primum ſtatuamus A B C D, quia propè ſuccedit E F G H, cum aliter res ſit.

LIBER SEPTIMVS.

PARALIPOMENON.

De Mirabilibus morbis & ſymptomatibus.

CAPVT I.

Ad canis rabidi morſum.

RES mira eſt de veneno hoc, quod tamdiu quieſcit ſine noxa ſenſili, adeò vt aliquando ferant vſque ad ſeptem annos: conſtat ſanè anno præterito poſt annum quendam correptum rabie, interiiſſe. Plerumque tamen ad quadrageſimum diem, nonnunquam ad ſex menſes morbus occultatur. Et quòd poſt aquæ odium nemo conualeſcat. Et quod 10 vrina quædam appareant retrimenta catulis ſimilia, & quòd odio habeant aquas, quòd tam pauci è multis qui mordentur, rabie corripiantur; videtur enim eſſe quædam ira Deorum potius, quàm morbi vis, vt etiam qui fulmine pereunt. Seruantur alij igne, alij tactu clauium quarundam ſine igne, vt in Religionem vertatur. Sed & illud, admiratione dignum ac ſingulare, quod non ſolùm morſu propagatur, ſed cum quidam ſutor laceratam dentibus canis rabidi veſtem dentibus compreſſiſſet, vt ſutura æquaretur, in rabiem incidit. Alexander rurſus Braſca factus eſt rabidus, cum illius nares, & forſan os canis rabidus deoſculaſſet. Sed cum ipſe perierit, canis tamen poſt octo dies, vt filij retulerunt, ſanus ex flumine in quod proiectus fuerat, rediit. Exiſtimo etiam ex halitu quemadmodum in peſte gigni rabiem, eámque quaſi inſanabilem; ſed ſi curari poteſt, potius odoribus ac medicamentis epotis curari, quàm igoe. Raró tamen eò ſæuitiæ peruenire rabiem, vt niſi ſaliua tangat, corripiatur. Sed & linctu canis rabidi rabidus homo fieri poteſt, venis ac magis arteriis quæ in ambitu ſunt, corporis venenum trahentibus. Si tamen locus ſtatim aceto acri eluatur, res ſine periculo eſt. Maximum etiam illud eſt, ſanato eo morbo quouis modo corni ligno, & ſanguinei fructicis virgultis attrectatis, ſic vt manus incaleſcat etiam poſt multos annos, morbum recrudeſcere: quòd in Ethruria ſæpius experimento compertum eſt. Canes quandoque quoque in rabiem deueniunt percuſſi grauiter, maximè in capite ſine vulnere, vel dentibus colliſis. Non edunt nec bibunt rabidi, & aquam auerſantur, idque omnibus commune. Interim tamen quidam notis blandiuntur & lingunt. Sed vbi confirmata fuerit affectio, ſpumam ex ore emittunt, diſcurrunt perpetuò, & caudam demittunt, & quantumuis grauiter vulnerati vocem nullam edunt, corripiuntur maſculi parui pilo ferrugineo, & è regione crurum anteriorum, ac generaliter in dorſo hirto macilenti. Fiunt rabidi ex ſiti, ex eſu corruptorum ciborum & fermentium. Vnde creditum eſt dolore dentium in rabiem agi. Fiunt & lupi rabidi: nullum aliud animal ſic rabie afficitur, vt morſu reliqua interimat; ipsâ tamen affectâ moriuntur muli, equi, ac huiuſmodi. Aquatici canes rabie non corripiuntur, ſi bonæ aquæ copia non deſit: ſi nux ſuper vulnus alligata per duodecim horas, & gallinæ data occidit eam, rabidi canis morſus eſt. Porro ſymptomata cum ſint melancholiæ & conuulſionis, manifeſtum eſt ex hoc morſu cerebrum exſiccari: cum tamen dormiant, etiam melancholiam in cauſa eſſe haud dubium eſt, verùm qualitas eius eſt venenata: & ideò ſomnos inducit primum interruptos, & aluus aſtringitur perſæpè & vrina: vox fit rauca, rubet facies, odio habent lucem, & res candidas admodùm. Poſt timent, & ratio corrumpitur, & ſolitudinem deſiderant, demum etiam aquam reformidant. Et licet tunc iuxta Poëtam credatur morbus eſſe inſanabilis, cum dixit:

Et formidatis nulla medetur aquis.

Nihilominus vt Aëtius ex Ruffo & Poſſidonio recitat: *Philoſophus animo generoſo à cane rabido morſus, cum effigiem canis in balneo videret, dixit: quid cani cum aqua; & ingreſſus vim ſibi intulit, bibénſque aquam euaſit.* Celſus etiam putat merſos aquâ violenter poſſe ſanari, ſed & Plinius vt dixi; multa quoque ſcribuntur in huiuſmodi, verùm definitio eſſe videtur ab omnibus conceſſa, quòd quamdiu vident propriam effigiem in ſpeculo, ſanari poſſunt: poſt autem ob aſſiduam conuulſionem; non enim à timore aquæ quartum diem ſupereſſe poſſunt, ob temporis breuitatem curationem noo recipiunt. Et quanquam hic

morbus timorem affert, & imaginari cogat mortem, & canum ſpeciem: ſi tamen canis rabidi commercium non adſit, nihil obeſt talis timor, ſed paucis diebus præſertim ſudore effuſo euaneſcit. Vt verò medicamenta quæ purgant poſt iam inchoatam affectionem, & maximè elleborus multis ſalutem attulit, euacuato humore qui morbi cauſa eſt, ita ante perniciem afferunt: ſpargunt enim vim veneni, nec eam educunt: iam verò humoribus immutatis, venenum finitum eſt, ideóque violentiſſimis medicamentis opus eſt. Quocirca nec ſectione venæ iuuantur, ſed periclitantur. Communicatur autem cibis & potibus, ſi quis reliquias ſumat: idem ac multò magis de oſculis, nec exiſtimo tutum eſſe ſpiritum, nam ſaliua in vaporem reſoluta ſecum defertur, at hoc nondum expertum eſt. Creditum eſt, Themiſonem medicum dum curaret amicum ſuum, & illum ad edendum & bibendum exemplo hortaretur, contraxiſſe rabiem, ſed à ſeipſo curatam. Conſtat ſanè morbum hunc eſſe cerebri non cordis, & forſan applicitis capiti curari poſſe.

CAPVT II.

De lapide in homine inuento.

ANnis ab hinc ſeptem Barnuccius Fauentinus, cuius in *Quarto de ſecretis* memini, cùm dolore pectoris in dextro latere torqueretur aſſiduè, tandem nullis medicamentis proficientibus periit. Medici, iubente etiam Principe, eum caſus ob admirationem diſſecuerunt. Inuentus eſt lapis palmi parui fermè magnitudine, in regione inter iecur & pulmones, prædurus, quem vix multis ictibus perfregerunt, ferrei quaſi coloris. Hic totis diebus metallica liquefaciebat & excoquebat, intentus chymicæ. Conſtat aſſiduo hauſtu fumi illorum, congeſtum in ea regione multorum annorum tempore lapidem, vt rei valde mirabilis omnis ceſſet admiratio: niſi quòd dices, cur non ita omnibus aliis chymiſtis? quoniam non tam aſſiduè nec tam diu eâ in re verſati ſunt: nec locum illum adeò calidum ac ſiccum patentémque habent: In huiuſmodi enim miraculis totum conſiſtit in initij ratione.

CAPVT III.

De Febre Camilli Montagnane Mutinenſis, Medici inſignis.

HVic, cum eſſet annorum XXXVIII. habitu melancholico, addictus multis curis, laboribus, vigilijs, & erat pauci ſomni, vt plerumque huiuſmodi homines ſunt, & modici cibi, ſatis vt reor ſalax, & vino etiam interdum potenti licet albo, aduenit febris ſub menſe Auguſti MDLXVI, primum ſpecie tertianæ: poſtmodum hecticam ſuſpicatus, quòd in longum protraheretur, nec certas ſeruaret horas, vnde balneo aquæ tepidæ diu vſus, & vrina rarò cruda videbatur, plerumque ſanæ ſimilis: pulſus etiam non valde immutatus à naturali ſtatu, niſi quod eſſet maior: ſed ſudor copioſiſſimus effluebat, vt ipſe putaret, & meritò, maximam indicari repletionem. Cum ergo per multas horas quotidie ſudore maderet, nec febris ſolueretur eo, nec ſectione venæ neque purgatione, ſed potius tabeſcere aliquantiſper, rogauit; & ego omnibus perpenſis dixi, eſſe febrem ex materia contenta in pulmonibus, quam conſtat eſſe mediam inter putridam & hecticam. Viſum eſt illi primò abſurdum, cum neque tuſſis aliqua, nec rubor in genis, nec difficultas ſpirandi, nec dolor aliquis in pectore, nec inæqualitas pulſus adeſſet. Ego autem perſtiti, conſiderans quòd fieri non poſſet, vt ſi materia tam multa eſſet in habitu bilioſo, licet iam tum melancholico, non ſolùm ob ætatis decurſum, ſed etiam victus rationem tempore adhuc calido, quin febris maior fieret non abſumptis humoribus, aut abſumptis non deſineret. Perſtiti ergo in propoſito vt certus: ille autem hæſitabat, & ideo mediam quaſi viam tenuit. Conſului tamen vt ægros inuiſeret, nihilo melius habiturus, etiam ſi perpetuò decumberet: quod cum decumbendo ſcilicet, nec iuuatus ex eo probaſſet, ad negotia ſe contulit, nocte potius quàm die febris ſenſum & ſudorem expertus: menſe Februario reiecit ſcreando ſputa ſanguinea, quæ ille ad diſtillationem referebat, non aderat enim tuſſis: ego autem intelligebam tum ex malo colore faciei extenuationéque, morbum in pulmonibus eſſe, non eius generis qui tuſſim excitat; ſed genus ſphaceli, quod aſperæ arteriæ communicabatur: miſit tamen ſanguinem, & contulit; ſub Martij initium laborauit raucedine vocis, & manifeſtè illi larynx læſa videbatur: mihi etiam, ſed non ex deſtillatione, verùm conſenſu pulmonis. Suaſeram autem iampridem & tum, vt Smaragdum ſumeret ex drachmæ dimidio, ad purgandum pulmonem, ad illum exſiccandum; & vt Alexipharmacum. Sciebam enim illum hoc contraxiſſe, vel potu vini potentis, cum vigilia, & laboribus ac curis, conſuetudine; vel veneno ei propinato, aut amatorio ex menſibus mulierum, aut Indica lue, quorum duorum cauſâ etiam Smaragdus aduerſabatur ſanè morbo ipſi, qualiſcumque eſſet omni ex parte. Sed tamen cauſam aperire, & conſtanter illi morbi naturam dicere verecundabar, timebámque, ne metu ipſo grauius afficeretur. Igitur...

CAPVT

CAPVT IV.

De Inſania & eius generibus.

INſania morbus eſt animi, atque tam multiplex ac admirabilis; vt de ea nemo ſcribere plenè auſus ſit. Primum enim eâ laborant omnes, vt non à ſolis medicis de ea tractandum ſit: atque vtinam Eraſmus omiſsâ impia inſectatione, tam pulchrum argumentum, vt dicebat, tractaſſet. Sed quid à puro Grammatico in huiuſmodi re boni expectari poterat? Sufficiat argumenti nomen ab eo accepiſſe, imò ne nomen quod apud ipſum Græcum eſt, ſed potius Ichnographiam quandam rei ipſius, ſed externam tamen ſolùm. Dicamus ergo quòd inſania eſt mentis prauum iudicium ſecundum eſſentiam, vt ignauos, timidos & iratos ſecernamus, qui non ſecundum eſſentiam, ſed quoniam magis aut minus volunt, peccant. Similiter & qui decepti à ſuis credunt, aut aberrant viſu vel auditu, non inſaniunt; nam mente non peccant, ſed ſenſibus. Inſaniæ autem nomen, & vt delyrio cómune eſt & ſtultitiæ, accipimus, non ignorantes ſtultitiam eſſe momentaneam inſaniam: inſaniam continuam ſtultitiam. Alia ergo eſt inſania ægra, alia quæ accidit corpore valente: Et ægram quidem qualis febricitantibus accidit, delyrium vocamus, de qua nobis ſermo non eſt: eam medicis tractandam aliàs relinquimus: Quæ verò circa alium morbum contingit, duplex rurſus eſt: alia enim eſt quam morbum appellamus, & eſt cum ſine ſenſuum ſtimulo à communi hominum conſuetudine adeò aberramus, vt admirationem error pariat. Quocirca neque adulteros vocamus inſanos, quia ſtimulo ſenſuum aguntur, neque qui de ſe plurimùm pollicentur: eſt enim commune hoc pluribus, neque qui ſibi viuunt & ſapientiæ ſtudent, aut pietati. Licet enim rari ſint, nec à ſenſu iudicium hoc proficiſcatur, ab inſania tamen abeſt, quoniam etiam ab errore. Commune eſt etiam omnibus generibus inſaniæ, & ægræ, & ei quæ morbus eſt, atque etiam communi, vt in duas differentias diuidatur. Vna eſt cum timore, & blanda: alia cum furore & audacia. Quæ verò compoſita eſt, ex vtriſque compoſita etiam habet ſymptomata & affectus, aut interdum hæc, interdum illa. Eſt ſimiliter vna cum triſtitia, alia plena gaudij & vanæ ſpei. Diximus & aliàs melancholiam aliam eſſe naturalem plenam lætitiæ, cum ſanguis & ſecus putus abundat: aliam exuſtâ citra putredinem bile, quæ ſeuos facit & improbos; aliam melancholia, quæ pertinaces, hominéſque qui plurimum de ſe pollicentur. At quæ fit ex putredine, etiam triplex eſt; aduſto ſanguine, bile flaua aut nigra. Hi omnes ab initio ægrotant. Fiunt & alia genera in ſanis citra omnem calorem, & miror ſanè de medijs qui caloris tantum meminerint. Singuli enim humores, & corpus etiam cerebri iuſto plus ſiccatum, melancholiam patit, vt ſint octo iam genera illius, quibus addamus nonum quod excalefacto plus iuſto cerebro, vnde audaces furioſi fiunt, etiam citra humorem omnem. Neque ergo mirum eſt, ſi tot ſint varia inſanientium genera, quandoquidem nouem ſint ſimplicia ipſa. Ergo etiam ex cogitatione aſſidua, ſiccato cerebro & humore etiam ibi præſenti, fit melancholia. Cum ergo ſit morbus ex anima ſeu in anima, multis modis contingit, non ſolùm ob id, ſed quoniam cum his quæ recordamur, cogitatio miſcetur. Quidam ergo exiſtimant ſe reges; alij Deos, alij inopes, alij beatos, alij gallos, alij vitrum, alij ſe mundum ſuſtinere, alij miſeros prorſus, quidam ſe capite carere. Denique quicquid ſomnio obuerſari ante oculos poteſt: id in vigilia per inſaniam credere poſſumus. Atque hoc eſt genus inſaniæ, quam omnes norunt, & morbum vocant.

At quæ omnibus communis eſt, cum ei conueniat inſaniæ diffinitio, & illa vera inſania eſt: contingit autem quatuor modis; ignoratione finis, & eorum quæ ſunt ad finem, & ſui ipſius, & ſenſuum qui nos decipiunt, illecebris. Et finis quidem ignoratio duplex eſt genere, vt cum tanquam immortales futuri ſimus, aut eſſe poſſimus, contingit: aut cum ſenex ea agit tanquam diu poſſit ſuperuiuere, in quæ tempus & rem inſumendo neceſſe eſt, vt imperfectis relictis pereant. In vtriſque contingit alienum qualitate, velut ſi Medicus agat perſonam Iuriſconſulti, Philoſophus militis: aut magnitudine domus, ornatus, & ſumptus; in paupere qualis in diuite, & multa huiuſmodi: *loco*, velut ſi eiſdem moribus inquilinus vti velit, quibus ciuis: *tempore*, vt ſi belli tempore diuitias oſtentet, inopiam ducturus vxorem. Pertinet etiam ad ignorantiam finis, ita viuere ac ſi anno vno ſuperfuturus ſis, vt qui in iuuenta obligauerunt patrimonium: vel ſi ita incumbis opibus, vt ſerues tanquam filijs fiſcum habiturus hæredem: vel ſi de animorũ immortalitate nihil cogitas: non enim vt abſurdam rem haberi oportet. Et vt in vniuerſum dicam, ſi finem adipiſci nequeat, ſi incertum certo, paruo diſcrimine vtriuſque præponat, ſi incongruum finem quærat, aut quem retinere non poſſit, aut turpem; ſi mortalia immortalibus, breuia diuturnis anteponat. Ignorantia eorum, quæ ad finem ſunt, eſt veluti ambitio cum inutilis fueris, notâ iam imperitiâ: nam pluribus vſu euenit, vt eâ populum decipiant. Plerique enim non errant ambitione, ſed quòd eam veræ laudi atque ſcientiæ anteponant. Eſt enim inſaniæ, hoc non eligere in liberis, quæ optima ſunt; ſicut & ignorare ſeipſum, vt viribus, ſcientiâ aut opibus impar audeas

te committere melioribus, & enim credis te ſcire quod ſecus ſe habet, multò deterius quàm neſcire. Demum cum deceptus à ſenſibus, aut puero inhæres, (omitto nunc metum legum tam diuinarum quàm humanarum) vbi fœda omnia & plena tædij, ſpurcitiæ, ille poſtmodum te odit: nulla affinitas, nullum bonum exemplum, amiſſio ſpei æternitatis. O inſaniam inæſtimabilem. Sed videamus ſingulorum vitam atque ſtultitiam.

Principes nec ita ſe gerunt, vt ſperare poſſint quicquam ab obitu boni: nec ita viuunt, vt vitæ huius curam aliquam habeant, multò minus æternitatis & ſobolis. Vnde plerique ante maturam ætatem ſine filiis obeunt, tantis criminibus onerati, vt niſi vi & adulatorum clamoribus cadauer defenderetur & vita, vita ipſis odioſa eſſet, cadauer volucribus exponeretur. Sic ſe libidinibus explent, vt maioribus torqueantur doloribus: ſic volunt timeri, vt quouis ſubditorum magis timere cogantur. Etenim illi vnum, ipſe omnes timet. Pro amicis adulatores habet, & qui ſunt amici, ignorat. Vigilat vt placeat, ipſumque totum immodicum eò dirigitur vt ferat, quod ſi ferre inuitus cogeretur vitam ſibi acerbam exiſtimaret. Nobiles quærunt vt tempus perdant, cuius ſummâ laborant inopiâ: nec quicquam magis optant, quàm vt clam ſenectus obrepat. Senes auari ſunt, iuuenes prodigi: nullus de temporis iactura curat. Quàm multi diuitias filiis parant, quomodo illi inſtruantur, negligunt. Sunt præterea ſingulorum ſtudia adeò à recto aliena, vt reat vinctos, & qui lapides iaciunt, ſapere, quos vulgus admiratur, & qui liberi abeunt quò volunt, ſtultos eſſe. Itaque illos ſoluere, hos vincire oporteret. Vnus furtis ac rapinis non ponit modum, (omitto peccatum, dedecus, quod nulli vſui) & quod habet iam partum, in diſcrimen vocat. At me delectat, dicis; fac vt delectatio ſit ſine dedecore, ac ſine periculo. Alius cuncta aleæ aut vectigalium exactioni ſubijcit, cum tutò poſſit ex his quæ habet, viuere. Alius ſiccarius eſt: quâ voluptate, niſi quod hic torridam habeat melancholiam, prior ſiccatam & temperatam. Quis error fœdior, quàm viuere ſic, vt ignores vitæ ſcopum: & tendas, nec ſcias quò ſit tendendum? At tendo cum aliis, nemo eundem habet ſcopum. Et ſi habeat aliquis, cùm adeò multis malè cedat, quid eſt vt in incerto cum tanto periculo vagari velis? Quis eſt ſanæ mentis, qui iter ingrediatur, quod neſciat, vel antequam ſciat: at plerique hoc agunt in magis incerto & maiore periculo. Quis eſt qui non torqueatur de his pro quibus torqueri nil prodeſt, imò magis obeſt? Qui non minora maioribus ſæpe præferat? Qui non ab iiſdem ſæpe decipiatur? Qui non inanibus ſtudiis operam deteruans ſpe lactetur? fruſtra ſe periculo non exponit? negligat neceſſaria ob ſuperflua. Miraris hominem, videas totas periſſe Reſpub: pugnabant Lacedæmonij, Athenienſes, vaſtabant agros, pugnabant, victores erigebant tropheum: hoc brauium & præmium tot laborum, tanti ſceleris, tot cædium & inimicitiarum, etiam cum liceret vrbes ipſas capere. Vnde meritò à Macedonibus domiti, à Romanis poſtmodum prudentioribus euerſi ſunt. Exhaurire totam ciuitatem pecuniâ, ad inopiam redigere, iuuentutem extinguere, prædari ſocias ciuitates, ſegetes exurere, arbores excindere, domos diruere: in ocio degere reliquos opificibus ſublatis, vt regnum acquiratis? minimè; vt beati viuatis? nec illud: vt dominationem augeatis, agrum amplificetis? nec illud: quid ergo? vt tropheum erigamus. O amentiam inauditam! imo nil magis auditum. Quid notius illâ Troiæ decantatâ fabulâ, cum ob vnius mulieris rapinâ vniuerſa Græcia decem annis vrbem vnam circumſedit, Europæ & Aſiæ flore in excidium acto: nec modò retentâ poſſeſſione captæ vrbis. Conſtat enim relictam, aliqui dicunt Antenori, alij vacuam: tot aliæ vrbes euerſæ, millia Græcorum præter naufragium DCCCLXXXVI, Troianorum ante captam vrbem DCLXXVI, vt penè æqualis fuerit clades. Quis credat? & tamen verum eſt, imò veriſſimum. Et nunc quotidie ob vnius mulieris alienæ, cum puellam pulchriorem, ſi matrimonium inire aut nolis aut non poſſis, multò minore precio, nullo periculo, certâ ſobole, & nulla cum iniuria, ac pulchriorem habere liceat: vis adulterium committere? exhauriri omnibus bonis: at non illa patet ſola, quæ infamis adeò eſt & impudica.

Qui feras per ſyluas quærunt, qui milites mercede fiunt, aut ob rapinæ ſpem: qui rem, vitam, decus periculo exponunt, nullo certo præmio exponunt, an non deceret vinctos in Xenodochiis laxare, iiſdémque vinculis illos circumdare. Priores enim verba inania effutiunt, lapides in incertum mittunt, qui maximè inſaniunt, nam id eſt munus ſolum eorum qui furioſi ſunt: at hi longè peiora aduerſum ſe parrant, quàm illi contra alios. Hos pituita ſiccata deriuet, qui ſimul timent ac delirant: illos bilis ardens iam demum cum reliquiis ignis extincta. At qui exædificant ædes maximas, cum familia ſit exigua, quonam inſaniæ laborant genere? velut Florentini multi antea mercatores, Genuenſes etiam aliqui, tum Veneti. Ignoſcendum eſt magis his, quod terra tenus quicquid eſt, inutile eſt ad habitandum; videntur etiam errorum loco, quædam ſpecies atræ bilis admirandæ; Vates, Poëtæ, belli duces, miri artifices, homines aut pij aut integræ vitæ: alij populares, rerum occultarum perſcrutatores, Philoſophi, Magi, viri terribiles: quidam ad omnia timidi, alij mortis contemptores, velut hodie etiam aliqui apud Indos, olim Thraces: Vnde ſe muneri gladiatorio ſponte ob pecuniæ exiguam quantitatem adigebant. Quid dicam de latronibus, qui eodum patriæ infenſi ſunt, vt

homines

homines nil mali meritos de ipſis, occidant: adeò amant vt eam deſerere non poſſint, & cum liceret pleriſque ex his ſine metu & minore incommodo vitam ducere extra, malunt ſe tanto periculo exponere, vt non ſolum vitam amittant, ſed maximâ cum infamiâ & inter cruciatus. Quis furor eorum qui Poëtis operam dant, aut fabulis, aut inani cuipiam diſciplinæ, in qua quantò magis profecerint, eò minus ſciant; ſeu quod falſa ſint quæ produnt vt ſophiſtica eriam; ſeu quod ineptus ille ſit, & ei negocio minimè aptus qui diſcit. Ergo vt omnia vno claudam verbo, ne dum inſanos proſequor, negociis vtilibus ac neceſſariis intentus; vna medela omnium eſt conſilium & tranquillitas, animo humectatio, & ſomnus corpori.

CAPVT V.

De duplici Tertiana.

Vincentius Coſpus Bononienſis, Senator, amicus meus, annos agens quinquaginta, proceræ ſtaturæ, craſſus corpore, cruribus gracilibus, praui coloris, timidus præter modum, fontem in brachio iam pluribus annis gerens, multum ſe exercens, & poſt quieſcens: multi cibi, varij, craſſi, mali, adeò vt caſtaneas, tritia, legumina, & caſeum vno prandio, tum alia etiam deuoraret. Anno hoc pepones tres aut quatuor vna die edebat. Ad XII. calendas Nouembris M D L X I X. correptus eſt febre duplici tertiana; erat autem dies Veneris rigor, & in eo vomitus, & egeſtio fuſca, non ſudabat: febris finiebatur. In Quinta circa veſperi vocatus, nullum præter hæc aliud ſymptoma agnoui, manè ſatis benè videbatur ſe habere: iam autem cibum ſumpſerat, panem coctum cum iure; ſed & aquam bibit, imminebat enim acceſſio. Veſperi cum reuerſus eſſem, pulſu carere animaduerti. Lætus decumbebat ſuper latus ſiniſtrum, vt exciperet (credo) venientes. Vbi ſæpius tetigiſſé nec inueniſſem, dubitarémque, ne id mihi causâ meâ contingeret, ſcilicet ob ſtuporem. Iterum aggreſſus ſum tangere illum, animaduerti me non eſſe deceptum, nam pulſum quidem inueni, ſed languidiſſimum, paruum, celerem non multum, ſed frequentiorem. Certus ergo de eius ſtatu, admonito altero medico, in cœna cum ferculo & luteo oui, vini diluti parum dedi. Mane ſequenti exhibuimus theriacen, & ventriculum abſynthio fouimus, & cor etiam inunximus; ſucceſſit febris ſine vomitu atque deiectione. Pulſus ſatis robuſtus, & vt ſolet, magnus, velox, frequens. Sudor ſucceſſit copioſus, cum & præcedenti nocte ſudaſſet. Cum tranſacta eſſet ſeptima, verebamur circuitum; facta ſunt auxilia præcedentis diei: cum aduenieſſem circiter horam XVI. (iam verò ſumpſerat cibum, inueni etiam febre, cum nondum acceſſio ſuperueniſſet, (exacerbabatur autem diebus paribus, & poſt ponebat) ſuperueniente acceſſione ac rigore pauco vires collapſæ, egeſſit autem non multa, vt in ſextâ: & nihil vomuit, ante ſolis occaſum interiit. Si venenum non fuit, difficile eſt iudicare: niſi dixerimus copiam fuiſſe humorum prauorum, quæ cum cor eſſet debile, commota eſt ad illud, & peremit, licet vrinæ eſſent bonæ: aut latuit aliquis abſceſſus; non defeciſſe ſponte, oſtendit robur earum in ſeptima die. Sed ſi abſceſſus fuiſſet, fuiſſet & febris acuta: acuta autem febris etiam continua eſt. Aut igitur latuit nos illum febricitare, aut abſceſſus nullus fuit. Non ergo abſceſſus, neque ſponte defecit ex imbecillitate vitalis facultatis, vt in hæmorrhoſagia & decrepitis. Neque venenum; nam neque morſus, neque agitatio, neque vomitus, neque deiectione, niſi accedente rigore: nec mortuus ingruit, aut intumuit, nec vngues aut capilli ceciderunt, ſed cadauer purum manſit; peſtifera febris: nulla enim peſtis in vrbe, neque vt dixi febris continua: nec vllus domeſticorum ægrotauit, nec materia turgens; ea enim cum in venis maneat, facit febrem continuam. Sed & ſi turgebat, non niſi iam ſeparata à ſanguine: ſeparabatur autem, vt demonſtratum eſt in acceſſione, tantum vt nihil profuturum eſſet medicamentum antea exhibitum. Sex igitur ex modis relinquitur vt à multitudine. At ſi multitudo ſola in cauſa fuit, quomodo cum ſepararetur & expelleretur, potuit occidere? Et licet protracta fuit acceſſio, veriſimile tamen eſt non tranſiſſe tempus initij: ſed tempus illud conſumptum fuit in extinctione virium per ſuffocationem, & ita initium longum extitit, non ob morbi naturam, ſed quia incrementum aut inæqualitas ſuccedere non potuit, ideò in ipſo principio manſit. Sed cur antea euaſit in acceſſionibus, quoniam minus putruit ex ſanguine: præcipuè verò in imparibus diebus ob robur naturæ, quam cœlum iuuit, & maximè Luna, & bilis & ſanguis tenuis Vbi verò plurima pars computruerit; tripliciter omnia in deterius ruunt: nam primùm minus reliqui eſt boni, præſertim quod ex minore mole detrahitur, ideóque etiam putredo maior ac deterior euadit, quia materia craſſior & maior, & calor naturalis minus agit: ideò plus quî præter naturam eſt. Vnde etiam ob eaſdem cauſas & quia deterior facta eſt, minus poteſt protrudi. Protruditur tamen quoniam ſuroſum in eo erat plurimum: veruntamen in penultima acceſſione non tota exijt, ſed ſi mori debuit adeò celeriter, neceſſe fuit vt fieret continua prius: & ideò cum febre, antequam inuaderet acceſſio octaua, illum inueni. Indicium autem multitudinis & naturæ ancipitis in opere fuit multitudo deiectionum in ſexta, & modus ad contraria, qui ſymptomaticam

expulſionem refert; aut nimiam vitium reſolutionem; cum per aluum & vomitum materia ſimul eijceretur: color autem ruſticus materiæ prauitatem & caloris extinctionem. Volui diſſecare corpus, ſed noluerunt. Vt ergo ex intermittente mori non contingit, ita in tranſitu ad continuam magnum periculum eſt. Curatio non poterat ſperari, niſi ex medicamento, ſeroſa multa ſtatim educente, velut ſcammonio, peplio, cucumere agreſti: at cum debilitaretur, multum periculum erat, ne ſuccedente mortem medico imputaretur. Conuocare ad hoc medicos plures non licebat, cum ab initio morbum commodè ferre videretur. Ratus caſus imò rariſſimus, & nunquam aliàs à me viſus, nec qui viderit ſimilem legi.

Quòd ſi quis dicat, cur non occidit in ſeptima; vel quia exacerbabatur in paribus, ideò in pari debuit mori. Et quoniam pauca fuit materia, quæ tum putreſcebat, & forſan aliquid profuerunt auxilia. Sin autem dicas, quomodo potuit expelli materias ſuccumbebant vires: dico quòd tenue iam mutatum, paucum, & redundans; vt ſit ſimile aliquo modo ei, quod dixit Hippocrates 4. *Aphor. 46. Si rigor incidat febre non deficiente, ægro iam debili lethale eſt.* Propterea vide ibi quæ ſcripſimus.

CAPVT VI.

De Syncopi.

BRaſauolus enarrat fuiſſe Iolium Boiardum, Scandiani villæ dominum, qui frequenter in ſyncopim incideret, eóque frequentius etiam in illam incidere deſideraret, quod in reditu ex ea maximam voluptatem perciperet. Et quanquam ipſe Braſauolus cauſam reddat ſatis omnibus notam atque probatam, ſcilicet reditum repentiuum ad naturalem ſtatum, aliam tamen magis præcipuam in eo fuiſſe reor, ac propriam: quoniam ſic omnibus qui in ſyncopim inciderent, hoc euenire videremus, quod haud verum eſt: quinimo in illo tanquam monſtroſum fuit. Vbi etiam fallitur, quoniam delicias putat fieri ex reditu ſenſim, non repente ad naturalem ſtatum, cum ſit contra mentem Galeni *Primo de ſymptomatum cauſis cap. 6.* argumento eo adductus: quod qui perfrigerati incaleſcunt, ad ignem doleant propter repentiuum reditum ad naturalem ſtatum, ſed fallitur largè: neque enim dolent quia redeant ad naturalem ſtatum, ſed quia ab igne frigus contrahitur intus, ideò magis lædit: Et hoc experimentum docet, quia ſentimus radices vnguium magis gelu torqueri.

CAPVT VII.

De Enterocele & Epiplocele.

LAnius vicinus meus paſſus fuit enterocelem & epiplocelem grauem: curatus fuit exſecto teſte à medicis circulatoribus ſiniſtro: eà enim parte illa in ſcrotum deſcendebant, nihilominus etiam poſt per aliquot annos ſentiebat moleſtiam & flatum in imo ventris, nec exitu fecum multum alleuiabatur, nec proderat quicquam: & enim ſe conuerteret à ſiniſtro latere in dextrum, videbatur quippiam graue ex vna in alteram partem deſcendere. Et feces difficulter prodibant, & à quiete lædebatur, nec tamen diu poterat laborem perferre, ſi cogeretur ire. Et ſuper latus ſiniſtrum commodè ſatis decumbebat, verùm calefactus & fatigatus nonnunquam ſe conuertere cogebatur. Ideo dixi omentum excreuiſſe, vnde in eiuſmodi hernijs parum vtilitatis ex exſectione ſequitur, taléſque morbi vt dictum fuit in conſilio Parmenſis, ſunt inſanabiles. Reſpondi igitur vt decet, morbum hunc alleuiari debere, nam prorſus ſanare difficile. Et ſi quis nitatur rem in deterius deducturum, victutum aliquando diutius ob cuſtodiam, cauendum nihilominus diligenter, ne in deterius prolabatur. Quod ex prioribus curationibus damni accepiſſet, id periti medici reſtituere munus eſſe: neque tamen à Deo præcipi plenæ ſanationis poteſtatem: quemlibet premi aliquo incommodo: quod malum conſuetudine & ætate ſua ſponte mitius ſit, vel etiam quia ſit è pluribus coagmentatus: tales enim morbi quamuis maximi videantur, perſæpe præter ſpem decidunt; tum maximè ſi aliquo peculiari medicamento occurratur, & per reſumptionem præcipuè reſtaurationémque. Sed ad rem redeo: hoc exemplum plerumque deterrere poteſt à tam funeſto operè exſectionis teſticuli in hernia, ſeu Enterocele, ſeu Epiplocele; cum & in opere ipſo maximus dolor, & ſummum periculum, & peracto nulla ſit ſalutis ſecuritas.

CAPVT VIII.

De morbo quodam Epidemio.

COntigit hoc anno menſibus Aprilis & Maij morbus Epidemius, in Apenini quibuſdam villis, ex quo omnes interierunt. Primum ſuperueniebat febris ardentiſſima cum dolore & grauitate capitis, (præceſſit autem ſiccitas maxima veris totius, & phytaliæ id eſt vltimæ partis hyemis) & poſt diem vnum aut duos, videbatur deſcendere dolor ille & inflammatio ad pectus, cum dolore lateris, & anguſtia anhelitus

anhelitus & ſebris perſeuerabat : poſt eò perueniebant vt dolor alleuiaretur, & indedeſineret, ſed ad alteram partem tranſire videbatur, remiſſus tamen : & tum melius ſe babere cum viderentur, quaſi repente & inſperatò moriebantur. Ab obitu erumpebat per os & nares bumor abundè putridus, atque adeò malè olens, vt neque veſpilones aſſueti cadauerum immenſis fœtoribus, hunc perferre poſſent. Quæſitum æſt qualis morbus eſſet; Reſpondi lateralem cum abundantia multæ materiæ, vt ab initio etiam multitudine feruentium vaporum cerebrum afficeretur : inde ceſſantibus illis, corruptione creſcente in parte, qua magis vigebat inflammatio, extingui ſenſum : tum verò in altera parte, qui latebat ob magnitudinem prioris, dolor ſentiebatur: vnde repentè rupto magno abſceſſu interibant, quòd materia eſſer multa, & multipliciter putrefacta, ac renouatâ corruptione quaſi peſtilens facta, vt aliàs declaraui. Ob id & ob flatum quaſi adhuc feruens protrudebatur per nares & os, quibus à pectore communicatur ſpiritus. Et ob id, vt *in ſermonibus de putredine* dictum eſt, communicari neceſſe erat velut ignem, & eſſe contagioſum. Vt verò ignis nunquam in aqua accenditur, neque quibuſdam compoſitis, quæ illius naturam ſapiunt; ita neque contagium hoc ad omnes proſerpit; ita non omnes illo corripiebantur. Cauſæ fuerunt labores, cibi praui, ſiccitas immodica in locis humidioribus, ex quibus etiam ſanis adhuc multiplex corruptio quaſi potentia ſuperueniebat : quæ aliqua cauſa ad actum deducta, morbum adeò lethalem fecit ob locum, multitudinem materiæ, qualitatémque. De auxilio parum polliceri poſſumus, cum duæ cauſæ maximè noxiæ coniungantur; multitudo & prauitas putredinis, ac locus nobilis, cordique maximè propinquus.

CAPVT IX.

De Melancholia.

QVidam qui habitabat in Borgheto poſt templum B. Franciſci Bononiæ, laborans melancholiâ quâdam, cum ſibi videretur rumoribus ventris vrgeri, & ſaniosa excrementa demitteret, cum vellet oſtendere ſe pati tumores duros, à ſiniſtro latere oſtendit duritiem certè oſſeam, non ſcirrhoſam, quaſi claui rotundi ſeu cunei inſtar. Aliàs etiam ferè ſimili morbo laborauerat; (Erat autem annorum tum circiter XXXV.) & euaſerat. Id autem contigerat annis penè XV. ante. Sed & aliquando illum cecidiſſe ſupinum intellexi; vnde quidam ſuſpicabantur partem ſpinæ luxatam intus : Sed nos ſcimus ex Hippocrate, huiuſmodi caſus quanta mala ſequantur, quæ in illo non fuerunt. Præterea mirum videtur, quomodo ſuperjacentibus inteſtinis adeò exquiſitè percipi poſſet. Itaque cum non eodem modo ſemper crediderim manu diſpeſceere, iam ſeparata inteſtina viſum hoc : ita enim cohærent, vt in multis ſint ſeparata, in alijs ſine læſione magna poſſint ſeparari. Veriſimilius eſt dilacerata cute, partem aliquam oſſis vertebræ ſeparatam, nec poſtmodum ſanatum vlcus; ob id ſaniem perpetuò effluere.

CAPVT X.

De Vermibus.

VErmes fieri in corpore, & quomodò iuncti aſcarides in maximam deueniant longitudinem, & quòd pleriquè albi ſint, dictum eſt : nec non quòd non à dulcibus procreantur, ſed iam geniti surſum trahuntur, ſiquidem dulcia in bilem vertuntur : bilia autem amara, & amara occidunt vermes; quæ autem occidunt, non generant : ex eiſdem enim nutriuntur, ex quibus generantur, non autem nutriuntur à quibus intereunt. A dulcibus ergo nutriuntur, & ſurſum trahuntur ad ventriculum, ac partes ſuperiores, minimè autem generantur, ſed ab his omnibus quæ facilè putreſcunt : dulcia humidis iuncta, & maximè inſipida, vt acerba, aſtringentia, acida, pinguia. Occiduntur à ſalſis & amaris etiam magis, tum verò acribus. Nam & in acribus quibuſdam vermes generantur, & in amaris & in carne ſalſa, dum veteraſcit. Videntur enim omnia ex omnibus generari, quoniam ſunt rerum quinque genera, & vnumquodque innumeris completur ſpeciebus; viuens non organicum vt adamas, & organicum vt apium : & ſenſu præditum, ſed quod à putredine oritur, vt vermis : vel quod generatur à ſimili, velut lacerta; vel quod rationis particeps eſt vt homo; cuius materiæ diuerſæ ſunt, forma autem vna, ideò & genere id eſt materiâ diuerſum, & ſpecie ideſt forma vnum eſt. Fiunt ergo vermes ex niue, muſcæ ex igne, quid mirum ſi ex amaris & acribus ac ſalſis. De alijs autem dubium non eſt, quanquam in acido, ſi non prius corrumpatur, minus videatur vt in limonijs & arantijs. Referunt in cicere non generari vermes. Pueri ergo cum voraces ſint, & dulcibus delectentur, generéntque vermes : ob id ipſum creditum eſt à dulcibus, & ob dulcedinem generari vermes : ſcilicet & quia auocantur ſuperius, & quia augentur, & quia magis lædunt, & quoniam in eis generantur, qui ex dulcibus ſaturantur, cum tamen minus generentur in ſaccharo, quàm in quouis amaro aut acri. Ob hanc igitur cauſam, pueri à dulcibus maximè læduntur, præcipuè ficubus ac moris : Iuuenes autem à copia ciborum varij generis, crudorum atque humidorum.

CAPVT

CAPVT XI.

De Vertigine.

SImili lapſu omnia confunduntur in cauſa vertiginis, quæ duplex eſt, à cerebro & ab oculis: quædam etiam ab vtroque. In ea quæ à cerebro, videtur homo nutare, & caſui proximus eſt: fitque à tenui vapore, vt comitialis à craſſo. Sed quæ ab oculis, rurſus duplex: vna in qua omnia circumuerti videntur, alia in qua obſcurari & obtenebrari cuncta. Io eâ enim quæ à cerebro, eſt ſpiritus animalis qui corpus regit, circumagitur, non tamen ad oculos transfertur. Fit etiam vtrumque genus trifariam; à ventriculo, à cerebró, à venis ac quaſi à toto corpore, & forſan etiam à corde ſeorſum. Vt ergo computentur genera XXI. quorum ſunt diuerſæ cauſæ morbi & ſanitatis. Diſtingoit autem eam quæ à cerebro eſt, ab vtraque oculari aduentos: oam primo proximè videntur caſui, inde vitiatur vis viſiua.

LIBER OCTAVVS PARALIPOMENON.

De aſtrorum & temporum ratione & diuiſionibus.

CAPVT I.

De annorum diuiſione.

VIginti in dies colligantur, eruntque decemocto in anno: vt ſint trecenti ſexaginta. Quartus quiſque annus continebit trecentos octuaginta decémque ac nouem ſeriet dierum viginti, vocabitur æqualis vt priores deficientes. Centeſimo autem anno qui perſectus appellabitur, dabimus vicies viginti, diéſque quadringentos. Quingenteſimo quoque anno, quem appellabimus abundantem, viginti vnam ſeriem dierum viginti, eruntque dies in eo quadringenti & viginti. Annum autem duodecies millenum dicemus pluſquam perfectum: conſtabit enim ex viginti duabus ſeriebus, continebitúrque annus ille qui circuitum abſoluet, Quadringentis quadraginta diebus. Ita primùm ordo hic perpetuus erit, aut quatorum humana condicio recipit. Erunt enim dies in vno perfecto circuitu annorum duodecies mille MMMMCCCLXXXII DCCCC, quos cum diuiſerimus per XII, prodibunt dies CCCLXV, horæ V, minutiæ XLVIII, qui eſt circuitus noſtri anni. Anticipabunt etiam tempora æqualiter, niſi quod circa finem tot annorum anticipare poterunt diebus vt liquet ferme L X X V. Præterea æqualitas vbique perfecta inuenietur & certa ratio,

CAPVT II.

De Dierum diuiſione.

IN diuiſione autem horarum diei initium faciemus anni à die aliquo Sabbathi, vt ſi inchoëmus anno M D L X V, in decima die Martij, & eſt Sabbathi: ſed cum iam exactus ſit dies biſexti, melius erit vt inchoëmus ab anno, qui poſſit diuidi per quatuor, vt anno M D L X X V I: dies enim decima Martij eſt initium veris, & dies Sabbathi, & primus intercalatium, quoniam menſe præcedente exactus eſt dies ſuperabundans, & tunc poterit ſeruari ratio præcedens. Diuidemus ergo quemlibet diem cum nocte tota in partes octo, circuitum primum, vt poſt diem Sabbathi, ſequetur dies Iouis, inde Martis. Et ſciemos quâcunque horâ quis planeta dominabitur,, nam quartâ die à Sabbatho regnabit Sol, nunc tribuitur Marti, & quinta hora ab ortu Solis æquali regnabit Iuppiter. Et ita ſciemus de eueutibus. Poſtmodum dabimus primam horam diei ſemper Soli, & diuidemus quamcunque diem in vndecim horas, quia eſt primus numerus poſt ſeptem, in quo aſcendendo perueniamus ad Luoam: vndecima enim hora quæ erit vltima diei, perueniemus ad Mercurium, & duodecima quæ erit prima noctis ad Lunam: noctem autem eadem ratione in horas decem, & ita perueniet regimen ad ſolem vndecimâ horâ. Exemplum; perueni ego Bononiam anno M D L X I I, Die Quintadecima Nouembris, ſub fine tertiæ horæ æqualis diurnæ: Et manifeſtum eſt,

quod

quod fuit dies Iouis ex ratione dicta. Ideo duxi tria in octo, numerum horarum totius diei cum nocte æqualium, quæ diuiſi per viginti quatuor, & prodiit vnum: fit igitur tunc finis primæ horæ, & regimen rediit ad Iouem. Duxi etiam tria in vndecim, & facta ſunt triginta tria diuiſa per nouem min. octo, prodiere tria cum beſſe: fuit igitur hora quarta Saturni. Ergo totum regimen fuit apud Iouem & Saturnum, ſignificans diuitiarum & honoris causâ. Sed de exitu vide illorum ſtatum: Et Iupiter qui eſt primus dominus, fuit in dignitate ſua, ſed in ſexto loco: Sol verò cum corde Scorpij. Sed Luna fuit cum Saturno & cauda, & hoc eſt peſſimum: quo ad reliqua omnia & maximè quia erat in ſeptima, & indicat caſum aliquem repentinum, valde malum, quem Deus auertat. Sed quod ad rationem illam omnia ſunt optima. Et Venus eſt in aſcendente cum capite Draconis, & in oppoſito Saturni Lunæ & caudæ.

CAPVT III.

Miracula ſuppoſitionum.

Illud ſanè pro miraculo habendum, quod falſis cum ſuppoſitionibus atque abſurdis, ratio motus aſtrorum adeò ad amuſſim ſeruetur, vt vel in pluribus ſæculis vix momento aberrent. Qui quidem error etiam ex inſtrumentis & diuerſitate aſpectuum originem habent, non dico diuerſitatem nunc Mathematicâ, quæ in Sole vix percipitur, in his quæ ſupra Solem, nulla videtur prorſus: ſed quæ contingit ratione mediorum inter ſydus & oculum. Inſtrumenta autem quantumuis exacta, non exquiſitius quàm ad decimam partem vnius gradus peruenire poſſunt: nam maxima inſtrumenta diuidi ſolent; cum in plures, ſolùm inter mille ac ſexcentas partes. Et tamen Ptolomeus ſupponit paruos orbes in Cœlo, atque eos qui neque etiam circa proprium centrum æqualiter moueantur. Inſuper & Veneris ſphærulam talem, quæ terræ globum in ſe contineat: adeò abſurdæ ſunt ſuppoſitiones. Copernicus autem cum ſupponat orbem Lunæ, atque in eo elementa ipſa, cum terra velociſſimè circumagi ſolem, tantum abeſt vt aberret in tabulis, vt experimentis quæ per inſtrumenta fiunt, propius accedat, adeò vt tabulæ illæ tum maximè in Mercurij & Saturni ac Martis motu, ſint longè meliores. Id contingit, quoniam ſuppoſitionum Mathematicarum eſt viciſſitudo, vt etiam in Arithmeticis apparet. Vnde manifeſtum: quod ſi quis perfectam poſſideret rationem, circulorum veritatem aſſequi poſſet. Sint enim A.B. C. D. E. quæ idem poſſint, & experimentis ſatisfaciant: quia ergo hæc poſſunt quod F (gratia exempli) & conuertuntur in quouis ſpacio annorum; non ergo F poterit

A	
B	
C	F
D	G
E	

ſumi alio modo: nam ſi poſſit, ſumatur G. Et quia G ſatisfacit F, igitur conuertetur cum ſingulis A B C D E; igitur non erant aſſumpta omnia, quæ inter ſe conuertebantur. Ex his igitur quia F à cauſa prouenit naturali, neceſſe eſt vnum eſſe naturale, quare illud eſt vera cauſa F; latent igitur ſolum ob id, quod non perfectã habeamus Mathematicã. Sed Copernici opinio præter exquiſitam rationem ſupputandi id habet, vt conſeruet perpetuã æqualitatem motuum orbis cuiuſlibet, circa centrum proprium, quod etiam animaduertit bene Ludouicus Ferrarius, de quo aliàs. In vniuerſum quæ maximè abſurda ſunt, ea, quaſi in circulo res ageretur, propius ad veritatem accedunt. Hoc igitur magnum miraculum fuit humanæ ſolertiæ, per falſas ſuppoſitiones veritatem in motibus ſtellarum ſupputandis inuenire.

CAPVT IV.

De vitæ circuitibus.

Tota vita noſtra circuitibus quibuſdam conſtat, quos Aſtrologi vt reliqua omnia in aſtra referre conati ſunt: ſic vt primus circuitus quadriennio conſtaret, Lunæque tribueretur: ſecundus decennio, tribueretúrque Mercurio; atque ita de reliquis. Sed non conſtat hæc ratio in omnibus, neque in maiori parte, nec eſt circuitus appellandus ſed pars vitæ. Voco circuitus, quod annis aut mẽſibus quibuſdam, aut vtriſque, conſtat tempus, quod par ſimilia progreditur: primum velut totus morboſus, proſper, vel ad honores ac iſtiuſmodi licet modò maiores & euidentes, modò languidi & interquieſcentes, ſed tamẽ vndequaque ſibi ſimiles, & eundem tenorem ſeruantes. Deinde quod ipſi inuicem comparati, licet non æqualis, ſed alij (gratia exempli) ſeptem menſibus conſtant: alij decem & ſeptem annis, & viginti aut triginta, aut ſimiles ſunt, aut contrarij, vt in vno cuncta feliciter ſuccedant, in alio contrario modo. Et quandoque in eodem genere vt morbi & ſanitatis: quandoque diuerſis vt morbi & carceris, vel morbi & multitudinis filiorum. Et præter id accedit, quòd omnes hi circuitus ſimilitudinem quandam ad originem ſeruant: velut mihi omnia laborioſa, & miſta bona malis, & mala bonis: atque eiuſmodi. Demum quòd fines habeant ferme vndequaque ſimiles initiis ſuis, vt initium habeant à lenibus & languidis, bonis ſeu malis, & in eadem finiantur. Et ſunt vmbræ quædam illorum in ætatibus generales, vt vſque ad ſeptem annos dentitio, ad quatuordecim Venerea: ad viginti vnum incrementum in longum, ad vigeſimum octauum in latum, ad triginta quinque roboris: inde proceditur per incrementa, ſeu velis vt vſque quadrageſimum ſecundum conſiſtant

omnia, ad quadrageſimum nonum occultè minuantur: ad quinquageſimum ſextum prudentia augeatur, ad ſexageſimnm tertium ſtet, ad ſeptuageſimum occoltè minuatur, ad ſeptnageſimnm ſeptimum apertè decidat, ad octuageſimum quartum vires, ſcientia, prudentiáque corruant. Io bene tamen educatis ac remperatis remanent, velut veſtigia languidæ virtutis, & rectè viuendi normæ, velut in Theophraſto, Iſocrate, Gorgia Leontino. Alij vmbratiles ſunt in fortuna, vclut qui per decimum nonum annum terminanmr: io quibus quod Luna ad eundem locum redeat, quædam & euidentiora ſimilia accidere ſolent. Pereunt autem omnes in circuitibus malis, & in initio, & medio, & fine, iuxta naturam circuitus. Et com circuitus ſimiles ſunt, & vehementes, paruique, complent magnorum derreta maxima; accidunt luctus, mortes, exilia, paupertates, inimicitiæ principales, dedecora. Et maximè cum natura rei conuenerit ætati, vt honores iuuentnti, morbi ſenectæ. Et forſan hoc ldem eſt in regnis, ſed longius eſt: Et canſa eorum eſt illud, quod nobis & ex cauſarum concuiſu decretum vnicuique eſt.

CAPVT V.

De Loco & circuitu Saturni.

ET comprehenſum eſt ex tabulis Prutenicis, & obſeruatione planetarum, quod locus Solis euariat per vnam fermè partem, qnia centrum eccentrici aſcendit & deſcendit, ideò æquario variatur, & hoc in reditibus, quoniam Sol non peragit partem vnam, niſi in vna dic: ſi fuerint minutiæ tantum quinque erroris, erunt duæ horæ, in quibus aſcendit totum vnum ſignum, & plus etiam. Et ideò errabimus ſecundum opinionem eorum, qui reditus ſtatuunt non per ſigna æqualia. Et in Mercurio accedit ad duodecim partes, & in Marte ad quinque: Sed in Saturno ad duas penè, & obſeruabimus hoc anno, die XXVI. Ianuarij, cum iuxta tabulas Alphonſi deberer per regreſſum fieri coniunctio Saturni & Iouis, in quinquageſima miontia partis primæ Leonis quòd Iupiter erat propè locum, quæ ſcribitur in Ephemeride. Sed Orientalior ac borealior Saturno, & borealior quidem beſſe vnius partis: Orientalior autem penè duabus partibua, adeò vt propè mediam noctem, videretur Luna conſtituere cum illis triangulum iſocelem, ſed verè etiam videbatur Luna magis diſtare ab vtroque, imo à Saturno, quàm Saturnus à Ioue, adeò vt Ephemeris Prutenica vera ſit.

CAPVT VI.

Non ortum ſed generationem attendendam eſſe.

DVbitatum eſt à ſapientibus an futura præuideri ex aſtris poſſint? Mihi hîc de hoc propoſitum non eſt diſputare, cum argumentum operis ab hac tractatione contentioſa abhorreat. Vnum ſat dixiſſe ſit, ſi vera ſunt quæ de oraculis feruntur, non ortum ſed generationis tempus obſeruandum eſſe. Quippe referunt Laio nondum nato filio, reſponſum, quod patrem occiſurus eſſet: vnde illum expoſuit & ſatis crudeliter, appenſum à pedibus arbori: Et Cratino, quod Siculis & Carthaginienſibus, quem in vtero gerebat vxor, magnas eſſet calamitates allaturus. Itaque & ille expoſitus, & cuſtoditus tamen euaſit, Agathoeléſque vocatus eſt à materni aui nomine. Sed id de Oedipo ſupra fidem omnino eſt; At hoc de Agathocle etiam difficile creditu. Fieri poteſt aliqnid prædictum, ſed auctam fabulam quod expoſitus fuerit, ad augendam ſpem cum illo ſentientium, terrendóſque hoſtes: nam huiuſmodi ſycophantijs tota illius vita plena fuit, quemadmodum & multorum aliorum, qui ex humili loco ad magnam fortunam euecti ſunt. Sed ſi modo ea Fati cura fuit, nam aliquos fuiſſe credo ex generatione ipſa potius, quàm ortu: aut alia quauis via diuiniore ortum habuit.

CAPVT VII.

De Eclipſibus.

SÆpe contingit, vt ante Eclipſes præcipuè Lunares magnæ pluuiæ decidant, interdum magnæ ſiccitates: quandoque plumbea tempora, atque huiuſmodi immoderata, quæ nonnunquam quindecim ante diebus incipiunt. Cauſa eſt, quòd cum in futura coniunctione Eclipſis Solis futura eſt in oppoſitione præcedente, circiter dies quindecim futuram eclipſim, aut per totidem dies ante lunæ eclipſim, in coniunctione Luna eſt propè viam Solis quandóque, imò perſæpè valde. Cum ergo plena luminibus iam propè eclipſim rurſus redeat in viam Solis, à qua per tres dies parum abeſt, neceſſe eſt eâ accedente, fieri eò maiorem conſtitutionem, quò Luna viæ ſolis proximior fuerit. Contingit autem in magnis obſeruationibus, fieri quandóque minorem effectum, & iure, cum Luna longius ab ea via abſit: exiguum enim interuallum multum facit. Sed & Domini locorum, & loci denſitas vt ſtellæ quibus obuiat luna, plurimum faciunt. Hæc itaque cauſa eſt, dum accedente Luna ad

eclipſim

eclipſim aër hæc patitur, non quia eclipſis immineat, ſed quoniam dum futura eſt eclipſis, neceſſe eſt ante dimidium menſis, & propè illud tempus, Lunam eſſe propè viam Solis, & accedere magis ad eam, & vacuam eſſe luminibus aut plenam. Cùm ergo hæc tria contigerint propter eclipſim, & propter eadem temporis conſtitutio, exiſtimari poterat hæc euenire propter eclipſim imminentem atque venturam: Obſeruare autem oportet non ſolum eas, quæ fiunt ſupra terram, ſed etiam dum eclipſantur, luminare quod ſub terra fuerit: nam ſi oppoſitiones & coitus luminarium factæ ſub terra, mutant aërem adeò manifeſtè, vt parum differre videantur ab his, quæ ſupra terram fiunt, cur in deliquijs non idem eſt exiſtimandum.

CAPVT VIII.

De Fortuna hominum & varietate.


ESt etiam illud conſideratione dignum, de quo multi dubitarunt: ſcilicet an ex aſtris pendeat fortuna & exitus hominum. Equidem vt dixi, non ita vt à Fato ſecernantur: neque enim Mercurius Lunæ iunctus, huic vel illi præſtabit, vt aiunt, ex oratoria arte; ſed cum velut hypomochlion ſint aſtra ex minima variatione, magnæ accidunt diuerſitates: præſertim ob aſtrorum ad noſtra corpora & fortunas comparationem. Sed velut duobus natis vno ex ruſtico, altero ex gnauo patre: illi quidem ob natalium humilitatem, paupertatem, educationem, ferox animus & ſtrenua opera efficiunt latronum ducem, non tamen fortem, ſed calidum, audacem, formidabilem, qui poſt multas cædes & flagitia, raptus virginum, pœnas pauper publicè luat; hunc verò ducem militum in ſtabili fortuna collocet, qui vel in lecto ſuo moriatur, aut in prælio diues, cum filijs, ſtirpe inſigni; ita in reliquis exiguis momentis, res hominum, ingenia, fortunáque diſtinguuntur. Ita & regiones, & ætates, & leges ac conſuetudines, ac ritus, euariant ſingula, vt quidem genijs nobis nota eſſe non poſſint. Sunt igitur non ſemina tantum, non cauſæ; ſed violenta vniuſcuiúſque rei initia. Naſcitur ergo Rex & municipij ſui primarius eodem momento, quin etiam multò honoratior hic, quàm ille conſtellatione; nam huic parent natu maiores & potentiores, vltrò illum deſpiciunt etiam cum tot ſatellitibus ſubditi: imperabit tamen Rex ille deſpectus honeſto ruſtico, & occidet, quoniam generalis ordo propriæ geniture præualet. Ita omnia metiri oportet, & vt inuicta pleraque obſeruare. Neque finem proponi quiſquam opinetur, ſed tantùm media; velut ferociam, iuſtitiam, crudelitatem, libidinem atque huiuſmodi: tum verò & ad hunc hominem, & hanc prouinciam, & tempus, & familiam, ſympathiam &

antipathiam, vt ad eum qui Martem habet in oppoſito aphetæ, vt occidatur ab eo, & ad eum qui habet Saturnum in oppoſitum bonæ fortunæ, vt vituperetur ab eo, & detrimentum patiatur, & à Iudice extorquendo à milite per vim, ab inope per furtum. Commiſcetur ergo iudicium vnum per tres differentias, cùm ſit idem, iuxta connexas qualitates; velut dolus cum impudentia & ita ad perniciem deducit, cum blanditijs & liberalitate ad opes: vterque dolo lucratur, ſed vario modo ob reliquas animi conditiones, & per comparationem ad ſubiectum in debili, robuſto, diuite, paupere. Latrocinia Regum laudamus & veneramur, pauperum longè minora, atroci morte & magna cum deteſtatione punimus. Ita nobilis aut ſapientis ac reliquorum: Et per comparationem ad religionem, legem, locum, conſuetudinem, & homines ipſos. Qui ergo hæc teneat, Fatum habet extra omnem vim aſtrorum, cuius ſigna alia ſunt, & per alia.

CAPVT IX.

De diebus ſolſtitiorum.

MAgna vis proculdubio Solſtitiorum: de ea nunc mihi ſermo eſt, quæ eſt manifeſtiſſima; non de illis prodigioſis, quod alia floreant, alia folium circumvertant, nam de his alio loco tractatum eſt. Sit ergo circulus A B, cuius pars nobis propinquior A B, remotior C D in eclyptica paralleli, dum Sol tranſit ex A in B



E, & ex C in D H: dico quòd in die ſolſtitij neceſſe eſt mutari valde calorem, aut frigus, & longè magis quàm in antecedentium dierum vllo & ſequentium: in ſequentibus autem magis quàm antecedentibus ſumarat. Ergo arcus æqualiter diſtans à ſolſtitijs F & G, quem Sol perambulat in reuolutione parallelorum E & H, & ſit locus noſter K: quia ergo in arcu A B quælibet puncta æqualiter diſtant à puncto K, in eadem die eſt ac ſi Sol moueretur ſolùm per A G, vel H F: igitur dimidio tardius eà die quàm reliquis, ſed res immota vt calefacit, calefacit vehementius, & vt non calefacit, minus calefacit immota; igitur in vtroque die ſolſtitij tantò magis augebitur calor

 aut

ant frigus, quantò portio A B comprehenſa maior erit In comparatione ad totam diem, ab ortu ſolis ad ortum, in quo comprehenditur punctum ſolſtitij. Et hæc permiſtio fit varia, ratione totius diei naturalis, in qua extremæ partes æqualiter à ſolſtitijs differunt, ſed originem non ſemper habent hi dies ab ortu ſolis, niſi rarò. Ergo ex his duabus proportionibus, tertia conficitur, vt ſit cum valde propè fuerit, etiam valde propinqua duplæ. Secunda cauſa eſt, quod vt demonſtratum eſt à Gebro, & inde à Ioanne Montetegio, arcus quem peragit Sol in diebus parallelorum, E & H non variant declinationem, nec minuto vno, imò ne medio quidem: igitur In totis parallelis circulis ad ſenſum fertur: Cumque nos quaſi in centro ſimus, comparatione paralleli, non declinationis à linea, quæ à centro terræ ad nos, ſequitur vt hoc etiam ſecundo modo ſol quieſcere videatur. Ideò calor & frigus augetur. Tertia cauſa eſt communis omnibus diebus, qui ſunt poſt ſolſtitium: vſquequo declinatio manifeſtè variatur, quod accidit poſt X X. dies à ſolſtitij die, tunc enim augetur ſexta parte vnius gradus: ſed cùm proportio fuerit eadem ſemper in maioribus quantitatibus, maior fit exceſſus & minus diminuitur proportio, quàm exceſſus augeatur; exceſſus eſt coaceruatus ex pluribus proportionibus, ergo ad multos dies neceſſe eſt magis intendi calores & frigora, licet ſol ſit magis procul à ſolſtitiis, quàm ante ſolſtitia, cum iam prope ſit.

CAPVT X.

De numero ſtellarum.


STellas inſignis magnitudinis quæ videntur, Prolomeus ſtatuit M X X I I, atque in his adnumeratur Canopus, qui ab Antartico diſtat partibus XXXVIII. iſque videtur in Alexandria, à nobis non videtur: duo alij etiam apparent Antarctico propinquiores, cum X I I I. ſtellis lucidioribus, vt Americus Veſpucius affirmat ſe vidiſſe, ſed ſit ſumma earum L X X X I I: erunt igitur ſtellæ omnes quæ in cœlo videntur numero mille & centum. At cum cœlum eſt ſerenum, multò plures videntur vno intuitu, quæ ſunt minutiſſimæ, ideo numerus earum referri non potuit. Non ergo ſic intelligendus eſt Ptolemæus vt tot ſolùm videantur ſtellæ, nedum vt ſint, ſed inſignis magnitudinis: namque videntur etiam apud nos vno intuitu, multò plures ſunt quinque millibus, ſed partim effugiunt viſum, partim non diu ſubſiſtunt: aut paucis, quorum videndi acies non ſolùm acuta eſt, ſed firma. Eiuſmodi ergo eſt ſtellati orbis conditio: quæ verò inſignis ſunt magnitudinis, in ſex ordines diuiduntur. Verùm vt ad coniecturam redeam, altitudo X X X I. eſt ſemicirculi paulò maior pars ſextante, & dimetiens magnitudinis erit partium L X I I: dimidium XXXI, quadratum DCCCCLXI: igitur minor pars dimetientis ſphæræ in quam cadit, eſt minor partibus I X, cuius quadratum eſt L X X X I: igitur latus deſcendens eſt X X X I I. cum tribus partibus ferme ex decem. Etenim area eſt M X L I I. igitur proportio totius circumferentiæ ad illam partem vt quadrati C X X. & eſt X I V. M C C C C ad M X L I I, ideſt vt X I V ad vnum: reſidui ergo ad partem illam velut X I I I ad vnum. Sunt autem vt dictum eſt in noſtro orbe ad altitudinem poli X X X I. partium ſub finitore, Alexandriæ Ægypti notæ ſtellæ inſignis magnitudinis M X X I I. tertiadecima pars M X X I I eſt L X X V I I I, quæ additæ ad M X X I I efficiunt ſtellarum inſigniorum totius cæli ferme numerum M C: prout dictum eſt: omnium autem quæ videntur pluſquam decem millium: numerum autem earum quæ ſunt in eo Octauo orbe, vel ſi ſupra etiam ſint aliæ, quæ ex incorporeo orbe ſunt, norunt. Nugantur ergo Philoſophi manifeſtè, dicentes: ſi aliquid à nobis eſſet, quod cognoſci nequiret, ſuperfluum futurum; cum in hoc ſolo ordine penè ſint infinita, atque ex ordinibus totidem etiam aut plura.

CAPVT XI.

De cubiculo Orientem excipiente.

OMnes orientis oram vt ſalutarem præponunt tam in regionum ſitu, quàm ventis & aquarum exortu ac cubiculis, quod & facillimum eſt, & vtile admodum hominibus: nemo tamen modum definiuit, vel in hoc, vel in illis, cum Vitruuius rem attigiſſet *in 6. & 9. libro cap. 5. & 9.* ſeu quod alterius argumenti res videretur, ſeu quod ardua nimis: nobis verò eam aggredi volentibus, id primum quod *in libro de proportionibus propoſ. 130. cum octo antecedentibus* ſcriptum eſt, attingere neceſſarium erit. Eſt autem: *Datâ regionis altitudine, & ſolis loco proportionem gnomonis, tam ad umbram rectam quàm verſam, vel etiam in cylindro determinare.* Sit ergo vt in Horizonte datæ altitudinis A B C D, Meridianus ac æquinoctialis B D, Tropicus Cancri ſeu æſtiuus F G, hyemalis H K: circulus per centrum mundi & verticem noſtrum, vt demonſtratum eſt *in eodem libro*, tranſiens per puncta B D, communia æquinoctij circulo & Horizonti E L M N O. Dum ergo ſol erit A B F B vel D G', orietur Sol à parte Boreæ. Cognito ergo loco Solis habebimus horas diurnas

diurnas tam æſtate quàm hyeme : quarum tertiam partem ab ortu , dum Sol



eſt in B F vel D G dabimus orienti , in æſtate autem dabimus quartam partem ſolùm horarum inæqualium eidem Orienti, & figemus locum ingreſſus in cubile, dum Sol eſt in punctis F B H & G D K, ducemúſque lineas per illa tria puncta ex parte orientis, & in æſtate per finem tertiæ horæ inæqualis , quando locum irradiat ſol, & in hyeme per finem quartæ horæ inæqualis, tam in plano quàm pariete ad Orientem reſpiciente, & fient duæ lineæ conicis ſectionibus quaſi ſimiles, quarum quæ in pariete erit, feneſtræ terminos claudet ; & eadem iungetur ad voguem ei quæ eſt in plano finiens eandem feneſtram : ita tamen vt planum non ſolùm ſolu, ſed ſuperficies ſolo æquidiſtans intelligatur ad altitudinem ſurculæ pectoris hominis , vbi imum feneſtræ inchoare ſolitum eſt.

Et quoniam amplectetur partem Boreæ , vt viſum eſt, tantundem ferme relinquet in hyeme, ideo & pars illa verſus Boream altior aperta erit ; & clauſa humilior ad meridiem, atque ſic rationem ventorum ſeruabit. Oportebit etiam decorem addere : tum valuis feneſtrarum ad temporum viciſſitudinem accommodatis, vt tam æſtate quàm hyeme, & aperta & clauſa pro opportunitate ſit, & nihilominus quadrata ſemper appareat. Meminiſſe præterea oportet earum partium, quæ dum Sol aſcendit aut vltra diei horam quartam hyeme, ſeu tertiam æſtate illuſtrat. Vbi enim primùm cæpit illuſtrare, concludenda eſt feneſtræ amplitudo & à meridie , ideſt verſus ſe & ab humili ſede , vt ſolùm locus orienti pateat. Præterea etiam vbi Oriens in aliqua regione multum patet, præcidendi limites vtrique ſcilicet Orienti & Meridiei communes, vbi anguſtum aperiendum, quicquid à Sole ad eam vſque horam illuſtratur, ſcilicet tertiam æſtatis & quartam hyemis, etiam ſi poſt illam accedente ad Meridiei circulum Sole locus illuminetur. Magis autem meridiem verſus admittendus eſt locus , quàm in infima parte : cum tamen ex illa nihil omnino prætermittendum ſit , quod à Sole illuminetur horis Orienti dicatis, vt non pateat.

LIBER NONVS.

PARALIPOMENON.

De Mathematicis quæſitis.

CAPVT I.


Recta cur validiora.

REcta cur validiora vt radij & percuſſiones? De radiis minor eſt dubitatio: reflectuntur enim iu ſeipſos, ideò geminata vis. Er quantò propior recto reflexio, eò minore ſpacio colliguntur radij omnes: ideò validior, quàm in angulo obruſiore. At in ictibus ſiquidem ad plaoum, ſecundum naturam grauis eſt, cum ad centrum tendant; & ideò tantò validiores quantum eſt pondua grauitatis, quò remotiores tantò leuiores: ad aliam enim tendit partem graue, ad quam per violentiam ferebatur. Ideoque etiam quantò à perpendiculo remotior eò leuior. Rurſus verò generaliter omne corpus planum habet quo planum tangit. Et ſi rectè feriat toto totum ferit, vt aër diſſipari non poſſit; quare ictus grauior efficitur. In foramen autem ſi incidat, non adeò eſt violentus propter aëris multitudinem. Condenſatur enim, ideò leuiorem ictum reddit: ſed ſi præueniar, grauiorem etiam frangit. Ideo & radiorum & ictuum eò maior vis, quò rectiores fiunt.

CAPVT II.

Corpora quatuor rationalia tantum eſſe.

RAtioualia dico quæ rotunda ſunt: eâ enim ratione æqualitatem quandam ſeruant, etſi neque omnimodam, nec vnâ rantùm ſuperficie claudantur. Sed ſingula fiunt deſcripto à recta rectæ orthogoni angulo, iuncta circulo; altera verò circumacta. Quæ cum ſit vel recta, vel circularis (nam niſi hæc duo genera rationalium ex ſuperficie inueniri poſſunt, quamuis corporum auxilio ſecus,) vtraque autem bifariam dicatur, circularis, ſemicirculus, aut portio minor, recta pendens, aut ad perpendiculum, neceſſe eſt tantum quatuor corpora regularia generari. Sit enim linea recta A B, cui in medio inſiſtat C D ad perpendiculum, aut in imo B C. Et ſi in medio ducantur A D B, ſemicirculus vel portio minor A E B. Sed ſi ſit in imo,




ducantur A C & C D ad perpendiculum circumacta. Igitur C D vel B C creabuntur ex ADB Sphæra primum corpus regulare, ex A E B ouatum corpus: nam ex maiore parte ſemicirculi quàm ſit A D B fiet corpus anomalum: In ſecunda autem figura fiet ex A C conus, & ex CD Cylindrus, deſcriptis circulis ex CD vel BC, vt ſupra dictum eſt. Non igitur poſſunt eſſe plus quàm quatuor corpora regularia cum ſuperficie obliqua, quod ab initio propoſuimus.

CAPVT III.

Lineas in plano obliquas quatuor tantum eſſe: & quomodo deducantur.

PRoponantur in linea A B ipſa duo puncta, & in medio D, & ſit punctus in linea D C ad perpendiculum: dico quod poſſunt duci per A B C, quatuor lineæ rationales, ideſt deſcriptæ in plano, A B C ſcindente vnum ex corporibus regularibus, & ita poterunt fieri demonſtrationes pulcherrimæ in plano, iuxta doctrinam auctorum quos docebo.




Primum igitur liquet ex Euclide quod poterit per A B C duci portio circuli, & illa erit in ſuperficie plani eiuſdem ſecantis

tis ſphærum. Et quia hoc facilina fiebat per planum, non induxi corpus ipſum ſphæræ.




Demonſtrationes ex Euclide habentur.

Poſt etexi ad perpendiculum plani ACB lineas, vtrinque ex puncto D æquales inter ſe, & longiores D C (oportet autem D C maiorem eſſe D A & D B) quæ ſint D E & D F, & per eadem ducta periphe-




ria per F A fiet circunducta A B, citca D cnipus ouarum cuius dimetiens erit A B. Et quia DC eſt maior DA ex ſuppoſito, & minor D E erit, vt inueniamus in portione A E punctum G, qui æqualiter diſtabit à D & C. Ducto igitur plano per ABG, fiet in ſuperficie linea regularis, quæ tranſibit per tria puncta data. Et quia E F linea, infinitis ſub quantitatibus accipi poteſt: ideo linea quæ tranſibit per illa tria puncta, licet ſit ouata in genere & vnius ſpeciei, poterunt tamen eſſe numero infinitæ quantitate diſtinctæ. Et inter cæteras vna, quæ erit in plano æqualiter diſtante à diametro E D F. Demonſtrationes à nobis habentur in *Quinto decimo Elementorum*.

Rurſus ſumatur A B cuius medium & in DC ad perpendiculum C, & in DC ſumatur E, & ducatur circulus ex eadem



A E B, cuius centrum F, & ex centro ad perpendiculum plani erigatur FG longior CD. Erit ergo F in plano circuli, & G coni vertex. Deducto igitur G H circum circa fiet conus, ductaque G E erit longior C F, quare etiam D C: igitur reſecta ex E G æquali C D, & per illud punctum & A & B plano ducto patet Intentum. Liquet autem quod poterit duci ſuperficies, quæ parabolem faciet, & quod vt prius erit vna linea genere, puta hyperboles, quantitate autem quæ different infinitæ. Vt autem fiat paraboles, erigatur ſuper D ad perpendiculum, antequam fiat conus, facto ſolum circulo AEB, & educta ad perpendiculum F G æqualis lineæ D C, & ſit DH, & ducatur ex E per H recta, donec occurrat F G: ſunt enim in ſuperficie vna, & ex illo puncto in quem ceciderit ducta linea EH fiat conus, & manifeſtum eſt quod trigonus A B G erit in parabole: ducto igitur plano fiet paraboles in qua erunt tria puncta A B C, ſeu æquali in diſtantia poſita. Demonſtrationes habentur ex *Apollonio Pergeo*.

Demum proponatur C vt prius, in D C linea ſuper A B ad perpendiculum: & accipiemus vt prius punctum E in illa, & ducemus circulum A E B, & ex centro F & E, ductis ad perpendiculum lineis E G



& F H, circumacta F E & E G deſcribet cylindrum, quantæcunque altitudinis volueris: & quia DC eſt maior D E, & E G maior D C, poterimus ducere ex D æqualem D C, quæ finem habebit in E C. Ex igitur puncto deducto plano per A B, habebimus intentum. Demonſtrationes autem habentur ex *Sereno de Cylindris*. Etſi licet hic parabolem cylindricam inuenire, tamen loco eius tam in hac quàm in ouata fit figura contrapoſitarum æqualium, cum planum per centrum tranſierit, eædémque ſunt regulares. Sed in cylindrica ſi non recta ceciderit, tranſire neceſſarium eſt.


CAPVT IV.

Contrapoſita.

Contrapoſitæ ſectiones dicuntur, cum duos conos ex vertice coniunctos, atque ſic oppoſitos, vt duæ lineæ in vtriuſque ſuperficie à vertice ad circumferentiam circuli baſis ſe ſecent, vt ſint coni æquianguli, in ipſo vertice plana vna ſuperficies vtroſque ſecans, & vſque ad baſim extenditur. Vnde conſtat tales ſuperfi-

cies

cies eſſe hyperboles; Nam ſi eſſet ellipſis totum coonum vnum tranſuerſum diſſeca-



ABC *conus.*
EFB *conus.*
ABF, CBE } *Linea in conorum ſuperficie.*
H *Axis paraboles.*
K *Axis ellipſis.*
NOP, QRS } *Hyperboles contrapoſita.*
LNOM *Axis earum.*
NO, OP, QR, QS } *Latera obliqua.*
OP, RS } *Hyperbolum baſes recte.*

ret, quare non alium conum dioideret: Parabole æqoidiſtaret lateri, & ita caderet extra alterom conum. Conſtabunt ergo ſingulæ duobus obliquis lineis in ſuperficie,& recta in baſi ipſius coni. Maoifeſtum eſt autem quod ſi vertices harum à coni vertice æqualiter diſteterint, quod erunt omnino ſimiles,aliter non.


CAPVT V.

Mirabile inſtrumentum.

EST apud eundem Ludouicum Ferrarium quadrantis opus cuiuſdam Ioannis Bonij chartarum ſimplicium, quales hæ ſunt, quadraginta:cuius duo latera quæ ad centrum recta diuiduntur, duodecim diuiſionibus geminatis hoc modo, vt per duodecim diuiſiones conuerſo ordine numerorum ad ſexaginta perueoiant. Limbus autem in decem octo partes diuiditur: ſingulæ habent quinque quos vocant gradus, vt ſint gradus nonaginta quatuor or-

Centr.	5	10	15	20	25	30	35	40	45	50	55	60
Quad.	60	55	50	45	40	35	30	25	20	15	10	5

5	60
10	55
15	50
20	45
25	40
30	35
35	30
40	25
45	20
50	15
55	10
60	5



dinibus, vt laterales duobus, diſtiocti extremi à 270 ad 360,& à 5 ad 90 continent, nomeris ex aduerſo poſitis, vt etiam in lateribus; ſic & medij duo ordines à 90 ad 180, & à 180 ad 270, etiam ex aduerſo poſiti, vt 180 reſpondeat 185, & 175 ad 190, ſicut & 5 ad 360, & 10 ad 355. Spatium medium complent rectæ lineæ ſolum decuſſatim à rectis lateribus ad limbom venientes,tot quot ſunt gradus in quolibet latere, vt ſint nonaginta lineæ tranſuerſæ, totidem per longum: nec aliud quicquã præter duo perpendicula; vnum album, alterum nigrum, cum duobus orbiculis in vtroque; vno albo, altero nigro, per filum ſupra infraque vagantibus, ſic vt ſiſti quouis loco fili valeant, hæc in centro quadrantis appendi iubet. Exterius vt mos eſt tabellæ viſoriæ per quæ aſtra inſpiciantur. A tergo oihil erat, ideò ea pars deſiderabatur. Vſus eius ad molta admirabilis, præcipuè tamen ad omnia ea quæ fieri poſſunt per tabulas primi mobilis: nam lineæ illæ tranſuerſæ, ac ſecundum longitudinem ductæ, ſinus rectos & verſos oſtendebant, doctrinam demonſtrati nam hoc inſtrumentum parit, atque exactam. Eo autem ad quatuor præcipuè vtebatur: ad primi mobilis operationes, cuinſmodi ſunt declinationes, aſcenſiones rectæ obliquæque; vnde domorum cœli diuiſiones, circuli poſitionis directiones. Deinde ad vmbrarum ſcientiam, ex qua horologia ex perpendiculo & inclinata, & ex æquidiſtante horizonti, cuiuſmodi in muris fabricari ſolent: etiam publicè in vrbibus vritur eo, ad Planetarum loca, longitudines, latitudineſque ac eleuationes dignoſcendas, tum etiam aliarum ſtellarum. Demum ad ſupputationes quaſdam Arithmeticas, maximè Aſtronomiæ ſeruientes, vt ferme inſtar ſit, ſed & magis generalis tabulæ

bulæ, quam manualem appellant. Idem ſcripſit opuſculum Quatuordecim foliorum, de compoſitione & vſu inſtrumenti quod vocat *omne regnum*, quod quidem in eundem tendit finem, in quem & primum: ſed eſt multò inferius, ex quo dignoſcitur leuitas quædam: ſed ignoſcendum eſt, cum diuerſa in ſtudia mathematicarum & rerum tractandarum, morumque, floruit enno milleſimo quingenteſimo, in cuius menſe Septembri ſub initio perfecit vtrumque horum operum: extat & hoc ſecundum apud eundem.

CAPVT VI.

De Proportionibus.

CVm omne dogma eò tendat, vt finem artis conſequamur; catenus ſignificata nominũ extendere atque diſtinguere decet, quatenus vtilie' ſint: ita tamen vt interpætatio nominum minimè ſit anceps. Et ratio quidem ſeu proportio quæ λόγος etiam Græcè dicitur, bifariam dicitur: propriè & trãſlata in ſignificatione. Et propriè quidem, eſt duarum quantitatum eiuſdem ſpeciei hebitudo ſeo comprehenſio: nam etſi habitudo apud Terentium & authorem Rhetoricæ ad Herenniuм aliud ſignificare verbo tenus videatur; ſi tamen ad ſenſum reſpicias, & bene introſpicias in quo Latini vtuntur, tam habitudo quàm comprehenſio proportionem ſignificant.

Tranſlatitio autem nomine dicimus comparationem duarum quantitatum, quæ iuxta magnitudinem rationem aliquam habere poſſunt.

Propriè dictæ proportionis vna eſt ſimpliciſſima, alia autem deriuatiua. Simpliciſſima eſt duarum primarum quantitarum eiuſdem ſpeciei comprehenſio ſeu habitudo. Videtur autem conueniens nomen magis habitudo quàm comprehenſio, propter eam quæ eſt minoris ad maiorem, ſed & minus maius quadam ratione comprehendit. Sed ſi non libet, habitudine vtamur: nos autem vtroque vtemur, quoniam hic ſenſus etiam aliquid altiue continet. Videntur autem duæ primæ quantitates; vna continuarum initium linea, altera diſcretarum numerus. Et quæ ab his paululum recedunt, continuæ quidem angulus, numerum autem partes & latera; & numeri ratione quadam cogniti laterum ex genere, ſed cuiuſnam ſint quantitatis latera, incerti quam rem vocamus.

Deriuatiua autem (quoniam de continua hic tractare principaliter propoſuimus, ideò & exempla de illa ſolum ſubijcere decreui) eſt, cum quantitates eiuſdem ſpeciei comparantur, verùm non primæ vt ſuperficies ſuperficiei, & corpus corpori: & qualitas qualitati eiuſdem ſpeciei, color colori, & magis verè album albò, & ſonus ſono. Quadratum enim quadrato proportionem non habet, niſi quia licet efficere ambo rectangula eiuſdem altitudinis, vt ſit ratio earum ſuperficierum velut linearum, quæ pro baſi ſubijciuntur. Hæc igitur eſt prima ratio deriuatiuæ proportionis, quæ eſt inter rectengula eiuſdem altitudinis. Tertia propriè dictæ rationis, ſeu ſecunda derinatiuarum, eſt velut quedrati ad quadratum: nam neceſſe eſt vt tranſmutetur ad primem deriuatiuarum, vt ex ea ad ſimpliciſſimam traducatur. Hæ verò quantitates ac figuræ etiam eiuſdem ſunt ſpeciei. Quarta ſpecies eſt diuerſarum ſpecie figurarum, eiuſdem tamen vt quantitates ſunt, ſcilicet ſuperficies, velut quadrangulum triangulo dicimus duplum, non vt figura ad figuram, ſed vt quantitas ad quantitatem. Sunt tamen figuræ eiuſdem generis, licet non ſpeciei eiuſdem. Quinta eſt diuerſarum genere primo, cognitarum tamen, velut cum comparamus Parabolem quadrato: vna enim obliquarum eſt ex genere, alia rectarum figurarum, vt magnitudines; tamen ſunt planæ ambæ ſuperficies; & ea eadem ſpecie, ob id & proportio nota eſt. At cum fuerit ignota ratio, fiet ſexta comparatio, quæ non continetur ſub propria proportione, cum ſimpliciſſima ſit, neque ad ſimpliciſſimem reduci poſſit, ſed ſub tranſlatitia continebitur; licet hîc ob ſimilitudinem adnumeretur. Septima eſt, cum quantitates generis primi non eiuſdem ſunt, comperari tamen iuxta æqoalitatem poſſont, velut ſuperficies embiens ſphæram, quæ plena non eſt, circulo per centrum deſcripto, cum ſit quadrupla: circulus tamen ſuperficies plaua erit, hæc remotior, ſed tamen etiam propriè dicta proportio. Octaua quæ ſimilitudine inter proprias numeratur; neque enim tranſlatitia eſt, cum ſub aliquo primo genere contineetur; quod eandem rationem haber, eſt, cum neque vt figura, neque vt nota comperantur, neque etiam ſub primo genere ſuperficiei continentur: vt ſuperficiei ſphæram ambientis, aut eius partis ad quadratum inſcriptum maiori eiuſdem ſphæræ circulo. Hæ igitur omnes propriæ dictæ proportionis per ordinem ſpecies: & cot, & quomodo ad ſimpliciſſimam deduci poſſint ac debeant, declaratum eſt.

Quæ verò quantitates imperfectæ ſunt ad perfectas, nullam prorſus neque propriem, neque tranſlatitiam faciunt rationem, velut angulus: neqoe ad lineam, neque ad ſuperficem, aut corpus: neque latus ignotum ad notum, aut numerum: atque ita de imperfectarum quantitatum ad perfectas comparatione habeatur dictum. Inter ſe autem comparatæ rationem habent. Et aliæ per has dignoſcuntur, velut arcus per angulos, & res per numeros.


Nomeri autem non ſolùm primæ ſunt quantitates, ſed etiam per ipſos rationes definiuntur vt ſint prime cognita. Continua enim quantitas, quoniam neque in paruitate principium haber, neque in magni-

tudine ignota eſt, niſi referatur ad numerum. Sed & proportio, quoniam principium aliquod per ſe notum eſſe neceſſe eſt. Id autem eſt vnum ſeu monas. Proportio ergo, cum neque ipſa principium habeat præter æqualitatem aliud: hæc autem vt *in libro de proportionibus* demonſtratam eſt, ſit ex vno & monade, etiam proportio per numerum dignoſcetur, & numerus alio modo per comparationem dicetur, alio modo vt proportionem declarat.


Per tranſlationem autem proportio quatuor modis dicitur: vel comparatiuè vel vt producit aut gignit, aut vt continet aut efficit. Vt efficit dicimus, ſi fides æqualis craſſitiei æqualiter tenſæ, ſexquialteram rationem habeant: minor autem ad aliam epitritam in longitudine diapaſon conſonantia, compoſita ex diapente & diateſſaro. Hic tranſimus ex proportione corporum ad ſonos: comparatione vt dupla in albo & in ſono. Quia enim proportio eſt in numeris, vt declaratum eſt: numeri autem primæ quantitates, eiuſdem ſpeciei fiet proportio inter proportiones, imò ſimpliciſſima, quæ tamen ſecunda appellatur: vt autem efficit, dicimus quadratum continere, & habere rationem ad latus ipſum, latus & vnamquamque ſuperficiem quadratam rectangulam habere proportionem, ad baſim altitudinem, & ad altitudinem baſim. Gignit autem, cum natura ex proportionibus elementorum hoc aut illud facit. Ratio autem temporis ac motus, aut ponderum etiam tranſlatitia eſt, & ad comparationem, & generationem transfertur, ſeu naturæ vim: vt ſit quaſi miſtum quoddam ex ſecundo & Quarto genere.

Porrò ſecundum ac tertium genus maximè ad Mathematicum ſpectant, propterea de illis hic agendum eſt. Dicimus ergo primùm ſuperficiem ad lineam habere proportionem aliam lineam, atque hic eſt primus modus; ſecundus corporis ad ſuperficiem alia linea ſcilicet: hic tamen remotior eſt; Remotiſſimus corporis ad lineam ratio, & eſt ſuperficies. Commutantur autem proportiones vt dixi inuicem, conſurgúntque proportiones ſecundæ. At nunc ſolùm id agendum, quomodo hæc genera proportionum per tranſlationem ad proprium reducantur, tum etiam vt dignoſci poſſint. Principio ergo ex hoc ſumpto, quòd proportiones per numerum dignoſcuntur, & numeri principium eſt vnum, cuius innatâ cognitione cæteros omnes dignoſcimus. Si ergo vnum ſtatuamus principium, commune in tertia ſpecie tranſlatiuæ proportionis haud dubiè; & hoc genus ad propriam & ſimpliciſſimam proportionem reducetur. Manifeſtum eſt autem vno exemplo quòd Euclides docuit, & proportiones ſimiles inter quantitates, quarum proportio non eſt inter illas, & quomodo etiam ex vna in aliam tranſgredimur: velut quòd non ſolùm proportio ſit angulorum, velut & arcuum & portionum circuli ab ipſis comprehenſorum, ſed quòd ſub angulo magno magna portio continetur. Demum vt dixi quòd proportio habetur abſque definitione numeri, quoniam non prima eſt ſed ſecunda, quæ ab Euclide demonſtratur, ſi quis rectè animaduertat, & in rectilineis & obliquis figuris.

Dico igitur quòd propoſitis duobus cubis (ita voco breuitatis causâ ſolidum



quadratum vndequaque) *A B*, *C D*, & conſtat quod cubi *A B* ad quadratum *AB* ratio eſt *AB* linea: & quadrati *AB* ad *AB* lineam, ratio eſt *AB* linea rurſus. Conſtat tertio quod ex *A B* in ſe fit quadratum *A B*, igitur cum ſint tres quantitates continuæ proportionis, & prima ſit latus ſecundæ, ideſt linea *A B*, quadrati *A B* erit *A B* linea ſecunda, à monade in proportione, *A B* quadratum tertia, AB cubus quarta: per idem *D E*, *C D*. Sit ergo E monas, quæ eſt in continua proportione vtrinque, & ſemper erit eadem, quare cum ſit nota, vt numeri principium, & vna, & eadem omnibus cubis, erit data ſecundum rationem. Et cum non ſit data ſecundum quantitatem, quia proportio non eſt propria, ſed vt diximus tranſlatitia; ideò quælibet linea poterit ſtatui pro monade, ita tamen vt non mutetur ſed maneat eadem. Exemplum ponatur *A B* 4, *CD* a, erit quadratum *AB* 16, cubus 64 quadratum *ED*




4, cubus 8: numeri iſti ſunt in continua proportione, neceſſario cum *E*. Cum ergo ita ſit, aſſumemus quamcumque voluerimus lineam pro monade, vt conſtituta ſit res, & erit quadratum eius quantitas tertia, cubus autem quarta. Sit igitur *E* & *CD*, inuenta *F* in continua proportione; erit ergo *F* quadrato *C D* æqualis, & G cubo illius. Et ita conſtituta *A B* ſecunda, pariter inueniemus *H* & *K* tertiam & quartam, eritque *H* æqualis quadrato *AB*, & *K* illius cubo. Ergo tum ratio, quæ eſt *H* ad *A B*, & K ad *H*, æqualis erit *A B* lineæ, & proportio quæ quantitas non eſt, tranſit primum in numerum, inde in lineam aut ſuperficiem. Euclides verò quærit quantitates abſque eo, quod traducat proportiones ad lineas, ſed tamen vtitur eis quaſi numeris.

CAPVT

CAPVT VII.

Nomina orbium, & differentias motuum, & polorum declarare, & de ſuppoſitionibus.

SI ponantur quinque orbes, extimúſque immobilis, illum ſemper aſſumemus, vocabimúſque quieſcentem; ſeu aſpectus, quia iuxta illius ſationem motus, & locus menſurantur. Secundum deferentem, quem primum mobilium conſtituemus, & cum tantùm aſſumemus, cum de duobus orbibus mentio fiet. Tertium delatum, & hunc aſſumemus cùm trium orbium fiet mentio. Quartum circumductorem, cum quatuor aſſumpſerimus orbes: hunc autem non vt priores minorem, & intra alios col-



locabimus, ſed inter deferentem, & quieſcentem. Demum minimum intra omnes inæqualitatis, quia in eo maxima apparet inæqualitas: Et in quouis ſuppoſito numeri orbium ſtella, vel punctus præſupponitur in interiore orbe. Poli autem cum ſemper ſint puncta oppoſita, intelligi poſſunt diſtātes à polis alterius ſibi per quartam partem circuli, aut minus, & hæc eſt ſecunda varietas, nam prima ſumitur vt patet à numero orbium. Tertia varietas ſumitur à velocitate motus æquali, aut maiore, vel minore.

Quarta à motu in eandem partem, aut contrariam, ſed hæc non eſt magna, niſi quod eſt neceſſaria pro ſeruandis experimentis. Maior tam in polis proximis prioribus, quàm in plurimum diſtantibus, maximè cum per quartam orbis partem diſtiterint.

Quinta eſt cum poli ſunt ijdem materiâ, vel formâ tantum. Dicuntur autem poli ſecundum materiam, cum manet idem locus in orbe, velut poli ſigniferi, nam quocunque moueantur, ſemper cœlum mouetur, habito reſpectu ad illos. Poli ſecundum formam dicuntur, cum idem ſitus, non autem pars cœli eſt polus. velut cœlum Saturni habet polos ſui motus ab oriente, in occidentem eoſdem in forma, quia ſemper reſpiciunt eandem partem orbis quieſcentis: quo ad materiam autem mutantur per motum proprium. Sed tamen hanc differentiam tollit ſecundum ſuppoſitum, vt dicemus, quod eſt idem motu facto ſuper polis eiſdem ſecundum formam. Sed poli ijdem ſecundum formam, & materiam ſunt in ſolo primo mobili.

Suppoſitum autem primum eſt, quod omnes orbes æqualiter mouentur ſuper ſuis polis, & hoc quia virtus diuina neque fatigatur, neque permutatur, neque quod mouetur, contranititur, neque impedit, vt demonſtratum eſt à nobis *in libro de Proportionibus*. Suppoſitum ſecundum; moto quouis orbe exteriore mouetur totum, quod eſt intus ex eodem cœlo non alio, quia ſecus neceſſarium eſſet, vt Sol moueretur ſecundum latitudinem.

Suppoſitum tertium; moto interiore orbe, interior per illum non mouetur, nam ſi hoc intenderemus, conuenientius fuiſſet vt illum motum tribueremus ambienti orbi, quàm contento, neque etiam hoc eſt naturale, vt exterius ab interiore moueatur: nec artificioſum, etſi contingat quòd rota circumuertatur ab axe interiore.

Quartum non debet poni orbis, qui tollat motum contrario motu, quia natura nil ſuperfluum facit.

Sunt & alia ſuppoſita, ſed quæ poſſint eſſe per ſe manifeſta: hæc autem ſunt magis neceſſaria.

Suppoſita autem Hieronymi Fracaſtorei ſunt falſa, & totus ille liber omocentricorum eſt velut ſomniantis, & verè fabula, vt patet intelligenti, nec ſcio quid illum impulerit alioquin egregium virum ad tam ſtolidam cogitationem, vt exiſtimauerit imponere ſe poſſe toti humano generi.

CAPVT VIII.

De motu ſimplici duorum orbium.

SI deferens, & delatus ſimplicibus polis motibus moueantur, ſtatuatúrque punctum in delato, tanquam polus tertij motus, punctum illud motu delati ſemper mouebitur velociſſimè in circulo magno motu delati, & deferentis in circulis parallelis æqualiter; ideò continuè tardius, & tardius, applicabitque in medio peripheriæ circuli tranſeuntis per quatuor polos.

Sit orbis quieſcens A B: Deferens cuius poli C D delatus, cuius poli G K punctum verticis ad planum, in quo C D G K ſit E, & moueatur deferens ex E in G, & delatus in F. Dico quod E mouebitur ſemper motu

delati per circulum magnum E F,& de hoc non eſt dubium, quia ſemper diſtabit A



G, E K polis delati: & quod mouabitur per motum deſerentis per circulos H L, & M N continuè minores parallelos E G, & hoc eſt manifeſtum. Eſt autem motus in actu ſimilis potentiæ; tametſi enim nunquam moueatur per lineas H L, nec M N, ſed exempli gratia per obliquam CO, quia tamen tempus eſt idem ſeu æquale, & motus tempori reſpondens, ideo mouebitur cum inclinatione ad angulum conſimilem in HL & MN, quales ſunt anguli arcuum EH, & E M in centro ſuo. Et quoniam proportio E G ad H L eſt minor proportione H L ad M N, vt demonſtratum eſt in Geometricis elementis: & proportio portionum ſumptarum in H L ad M N eſt velut E M ad E H ex ſuppoſito: æqualibus enim angulis ſubijciuntur: ſequitur vt proportiones parallelorum verſus F in ſuis portionibus ſemper augeantur, quare per decimam Quinti elementorum portiones illæ ſemper fient minores, & motus ergo tardior continuè fiet. Quare motus erit inæqualis, & O punctus propior F quam G, Et linea E O non pars alicuius circuli. Et maximè quia ſi inchoaret portionem non mutato motu neceſſario, perficeret circulum, at in alia quarta non perficit, ergo non eſt circuli portio. Et quia non agitur de exquiſita proportione, ſufficit, ſemper vſus inſtrumenti: ſuperfluum enim eſt vt oſtendamus inæqualitatem ſolam vti demonſtratione cum tot laboribus. Secus vbi vera quantitas quæritur.

CAPVT IX.

De motu ſtellarum ab Occidente.

MEritò forſan dubitatum eſt, cur cum ſtellæ omnes moto proprio ferantur, ab occidente, ſcilicet conuerſo ei, qui fit ad motum primi orbis, quem conſtat fieri ab oriente in occidentem, cur quæ velocius mouentur ab occidente in Orientem fiunt occidentaliores, velut Sol ſtellis fixis cum ſi ad Orientem verſus ferantur, deberent fieri orientaliores. Et quanquam in verbo potius videatur eſſe hæc controuerſia, tamen magnam quandoque confuſionem in hiſtoria ſyderum parit, & etiam cauſam non adeò primo intuitu perſpicuam habet.


Dico ergo quòd Orientalius & occidentalius intelligantur comparatiuè pro eo quod eſt remotius & non propinquius orienti aut occidenti. Cum ergo ſint oppoſita, quod velocius mouetur ad Orientem, dicitur Occidentalius, id eſt magis diſtans ab occidente, quia magis appropinquat orienti: & quod mouetur ab oriente ad occidentem, dicitur orientalius, id eſt magis diſtans ab oriente, quia proximius occidenti. Quantò ergo velocius planetæ mouentur proprio, id eſt ab occidente in orientem, eò fiunt magis occidentales, id eſt ab occidente diſtantes: & ita cum ſuperant orientem, dicuntur tamen occidentales, etiam quia magis ab occidente remoti, ſecundum motum diurnum: & quantò magis mouentur ab oriente in occidentem orientaliores, id eſt magis ab oriente remoti ſecundum motum proprium. Ideo moueri *ab* & *eſſe*, cum capiantur diuerſo modo, & primum propriè, & ſub recto ſenſu; & ſecundum ſub contrario ſenſu, idem ſignificant: nam ſi ſub proprio ſignificato intelligerentur, ſignificarent oppoſita: cum verò vnum accipiatur ſub contrario ſenſu, ad idem tendent.

CAPVT X.

De Motibus mirabilibus.


1 SI duobus motibus circulariis qualibuſcumque ſimilibus, & ſecundum idem æqualiter feratur, punctum iuxta eos motus manebit immobile. Si autem inæqualiter iuxta exceſſum velocioris ſupra tardiorem, vnico tantum motu mouebitur. Et hæc per ſe eſt manifeſta.

2 Si duobus motibus rectis idem feratur eodem modo, altero ad alterum ad rectum ſtantis mouebitur ſecundum rectam per rectangulum iuxta proportionem dimetientis. Sit A motum ad A B, & eodem modo ideſt æqualiter in æqualibus temporibus, & regula in qua eſt A quæ eſt A B moueatur verſus C D, ita quod ſit aliqua proportio inter A B & A C, & ducatur ad dimetiens: dico quod A feretur perpetuò his duobus motibus per A G D: feratur enim in E: igitur ſi regula feratur in F erit ex ſuppoſito A C ad A F vt A B ad AC, cumque commonicent rectangula in A recto, erunt ſimilia: igitur circa eandem dimetientem: igitur punctum G cadet in recta AD. Quòd ſi A moueretur æqualiter in AB vt A B regula verſus C D, manifeſtum eſſet, quòd A ferretur per dimetientem quadrati, & ſuperficies A B C D eſſet quadrata.



3 Si verò eodem modo idem punctum mouea

moueatur, ſed motibus non ad rectum angulum conſtitutis, efficiet punctum illud




lineam obliquam. Sit vt A moueatur in A F dimetiente regulæ per aliquam proportionem regulæ A B E F in A C & B D deſcendendo motu recto; quare liquet quòd cum vnus motus ſit per rectam A C, alter per AF, AF autem non ſit ad rectum AC, quòd motus hi non ſunt ad rectum inuicem. Feratur ergo etiam A in linea N Q vſque ad R dum ABEF lata eſt, & deſcendit vſque ad NOPQ. Si igitur A K R poteſt eſſe recta linea vna, igitur cum G K & NR æquidiſtent, quia ſunt partes æquidiſtantium G M & NQ, nam GH & LM æquidiſtant ex ſuppoſito NO & PQ, quia latæ ſunt ad rectum angulum CAB: quare cum angulus NAR ſit communis, ſecabit GK latera trianguli A N R tertio æquidiſtans; quare proportio NR ad KG vt NA ad AG: igitur viciſſim NR ad NA vt GK ad GA: at ex ſuppoſito NR ad NG vt GK ad G. Igitur NR ad N A vt N R ad N G, igitur NA & N G ſunt æquales. Et pars toti: quod eſſe non poteſt.

4 Si punctum aliquod eodem modo feratur in circulari linea atque recta: neque



per rectam, neque circularem mouebitur, ſed per obliquam quandam quaſi mediam. Hæc facilè poteſt demonſtrari tum Geometricè tum ex aſſumptis in Dialectica noſtra, cum ſit quaſi principium: ideò ſufficiat admonuiſſe.

5 Similiter *in libro de proportionibus* eſt demonſtratum, quòd duo circuli æquales, quorum vnius centrum in alterius circumferentia inſertum ſit contrariis motibus, & id quod ab alio circumuertitur duplò velocius, quod puncta circonuerſi, quæ ſunt in circonferentia, ſolum mouebuntur ſecundum rectam lineam ſemper citro vltróque: ita tamen vt in circonferentia maneant. Velut moueatur circulus B E C verſus F: A E D autem verſus B, Et ſit G punctum in circonfetentia B E C, quod in K tempore moueatur in H, per motum circuli BEC; quia ergo G A H duplus eſt G C H, ponatur LCA dimidium GAH, igitur A transferetur ex ſuppoſito in L: at A L eſt æqualis M N, quia anguli in centro C ſunt æquales. Igitur H erit in




linea C N G, vt prius: eſt enim H quod fuit ante G. Ergo G eſt motum per rectam CN, G in tempore K.

Ex his quinque ſuppoſitis totidem mirabilia corrolaria deducuntur. Primum ex vltima harum, motum punctum in circulo eodem modo circa centrum moto per rectam lineam mouere: hoc enim fit addito altero circulo æquali priori, in cuius peripheria ſit centrum prioris, & quod moueatur contrariam in partem duplo tardiore motu.

Aliud ex penultima: Sit motum aliquod punctum puta B in regula AB, ex B verſus A eodem modo, & regula AB mota circa cardinem A in circulum, & mouebitur per obliquam lineam vt dixi. Conſtituto igitur A centro circuli, & facto ipſo circulo BHEC mouebitur B in peripheria circuli, quare addito alio circulo per præcedens corrolarium, cum illis conditionibus B. mouebitur in recta AB: loco igitur motus ex B in A conſtituatur centrum circuli AED, quod eſt D in tabula, quæ ſit poſita ſecundum ſitum BACD, ita vt deſcendat tabula illa ad rectæ lineæ BACD poſitionem: igitur B mouebitur his tribus motibus per rectam BACD. Ex demonſtratione quoque Tertiæ propoſitionis ſeu ſuppoſiti harum, liquet quod A mouebitur in AE per rectam, & ABGE regula ad rectum deſcendente ad CD per obliquam: dico quòd poterit fieri, vt etiam per rectam moueatur: intrudatur tabula ABCD tabulæ cuipiam, ſecundum rectum A F dimetientis ſimilis regulæ A B G E quæ ſit AHCF, & tabul adicatur KLMN. Et rurſus hæc eadem æquidiſtanti alteri ABCD quæ ſit OPQR, igitur motum per ABCD in KLMN ſecundum AFS rectam, & per KLMN in OPQR æqualiter, vt A in AC & deſcendendo ex AB in CD fiet obliqua conuerſa priori: igitur per hos quatuor motus mouebitur per dimetientem AD.

Quattum pendet ex Primo ſuppoſito: omnis enim motus obliquus factus ex plu-




ribus motibus diſſimilibus, reducitur ad vnum ſimplicem motum, per motus contrarios ſimiles, & æquales reliquis. Velut ſi A moueatur motu circulari & recto, ſi circularis in alio circulari æquali contrario moueatur, A mouebitur tantùm motu recto. Quòd ſi A moueatur motu recto contrariò recto priori loco circularis, & ſint æquales, mouebitur A ſolùm motu circulari. Sed & ex demonſtratione quintæ propoſitionis, ſequitur vnum mirabile, & eſt quòd licet G perueniat ad O, quando fuit in H, quia tunc neceſſariò tantum diſtat ab L quantum G vel H ab A: eſt enim in circumferentia circuli, & ideo E mouetur tunc per rectam G O N C, & etiam vſque ad oppoſitum in peripheria circuli AED non tamen O, quando eſt intra circulum B E C & eſt in linea CNG, mouebitur per vllam aliquam rectam lineam, neque G O N C neque aliam. Et ideò oportebit diſtinguere inter puncta ſecundum materiam, quæ manent in circulo circunducto E C B, & illa omnia aut mouentur per rectam lineam ſemper, ſi ſint in circonferentia: aut nunquam ſi ſint intra circulum: Et puncta ſecundum formam, ideſt quæ inueniuntur ibi, puta in O, Et ea nunquam mouentur, ſed aliorum comparatione quandoque ſunt in circonferentia, quandoque intra ipſum, & quandoque prorſus extra circulum. Quòd autem acceptum O priore modo, quando eſt in ipſo circulo BEC, non poſſit moueri his motibus per rectam lineam, oſtendo breuiter per regulam Logicam facilè, quod aliter multis verbis & difficulter oſtenderetur: nam puncta circuli B E C quæ ſunt ſecundum materiam in circonferentia, mouentur per rectam vt demonſtratum eſt: centrum autem A vno tantum motu circulari vt liquet. Ex recta autem & circulari fit motus obliquus, vt oſtenſum eſt: quilibet autem punctus in circulo BEC, qui non eſt neque in circonferentia, neque in centro, mouetur motu medio inter motum centri & circonferentiæ: igitur quilibet talis punctus mouetur motu obliquo, quod erat demonſtrandum. Et hæc ferme ſunt interna ſapientiæ humanæ: minora autem quàm ſuperis conueniant, ſimilia tamen.

CAPVT XI.

De Duobus ſemicirculis ſuper eadem linea ſeinuicem ſecantibus.

SI duo ſemicirculi ſuper eandem rectam lineam conſtituti ſe inuicem ſecent, erit proportio quadratarum chordarum à communi ſectione ad baſim interius contentarum, velut rectangulorum quæ ex dimetientibus ad chordas terminatis in reſidua.

Hæc eſt Pappi ſed ab eo non demonſtrata: imò credo quòd ab alio antiquiore fuerit inuenta, ſed demonſtratio periit. Federicus autem Commandinus diligens Mathematicus, eam demonſtrationem, dum opus Pappi in Latinum verrit, à me vt eam inuenirem, rogauit per literas: cui ob amicitiam & virtutem aſſentiendum, tum etiam communem vtilitatem duxi. Atque eò magis quòd ex hac demonſtratione, modus generalis eiuſmodi duplicata theoremata inueniendi declaratur. Ex quo etiam non obſcurum eſt, tum aliis multis, quantam ad perfectionem, & vt verius dicam, ad culmen humani captus deductæ fuerint artes ac diſciplinę illæ mathematicæ, quando potuerint tam inueniſſe & problema & demonſtrationem eorum, quæ nos iam inuento & propoſito problemate, tanta difficultate demonſtrationem tradere potuimus. Neque enim dubium eſt in huiuſmodi, decuplo difficiliorem eſſe problematis, quàm demonſtrationis ex prodito problemate fabricam. Eam igitur ſic quærimus.



Propoſiti ſunt duo ſemicirculi A F E, BFC, ſuper linea AB, & productæ lineæ FC & FE, à ſectione dico eſſe quadrati CF ad quadratum FE velut rectanguli A C in CB ad rectangulum AE in CB. Producantur ex F, FA, FB & FD cathetus, eruntque A F E & B F C trigoni rectanguli, & ideo proportio AD ad DF vt DF ad DE: Et C D ad DF vt DF ad DB, & AD ad DB vt CD ad DE: & permutando AD ad DC vt DB ad DE, Et rurſus diuidendo AC ad CD vt BE ad FD. Quibus conſtitutis

cum

cum quadrata CF & FE ſiot æqualia quadratis CD & DF, & DF & DE. Et quadratum FD ſit æquale rectangulo AD in DE & DC in DB, erunt duo quadrata CD, DF æqnalia rectangulo BC in CD & duo quadrata DF & DE rectangulo ex AE in ED, igitur quadratum FC eſt æquale rectangulo BC io CD: Et quadratum EF, æquale rectangnlo AC io ED. Eſt ergo theorema quod propooitur tale: *Proportio rectanguli BC in CD ad rectangulum AC in ED eſt veluti rectanguli CA in CB ad rectangulum AC in EB.* Hoc autem vt oſtendamus, aſſumemus id quòd rectangulom BC in CD ductum in rectangulum, AE in EB eſt æquale rectangulo AE in ED ducto in rectangulum AC in CB: ſi enim ita fuerit, erit proportio BC in CD ad AE lo ED velut AC in BC ad AE in EB. Hoc ergo vt oſtendamus, cooſtituemus duos ordines: Primum ex prima & quarta BC, CD, AE, EB: ſecundum ex ſecunda & tertia; AC, BC, AE, ED: dico hos ordines conficere eandem qnantitatem, ſi innicem ducantur.

BC	BC
CD	AC
AE	AE
EB	ED


Nam primum conſtat BC & AE io vtroque ordine eſſe ſeaſdem, ergo ductæ inuicem idem conficient. Si ergo oſtendero CD in EB idem poſſe, quod AC in ED conſtat propoſitum. Secteui ergo eas ad vitandam confuſionem in ſecunda figura, & demonſtratum eſt quod eſt CD ad CA velut ED ad EB diuiſim: igitor CD io EB quantum ex CA in ED quod eſt propoſitum.

CD	AC
EB	ED

CAPVT XII.

De Paralogiſmo mathematico circa idē

SI quis proponat & dicat ttianguli FAE & FCB io priore orthogonij: ſi ponan-



tur latera 12. 5. 13. Et 15. 8. 17. ſuper eadem linea & in idem puoctum, eruot areæ illorum 60 & 30: igitor proportio dupla. Eadem igitut baſium AE & BC, at hoc non eſt verùm, cum AE ſit 17 BC 13: Igitur videtur repugnare *Prima ſexti Elementorum.* Ideò aſſumpto circino & regula, intellexi quod iſta quatuor ſimul eſſe non poterant, quantitas laterum, & angulus rectus, & quod in vnum punctum coitent, & quod eſſeot ſuper eadem recta. Ideò conſtruxi duos orthogonios, ex vno puncto F, eum lateribus ſupraſcriptis: ſed oon ceciderunt ſuper eandem rectam, verùm vt vides valde diuerſo modo. Prima fronte tamen talia quandoque perturbaot hominem: Ideò caue cum quis plura ſimul proponit, oe repugnent inuicem, & ita fatigeris fruſtra quærens, quod eſſe noo poteſt.

LIBER

LIBER DECIMVS PARALIPOMENON.

Hiſtoriæ lapidum metallicorum; & metallorum.

CAPVT I.

De lapidum coloribus.

QVanquam de lapidibus & gemmis præcipuè à nobis non voo ſit dictum loco, noo tamen ea tatio tradita eſt, quâ vnumquodque genus optimè ab altero diſtingui poſſit. Ea autem eſt ptæcipuè ſumpta à calotibus, nunc autem aliam inite oportet colorum numeri diſtinctionem, quæ ex manifeſtiſſimis otiginem habeat. Velut ſi dicamus, quòd colores ſupetſtitione quadam potius inertantium ſtellarum, quàm differentiis propriis diuiſi ſint; ſeptem principales Albus, flauus, ruber, viridis, cœruleus, vinoſus & niger. His ſi addas liuidum, qui fuſci ſpecies eſt, ſerrugineum, atque eroceum, fient omnino colores principales decem: nam glaſteus ſpecies eſt cœrulei remiſſi, plerique aliorum autem miſti ſunt. Cum enim colores alij perſpicui ſint, alij opaci, velut albus qui perſpicuus eſt, eſt is quem aqueum vocamus; propterea nullus colot albus, nulla gemma aut aliud quippiam album perſpicuum inuenitur, aut eſſe poteſt: quatenus enim perſpicuum eſt, colore caret. Cnm ergo aqueus color ſit idem qui albns perſpicuus, ob id omnis color perſpicuus eſſe poteſt proptet album & nigrum, ſed diuerſa ratione etiam hæc: nam albus cum perſpicuns eſt, quoniam ſimul eſſe non poteſt perſpicuum & opacum, albvs autem eſt aqueus opacus, & aqueus albus perſpicuus: vnde quæcumque ſunt aquei coloris, ſi reſtigerentur, conſtringuntut ſtatim, fiunt candida, & oon parum ſed valde, ſicut contingit ſpeciebus alabaſtri perſpicuis, (vocant antem marmoris genus ſic) cum in aquam frigidam metguntur. Eſt enim perſpicoum in corpore non terminato, album autem in terminato, quia color & lumen plurimum album continet. Niger verò color ſi perſpicuus ſit qualis in prannio, tubeſcit & miſtus eſt, velut ſi multa ſuligo in pauca aqua diſſoluatur. Iam ergo decem ac decem genera ſimplicium colorum habes; decem quidem perſpicuorum, totidem opacorum: omnis autem gemma nitet vbi polita ſit, & non mediocriter; nam & marmorum genera pleraqne polita nitent, ſed non valde: nitent autem vel proptet tenuitatem ſubſtantiæ, quamuis non dutæ, vt margarita inter opacas, topazius inter perſpicuas: aut ptoptet duritiem licet non tenues ſubſtantiâ velut achates inter opaeas, & onyx inter perſpicuas: aut propter vtrumque, velut adamas, carbunculus, ſapphirus. Quæ ergo graues ſunt, nec perſpicuæ neque duræ gemmæ omninò noo ſunt, vt neque marmorum vllum genus, neque ſaxa, neque cotes: remotiſſima verò à naturâ gemmatum, quæcumque facilè franguntut & omninò oon nitent, vt eretacei & ſcilicum quædam genera mollia.

Ergo his conſtitutis cum opaci colores miſceantur verè vt in iaſpide, qui vix gemma eſt, cum ſit parùm durus & grauis, ideóque parùm niteat: eſt enim opacus, prætet id & in achatibus erunt ſanè decem genera ſimplicium colorum, totidemque gemmarum, miſti verò quadragintaquinque atque vnus è pluribus: tres enim plures dicuntur; vt rectè inquit Ariſtoteles: omnes igitur erunt quinquaginta ſex. In ſecuodo verò genere non fit miſtio colorum partium ratiooe, ſed verior vtpotè albus, vel declinat ad liuidum vt in onyche, & hyacinthus ex rubro in flauum: erunt etgo quinquagintaquinque ſpecies perſpicuatum gemmarum. Sed tertium eſt genus ſplendidarum quæ in ſuperficie & iuxta aſpectus rationem colorem vatiat, velut opalus & quam vocant oculum æluri, & ſi qui alij ſunt, vt proptet paucitatem ſub vna ſpecie omnes comptehenderim.

CAPVT II.

Dubitationes circa naturam & differentias lapidum.

REſtant igitur tres in his dubitationes: prima an duriries & niror varient ſpeciem, dicimúſque quod ſi in eadem tegiooe oatæ ſint, efficere vt non ſint eiuſdem ſpeciei:

ſpeciei; ſin autem in diuerſis regionibus ortum habeant (cætera verò ſint paria) eiuſdem ſpeciei ſunt, quoniam veriſimile eſt velut in hominibus & equis & plantis, natura diſtinguit manifeſtis differentiis ac notis, ita & in gemmis: oportet autem intelligere rem hanc ſubtiliter, non craſsâ Mineruâ, nam adamas differt à cryſtallo non ob duritiem ſolam, ſed quia cryſtallus etiam in oriente oritur, vbi & adamantes: hic verò differt ab adamante, & cum eiuſdem ſit ſpeciei cum cryſtallo qui in Germania naſcitur, ideo adamas qui in oriente oritur, differt à cryſtallo ſpecie, qui in Germania naſcitur. Sic Smaragdi praſſij quos praſinates vocant, & carbunculi idem ſpecie ſunt, quamuis praſſij Smaragdi duritie plurimùm, carbunculi colore, Germani enim nigriores ſunt, differant. Quod ſi verum eſt adamantes inueniri in Scotia, tum illud de differentia inter adamantes & cryſtallos duplici ratione confirmabitur, ſiquidem & in meridie, & in ſeptentrione, adamantes & cryſtalli exorientur, & vtrobique altera ab altera differet. In eadem autem regione aut etiam ſub eodem parallelo, (nam quæ dicta ſunt de regionum varietate intelligenda ſunt, vbi à meridie in ſeptentrionem ſpacium ſaltem triginta partium intercedat) eaſdem gemmas oriri, alias valde duras, alias valde molles, veriſimile non eſt. Porrò de coloribus altera dubitatio eſt, ſiquidem carneoli Sardarum genus eſt vt aiunt, albi flaui & ſanguinei inueniuntur: conſtat autem eiuſdem eſſe ſpeciei, non ſolùm ob duritiem & pondus, ſed quoniam permiſti iſti colores quaſi immatureſcente fructu conſpiciuntur: ſimiliter & in achatibus alij miſti ex albo & nigro, alij ex rubro cæruleo, nec eſt numerum inuenire varietatis colorum huius gemmæ, velut & galactitem qui apud me eſt, Smaragdus calida faſcia circumligatus, vt ait Plinius. Quicunque igitur colores primum miſti fortuitò ſunt, cum iidem fuerint aut plures, & permiſti per exiguas maculas non ordinatim, ſi eadem ſit durities, ſeu idem nitor, ſpeciem non variat vt in iaſpide: ſin autem purus ſit color & certo ordine diſtinctus, vt in gemma orientali viridi, reſperſa ſanguineis guttulis, quæ etiam dura eſt, & media inter opacam & perſpicuam, hanc ſui generis eſſe ſcito, atque ob id meritò quidam Heliotropium vocant, quæ à iaſpide plurimum differt. Rurſus ſi ordinata ſit colorum diſtinctio, atque in pluribus gemmis eodem modo inueniatur, vt de galactite dixi; nam neque eſt inuenire permiſtam Smaragdum pluribus maculis albis, ſed vna duntaxat aut duabus aut tribus virgulis candidis, ideò gemmam ſcimus eſſe ſui generis; ſic & praſſium Smaragdum non ſolùm à Smaragdis veris diſtinguemus, ſed ſui generis faciemus, quoniam omnis Smaragdus praſſius guttis nigris, plerunque interdum rubris, licet rarò & valde exiguis rariſque reſperſa eſt. Multæ ergo gemmarum ſpecies ſub achatis nomine falsò numerantur, quoniam quæ ordinatæ ſunt diuerſóſque habent colores, præcipuè duos, vt quæ ex cæruleo & nigro diſtinguuntur, quas vocant nicolos, aut quæ ex tribus, albo, ferrugineo & nigro, quas vocant oculos, omnes ſui generis ſunt, nullo modo achates.

Tertia dubitatio eſt colorum qui in perſpicuis permiſcentur, vt dictum eſt de hyacintho, nam ſi color imperfectus eſt, vterque aut alter matureſcentis gemmæ indicium eſt, velut cum ſapphirum dilutum videmus, aut carbunculum aut Sardam ſeu carneolum: at verò ſi vterque color perfectus eſt, ſed alter in altero relucet, atque euidentius cum claro aëri exponitur gemma (ſic enim ſenſim condiſcere oportet cognitionem permiſtionis illorum colorum, vt vel in annulo incluſa eam differentiam promptè dignoſcere poſſis: nam primùm non niſi expoſita claræ luci, & cum ſtudio; poſtmodum ſine ſtudio, inde non expoſita Luci gemma, ſed tamen cum ſtudio demum promptè & ſine lumine ex aduerſo dignoſcere licet) ea eſt matura & ſui generis. Quod ſi colores permiſti ſint, non tamen perfecti, eiuſdem generis ſunt nihilominus, ſed imperfectæ.

Iam verò in callaide ſumamus exemplum, vt *in libro de gemmis & coloribus*, cum adamantem vincat nonnunquam pulchritudine, non duritie; nitet ſed tenuitate ſubſtantiæ, vt vincat illum: alterius eſt ergo generis ab adamante ob mollitiem, à cryſtallo ob nitorem; color eius miſtus ex albo perſpicuo id eſt aqueo & flauo remiſſo. Quid ergo, maturanæ erit gemma? nequaquam: in quam enim tranſibit ſpeciem, in adamantem: nihil minus, cum gemmæ maturitate non dureſcant, euidenti diſcrimine ab eo quod fuerant ab initio, quod apparet in carneolis, Sapphiris, Smaragdis, hyacinthis, atque omnibus aliis gemmis: nec etiam in cryſtallum, quandoquidem tenuis materia non craſſeſcat concoctione ſeu maturitate, ſed potiùs craſſa tenuetur: neque enim nunc loquor de denſitate, nam quod per craſſum intelligit Ariſtoteles, denſum eſt, hoc verò craſſum terreum eſt. Quid enim craſſius terra, quod verò concoctum eſt minus terræ habet: ab vtraque igitur differt; callais colore quidem flauo, velut aqua maris, remiſſus eſt ergo ac viridis. Quomodo ergo efficiet nouam ſpeciem? efficit tamen vt dixi, nec à propoſitis diſcedo, atque ea ratione hoc attuli exemplum. Vides pyrum, plantam & magnam & paruam, abſolutam, & ambæ ferunt flores, & fructus vides, & pyrum maiorem pumilione illa vt ita dicam, & è maioris genere, ſed non abſolutam, neque perfectam: neque enim floret, neque fructificat, neque abſoluta eſt. Quid ergo puſilla illa perfecta eſt, grandior imperfecta; omne autem imperfectum eſt,

quia ſecretas non habet partes : ita ergo & in coloribus ſunt colores remiſſi atque perfecti : indicium eſt ſynceritas , ſunt pleniores & magis intenſi , ſed imperfecti, quia impuri. Dices ergo hic perfectus non eſt , quia ex duobus conſtat : hunc te volebam , purum dico non ſimplicem , ſed æqualem , nitidum , ab omni obſcuritate & inanitate alienum : eſt ergo color callaidis miſtus ex aqueo multo intenſo , & puro , pauco , flauo & viridi , bene miſtis puris nitidis ac plenis. Hæc igitur & ratione condiſcere , & experimento cognoſcere non arduum erit , ſi diligenter has differentias intellexeris , & ſenſu animaduerteris ; cuiuſmodi ſit remiſſum quod opponitur intenſo , ſimplex quod miſto , æquale quod vndequaque eſt ſibi ſimile, & aſpicienti eandem retinet vim : plenum quod opponitur inani , purum quod turbulento , nitidum quod obſcuro : ſplendeſcit enim nitidum & denſum , quod tam exili opponitur quàm raro.

His viſis ſingulorum lapidum proprietates deſcribamus , quas nos experimento edocti didicimus. Et primum ſcire decet eminenter in optimis has inueniri, in vnaquaque autem ſimpliciter.

1 Initium autem faciemus à gemmis Adamantis ; igitur proprium eſt vibrare lumen : nec alia ei gemma compar , adeò autem efficax eſt in hoc munere , vt flaui etiam vibrent & rubri ; nec alio diſtinguebam rubrum adamantem à carbunculo, quàm quòd licet ruber eſſet , efficaciter vibrabat lumen.

2 Callaidis proprium eſt rutilare , ſeu colorem variare è candido in ceruleum, tantâ gratiâ, vt gemmarum videatur præſtantiſſima : ſed vnam tantum vidi perfectam, precio æquabat adamantem, pulchritudine longè ſuperabat , ſolâ duritie inferior.

3 Smaragdi proprium eſt , implere oculos virenti colore : atque adeò vt non prata campique herbacei tantum poſſint: hic vigor in orientali. Quæris cauſam miraculi , ſedet in ea gemma multiplex viriditas , quaſi corticatim , altera ſub altera latitante. Præcipuum naturæ miraculum, quo oculum recreat.

4 Spinella à σπινθηρίζω quod eſt *ſcintillo* dicta ; quaſi enim ſcintillas emittat , fulget : non eſt è carbunculi genere , multò tenerior ſcilicet orientali , durior Europeo, & ſplendore differens , ni forſan fæminæ rationem habeat : nam ſunt & ſexus diſcrimina , licet obſcuriora quàm in plantis , & in illis quàm in animalibus : ob id lætior carbunculo. Sed & id ab aliis narratur. Sapphiri proprietas eſt oculorum gratia , vt hic ſolus gratioſus dici mereatur inter gemmas. Refert cœlum purum atque ſerenum lætámque faciem. Vidi ſemel pulchrum ; res neſcio quid maieſtatis habet.

5 Praſſius gemma ſui generis , ſemper guttis reſperſa , plerumque nigris , rarius rubris ; colorem docet nomen inde ſumptum , creſcit in immenſum : orientalis optima & dura , vt in reliquis etiam gemmis : parum nitet, multò minus ſplendida eſt, eſt tamen perſpicua : viſui confert, turbidâ ſunt ſubſtantiâ , ideò retundunt & hebetant.

6 Carbunculi autem veri proprium eſt fulgere , quod nulli alij conuenit gemmæ , verùm qui propriè ſunt carbunculi prunnarum inſtar , etiam nocte ipſa lucent. Fulgor autem eſt qui proprius ſoli eſt , cum gemma vincit viſum.

7 Margaritæ præter rotunditatem venuſtas plurima ineſt , & gratia & remiſſio quædam ; quæ vires cum non multùm animum moueant , homo in earum cognitione facilius decipi poteſt , quàm vllâ aliâ in gemmâ.

8 Cryſtallus colore ſimilis eſt adamanti , non tamen vibrat vllo modo , & mollis eſt : eſt autem aliud quo non vibret à mollitie raritas , & quoniam ſplendoris minimum continet ; præterea exagona figura eſt. Proprium eius eſt languor cum mollitie.

9 Iris enim & ipſa exagona eſt , ſed adiectis extremis ſuperficiebus priſmatis cui adiectæ ſint , vtrinque pyramidis ſingulæ formam refert : vt octo habeat angulos ſolidos , ſuperficies autem nouem , ſex paruas , & trigonas tres maiores & quadratas. Cumque talem lapidem non arte factum , ſed à natura inueneris , eundem etiam duriorem cryſtallo experieris , & colore quaſi oleaginco : atque expoſitus oculo , iridis formam & longè pulchriorem atque exactiorem , in aduerſo pariete refert. Indicus tamen vt pleraque ex ea regione præſtantior , durior, puriore ſubſtantiâ, & denſior. Plinius autem cum naturam priſmatis cryſtallini ignorauerit , iridem ob ſolem contingere interpretatus eſt.

10 Chalazia quaſi grandinea quod grandini aſſimiletur , turbida eſt & rotundæ formæ accedit , cryſtallo ſimilis , ſed adamantinâ duritie : Quis tot notis dubitare poteſt , quod ſpecies non ſit ab adamante , cryſtallo , indéque diſtincta: nam magnæ plures inueniuntur , quod in adamantum ſpecie non licet : ſunt etiam duriſſimæ atque ob id à natura cryſtalli alienæ , turbidæ quoque , ac quaſi rotundæ , vt neutrum horum conueniat. Fertur etiam ſitim ſub lingua detenta extinguere : eáque eſt verè quam falsò iactant, allectorium.

Carchedonius lapis eſt , quem vocant Granatum de Syria : ſimilis eſt hyacintho, neque cum Granato Hiſpanico vnus eſt ſpecie , non color , non durities , non nitor, non gratia conuenit : cum enim minus niteat , longè tamen aſpectus iucunditate illum ſuperat , colorem non grani ſed floris mali punici imitatur : nec admodum perſpi

Digitized by Google

perſpicuus eſt, ſed turbidâ ſubſtantiâ: palam eſt ad gratiam addere; nam vnuſquiſque lapis ad ea inclinat hominem, ad quæ natura animum aut ſenſum mouere poteſt.

12 Ceraunia à fulminis nomine dicta huiuſmodi forma eſt: non quod exiſtimem è cœlo eam decidere, cum non ſub terra, ſed iuxta flumina & in agris inter lapides inueniatur. Tuberoſa eſt & inæqualis, & rarò non aliqua parte manca videtur; vnde ob formã & ob hoc accidens credita eſt fulmine mitti è cœlo;



colore eſt inter criſtallum & ſilicem, media etiam perſpicuitate: diceres ſilicem cryſtallinum aut cryſtallum in ſilicis formam degenerantem. Vidi apud Triulcium Vigleuani olim Principem, candidiorem aliquantò ſed magis exeſam: vidi multò perfectiorem ſed aliquantò obſcuriorem apud Cardinalem Moronum patronum noſtrum: rarò paruæ nucis ponticæ magnitudinem excedit, quod etiam icone repræſentauimus, durities tamen illi longè maior quàm cryſtallo. Ferunt hunc ipſum ſomnos ſuaues & lætos conciliare: inuictum reddit in aduerſis.

13 Onyx eſt quem vulgus vocat chalcedonium; colore vnguis, durus, orientalis, Indicus ferme cæruleus, Europæus mollis: cum colori id adiunxeris quod turbulentus ſit nec lætus, quódque magnitudini finem nullum præſcribat: & cælatus rapiat ceram, gemmam habes dubio procul ſui generis. Et falsò creditus antiquorum alabaſtrum, cum etiam onychem qualis eſſet, non ignorarent.

14 Topazium diximus eum eſſe, alias etiam qui Chryſolethus vulgo vocatur & à gemmariis pyradotus: lima tangitur, vireſcit è flauo, aduerſus inſaniam facit potatus & geſtatus; hebetis luminis gemma eſt ob cauſas dictas, polita tamen; cum non parum ſplendeat, puræ & perſpicuæ ſubſtantiæ eam eſſe neceſſe eſt.

15 Chryſolitus contra eſt quam volgo vocant topazium, colore prorſus auri, adeò vt auro incluſa vix dignoſcatur. Orientalis ſapphiro duritie proxima: ſitim cohibet, & ad Venerem hominem minus potentem ac propenſum reddit. Debet autem tunc renibus applicari.

16 Carneolus falsò ſpecies Sardæ creditus, cum ex India non Sardinia inſula aduehatur, nec ceram rapiat, lætiorque ſit. Hic vnus eſt ex his, qui aut multas formas inter ſe differentes continet, aut ſub cuius nomine homonymo diuerſæ inter ſe omnino lapidum ſpecies continentur. Proprium eius eſt vt ſit turbulentus, mediocris duritiei, denſus atque frangibilis: nec ob id vt dixi rapit ceram, aut alicui lapidi gemmæue ſimilis eſt. Cùm verò lapides à lapidibus maximè ſex differentiis diſtinguantur, ſubſtantiâ, quantitate, lumine, nitore, colore & proprietate. Hanc cum inuenire licet, non eſt vt dubitemus: color multis modis variat, aut ob ætatem, velut carneolus albus eſt immaturus, maturus rubet, mediâ ætate flauus ac quaſi aurei coloris: lapidum etiam quidam vnius coloris velut cryſtallus, & inter animalia corui & olores: alij duorum vt pauones candidi, vel permiſti depictique: alij plurium vt Achates & iaſpides, & ex auibus gallinæ. In omni quoque genere nobilium ſubſtantiarum, ſpecies ſunt impermiſtæ, vt in cœlo, & hominum atque elephantorum natura, quanquam fabulentur ex viro & equa puellam natam: atque etiam ex viro aſinâque: alij dixerunt de cane & puella natum puerum ſemicanem. Quæ etſi accidant pro miraculo habenda ſunt & quod generent: & quod abſoluantur & quod naſcantur: omnium maximè mirum quod educentur. At in vilioribus naturis mirum non eſt hæc contingere: cum enim plus contineant materiæ quàm virium, hærent facillimè inuicem: & mediam etiam quandam naturam conficiunt. Quocirca nihil mirum eſt, ſi ex vna in aliam ſpeciem degenerent: multáque huiuſmodi non vnius formæ aut ancipitis inueniantur, ſatiſque eſſe ſi non omnia euidenti ſcientia comprehendamus, ſed maiorem illorum partem: pauca autem coniecturâ ſatis euidenti aſſequamur; veluti propoſita alba gemma & perſpicua, ſed non clara admodum, nitore ac duritie carneoli, in qua velut ſtellæ aureæ micabant denſæ & quaſi ordinatæ per totum. Quæſitum eſt igitur meritò an carneolus eſſet, an lapis ſui generis, nam vtrumque non caruit ratione? Dicimus quod quia candidus erat, neceſſariò fuit immaturus, cui cum aduenerint maculæ è genere iuueneſcentis lapidis ſcilicet aureæ, indicio eſt eſſe carneolum: nam figuræ quæ adueniunt lapidibus aliæ fiunt caſu, quæcumque non veram referunt formam delineatam: aliæ diſtinguunt ſpeciem à ſpecie velut quæ lineis certis conſtant, ſeu rectis ſeu circularibus, ſeu obliquis alterius formæ, ita vt quaſi figuram conſtituant triangulam, quadrangulam, pentagonam, vel vt dicunt Salomonis ſigillum, aut lunatam, aut nauiculæ; namque ex eodem genere, eandem referunt figuram licet imperfectam, nam huiuſmodi certo argumento declarant eos lapides eiuſdem eſſe ſpeciei. Quæ verò magis elaboratæ ſunt figuræ, vt animalium & arborum, artificialium rerum, omnes ad caſum referendæ ſunt ſimilem naturæ operi. Et forſan aliqua ſyderum fiunt, velut de cyaneo ſtellato dicemus. Stellæ tamen quatenus lineis ſimplicibus conſtant, ſi formatæ ſint, lapidem ſui generis oſtendunt: ſin autem maculæ ſint, caſo accidunt, & ad imperfectionem pertinent: quamuis ordine quodam precioſiorem & rarum lapillum efficiant.

Conſiderandus præterea nitor ac ſplendor: vix enim fieri poteſt vt ſi diuerſi ſint generis, vt in his conueniant; vbi non

eadem ſint, lapidis ſpeciem aliam exiſtimare oportet. Differt nitor vt aliàs dixi à ſplendore, plurimus in Smaragdo, quia in intimo eſt ſplendor paucus, nitor eum mollis ſit contra plurimus: nitor in ſpeculo & Achate modicus, ſplendor in adamante: vterque excellit, nam & à ſuperficie nitet, & à profundo ſplendor eximius emicat. His ergo rationibus bene perſpectis intelliges, quæ gemma ſit ſui generis, quæ communis. Adnaſci autem lapides lapidibus, & gemmas etiam marmori, & ſilici onychem, quæ eſt viliſſima gemmarum; huic iaſpidem, qui & quandoque per ſe oritur ex illis, tum ex iaſpide praſſium ſæpè vidimus, vt in interliminio qui lapis ſit non facilè dignoſcas: ſed tamen miſtam naturam, ex quibus conſtant, manifeſtè produnt. Ergo lapis ille admirabilis, qui apud me eſt cochleæ cum imagine onyx proculdubio eſt, non ſui generis lapis: ſed galli ventriculo incluſus, ob id figuram illam conſecutus, artificio naturam mentiente. Sed quia grauiſſimus eſt & durior onyche, & formam habet ferme rotundam, chalazias dubio procul eſt: inſignis ob id viribus atque raritate, nec non naturæ proprietate.

17 Glaphyrus: viridi colore herbaceóque ac denſo prorſus partim, partim ſanguineo & rubenti, in modum flammæ, atque flauo perſpicuo, non eſt è genere carneoli, ſed miſto: habeóque duos huiuſmodi, quos conſtat eſſe compoſitos ex triplici natura quæ in lapidibus ſpeciem propriam patit, & vires habet ſingulares: lætitiam, tranquillitatem animi atque prudentiam auget: vnde etiam bona fortuna & honos. Eſt etiam carneolo fragilior, & ſubſtantiæ purioris: quod vero miſcetur ſiccius.

18 Cæruleus lapis ſeu Cyaneus gemma non eſt; ſed à linea facile comminuitur, ſed ob pulchritudinem & precium, gemmis adnumeratur: nam ex eo fit puluis qui pondere auri & aliquantò maiore etiam permutatur, quo pictores illuſtre illud cæruleum pingunt: mirumque quòd ventis ſole & imbribus perficitur ſi non decidat. Sapphirum refert, verùm opacus eſt: gleba eſt potius quàm lapis, nitorem tamen concipit leuigatus & terſus: auro maculas habet perſæpe concolores; quidam habuit huiuſmodi cum inſigni: quod ſi non artificis induſtria factum eſſet, vt maculæ in ſtellas formarentur, palam eſt potuiſſe & debuiſſe lapidem ſui generis non cæruleum exiſtimari, vim tamen aliquam habere poteſt, ſi lapis eſt. Et cenſendum eſt habere, & cuiuſdam mediæ eſſe naturæ.

19 Achates gemma eſt durior iaſpide, & ſplendidior vnumquamque, etiam opaca, nullum refugit colorem, quanquam viridis, ad aliud genus transferri ſoleat: eſt etiam permiſta ex opaca & perſpicua. At ſi diuerſi ſunt pro locis colores, diuerſæque vires, ſi quis tot lapidum genera faciat, modò conſtantibus coloribus non aberrabit, tummaximè quòd & nitor etiam, & ſplendor tantundem diuerſus ſit. Facit hominem ſollicitum & cogitabundum, quæ verò nigra eſt cum faſcia candida in precio eſt. Omnis linea quaſi glaciem refert, & maximè candida, & quicumque lapis ſic præcingitur, facilè frangitur. Verſicolores etiam lapides varia oſtendunt ſomnia, & iuxta naturam plerumque colorum. Qui coralio ſimilis eſt, aureis guttis confirmat cor, & exhilarat hominem, & viſui confert. Qui ex albo & nigro, is contra morſus ſcorpionum valet. Qui ex coloribus variis permiſtus eſt, cum nitore magno varias reddens figuras, Indicus eſt & nobiliſſimus, ideóque & aduerſus fulgura valet, & promptitudinem cum hilaritate atque prudentia animo addit, ideóque multos felices ſucceſſus, quales Pyrrhus Epirotarum rex conſecutus eſt, præbet. Fertur Perſicus eſſe cylindri forma, & ardere, ardendoque myrrhæ odorem ſpirare.

20 Nicoli creduntur felices in pugna, vnde nomen ſumpſerunt. Duriores ſunt achate & ideò magis nitent, & magis opaci, ideò non ſplendent. Ob id & quia duabus ſuperficiebus rectis committuntur, nigra & quaſi cærulea dilutiore, ideo ſunt ſui generis: & omnino geſtantem efficiunt triſtem & cogitabundum. Optimi quorum cœruleus iſtur & niger admodum nitet, velut nobilium Siculorum Acbatium.

21 Tricolos quam vocant gemmarij oculum, media eſt inter Siculum achatem, & Nicolum: nam duritie ac nitore & opacitate Nicolum refert. Tribus coloribus conſtat nigro & albo iunctis, plana ſuperficie, velut in Siculo achate, ſed nigro pariter iungitur, ferrugineus & ipſe nitens & recta linea; quamobrem miſtas vires habet: nec puto gemmam quæ ex extremis coloribus nec ſplendentibus componitur, ita vt læti colores abſint, poſſe eſſe vtilem geſtanti ad animum bonum, forſan ad opes conferre poterit: nam qui opes congregant, omni improbitate morum referti ſunt; quamobrem qui forſan inutiles bono viro, & feliciter & iucundè viuere volenti dici poſſent, huic negocio tamen erunt accommodati. Quòd ſi ex aliis coloribus gemma eodem modo componatur, ſi ſplendidi ſint, alterius ſpeciei eſt: ſi omnino opaci, nitorem vt dixi explorare, tum pondus oportet: & ſi his diſtinguantur, alterius ſpeciei erunt, maximè cum plures eiuſmodi inuentæ ſimiles fuerint, eiſdémque coloribus ordinatim poſitis.

22 Veientana ergo Italicus lapis non gemma, ſiquidem mollis, rotundis lineis & orbibus, ex cæruleo diluto in nigro, velut Nicolus, ſui generis ob id dici debet: triſtis & melancholicus lapis: inſigni viro inutilis, forſan diuitiis comparandis non inutilis. Veriſimile eſt enim ſordidos mores præſtare. Neque alterius ſpeciei exiſtimabo eſſe achatem, in quo multi oculi cœrulei erant, ſiquidem conſta-

bat

bat eſſe illud vitium lapidis carie exeſi, non ornamentum.

23 Iaſpis tertia gemma eſt verſicolor Indica quidem, Europæa autem potius lapis opaca eſt,& partibus quibuſdam etiam perſpicua, nec vllum non admittit colorem, cum durities duritiei ſimilis ſit, gemmarum gemmis, lapidum lapidibus: colores autem non rectis lineis, neque figuris obliquarum diſtincti, ſed fortuiti. Scatent plerique maximè virides ſanguineis guttis. Qui virides ſunt nitentque, plurimum ſuſpenſi, plurimum ventriculo conferunt, teſte Galeno: ſanguinem quoque vndequaque fluentem cohibent, experimento iugi id declarante: triſtitiam quoque augent & ſuſpiria. Alia etiam genera in his cauſis aliquid poſſunt. Quòd verò & achates & iaſpides perſpicui toti appareant, non id naturæ beneficio fit, ſed artificis præſcindentis ſolum partem eam totam, atque ab opaca ſeiungentis: nam quiuis lapis totus natura perſpicuus, ſub neutra harum ſpecierum iure collocari poteſt. Tot modis igitur contingit hominem falli in ferendo iudicium de gemma propoſita: ſcilicet vt vitium pro ornamento, artificium pro natura, ætatem pro colorum diſcrimine, caſum pro ratione accipiat. Habeo iaſpidem Indicam non viridem,ſed in quo colores rectis lineis diſtinguuntur, quem conſtat eſſe à genere duri teſſelati, in quo F litera nigra viſitur.

24 Teſſelatus igitur lapis eſt is,cuius memini *in opere de Rerum varietate lib. 5. c. 19.* vidique Lutetiæ: ſui generis eſt, nam totus rectis lineis interſtinguitur,idque quod mirum eſt duplicibus ac coniugatis ſemper, cuius iconem ſupra depinxi, quanquam plerumque longè pulchriores videantur, & ad gnomonem depicti, in cóque colores varij, tum literæ etiam cernuntur. Et hic duplex eſt gemma, durúſque & mollis vt dixi lapis. Ferrugineus albus & cœruleus color in eo frequentius conſpiciuntur: ad magnitudinem non mediocrem creſcit; maximè mollis, quod generale eſt in omnium lapidum generibus, vt molliores maiores euadant. Mutare animum non parum poſſe credo, nec ſatis aptum, cum ſplendidis coloribus deſtituatur. Iaſpide nobilior gemma eſt.

25 Scephaſtus lapis eſt ſui generis, nigricans non perſpicuus, non prorſus opacus, ſed in eo mira colorum varietas quaſi profunda relucet, cryſtallo aut non durior aut modicè. In eo purpureum, rubrum, viridem alióſque colores ſine numero videre licet: non ad mediocrem tamen magnitudinem peruenit. Eſt mihi ex eo ſtyli ſcriptorij manubrium, admirabilis ſanè naturæ lapis. Scio à multis me accuſandum, quod nominibus nouis licenter vtar, neglectis etiam veterum appellationibus, quódque doctrinam à Plinio traditam nihili faciam. Certe id valde malum eſt,quod ex optimo ſumptum exemplo in vitium vertitur; ſicut prudentis viri eſt, ex malis exemplis dum illa effugimus, diſcere rectè operari. Et equidem non poſſum non niſi laudare quorundam diligentiam, qui plantas noſtrorum temporum ad doctrinam Dioſcoridis reuocarunt, quandoquidem ille de his plenè, & quibus notis dignoſcantur, & ſeorſum vnam ab altera diſtinxerit, & quibus præditæ ſint facultatibus, edocuerit: adeò vt vbi de nomine conueniat, prorſus omnia perſpicua ſunt. At contra in lapidibus actum eſt, ſiquidem Plinius de re ignota ſcribens, vt qui nullos pene viderit, & raptim & oſcitanter, & nullo iudicio, nullo prorſus experimento fabulas pro hiſtoriis, omnia miſcens, magnum detrimentum, vtilitatem pene nullam niſi in pauciſſimis affert. Quocirca demiror de amico noſtro Conrado Geſnero; quamuis viro eruditiſſimo, qui cum Georgij Agricolæ opus ſane vtile *de re foſſili* præ oculis haberet, ex ipſa experientia & rerum doctrina comparatum, maluerit nominum antiquorum deſiderio omnia confundere, omnia in dubium reuocare, quicquid ab illo ſcriptum eſt bene antea, deinde à nobis etiam inuentum & ſuperadditum miſcere, turbare, abolere, vt Plinianorum nominum & fabularum commenta retexeret. Quo factum eſt vt opus illud ſatis infeliciter emiſerit, nec illum quem ſequitur laudat Centmanum Dreſdenſem, qui vtcumque in rem foſſilem aliqua addidit vtilia. Quin etiam quod deterius eſt, falſas ſententias Plinij tanquam veras recitat, ipſis veris obliteratis; velut illud de adamante,quod non frangatur,quod non redigatur in puluerem,quorum vtrumque facillime fit. Quorſum hæc dicere, cum neſciueris ignorantiæ eſt, cum ſciueris nimis contumacis animi eſt, cogor aliquid dicere aduerſus præſtantiſſimum virum & amiciſſimum, ſimúlque de bonis literis & de me benemeritum, quàm inuitus, Dij norint. Similiter cum nos topazium in chryſolithum tranſmutatum diſtinguere docuiſſemus, denuò mutatis nominibus rem confundit. Itaque quod nomina proprietatibus lapidum conuenientia, & Latina vel Græca impoſuerim,quod rem quæ nulla arte redimi poteſt, ſine reprehenſione antiqui authoris prætermiſerim, laudi potius mihi hæc in cauſa quàm crimini dandum cenſuero.

26 Stellatus lapis eſt admirabilis, & qui frequens inuenitur in Iſtro, coloris eſt flaui,mollis, leuis, pallidus, totus ex ſtellulis conſtans, quomodo vis diuidatur. Creſcit ad ponticæ nucis magnitudinem cum mollis ſit, gemma non eſt: nil prohibet ob id etiam longe maiores inueniri: mollibus enim lapidibus nulla magnitudinis meta propoſita eſt. Optimus eſt qui nolis caret, & totus ſtellulis diſtinguitur, nam qui calloſus eſt,neque adeò pulcher, neque tam facile mouetur,vt neque magnus. Diuiſus ergo in bracteas tenues & non amplas, ſiquidem fabæ magnitudine, craſſitie autem longe minore, & aceto vel ſucco

limunij intinctus vel etiam vino variè mooetur in imo laneis, cuius fundus planus ſit: forſan & in ſucco cœpatum vel alij putgarò, quanquam id non expertus ſim: mouetur vatio motu hinc illine, rectà & quaſi in circulum, ſpaciis ſatis amplis, & cum quieuerit, tutſus paulo poſt mouetur. Cauſam hotum aliàs diximus.

27 Aſtrites duorum generum eſt: vnum quod vocatut hoe nomine vetè; aliud quod attificio conſtat: namque omnis gemma rotunda, formâ lupini ſcilicet, latâ & elariote in medio coloris cryſtallini, lucem ſub diuo concipit inſtar ſydetis: vnde ex Onyche tales fiunt arte, meliores ex carneolo albo. At verij ex lapide duriote ſunt, eâ formâ nati, In quibus ſolùm nitor ex politura deſideratut. Gemmarij vocant omues giraſoles.

28 Solaris gemma eſt chryſolitho ſimilis, ſed ſplendidior: hic in lumine candellæ, noo io citcumfetentia, ſed in medio lumen amplum concipit inſtar ſolis, cum fulgore magno. Nobilis gemma eſt, & vt reor rara: differt ab aſtrite vera colore, quia autcus eſt, quod fulget mirum in modum, & in lumine candellæ: quòd in medio, quod in profundo ipſius gemmæ.

29 Aclurinus gemma eſt ſimilis topazio, colore, ſed nou adeò ſplendida, grauior, longè durior, formâ rotundâ fermè vt ſphœrula, quæ diuerſo aſpectu colorem variat, perſpicua eſt, & lumini certo expoſita, colligit radios, ita vt in medio lineam referat candidiſſimam, tenuiſſimam atque ſplendidiſſimam, quæ totam tranſuerſaio diuidat, prope miraeulum: cum tamen ſæpius geſtauerim, non[illegible]ſus ſum ab ea affici. Eſt etiam lapis mollis alius, neque opacus omninò, neque perſpicuus, quem eodem nomine vocant, quod luci oppoſitus, albus niger cinereive coloris appareat: per ſe autem cinereus eſt, vnde forſan & ab hoc nomen ælurini ſumpſit: hie enim color pellibus ælurorum familiaris eſt.

30 Hyacinthus gemma eſt coloris floris mali punici, ſed non ad vnguem: cum enim flos mali punici opacus ſit, gemma autem perſpicua; fieri non poteſt, vt vnquam color amborum vnus idemque ſit, namque color perſpicui fingit terminum: nam color eſt extremitas perſpicui in corpore terminato, opaci autem color eſt in termino perſpicui, quod corporis opaci ſuperficies eſt. Prætetea color opaci eſt totus collectus in ſuperficie eius, quoniam qui eſt in perſpicuo ideſt aëre, exilis eſt ob medij tenuitatem: qui autem eſt in gemma perſpicua neceſſariò ſparſus eſt per totum: ſi ergo idem ſit colori opaci natura, & magnitudine, neceſſe eſt multò maiorem videri perſpicoæ gemmæ, quàm opaci corporis; ſi autem æquales videntur, multò diluriorem neceſſe eſt eſſe illum gemmæ quam opaci; quandoquidem vel collectus illi ſolum æqualis videtur. Eſt ergo triplex color: alius opaci vt eſt corpus, quo terminatur perſpicuum: alius perſpicuæ gemmæ vt perſpicua eſt: tertius quaſi medius qui eſt gemmæ perſpicuæ opaco inſidentis: neque vllus illorum rationibus dictis comparari poteſt alteri, vt idem dici poſſit. Ergo hyacinthi color vt dixi eſt, ac ſi flos mali punici radiis ſolis exponatur, ſed gemmæ paulò magis tendit ad croceum: Iuxta hoc ergo cum in vno eodemque colore conueniant, vt aëri expoſiti colorem referant hyacinthinum, qui ſaturior eſt, ſuperpoſitus opaco corpori carbunculum imitatur, rubérque euadit: atque hic vt aliàs dixi optimus eſt. Dilutior autem colorem exhibet, opaco ſuperpoſitus aut annulo incluſus, ſatutum quem vocant chryſopacium: neſcio qua ratione, cum neque cum auro conueniat, nec quòd ſit patium intelligam: Ita tamen vocant gemmarij. In origine ergo cum inter ſe conueniant, poſtmodum tantum diſcriminis ex aſpectu ſuſcipiunt, vt gemmæ diuerſi generis videantur, cum altera rubra ſit, altera puniceei coloris. Quominus mirum eſt & eaſdem vires habere, & efficaciores, imperfectiorem magnitudine, arcta nobilitate: vix enim primi generis inuenias, qui phaſellum magnitudine æquet; quod vt reor naturæ difficillimum ſit, in tara ſubſtantia præſertim non admodum dura, ſplendoria & coloris tantum colligere, niſi admodùm elaborata ſit. At magna difficilè elaborantur. Illud mirum quod cum nobilis hyacinthus luci expoſitus, eandem præbeat ſpeciem quam carchedonius, hic tamen priorem incluſus annulo retinet colorem, ob ſubſtantiæ denſitatem, quæ exiguum colorem colligi non permittit; ille cum tenui ſit ſubſtantiâ, & colorem denſum habeat, repercuſſu cogit in rubrum, carbunculo vt dixi ſimilis. Qui verò in cœruleum cogitur colorem, impurus eſt, idéóque ignauus viribus illis quas ſæpius retulimus.

31 Simili ratione Granatus differt à carbunculo multum, quamuis obiter tractantibus ſecus videatur. Et ſumptus in potu & geſtatus, mirum in modum curas, & triſtitiam pellit, ſed vigilias facit. Creſcit multum ſic dictus, quod eius color ſimilis ſit granis puniceorum malorum, quæ vulgo granata dicuntur, quod granis abundent. Vehuntur ex Hiſpaniæ regione maritima, olim Betica, nunc Granata appellata, ob quam forſan etiam nominis ſimilitudinem ſumpſit. Caret gratia & venuſtate.

32 Coruinæ lapides ſunt, qui in capite piſcis corui inueniuntur, colore grandinis, longiores gibbæ, eáque parte leues: intus autem vbi cauum referunt, inæquales: geſtatæ ſuper renes, vel tritæ & ebibitæ lithiaſin prohibent, & dolores ex ea. Cumque generatio lapidum tribus modis fiat, tum in animalibus, tum aliis in locis, in *συῤῥοῆς* ideſt confluxione, vt inquit Theophraſtus, metatione & gleba ſeu coagmentatione: in animalibus confluxio aliter fit, aliter extra; nam extra neceſſe eſt, vt ſit aliquid quod trahat, veluti ſemen in

planta:

Digitized by Google

planta: nam & lactuca ex humidi confluxione (nam fluorem latinè dicere non auſim) fit: ſed quia à ſemine fit animata è herba, viuitque. Qui igitur ex confluxione fiunt lapides, cum principio exterius indigeant, viuunt, & ſunt animati: interius autem fluunt partes ob animalis calorem, & qui gignuntur lapides, non ſunt animati, non ſolum ob hoc, ſed quod aliàs declaratum ſit, in animali non poſſe gemmam generari, nec lapidem qui viuat. Tales igitur ſunt lapis in capite limacis, & in Eperlano piſce, qui proprietatem nullam habere poſſunt, vt docuimus, quoniam è numero viuentium minimè ſunt. Poſſunt tamen in humanum corpus multa agere, vt Eperlanus Venerem excitare. Gignuntur autem maximè in capitibus piſcium, quòd frigidiſſima pars ſit, ob oſſa & cartilagines: & quorum capita ſunt magna præcipuè ſi caro mollior ſit: plus enim humidi ob naturam & loci capacitatem confluit: veluti botta, quem poſſes meritò appellare capitatum fluuiatilem; ſic & cinædia & margaritæ in animalibus aquatilibus generantur. Atque in hoc genere continentur omnes gemmæ atque viuentes lapides. Coagmentatione fiunt lapides duritie quidem, ſed non pulchritudine, & neque ſplendidi neque vita præditi, ſed vt plerique in alueis fluminum abſque matrice, abſque decore, abſque viribus. In animalibus ſimiliter, in felle humano ſæpe & taurino, & in iecore, pulmonibus, frequentiſſimè in renibus & veſica. Et ſunt qui certam retinent formam, cuiuſmodi qui in aſtacorum capitibus iuxta oculos gignuntur, quos conſtat ſenſim augeri, manente forma lupini exterius ſcutulata, intus cum limbo prominente. Et in chelis rotundi, qualem ego habeo leuiſſimum, & planè ſimilem grano lobæ, mixto colore ex albo & flauo, imò potius ſubrubro. Viliſſimum eſt planè hoc genus, ſicut quaſi medium quod ex mutatione fit, velut extra animalia, & rarius cum folia vel ligna commutantur in lapides vi aquarum: in animalibus autem cancri tuberarum, lucciorum, tincarumque cum conſenuerint, in lapides vertuntur.

33 Balaſius multò maior generaliter eſt carbunculo: minus nitor, minus ſplendoris habet, hebetior ſed gratior: inuenitur in Sarmatia Aſiatica, non procul ab Hyrcano mari; cohibet maximè bilis incendia, vt carbunculus exaſperat.

34 Hoplites cuius pars exterior armatura appellatur, multiplex: aurea ſeu orichalcea, argentea ſeu alba plumbea, ærea ferrea, & etiam terrea ſeu arenoſa, ſeu argillacea. Et cum tot ſint metallicæ armaturæ, ne mica quidem in illis eſt metalli cuiuſpiam, ſed ſunt friabiles, arenoſę atque caducæ. Viuere primum illos lapides, nec eſſe ex glebarum genere, neque mutatione perſpicuum eſt, ex forma quam eandem tot lapides ſeruant: vt in trochite ſi ceram apponeres, repræſentaret rotæ ad vnguem imaginem; ita elaborati hi lapides ad amuſſim declarant ex ſemine quodam ortos, velut & plantas, quæ ſponte naſcuntur: nam & in his ſemen & principium antea gignitur. Videtur autem natura huiuſmodi lapides, fuco quodam nobis commendaſſe ob pulchritudinem; cum neque virium, neque duritiei, neque ſplendoris ſat addere poſſet. Verùm cum exterior pars interiore pulchrior ſit, & magis ſicca, videtur ſe habere inſtar lignorum & medullæ, aut corticis ac ligni. Viuunt igitur vt arborum trunci præciſi atque degeneres, ſolo viſu iucundi.

35 Grammatias appellat Plinius iaſpidis ſpeciem, de qua ſic ait. *Totus verò oriens pro amuletis traditur geſtare eam, quæ ex iis Smaragdo ſimilis eſt, & per tranſuerſum linea alba præcingitur, & grammatias vocatur. Quæ pluribus* (ſcilicet candidis lineis diuiditur) *polygrammos.* Idem inquit paulo poſt. *Sunt qui Smaragdum albis venis circumligatum galactitem vocent.* Ac rurſus: *Meſoleucos eſt mediam gemmam candida diſtinguente linea.* Haud obſcurum eſt hanc quam habeo eſſe grammatiam, vſúmque illius qualis antiquo tempore fuerit: minimè tamen eam eſſe ex iaſpidum genere, ſed potius praſſij: nam iaſpis neque vnicolor eſt, nec linea recta vt oſtendi ſolet diſtingui; quin potius hoc eſt achatum generi quaſi familiare, neque totos perſpicuus eſt. Gemma eſt ergo tot notis ſui generis, ſed tamen non alia à polygramma. Sed neque viriditas illa grammatiæ viriditati Indicorum iaſpidum (inuenitur enim genus quoddam, de quo poſt dicam totum viride iaſpides inter relatum) ſimile vlla ex parte eſt: ſed in iaſpide pinguius & obſcurius. Pariés enim gemmarum quæ natura perſpicuæ non ſunt, etiam ſi perſpicuas eſſe contingat, numquam tamen ſunt claræ & puræ, quemadmodum gemmarum natura lucidarum. Videndum eſt ad quem potius pertineat lapidem grammatias an praſſium, an achatem omiſſo iaſpide. Igitur cum vt dixi, nec viridis color, nec perſpicuitas integra conueniant achati, melius erit vt eam è praſſij natura potius eſſe dicamus, maximè cum etiam duritie aſſimiletur illi. Accidit autem quod mulis inter animalia, vt animam quidem ac vires achatis referat, ſubſtantiam verò atque naturam magis praſſij. Vnde pro amuleto erit diſcors huiuſmodi gemmarum coniunctio in vnum: & neque huius neque illius propriè, ſed mediæ cuiuſdam facultatis ac poteſtatis à componentium natura alienæ: fragilem autem huiuſmodi gemmam eſſe conſtat, paucíſque punctis nigris de more conſperſam. Quòd ſi quis aliis duobus nominibus appellare voluerit, non prohibebo: nam quòd Smaragdum dixerit nihil intereſt, nomine illo communi cum praſſio vtenti, quandoquidem Smaragdos facit cubitales, quod planè non de veris Smaragdis intelligendum eſſe nemo dubitat, quorum maximi nunquam

quam punticæ nucis magnitudinem æquare viſi ſunt.

36 Alabaſtrum noſtrum molle eſt, collatis ex Plinio locis, *propius eſt noſtrum antique quam onyx*. Durior erat vt reor, ſed id oſtendere non poſſum, ſed opacus & varius: noſter varius nonnunquam (quanquam in precio ſit candidiſſimus) & perſpicuus. Dicemus igitur aut eundem eſſe varium ob regionem ſolùm, cum etiam praſij & carbunculi molles ſint, orientales autem duri, aut (quod nihil refert vel parum admodum), certè gemmam ſui generis, quæ emplaſtris adhibita mollit durities egregiè, inflammata extinguit, dolores ſedat, acopum excellens: in ſeruandis vnguentis non ſolùm vitro ſed onyche antiquorum longè inferius, quantò mollius: longè propior eſt lapis hic marmorum generi, quã gypſio, nam & marmor lapiſque omnis candoris eximij in tenues bracteas diuiſus perſpicuus eſt, vt demonſtratum eſt: cum gypſo autem nihil prorſus commune. Quòd ſi te alia argumenta non moueant, ipſa regio in quibus vtraque inueniuntur te doceat, cum gypſum etiam plurimum ſplendeat inſtar vitri, alabaſtrum autem minimè.

37 Erano ſeu Turcicus, quòd ex regione eius gentis ad nos afferatur; lapis eſt non gemma, dimidium veluti globi rotundi, valdè mollis, vt vix ſine vitio inueniatur; ſciſſus plerumque aut cum rimis in ambitu, coloris cærulei ſed diluti, & quantò ſaturo propior, tantò precioſior opacus. Qui viteſcit immaturus eſt, ſudore, igne, caloréque caldarij corrumpitur: creditus excipere pro geſtante caſuum ictus, cum nulla gratia precium illi faceret: namque nec cœlo ſimilis, tametſi ſaphiro ſimilior, nam cum perſpicuum ſit aër, terminus, non cœlum ſed corpus quod fingitur, neceſſe eſt vt cœli color opaco proximior ſit, quàm perſpicuæ gemmæ colori; & ob id neque erano neque ſapphiro, ſed minus ſapphiro, pallidior autem erano, vt & Nicolus, ſed erano ob rotunditatem cœlo ſimilior, quanquam cœlum etiam quod fingitur cauum ſit, erano autem gibbus. Propior cœli colori cærulei lapidis eſt.

38 Poicilus lapis eſt opacus, ſimilis ſilici communi, ſed maculis inſtar punctorum diſtinctus, eiuſdem coloris, vnde ſilicea poſſet gemma meritò appellari. In eo habeo Actæonem in ceruum capite iam conuerſum: vnde liquet neque ſilicem, neque è iaſpidum genere eſſe, verùm potius Eumetris; at illa in Batris oritur dura, & gemma more aliarum orientalium gemmarum: ceruicali ſuppoſita fertur per ſomnum oraculi inſtar, occulta oſtendere.

39 Amethyſtus gemma eſt nobiliorum mollior, ac vilior ob copiam & magnitudinem: nihilominus emere volui paulò maiorem, imò minorem dimidio fabæ, nec gemmarius vendere voluit: nulla enim gemma iucundior ſi eximia ſit. Color qualis cœlo & vino commiſtis, vt ex purpureo vinoſus, gratâ venuſtate. Sex enim ſunt gemmæ pulchritudinis eximiæ. Carbunculus & Smaragdus, quod colores & lucem copioſam contineant: Adamas, callais & amethyſtus, quod lumen plurimum vibrent atque remittant: ſed adamas nitore fulget, amethyſtus & Callais colore rutilant. Sapphirus autem & colorem continet copioſum, & lumen etiam remittit. Totidem ſunt gemmæ, quæ cum cauſam habeant cuiuſdam eximiæ pulchritudinis, eam tamen non habent: nam margaritia & erano immenſa ſunt precia, non tamen eximiæ ſunt pulchritudinis, quoniam opacæ ſunt: neque chryſolitho aut hyacintho, vel balaſio aut carchedonio, tametſi pulchris coloribus maximè puniceo, qui adeò gratus eſt in roſis atque aliis floribus, quoniam luminis & coloris, quantum ſatis eſt, continere non poſſunt. Ob id minus mirum, ſi neque his quæ à nobilioribus degenerant, quemadmodum neque praſio neque granato, Carneolóve aut topazio, cum iam à nobiliſſimis eiuſdem coloris ſuperentur. Vigiles facit amethyſtus, & vapores à capite repellit, qui à ventriculo prodeunt, vmbilico ſuperpoſitus: ſolicitis in negociis, & ob id venatoribus vtilis, & pugnaturis: epotâ aquâ in qua puluis lotus fuerit, fœcunditati vtilis eſt.

40 Indicus gemma eſt rubra, & ſimilis Carneolo, parúmque ob id perſpicua, ſed duritie ſapphiri; quamobrem conſtat eam ſui generis eſſe.

41 Gagates non lapis eſt, ſed ſuccus ac bitumen duratum, adeò vt politum nitorem recipiat, & ob id inter lapides connumeratur. In quo genere eſt ſuccinum & caphura, ſed hæc mollior, quantò ſuccinum durius. Item Thracius lapis & achatum quædam ſpecies, quæ accenſæ myrrham redolent. Commune eſt omnibus his, vt flammâ accenſæ ardeant, & vt affricatæ feſtucas trahant: & vt odorem peculiarem reddant, & vt comitiali morbo correptos excitent, ſiquidem tales & multi alij lapides qui ardent, naturam bituminis referunt, nobiliores & meliores qui bene olent quàm qui malè.

42 Iaſmachatea gemma eſt ex Iaſpide, Smaragdo, achate, noſtris parum cognita temporibus, quam etiam reor eſſe lapidem vitæ, cuius meminit Aëtius in emplaſtro Perſarum: namque malo habitui, & hydropi, ac ſpirantibus grauiter auxiliatur, & colorem atque habitum bonum præſtat: malè ſcribitur iaſpachates. Viridi colore & punctis reſperſa eſt: vitæ autem lapis ſi is eſt, in Scythia reperitur. Vnum id ſatis conſtat, verum non eſſe ſchirrum non diſſolui: nam lapidum quorundam in emplaſtris vis hoc poteſt, quæ tenuitate ſubſtantiæ penetrare & naturæ denſitate diſſoluere poteſt lapideam duritiem. Cuius rei argumento eſt plumbum, quod nodos duratos impoſitum ſoluit, cum hi ſcirrhis nequaquam ſint tractabiliores.

43 Cora

43 Cnralius alij duplici L ſcribunt, frutex eſt duritie lapidis, ſed admodum fragilis, vt rimas facile concipiat ex quauis leuiſſima cauſa: conceptis adhuc leuioribus occaſionibus frangatur, rubet & atte nitens sadices ſolum habet, non folia, non flores, aut ſemen vllum: naſcitur in imo maris Africi, annexum lapidibus. Eſt qui ad quatuor aut quinque palmos, licet ratò, excreſcat, quod accidit non tam naturâ quæ humilis ſit, quàm quod cum fragilis adeò ſit, à maris tempeſtatibus & vndis frangitur atque colliditur. Eadem planta aliquos ramos non ſatis aperta cauſa nigros refert. Mutarut colos langueſcente humano corpote, & magis quàm hyacinthorum rubrorum: ferunt coralium exſugi à congris. Sed ſunt duo præterea coraliorum nothorum genera: vnum abundans album & leue exterius, ſed interius inane ac fiſtuloſum, plenum fungoſa materia, ac quaſi capillamentis coloris pallidi, quæ digito ſtatim in puluerem abeant, dentibus tum firmandis tum dealbandis valde vtile: alterum nigrum quod longè nigro genuino inferius eſt, tum nitore tum pulchritudine, & quod interius non verè lapideſcat, ſed perſæpe etiam fiſtuloſum ſit: atque hæc quanquam à nobis explorata, prius tamen à Geſnero prodita ſunt. Multa quoque alia huiuſmodi lapidicini generis oriuntur in aquis, ſed nil aliud perfectum ac nobile, præter coralium nobis innotuit, ſalſedine, motu, impuritate, generatione obſtantibus.

44 Opalus gemmarum regina, ſed noſtro tempore ignota, vt aliquid ex antiquo referam. Hæc omnium nobiliorum gemmarum dotes claras continebat, forſan vt noſtra ætate innotuit arte naturam adiuuante. Et de hac eadem aliàs actum eſt.

45 Gloſſopetra lapis eſt, formam linguæ referens, ſui generis, cuiuſmodi tales multi de quibus ſermonem habuimus, vt iam centum lapidum ferme naturam deſcripſerimus, eorundémque præcipuorum atque nobiliorum: namque quadraginta ſpeciatim deſcripſimus. Sub hoc verò nomine, & Hoplitum atque eorum armaturarum, tum etiam illorum qui in animalibus naſcuntur, tum eorum qui ſuccorum concretorum ſubſtantia conſtant & ardent, pluſquam ſexaginta ſpecies continentur. Velut belemnites à ſagittæ ſimilitudine. Hic plerumque radiis in baſi diſtinguitur ollæ parinæ, rotæ, molæ, quos trochitas etiam ſuperius appellari diximus, encrini à liliorum ſimilitudine: quanquam re ipsâ plura ex his cum hoplitarum formis atque ſpeciebus conueniant. In vniuerſum velut in lucij capite & hominis oſſibus, certæ ſunt figuræ atque ſubſtantiæ, ita in lapidum generibus ab animabus, quæ originem ducunt à mundi anima.

46 Sardius obſcurior & rubicundior carneolo, imò ad flauum tendens, in viſceribus lapidum & maximè parij marmoris inuenitur. Gemma nobilis non eſt, nec aſpectui grata: quippe quæ multis aliis in locis inueniatur ac regionibus, & parum ſplendeat: ferunt tamen fortunatam eſſe. Credo gemmariis hæc commenta inuenientibus, quoties decor venalem non facit. Inde Sardonyx ex onyche & Sardio, olim maiore in precio habita, quòd pulchtior eſſet, quanquam neque opes augeret, nec ingenij acumen. Conſtat vtramque ſui generis eſſe gemmam, & in Sarda diſtingui ſexum, vt quæ ſplendidior eſſet atque viuacior maſculus diceretur, hebetior & turpior fæmina.

47 Pyrites lapis eſt mediâ naturâ inter lapidem & metallum, ideò per ſe ardet, nec liqueſcit: cum plumbo autem liqueſcit, & ex ambobus fiunt virgulæ, quibus litteræ typis excuduntur. Pulcherrimus eſt qui forma eſt teſſelata & quadrata, velut alearum aurei argenteive coloris, familiaris vt audio Cypro inſulæ, ſed etiam in Germania inuenitur: accenſus, acetóque perfuſus, extenuat fumo ſplenem. Eliditur non ex omni, ſed quibuſdam ſpeciebus eius obſcurioribus, ac magis ad lapidis naturam accedentibus, ignis adeò promptè, vt pro miraculo ſit, maximè ob pertinaciam. His cauſis liquet non eſſe verum lapidem, multóque minus viuere ipſum: pondere ob eas cauſas grauiſſimus eſt. Indicium etiam abundantis metalli, cum ſit metallum, vt ita dicam, immaturum impurúmque. Aureus ille atque argenteus, tum ob nitorem, tum ob formam & colorem, maiore in pretio eſt. Neque abſurdum eſſet, ſi conſtanter quadratam formam aliquod genus retineat, id duntaxat vitæ cuiuſdam eſſe participem. Sub hoc autem genere omnia metallica miſti generis, velut auripygmentum, Sandaracham & cadmiam, atque etiam chalcanthum & ſtibium, contineri haud dubium eſt. Neque enim ſpecie differre poſſunt, quæ ſpeciem non conſtituunt: ſed ſola ratione qualitatum differunt, velut chalcanthum, cum calidum ſit & ſiccum in fine tertij ordinis, è numero tamen eſt illorum quæ aſtringunt: imò in hoc quod mirum eſt obtinens principatum.

48 Marmor vocamus lapidem omnem leuem, politum ſcilicet qui politus niteat durúſque ſit, & in molem magnam creſcat. Quo nomine baſaltem nigrum atque ferro durius, ex quo pyramidum vna, vt Bellonius refert, conſtat. Parium candore eximium, Phengiticum ſplendore narium, ſub quo ophytes porphyrites, & maculoſum quod non certa ratione, ſed variis coloribus diſtinguitur. Abſurdum autem fuerit, paruos lapides formâ, duritie, colore, ſplendoréque diſtingui, ac ſpecie differre, hos quia magni ſunt, licet manifeſtè iiſdem notis diſtinguantur, ſpecie ſub eadem contineri. Porphyrites baſaltéſque duriſſimi, ſed omninò ſpecie differentes: ophytes durus valde, ſed tamen non adeò vt illi: ma-

culoſi valdé fragiles. In quo illud mirum eſt, quod cum ophytes & porphyrites ſint & ipſi maculoſi, ſed ordine certo & alternatim variante colore, hi duriſſimi ſint, illi autem fragiles admodum: medij qui vno tantùm colore præditi ſunt.

49 Ophtalmius ſeu ocularis lapis, ab oculi ſimilitudine dictus, duorum eſt generum: artificialis qui fit ex gemma bicolori, cuius pars ima conuexa ſui parte ſuperiorem concauam tangit ſuperficiem, eſtque in inferiore macula rotunda alterius coloris, ab vtraque tunc cælata ſuperiore in formam oculi, inferior referet oculum ipſum cum iride in medio, ſuperior autem palpebram: poteſt etiam fieri ex quouis bicolore lapide, vbi in vna tabularum macula rotunda ſit. Sed naturalis triúm eſt ſpecierum: qui in eadem ſuperficie quaſi depictum habet oculum, & qui cauus eſt in formam oculi, ſed color ambarum ſuperficierum eſt vnus: & qui cauus eſt cum coloribus oculum referentibus, qui etiam optimus eſt. Nondum cognita eſt niſi quæ primi generis eſt, & Beli oculus vocatur alba cum pupilla nigra, iride autem auri colore fulgente. Hæc ſapientiam & bonam fortunam præbet. Cæterum reliquarum tot ſunt ſpecies, quot colorum numeri atque differentiæ, tum durities ac ſplendoris magnitudo.

50 Cos opponitur marmori è regione, cum proprium eius ſit eſſe aſperam & duram, ob id etiam opacam: omnis enim lapis perſpicuus natura leuis eſt ac nitens, quo fit vt lydius lapis qui niger eſt, & quo aurum & argentum ſolent explorari, ſit potius ſaxum quàm cos.

CAPVT III.

De quinque aut ſex generibus principalibus gemmarum.

CVm verò delectatio precium addat lapidibus & dignitatem, delectatio ex memoria delectabilium oritur. Et quæ oculum delectant in huiuſmodi genere ſunt. Sunt autem tria principalia; nitor ob herbarum & arborum repræſentationem: lux ob ſui cæleſtem naturam & ſplendorem, vnde in tenebris mœremur & triſtamur: cæruleus color ob cœli ſereni naturam. Eſt miſtus quidam florentium pratorum color, ex viridi alborum purpureo, cœleſti, croceo: hos enim colores confuſos mira pulchritudine refert floridum pratum. Verùm cœli color duplex eſt, quantumuis ſereni dilutus & ſatur. Si ergo memoria imaginum delectat hominem, dubio procul multò magis cum actum excitat ſenſus. Quinque igitur ſunt lapides, naturâ pulcherrimi; *adamas* pro luce [illegible] & aqua: nam & ea familiaris eſt oculo, & plurimum nos recreat aſpectu, *Smaragdus* pro viridi. *Sapphirus* pro cæruleo diluto, pro ſaturo *amethyſtus*: nam in vtroque plurimum lucis ſplendere ſupponimus: Et pro pluribus illis coloribus *opalus*, quanquam Plinius albi & crocei haud meminerit, conſtat tamen hos quinque colores nec non & alios indefinitos illi ineſſe, cum clara luce coruſcantes variante iride. Itaque harum gemmarum ſumma alacritas, pulchritudo, nobilitas, precium. Sed amethyſto ob mollitiem (nulla enim ex hoc genere gemma dura) precium minus: quanquam ſi perfecta ſit, & vibret ac rutilet, inſignis & illi ſit nobilitas: ſed vſus rarior ne langueſcat. Poterat his quinque genus gemmarum eſſe contentum, ſi carbunculus locum inter eas non quæſiſſet. Conſtat nullam poſſe ei adhiberi iucunditatis ſimilitudinem, niſi vt igneo fulgore pelluceat. Et ob id ſola hæc rara eſt inter enumeratas, quæ pulchritudine poſſit commendari: cum eiuſmodi eam eſſe oporteat, quæ in nocte luceat, & neque in ſolis lumine hebeteſcat. Hæc ob nouitatem, & quod lucem reuocet in tenebris, & ignis ſimilitudinem commendatur. Rara omnino & priuatis hominibus parua & perexigua, forſan Regibus familiarior & digna res; atque in illis ignei ſplendoris admiratione, potius quàm iucunditate commendabilis: quapropter ſecus triſtis aſpectu gemma eſt, & audaciam atque ambitionem, magisque ad gratiam vel hilaritatem compoſita.

CAPVT IV.

De Gemmis factitiis.

DIxi ſæpius quomodo fiunt, & quòd pondere, denſitate, perſpicuitate atque ſplendore dignoſcuntur, maxima iniuria eſt in eis bulla: hæc fit à flatu, flatus calore potenti diſcutitur, ob id Aemilius Maluezius Bononienſis Patritius vir ſingularis ingenij & induſtriæ, admoto igne vehementi Smaragdos inſigni pulchritudine effecit, quorum exemplum habeo. Duriores euaſerunt vitro, cryſtallo molliores. Sed mirum eſt quòd grauiſſimâ materiâ ſint, & ob id metallica: quomodo autem metallum perſpicuitatem admittere poſſit, dubium eſt. Sunt ergo ſplendidi magis quam perſpicui: quoniam non adeò craſſa ex ſubſtantia ſunt: terra enim minime perſpicua eſt. Aqueæ igitur gemmæ nec niſi ægrè ſoluuntur, craſſum igitur humidum & impurum, terreum, imò in pluribus ſeparatum, vt ferro ære; tenue vtrumque elementum, & ob id melius commiſtum in gemma: quocirca neque facilè liqueſcit, & magis ſicca eſt, & ob id magis ſplendet: ſplendor enim in ſicco; cum igitur vera Smaragdus leuis ſit, ideóque tenuis ſubſtantiæ, magíſque orientalis, factitia autem grauis, & tamen ſplendida, fieri non poteſt, vt ſit perſpicua valde: quare ea optima erit, quæ à craſſo humido fit,

fit, non tamen perſpicuo, vt non multitudine ſed firmitate ſplendoris nitida, illa non adeò firma, ſed copia maiore & puriore clara: color vnus. Diſcrimen in perſpicuitate, igitur & claritate luminis quadam, ſed in pondere euidens. Ideò dicebat ille, difficultatem eſſe in inuentione vaſis: vas enim craſſitudine quatuor digitorum deſtrui affirmabat: cum demiraret quod liqueſceret, quod omninò terreum eſſet, reſpondit non liqueſcere, ſed ex tanta craſſitudine in papyri craſſitudinem deuenire, nec perfici opus potuiſſe: erat enim ferrum quod vocant Aziminum auro par precio quamuis non merx ſit, cuius copiam diſtrahere magnam liceat; à captiuo tamen inuentionem illius didicit, nec aliud vt referebat, obſtitit.

CAPVT V.

De metallis.

Metallorum nitor tribus conſtat: poritate quam ex igne acquirunt, aurum & argentum plumbo purgantur, ferrum ſolo igne vt refert Ariſtoteles: quibuſdam tamen admiſtis, quæ ad ſeparationem faciunt, adiuuatur: æqualitate quam præbent cotes, & quæ detergunt velut Smiris: lapis fulminis, marmor, cinis later, retrimentum ferri, atque alia eiuſmodi; & exſiccatione: nitor enim eſt ſplendor ſiccus: humidum enim pingue nitorem impedit. Habent autem metalla omnia præter aurum pingue humidum & oleo ſimile, cuius indicio eſt macula quam digitis annuli fuſca imprimunt. Eam igitur ſiccare oportet. Quamobrem non tam illam tollere, quàm etiam rubiginem & inæqualitatem, idque mola efficit ex lapide ad rubiginem & impuritatem. At humidum illud ſiccat mola lignea abſque aqua: conſtat autem ligno ſalicis, tum verò plumbea: plumbum enim ob affinitatem naturæ nedum ſorbet ſed incaleſcit: quæ autem citra eximium calorem ferrum & chalybem ſiccant, addúntque ſplendorem, diſcere oportet ab his qui arma fabricant, & qui chalybea ſpecula efficiunt. Eſt autem nitoris non vna ſpecies: alia quidem vt ſpeculorum ſine candore, ſed quæ figuras reddat: alia candida velut thoracum: quædam argentea quaſi media, quæ in ſtylis ſcriptoriis maximè grata eſt. Oportet autem non erodere quod politum eſt: qua propter, neque hunc ſplendorem ſi iam æquale ſit ferrum, Smiris aut marmor, aut lapis fulminis, aut later addere poſſunt, aut cotis genus vllum: erodunt enim omnia: aliqua etiam non fugunt. Sed lignum rotundum, aut chalybs, aut plumbum album vſtum, ſi cum corio affricetur. Indicio eſt hæc prodeſſe quòd denigrantur, non tamen quicquam erodunt cum ſint lenia: pingue igitur humidum exſugunt: fuliginem etiam tenuiſſimam & leuiſſimam fabrorum ferrariorum vtilem eſſe aiunt. Ergo alternatim chalybe & plumbo aut ligno politur: humidum enim quod reſidet chalybe detergitur cum ſtyli vnguedine, à ligno autem aut plumbo tenue humidum tollitur. Ergo rubigo & inæqualitas magna mola tolluntur, poſt Smiride & oleo æquale fit, inde oleo & lapide fulminis vehementi frictione color additur. Demum chalybe duriſſimo atque leuiſſimo & plumbo alternantibus, nitor ac ſplendor accedit, deterſo ferro demum leuiſſimo & ſicco cinere.

Aurum ferme dimidio plus grauius eſt plombo, quod hoc experimento deprehenditur: tracta ambo per idem foramen diriguntur, & ad æqualitatem præſciduntur: inde pondus exploratur. Idem ignitum licet vrat, non tamen dolor & vſtio augentur velut in ferro, quod non ſolùm ob proprietatem accidere puto, ſed quia minimè ſiccum eſt: vt etiam plumbo vtrique idem contingat, tum etiam argento: minus enim vſtio eius praua eſt quàm auri. Sed ferrum cum vix liqueſcat, & chalybs plurimum noceat, adeò vt per nouem dies dolor, & corruptio, & cruſtæ augeantur, velut etiam ex pruna quæ à ligno fit. Omnium deterrimè afficere ſolet æs ob partes exuſtas, quas per ſe continet: vnde inciſiones ex ære factæ facilius ſaneſcunt; vſtio enim parua pro medicamento eſt.

Gemmæ ſi ſaturum habent colorem, & craſſæ ſint, non bonæ ſunt: non enim color is ex ſubſtantiæ perfectione eſt, ſed ob magnitudinem regurgitante colore, vt in mari quod ceruleum videtur ob altitudinem: multúmque diſſidet color eius ab eo, qui in exigua aquæ portione inuenitur. Qui verò dilutus ac in tenui ſubſtantia etiam deterior, ſiquidem te & ſpecie malus, & ipſa gemma quaſi infirma eſt. Sed ſi gemma craſſa ſit, & color ſatur, neceſſe eſt obſcuriorem videri: quapropter & perfecta erit, & robuſta, ſed non ſpecie pulchra. Oportet igitur vt omnia hæc tria obtineant, quandoquidem in gemma pulchritudo non tam ſit principalis, quàm quæ non ſine ea gemma dici non poſſit, vt color ſatur ſit in mediocri craſſitie & ſubſtantia perſpicua. Cumque neceſſe ſit cum his adeſſe debitam magnitudinem & puritatem, nihil mirum eſt ſi exacta gemma rariſſima inuentu ſit: licet autem in quibuſdam generibus velut Achate maximè & Iaſpide, (& ſi tranſluceat vocant heliotropium,) inuenire lineas rectas, licet in rotundo lapide obliquæ videantur; tum figuras quaſi manu fabrefactas, quas præſciodendo rem quandoque non minus prætioſam quàm admirabilem efficies. Vnde propriè hæ in

magna æſtimatione haberi debent, quarum natura ſimplicior eſt, vt carneoli, charchedonij, praſſij; hyacinthi. Sed ſi cum hoc nobilis ſit, velot Sapphiri, carbunculi, adamatitis, adhuc pretioſiur erit. Hoc igitur non tam artis quàm artificis opus.

CAPVT VI.

De cryſtal lo.

CIgnitur cum ſex ſuperficiebus, quandoque cum aqua intus; hoc autem ſic. Sit lapis pumicuſus ex quo genitus eſt cryſtallus, cum antea ſolidus ſit & quaſi pellucidus ac nitens, eiuſmodi enim plurimos collegi colore ad flauum



declinante A B C, A autem foramen perueniens ad D cauitatem, reſudet materia in illam ſenſim, dum foramen aqua refertum eſt. Demum colliquatis niuibus quæ per A anguſtum foramen deſtillabant, ſiccetur ab aëre vel æſtu pars aquæ contentæ, & partes quæ ad A poſitæ, remittant humorem, donec foramen occludatur. Poteſt etiam fieri vt in cryſtallum leuem foramen habentem aquam aliquis intruſerit: inde ex cryſtalli puluere, & candido oui illud obturauerit, arte naturam ita fallente, vt ſenſum rima effugiat. Potuit & vtrumque arte fieri. Cauitas, vt in vaſis ligneis: humor, introduci vt vitreum ouum ex ſugendo vi aërem, inde occludendo; nam lucrum operæ tædium perfert. Inueniuntur enim qui exiſtimantes id ſemper eſſe naturæ non artis opus, tale prodigium aliquot aureis Philippeis ornant.

CAPVT VII.

De lapide in felle tauri.

PRinceps deſcribit, quòd ſit magnitudine oui, citrini coloris, lenis, amarus & acris: non eſt tamen ouum: illud enim leuiſſimum non ſolum leue eſt, & piloſum eſt intus, ideò neque amarum valde, multò minus acre; eſt etiam ouum maius, vt vix capi à felis veſica queat. Ideò puto eſſe diuerſum, & ſimul generari: tum quia exigui inuenirentur; tum quia non tam diu viuere poſſet animal, vt perpetuis incrementis poſſet eo vſque augeri: ſed ſic materia congregatur, & inde paulatim cogitur in lapidem: nam durus factus frangeret veſicam fellis, cum tenuior multò ſit, quàm vrina, & pendeat cum vrina ſubſidat ſuper tectum inteſtinum.

LIBER VNDECIMVS PARALIPOMENON.

Hiſtoriæ animalium.

CAPVT I.

De lacu albo.

PIſces aquæ naturam ſortiuntur, maximè clari, albi, pellucidi, ex aquis limpidis eduntur: cænoſi è cæno vt apud nos tincæ in vrbium foſſis. Et nigri è nigro flumine iuxta nouam arcem in Filandia, quamuis naturâ lucidi ſint vt Salmones & trottæ: bituminoſum enim flumen eſt. Longi piſces boreali vento impinguari feruntur, lati auſtrali, quoniam humidiores ſint, illi calidiores. Eſt & vltra Moſchouitas lacus albus copia piſcium & bonitate admirabilis; ſic dictus quòd ob bitumen paucæ aquæ adeò puræ inueniantur: vel quòd inter niues & glaciem ſit. Sunt & ibi aues pluma molliore, frigori aëris per auxilium impendente natura. Sunt & raræ aues vt onocrotali & Allæ à voce quæ id reſonat ſic dictæ, nigræ hæ & pigræ, ſed perpetuò quaſi ſtrepentes. Vnde perpetuò lacus ille reſonat vocibus diuerſarum auium: nam lux perpetua ibi viget ob poli altitudinem, additis vtriſque crepuſculis veſpertino atque matutino, tum lunæ plenæ ſplendore. Piſcium natura adeò fœcunda eſt, vt oua limo etiam per annum ſeruentur, vt in Nili paludibus apparet. Ob id etiam quidam eorum limum ſeruant, & poſt vernum æquinoctium ſpargunt ad propagandos piſces. Referunt etiam in Aquilonari mari, duos eſſe piſces inſtar latronum, quorum vnus leporina facie non maior palmo, ſpiculis in dorſo armatus, quem omnes refugiunt, inutilis menſis: alter admodum horrendus, anteriore parte roſtro quaſi nauis, ore ſub ventre condito, aculeis in dorſo antrorſum vergentibus: macilentus, quod perpetuò piſces alios perſequatur, inutilis & ipſe cibo. Alius fœdus ſed vſui culinæ aptus, capite bubali adeò incuruo, vt ferream equi ſoleam referat. In Schoningiæ quoque littore, tantam halecum multitudinem congregari aiunt, vt claua proiecta non deſcendat in aquæ imum: ſplendent his piſcibus oculi adeò, vt agmen quaſi fulgur ſcintillans videatur, verùm ſtatim ab aqua extractum expirat.

CAPVT II.

De piſcibus quadam præcipua.

EST piſcium genus vndequaque medium inter plantas & ſanguinea animalia. Primùm quoniam plantæ nullo modo reſpirant, ſanguinea reſpirant aërem: piſces attracta per branchias aqua reſtaurantur. Plantæ in terra viuunt, ibi enim eſt origo vitæ illarum, ſanguineorum in aëre, piſces vitæ originem in aqua habent. Plantæ ſenſu carent, ſanguinea exacto prædita ſunt ſenſu, piſces hebeti: plantæ immobiles prorſus, ſanguinea per ſe mouentur, piſces quia à medio ſuſtinentur & per medium. Plantæ non habent humorem, ſanguinea habent per venas diſcurrentem, piſces habent ſed non perfectum, neque in venis. Plantæ caput habent infra corporis reliquum, piſces è regione, ſanguinea ſupra. Sunt præterea inter piſces monſtra admiranda, tum magnitudine, tum forma, quorum tanta eſt copia etiam in Noruegia: vnde ibi etiam tum ob id, tum ob glacies, tum ob tempeſtates piſcatio periculoſa, cum alioquin lucroſa ſit, vtilitatem ac facilitatem periculo & incommodis penſante natura.

Ericus Falchendorfus Nidroſienſis Epiſcopus, in epiſtola ad Leonem X eius nominis Pont: Max: refert eſſe in Boreali oceano piſcem è cetorum genere, capite decem & amplius cubitorum, colore nigerrimo, vndique ſpinis ac cornibus horrido; cæterum reliqua parte piloſum, ac velut anſerinis pennis longis denſiſque contectum: cuius longitudo non capiti proportione reſpondet, cum vix ſit cubitorum quindecim, caput verò ipſum quadratum; & in eo oculi prægrandes, quorum ambitus duodecim eſt cubitorum, pupilla verò tranſuerſim cubiti vnius ac flammea, nauéſque facilè euertit.

Aliud referunt eſſe genus, quod ciliorum loco cornua in ſingulis oculis habet CCL ferme longitudinis, ſex aut ſeptem cubitorum, quæ modo erigit, modò remittit. Oculorum ambitus X V pedum, ſpatium verò inter illos X X, vt ex his poſſis coniectari magnitudinem illorum totam, quam immenſam eſſe oportet. Con-

ſtaimini Primi Imperatoris ætate referunt captum cetum triginta cubitorum longitudinis, decem latitudinis, qui iam totis quinquaginta annis præcedentibus naues ſubmergere ſolebat: vt facilè intelligamus vitam cetorum eſſe propè centum annos. Thimemurhi etiam in Anglia anno MDXXXII menſe Auguſti, cete captum fuit longitudinis pedum X C, altitudinis ferme XXX, mandibulæ longitudo XXII, ambitus quatuor, rictus oris X X, coſtæ X X X, in ſingulis lateribus longitudinis X X I pedis, ambitus maiorum ſexquipedis; ventres tres in modum ſpecus vaſti, gutturis annuli X X X, quorum quinque prægrandes erant. Primæ duæ longitudinis pedum X V, caput pedes habuit in longitudine XXI, palatum laminis corneis diſtinctum erat, altera parte piloſis. Aliud Volaterræ anno M C C C C X C V I I I longitudinis pedum. C. Vertebræ L X ephippij magnitudine. Solent his vti boreales pro mortariis, veluti pro tignis illorum coſtis: toto verò corio, ſpina, coſtis, domum quandoque contegunt bifariam diuiſam; atque in ea cots, triclinia, cubicula, penu, exedræ. Ferunt qui ibi dormiunt, naufragia & tempeſtates ſomniare. Referunt etiam ab Eratoſthene alium viſum cetum C L cubitorum. Videri tamen inſolam veriſimile non eſt, cum adeò nudæ non eſſe ſoleant: Scopulum fluctuantibus vndis, ne non immotus videri poſſit, haud abſurdum: mouetur enim illa, & ſcopulus moueri videtur. Olaus Magnus refert ibi videri cœrulei coloris ambram multam in mari, vbi cete abundant. Sed tamen non è Germania aduehitur ambra, ſed ex oriente. Apparet etiam ibi Suuamfiſchus pinguis adeò piſcis, vt pelle & pinguedine pro capitis tegmine vtatur, quem putant ob timorem ſuas edere carnes. Sunt & monſtra humana facie & leonum effigie, quæ ſi capiantur, bellum portendere putant: velut & ſerpentes in antris littoris Noruagici C C pedum longitudine, altitudine X X, & in Moos inſula, vnum longitudinis L. cubitorum: exitium aut tumultus Regibus prædicere eum apparuerint.

CAPVT III.

De Crocodilo.

Κροκόδειλος quaſi crocum, aut chordulam ſeu filum fugiat, aut quia in littore ſeu arena crepuſculo ſoleat degere: vaſta eſt bellua, pedes longa, nonnunquam X I V. Tantus erat quem Bononiæ vidi Pridie Calendas Iulij M D L X I V, corio ſubnigro, craſſo, vario; cauda quæ quincuncem totius longitudine non attingit, trientem ſupera lata, admodùm ſenſim in anguſtum deſinente; robuſta admodum, vt equum elidere flagellando, & eruta illius frangere valeat. Dorſo & cauda cuſpidibus quaſi oblongis, quibus armatur protuberante, rectà à capite ad caudæ imum tendentibus ordinibus ſex, digiti in pedibus quini, etiam vngues totidem, acuti, nigri, longitudine vnguium aquilarum: & ipſi incurui cruribus pro corporis ratione breuibus, idque ſolùm vt reor ad natandum præſidium; collo recto, obſtippo, quòd mandibula inferior pectori oſſe continuetur: vnde neque illam mouet, vt cætera animalia, neque collum inflectere poteſt: quo fit vt ſi quis à rectà decliner, non facilè cum collum contorquere nequeat, fugientem aſſequatur. Dentes habet pro magnitudine fere paruos, nec continuos, ſed equorum ferme more, vt in media mandibula ſint rariores. Sunt autem ſexaginta quatuor, vix digiti tranſuerſi magnitudine prominentes, teretes & acuti, atque inuicem diuiſi, more dentium piſcium in his: hoc eſt inſigne quod duo ac duo dextra ſiniſtràque ſuperius atque inferius, vt ſiot omnes octo prælongi caninorum inſtar: ſed ſingula paria adeò prope ſunt, vt quaſi ſe inuicem tangant, teretes, acuti, craſſitudine io imo humani digiti, longi proſtant, quantum auricularis in homine digitus, lingua exerta, oculi in lateribus in ſuprema extremáque parte ſuperiore capitis mediocres, ac quaſi vt in lacertis lingua nulla, os vaſtum vt integrum hominem commodè comprehendere poſſit. Ex hac deſcriptione, quod de Tentyritis fertur, veriſſimum eſſe vel quondam fuiſſe reor: nam freti ſumma andacia dorſo inſiliunt, tum animal expaueſcit: neque enim vnguibus illos vlciſci poteſt ob crurum breuitatem: nec dentibus, cum collum inflectere nequeat vllam in partem: nec cauda, quam ob latitudinem & rigorem in dorſum non poteſt retrahere aut circumagere: ea igitur moleſtia atque periculo, nam occidi claua, verberari baculo, ad arbitrium inſidentis poſſunt, etiamſi vel in terra, vel in aquis deſiliant aut delabantur, aut venientem videant, tam immenſo terrore corripiuntur, vt impotes ſui ſolùm de fuga cogitent: magno lucro obliti tantarum vitium ponant euaſiſſe: vitare autem oportet os & caudæ ictum. Agnoſcunt autem illos quod aduerſum eos ſtarent, & voce quam ex induſtria peculiarem edunt vt bellnæ, etiam non viſos timere diſcant & fugiant: aut ſi non poſſunt, immemores armorum ſuorum præ metu torpeant; vt dubium haud ſit hâc fabricâ huius animalis, hoc ſibi aſciſcere miraculum. Vidimus & duo animalia, quaternis pedibus, ſimilia lacertis, magnitudine felis, ſed caput non oblongum eſt adeò, vt lacertis: cauda vero loricata & lata admodum, qualis proportione Crocodilis, frequentibus per tranſuerſum veluti loricis acutis, adeò vt ſpinoſa videatur. Ichneumones fuiſſe dicunt quanquam Ariſtoteles quales ſint non deſcribat, animal tamen parere fertur à Plinio: at mihi potius ad oua pariendum

aptum

aptum videtur, cum ſit fotma crocodilo & laccrtis ſimile. Alij Cordylum volunr eſſe Ariſtotclis: non ſanè potuimus videre an branchias haberet, quas ſolus habeat quadrupedum, quod capitibus eſſent eroſis.

CAPVT IV.

De mure Alpino.

INter animalium miracula illud recenſeri poreſt, quod narrat Andreas Matthiolus, ſe ſæpius expertum, muris alpini quem vulgari nomine vocamus Marmottam, dentes illos quatuor anteriores quos habet prælongos, quibus grauia infligit vulnera; arrodit eriam veſtes, libros, & quæconque ei obuiam veniunt, præciſos, XXIV in horis tantundem creſcere. Quod ſi ita eſt, neceſſe eſt mareriam abundare primum, & eſſe valde terream, nam talis citò concreſcit, calorémque loci robuſtum. Id verò conſuetum: nam inſucta non facile natura perficit. Reſtauratur ergo ſæpius, & magna quanritate; tantundem igitur perit. Si igitur multum perit & atteritur, molles ſunt dentes.

CAPVT V.

De vipera.

VIpera eſt animal ſine pedibus cum cauda breui, & collo valde tenui, & capite plano, humili, prope collum valde lato, & cum ambulant exſufflant, & ſtrepitum faciunt, & ſunt flauæ in dorſo, & oculi viuaces atque feroces, & mouentur cum impetu dum volunt, & non ſunt cornutæ, neque valde breues vt aſpides, & ſub ventre non ſunt candidæ, puræ, nec ſunt varij coloris, neque valde magnæ & craſſæ: nam tales ſunt ἀφαρμάκαι, & fœminæ habent à lateribus ſaltem duos aut tres dentes, ex quauis parte prælongos, & ſub ventre maximè poſt partum, ſciſſuram longam quantum eſt caput lacertæ magnæ, & pariunt fœtus ſex aut ſeptem, & longè plures, digiti ferme longitudine, valde tenues; & in pariendo ſi poſſunt, vt pendeant. Et quod valde mirum eſt, nati fœtus in pyride vitrea, ſe inuicem in globulum inuoluunt, & abſque cibo creſcunt per aliquot dies: tamen adeò vt fiant craſſi ad quantitatem dimidij minimi digiti: ſeu quòd nutriantur humido, quod adhæret corporibus eorum mutuò: ſeu vaporibus ſeu ſeruato in viſceribus, ſeu quòd in ventre compreſſi extra paulatim extendantur. Odit gallum, & ille viciſſim ipſam timet. Aggreditur igitur illum in criſta inſiliendo, & ſubitò interficit: nonnunquam, ex collo cum non potuerit attingere, & etiam tum ſtatim necat, non ſolùm ob venenum ſed antipathiam. Vſus eius ad medicamenta debet eſſe, fœminæ & nuper captæ: Et in regionibus orientalibus, vt in Græcia præcipuè in montibus: nam in Italia præcipuè citra Apeninum ſunt ineſſicaces. Et ſignum roboris earum eſt, quòd mouentur velociter, & inſiliunt longius, & exſufflant cum ſtrepitu, & eleuant caput multum, & quod pullo demorſo ocyſſimè perit. Et terra Melitææ inſulæ multum prodeſt morſui eius, à proprietate bibita & impoſita.

CAPVT VI.

De piſcibus capiendis.

HAmo, reti, tridente, ſiccata aqua, bolo qui fit ex quonis; herba ferente lac purgans, vt tithymali generibus lactaria: item helleboro, bacca Syria: & quæ immerſa aquis, occidunt illos velut lino vt vidi, naſſa. Decipiuntur & nocturnis ignibus ad quos aduolant. Sed qui bolo capiuntur, exenterari debent: omnium innoxius magis eſt, qui ex calce fit: deterior corruptis aquis, vnde ſtatim cum ægrotant eximendi ſunt.

LIBER

LIBER DVODECIMVS.

PARALIPOMENON.

Hiſtoriæ Plantarum.

CAPVT I.

De Hypericone.

HYpericon herba eſt notiſſima, coius tres ſunt ſpecies, ſeu quatuor computata; cori quæ planta minima eſt atque odoratiſſima, maxima verò eſt aſcyrum, media hypericon & androſemon, ſed androſemo troncus, ramiqoe lignoſi, tenuioréſque; verùm de hyperico ſermo mihi eſt. Planta eſt exigoa, notis à Dioſcoride citcomſcripta, ſcilicet quod torus caolis rubet, ſed & folia quæ rutæ ſimilia ſunt, flore luteo quemadmodum & violatum quas vocant cheiri, qui digiris attritus, ſuccum ſimilem ſanguini remittit: vnde androſemoo vocatum. Planta plutibus ramuſculis eircundata eſt, ſemen exiguum atque nigrum, reſinoſom, redolens ſiliquis piloſis granis bordei non abſimilibus, rotundis ſcilieet oblongiſque eontinetur: naſcitur aſperis locis, & maximè ſi culti ſint, inde derelicti: plutima aliquando vidi prope patriam meam Cardanum. Nam com frequens eſt, intoitu iucunda, prolicit vrinam epota, & per quadraginta dies ſemen eios ex vino ebibitum curat tertianas quartanas, & ſi quadraginta diebus qois perſeuerer, etiam coxendicis dolores: folia verò in emplaſtio appoſita, conferunt exoſtionibus; atque hæc ex Dioſcoride, quæ etiam à ſubſequentibus comptobata ſunt. Oribaſius *in ſynopſi lib. 2. cap. 2.* numerat inter medicamenta calida in primo; quæ autem ab antiquis prætermiſſa ſunt, ego exponam. Primum herba hæc folia habet minutis foraminibus perforata, vnde perforata appellarut vulgati nomine, quod eriam à Matthiolo animaduerſum eſt: præterea id obſeruar ea planta, vt hic inde rami oriantut in crucis formam, alternatímque, vnde ab aliquibus Fuga dæmonum appellatut. Eſt & illnd conſideratione dignnm, quod cuio in aſcyro & androſemo dicat, ſemen eorum ebibitum curare coxendicis dolores, quod purget multam bilem cum mulſa ebibitum, ſed tum in multa quantitate hemine ſcilicet ſuſpicionem affert, cum etiam hypericon & coxendicis tertianas & quattanas curet, vt cum mulſa epotum moltam bilem, & robram, & nigram pet aloum ſimul educat: vnde non oeceſſe ſit vt ſic vrinam proliciat, quinimo potius ardores illius & vriginem compeſcat. Quòd ſi ita eſt, valde commodum fiet auxilium iſchiadicis vrinæ ardore laborantibus, qood frequenter accidit: multi enim eo morbo laborantes, etiam patiuotot conſeuſu imbecillitatis, loci, vel communis vlæ defluxus humorom, profluuio eiuſdem aut deſtillatione, aut vrigine, quæ etiam ſimul ſolent ſe comitari, tentantur ac detinentur. Præcipuum ferme euius non meminerunt authotes, eſt quod hypericon eiúſqne ſpecies, maximè aſcyron & androſemon, oleúmque illorum neruorum vulneribus atque puncturis, & aduerſus conuulſiones quæ ex his accidere ſolent, præclarè auxiliantur. Eſt autem olei deſcriptio eiuſmodi.

R. hypericonis lib. j. vini dulcis potentis lib. iij, olei tantundem: coquantur in duplici vaſe tamdiu, donec vinum abſumatur, inde exprimatur diligenter, & abiecto hypericone addantur vini eiuſdem ulia iiq lib. hypericonis rurſus lib. j. eu autem adhibeatur diligentia, vt primò herba virens cum flore & ſurculis circa initium Iulij, poſt ſecundò cum ſemine loco florum maturo imponatur, decoquatúrque in duplici vaſe ad finem conſumptionis vini, ita tamen vt potius aliquid vini relinquatur, quàm olei quicquam conſumatur: demum expreſſo vt prius diligentiſſimè oleo, eidem libra rurſus hypericonis addatur quam fieri poteſt maturo ſemine, ſed nuper collecti olei antiqui ſaltem annorum quadraginta lib. x. terebenthinæ orientalis liquidæ ℥ iij, Sarcocola gummi elemi an. ʒ x Sulphuris preparati. ℥ j. Balſami occidentalis ℥. S. reponantur omnia in vaſe vitreo, craſſo & optimè concluſo, & ponatur in ſole loco ſecto, & vbi radij colliguntur, ſcilicet in chylindro ligneo, craſſo, denſaque ſubſtantia velut pyri vel oliuæ, aut ſimili, non autem nucis, permaneátque ibi quadraginta diebus, quod tempus terminabitur fermè ad finem Septembris. Porrò ſulphuris preparationem habebis infra. Si quis velit mannam thuris, aut thus ipſum odoratiſſimum ex ℥ S. addere, non malum erit vt Muſarum numerus impleatur.

CAPVT

CAPVT II.

De ſacharo.

SAccharum ex atuodinis geuere eſt, folio anguſto, ac vix digiti latitudinem æquante: oblongo admodum, ſcilicet trium aut quatuor palmorum, verùm flore fructu & ſemine caret; ipſe ſtipes fructus eſt adeò dulcis ac ſuauis; ita natura ludit in rebus, vt ex mutilis ac monſtroſis optima quoque colligat, Sericum ex vermibus, mel ex fœdis apibus, Saccharum ex atundine, adeò manca & monſtroſa. Propagatur diuiſis nodis tuſis atque plantatis. Cum colligitur ſuccus, tuoditur arundo, & magnis æneis vaſis coquitur, purgatur, ac demum denſatur.

CAPVT III.

De cucurbita Indica.

ESt genus cucutbitæ, euius planta arborea eſt magnitudine, fructus non rotundus ſed peponi ſimilis, amaritudine inſigni, nou tameu colocynthide pari, cortice viridi maculo qualis eſt ati ſoliis, aduecta ſemina ferunt ex India. Exiſtimo vires illi ſimiles eſſe colocynthidæ ſed inferiores. Quin etiam medulla ſimilis, colore citrulo quem anguriam vocant: eſt enim colos pallidus, qualis bili & plutibus peponibus.

CAPVT IV.

De Peto.

ESt herba quæ vocatut perum Peru, folio aſpeto, ſapore ſubamaro & ſubacri, non abſimili raphani: ſed magnitudo & aſperitas qualis althea, ſed tadix exigua: folia referunt multum prodeſſe vulneribus & cancris & fiſtulis, ſed præcipuè ſtumis, cuius cauſa io has regiones delatam poto. Nam & iure conuenire his morbis videtur, quòd præter ſapores, folia ipſa quorum ſolum eſt vſus, reſinoſum ac lentum quiddam tacta & tractata præ ſe ferunt. Flores ex albo purpuraſcentes, corniculati, vnico corniculo, quales quinque ſpectari in Aquileia ſolent.

CAPVT V.

De Heliobotano ſeu Anthelio.

HEliobotanon herba eſt ex eadem regione delata; quæ anuo vno finem accipit, vt etiam radix intereat: folio non abſimili ficui, ſed non adeò diuiſo, aſpero & amplo. Seritur Martio & ante, & ſex poſt menſes florem edit vnum, magnitudine capitis, colore luteo, & qui Solem ſequatur; noctu clauſus, die aperitur. Veſperi caulis ſummus ſeu vertex ad occidentem flectitur, manè ad orientem adeò manifeſtè, vt incuruari videatur: cum noctu conſtringitur, carduum refert ſeu illius fructum. Truncus teres, viridis maculis ordinatim pullis interſtinctus: & æqualibus ſpaciis. Odorem reſinoſum refert, & reſinam ſed paucam quandoque mittit. Craſſities trunci vt humanæ tibiæ, cum aſcenderet in altitudinem minorum cubitorum quinquaginta vnius. Referunt viſam CXX palmorum Bononiæ, vbi hanc ego vidi apud Goxadinos patritios. Veriſimile eſt craſſitudinem tum fuiſſe propè humanum crus, ſcilicet quantum illud circumambit. Semen apud nos infœcundum teddit: propterea ſingulis annis reparare ipſum ex Hiſpania neceſſe eſt; ibi enim propagatur. Ferulacea planta eſt velut & Sambucus, truncúſque eius quaſi nodis exiguis & vix prominentibus ornatur. In vniuerſum Regiæ fortunæ multis modis aſſimilatur: obſeruantia Solis, rectâ proceritate & magnitudine, inſigni pulchritudine & decore, tum floris amplitudine, colore aureo & raritate, cum vnum tantum vt dixi proferat, & in ſummo vertice breuitate æui. Et quod non niſi maguo cultu proueniat, & non niſi in regionibus valde calidis: præterea orbus fructu, & nullius peculiaris vſus gratia; quin potius tota ad ornatum ſpectare videtur hæc planta: quæ ſpecie refert tota arborem: ipſa cucurbita autem viribus & vtis infirmior. Animaduerſum eſt quouis tempore ſeratur, ſemper eodem mittere florem atque abſoluere. Sata enim Maio menſe adhuc cœpit Auguſto mittere florem, Octobri abſoluere: cæterum multò minor ac breuior planta euadit.

CAPVT VI.

De radicibus mali punici arboris, & quibuſdam aliis.

REferunt radices mali punici arboris ſplendere noctu, velut prunus; quod in quibuſdam arboribus putrefactis experientia vidiſſe & ſcripſiſſe me memini, velut etiam de piſcium ſpinæ. Certè quæ lucent noctu, alia quidem ſplendore vitæ, alia

ad ignis naturam pertinent: alia quia candida omnium cauſa lumen multum: nam & inter colores nullibi purius ac copioſius, quam in candido. Candidum voco album ſplendens, velut calcem viuam, niuem: neque poteſt aliquid valde album & purum eſſe, quin multum etiam puræ lucis in ſe contineat. Sed radices mali punicæ arboris candidæ non ſunt niſi putreſcant. Spinæ autem piſcium lumen non retinent diu: neque enim diu putridæ præſertim durare poſſunt. Ergo putredo igneæ naturæ proxima eſt tum authoritate Galeni, tum ratione ipſa. Veriſimile eſt ergo poſtquam ignis ſemina conceperunt, etiam vitium recepiſſe: vnde non tam quæſtio hæc agitari debet, quàm prior, ſcilicet cur ignis in tenebris lucet. Ergo. . . . .

CAPVT VII.

De reſinoſis herbis.

NOn eſt mirum quòd Petum tam proſit vulneribus atque vlceribus: reſina enim omnis calefacit, ſiccat, mollit, detergit, concoquit ac digerit; ob id vulneribus, vlceribúſque ſordidis tum tumoribus reſinacea proſunt. Et quæ abundant, illa velut petum & chamepythis. Oportet autem obſeruare quaſcumque ex hoc genere ſunt. Sed cur magis herbæ quàm arbores? quoniam non adeò mutant, ſed ob mollitiem mutantur atque feruntur, vt ob moram: & quia quoquomodo magis proſiot, præſertim internorum affectionibus. Fit enim ſuccus reſinoſus ex multo terreo cum aqueo bene concocto & permiſto, ſed non admodum attenuato: propterea in Occidentali India multæ plantæ eiuſmodi ſunt, vt etiam Anthelium, de quo dictum eſt: in frigidis autem regionibus picea larix & quatuor alia genera arborum, vt refert Plinius: nam ob magnitudinem & duritiem calor potens in huiuſmodi conſeruari poteſt, non autem in herbis, niſi admodum paucis vt dictum eſt de chamepythi, ſic & de coniza quam pinguem vocat Dioſcorides: & ob id putant occidere pulices quoniam illorum crura hebetet. Differt tamen pingue à reſinoſo. Eiuſmodi igitur experimento patet, quod diu tritus puluis & cum aqua miſtus, viſcidum reddit, tenax & lentum: & eò magis ſi coquatur. Ita ex caſeo aſſato fit glutten, quod & ipſum è genere eſt reſinaceorum. Sed reſina media eſt gluttinis ac gummi: in gluttine enim terreum multum multo aqueo, craſſiſſimum craſſiſſimo miſtum eſt: in gummi terreum tenuiſſimum aqueo concocto, ideò celerius ſicceſſit & magis lapides arterit ob igneas partes ſecum commiſtas. Viſcum ergo rurſus è genere eſt reſinaceorum, ac quaſi medium inter glutten & reſinam. In calidis ergo regionibus herbæ magis quàm arbores niſi ſiot inanes atque fungoſæ magis reſinoſæ ſunt: in frigidis herbæ pauciſſimæ, arbores plures atque ſolidæ tales ſunt: hæ enim reſinoſæ à calore interno redduntur, in India ab externo. Pars igitur terrea minus elaborata eſt, & craſſior in reſina quàm gummi, & ideò etiam magis reſina aſtringit & minus ſicca eſt, & tenuis. Inter has tamen cum lentiſcina tenuiſſima ſit, ob id etiam nobiliſſima: nam cum ſit è reſinoſo genere plurimum aſtringit. Difficile enim eſt tenue aſtringere.

Digitized by Google

LIBER DECIMVS-TERTIVS PARALIPOMENON.

De anima.

CAPVT I.

Quæ ſuperſint è nobis.

DIximus in *Quarto libro* Genios adeſſe nobis & qualiter: tum rurſum *in Decimo*. At nunc quod dictum eſt, comprobemus viri ſapientiſſimi auctoritate, qui tamdiu orbem vniuerſum abſque vi, abſque periculo, abſque detrimento in pace ſumma gubernauit. Is inquam *in Tertio de vita ſua* hæc habet: *Quòd ſi ſenſus omnis per mortem nobis adimitur, non iam præterea doloris ac voluptates ferendæ: neque ſeruitndum vaſi tanto deteriori. Quin imò quod ſeruit id ſupererit, nimirum mens & Genius, cum vas illud terra ſit & tabus.* Ecce quòd etiam ſi anima ipſa pereat, è quatuor tria ſuperſunt, corpus, mens & Genius. Genium autem cognitum fuiſſe antiquis magnis Philoſophis, tanquam rem notam ac per ſe vt ita dicam manifeſtam, quam illum etſi non clarè adeò expreſſit ſenſiſſe ac expertum eſſe, quaſi pro comperto haberi poteſt.

CAPVT II.

Quid ſit anima & quomodo operetur in nobis.

SEd de anima quid dicam: aut enim finem habet, & à quolibet infinito per infinitum diſtat, quodvis etiam infinitum ab ea, ab omnibus verò quæ finem habent certo & noto interuallo: aut infinita ipſa eſt, & ab his quæ finem habent infinito diſtat interuallo. Videtur autem poteſtate primum infinito à ſingulis, quæ anima carent, diſtare maximè intellectus interuallo. Later ſolus hic eſt anima, & propagatione, & vi quantum diſtat ab eo, mente autem infinita. Videtur autem ſubſtantia quædam, ſed non vt Deus, neque cœlum: cœlum enim non afficitur niſi per vmbram, vt in Eclipſibus, & motibus inæqualibus, qui miſtione æqualium fiunt. Propterea qui dicit animam dolere, vel timere, vel iraſci, aut omnino quicquam triſte pati, eam dicit texere vel ædificare. Non lætamur, non triſtamur, ſed intelligimus atque ſentimus, in hoc enim perfectio eſt. Cum verò ſubſtantia ſit, non id intelligendum eſt quòd accidentibus ſubijciatur, ſed quòd in alio ipſa non eſt: neque enim calidi vel frigidi, vel aſperi vel lenis capax eſt: neque lucis aut tenebræ, aut mæroris aut doloris; incorporea igitur eſt. Eſt autem infinitum poteſtate, vel quod ſimpliciter eſt, vt Deus: vel quod huiuſmodi eſt non omnifariam vt vitæ: vel quod nullo termino circumſcribitur, quale eſt anima: vel quoniam eo modo ſuſcipere natum eſt velut Hyle. Et plura quidem excellentiam oſtendunt naturæ, non autem illam eſſe infinitam, velut ſtructura hominis opus eſt finem habentis ſapientiæ. Ideò Galenus dum admiratur detrahit ab ea. Sed ipſum quod eſt ſcire infinitum: numeris enim ſcientia illa comprehenditur: infinita ergo eſt ſcientia, aliqua verò in nobis? forſan non: ſed ſit æternum, eſſe oportet ſapientem. Ipſum enim ſcire atque cognoſcere ſegregat à mortalibus, & ſtatim fit vt immortale. Et quibus natura eadem eſt cum voluntate, in his perfectio ſumma eſt: nos autem volumus, vtrum autem anima, dubitandum eſt. Nam Dei voluntas eſt à natura quaſi, verùm non ſolum Deus non vult quicquam: neque enim triſtatur, nec anima, ſed neque ſapiens: ſi igitur non triſtatur, non cupit; & ſi non cupit, nec anima multò minus. Contingit enim nobis amare atque triſtari, velut oculo per priſma vitreum inſpicienti, non vt ita ſint: ſed corpus & vita patitur, illa ſola ſe retrahit. Qui ſunt igitur ſapientes? optimi viri: ſed nimis diſtant hæc à perſuaſionibus imperitorum, propterea non hæc poſſunt intelligere. Sunt enim hominum genera quinque: rudium, artificum, nobilium, ſapientum, rarum rariſſimum eorum qui diuina ſapiunt: & ob hæc etiam à rariſſimis percepta. Igitur & vix credi poſſunt, cum tamen vera ſint: deducere autem atque oſtendere hoc ipſum bonum eſt, quod cum virtute eſt breui ratione impoſſibile eſt, & ob id conanti minus credunt, longa oratione decipi ſe metuunt. Quinimo cum opera ſint totius hominis, ipſum ſolum curant & ſolum eſſe putant,

veruntamen id eſſe finis oſtendit: finem ergo demonſtrare oportet.

Eſt autem finis, cuius gratia aut propter ſe homo, aut propter aliud: ſi propter ſe tantum, defeciſſet Diuina Sapientia vniuerſi ordinem abrumpens: ſi autem propter aliud, quidquam diuinum eſſe oportet, nam vltima perfectio & extrema pars hominis diuina eſt; vbi ergo finis coniungitur alteri, id genus ſuum eſt. Diuinum igitur prorſus animæ genus, & dominium mentis ad appetitum regium, corporis verò ad animam ſeruile, vt inquit Ariſtoteles. Dicebat Theophraſtus quod diu penſitandum eſt, animum corpori magnam habitationis mercedem perſoluere, ſcilicet maculas & ſordes, intelligens quæ ab illo illinuntur: Auctor eſt Petrus Victorius in *ſextodecimo variarum lectionum cap.* 11. Quid pulchrius? vt mentem Theophraſti & Ariſtotelis de anima noſtra intelligamus. Habitat in nobis, non à corpore proficiſcitur. Quod enim materia caret, id æternum propriè eſt: nec refert ne vaſculo exiguo contineatur, aut toto orbe: quandoquidem omnia ſint æqualia, ſi ad perpetuitatem referantur. Si Lunam inhabitare Deos ac Solem cenſemus, non eſt quod dubitemus de animis noſtris, niſi quod illi ſint immaculati, quia vas eſt purius, noſtrum ſordidum atque lutulentum. Quinimò obſeruatum dicunt, ſacerdotum corpora atque phratriorum, tum monachorum, dæmonibus malis non occupari, quòd puriora ſint. Et certè id nondum vidi. Quod ſi verum eſſet, argumentum foret diuinitatis Chriſtianæ religionis; ſed nos naturalia tantùm tractamus hoc in loco, admiranda attigiſſe ſatis ſit. Omnia igitur cum alienæ ſubiaceant poteſtati, atque corporea, velut quicquid eſt in nobis, cœlo anima non plus illi patet, quàm falſis imaginibus decepta. Neque enim iraſcitur, niſi quia iraſci decorum putat, & tamen etiam non iraſci illi liberum eſt, & amare & odiſſe. Liquet ergo quaſi precibus moueri corporis, vt dominum obſequentem qui in alterius habitat domo, ſcilicet appetitus & voluptatis. Nempe voluptatem etiam inuiti ſentimus, non cupimus aut oblectamur. Aliud eſt ergo quod ſentit, aliud quod optat. Et velut in mundo, cuius partes interitu & ortu variantur, vna mens regis, & animæ plures ſunt immortales, velut Solis atque Lunæ; nam horum corpora ſunt animata, vt Auerroes docet *ſecundo cœli com.* 61. & *duodecimo primæ Philoſophiæ com.* 20. tum alibi pluries: atque in ſuperiore mundo & generali, omnia quidem perpetua ſunt; at in inferiore, omnia ad vnam mentem referebantur. Atque id ſufficit: nam quod regit, immortale prorſus eſſe neceſſe erat.

CAPVT III.

De mente & animæ operationibus menti proximioribus.

Anima verò ipſa augeſcit atque confunditur, mens autem indiuidua eſt, atque vt hoc declaremus, longa digreſſione opus eſt. Cum enim in cœlo corpora ſint immutabilia, ſecundum ſubſtantiam & qualitatem: eandem enim formam ſemper retinent, & denſitatem, & expertia caloris ac frigoris, grauitatis & leuitatis, quæ apud nos ſunt, ſubſtantia quidem immortalia ſunt, veruntamen accidentibus mutantur, præcipuè autem his quinque: nam incaleſcunt atque refrigerantur, quocirca etiam fiunt dulcia, amara, candida, nigra, mollia, dura, aſpera, leuia, mutántque formam rotundâ, quadratâ, triangulâ, fiuntque grauia vt terra, leuia vt aër, mediocria vt aqua: ſimiliter & denſa & rara; rara aër & aqua, denſa terrea quæcunque: continua quoque ac diuulſa & ſeparata, tótque modis variantur, vt meritò à pluribus qui hoc non animaduertunt, omnia eſſe accidentia, mutaſſe ſubſtantiam exiſtimentur. At ergo in his inferioribus, cum corpora corporeis miſceantur, neceſſe eſt vt eadem corporea patiantur, quæ corpora ipſa: & ſi diuelluntur elementa, diuelli etiam neceſſe eſt calorem, colorem, duritiē, & ſi rurſum in vnum coëant, coire. Eſt autem anima non corpus, quia cum corpore in eodem eſt loco: nec incorporea, cum ſit cum corpore: nec accidens cum ſit corpore nobilior. Eſt igitur corporea quædam ſubſtantia, quæ diuellitur, diſtrahitur, augetur atque minuitur, hæcque iam pridem Hippocrati cognita. Verùm & ob id filius pars eſt patris ſecundum animam, animáque illa cum cæteris corporibus augetur, atque extenditur, hæcque ſenſus & vitæ principium in vno denſa, in alio rara, atque huiuſmodi: Mens autem huic cum inhæſerit, indiuidua exiſtit, nec corpori admiſcetur. Et eſt ob id verè immortalis, quia eadem numero manet, neque confunditur, vt anima. Eſt igitur mens incorporea, quocirca omnia intelligit, & vt indiuidua. Et adeò vna, vt quæ illa participent, velut homines vnum eſſe ſibi videantur, cum ſint plura tamen, neque patitur iſta ſeiungi: nam animalium pleraque, vt quæ plures habent pedes, anima diuiditur & partes ſentiunt atque mouentur, quamdiu viuunt, & eò magis etiam plantarum, quarum corpora quod inſtrumenta vita etiam indiuiſa habeant, propagantur; animalis autem nullius poſſunt. Senſum igitur in indiuiduo conſiſtere qui dixerit, fallitur: namque in indiuiduo ſolum conſiſtit, quatenus refert quod ſentitur, vt autem in ſubiecto diuiditur: his autem magis vt tactus, minimè autem auditus vel viſus, ſunt enim

ſioa

ſine corpore : incorporea autem non ſunt. Rectè igitur Theophraſtus inquit, ſenſum in indiuiduo conſiſtere: quoniam velut in ſeminis qualibet parte totum eſt animal, ita & inſtrumenti : neque enim guttula quæpiam totum animal fabricare non poteſt, nec parti pars congruit ; quinimò quædam animalia, etiam nullo ex ſemine generantur, ſed ſolo congreſſu.

Sunt autem opera animæ quatuor: recipere, ſeruare recepta, cognoſcere atque intelligere. Recipimus delata per ſenſum eo modo quo aliàs diximus, ex interpretatione Priſciani Lydij : velut audita viſa. Seruamus autem in memoria ipſa, quæ duplex eſt rerum atque verborum. Vtraque etiam primum habet actum atque ſecundum. Et primum quidem actum memoriæ rerum, & vtcunque verborum, nominare ſolent memoriam; ſecundum autem actum memoriæ rerum phantaſian, ideſt imaginari. Eóque argumento ducuntur, quòd imaginemur quæ nunquam vidimus aut audiuimus; memoria autem eſt ſenſu perceptorum, quæ omnia abſurda ſunt. Quamuis enim memorari non contingat, niſi quæ in actu primo ſunt fueruntve verba, tamen idem contingit de phantaſia. Decipimur enim in hoc, quòd exiſtimamus viſa atque audita imaginari poſſe : at non eſt ita; ſolum enim imaginamur concepta in memoria, eiuſdem autem eſt facultatis actus ſecundus, cuius eſt primus : primus autem ad memoriam pertinet. Non ergo licet viſa imaginari ſtatim, quod experimento deprehenditur : ſed vbi paululum quieuerimus, ex repoſitis in memoria imaginamur. Medium igitur tam in verbis quàm rebus eſt memoria, vt eſt actus primus ſenſuum, & memoriæ quæ eſt actus ſecundus : igitur actus ille ſecundus in rebus qui eſt memoria, idem eſt quod imaginari. Quod autem phantaſia reſiliat ad ea, quæ non ſenſibus ſunt percepta, velut etiam in ſomniis, cum videmus auro non, neque argento, ſed metallo quodam interlita atria, quod ſplendidius eſt. Idem etiam contingit in verborum memoria, intentione quod rariſſimum eſt, vitio & miſtione quæ ſunt frequentiſſima: velut

Sole ſub ardenti reſonant Amarillidis iræ.

Vitium eſt & compoſitio ex diuerſis: Quid ergo prohibet, ne idem in rerum memoria contingat. Neque enim quæ non prorſus vidimus imaginari poſſumus, neque cernere errorem hunc facile eſt, quoniam cum non vidimus prorſus, nec imaginamur, velut diuina omnia, cum ſenſui non ſubiaceant. Eſt igitur phantaſia memoria rerum, non vis aliqua ſeparata. Quòd ſi dicas ipſum reminiſci, ex memoria & phantaſia conſtare : quod tu dixeris de phantaſia, idem ego de rerum memoria dicam. Videtur autem reminiſci, non ex vtraque memoriæ ſpecie, ſed memoria rationéque conſtare. Illa verò eſt, vt cognoſcamus non cognita ex cognitis. Quare initium incorporeorum : non enim eſt in materia ſpecies, ſed ex his quæ ſunt in materia. Intellectus autem & mens, neque in materia neque ex materia, quamobrem ſolus indiuiduus.

Neque verò res vulgaris aut ſimplex, ſed omnia cum ſint media, quaſi inter finem habentia ac non habentia, dico veluti tempus, quod eſt infinitum & non infinitum : & ſuperficies cœli, cum indiuiduæ ſint, in partes tamen contrarias mouentur, & anguli contactus circuli cum recta anguli non anguli, & lumen aliquid & nihil : & infinitum & finem habens, & nos mortales & immortales, quæ omnia etiam aduerſis ſenſibus magna cum iactura omnium ſcientiarum callidè ſuſtulit Ariſtoteles, vt omnia ſcire videretur : nam ſic aut neſcire videbatur, aut quæ non ſciebat, cum longa inquiſitione indigerent, deſperabat inuenire. Ne igitur alium ſapientiorem oriri contingeret, conatus eſt tollere hanc ſcientiam, quam Theophraſtus vir magis ingenuus reparauit. Sed ſolùm extant veſtigia, quoniam plurima periere.

Omnis ergo ſcientia eiuſmodi eſt, & ob id quaſi nobis incerta; medij ſcilicet inter finitum & infinitum. Procedit ab ipſo fine, iuxta id quod propinquum eſt ex certa finis ſcientia, ſecundum ſenſum ad eam quæ eſt ſecundum mentem. Vnde omnia illa admiranda Ptolomei Apollonij, Archimedis, & reliquorum. Dico veluti latus aliquod quod maius eſſe non poteſt cognita linea, nec vlla quantitate diei minus videtur, demonſtrationem oſtendit æqualitatis. Eſt verò illud in anima admiratione dignum, cum recordamur eorum quæ ſine mora recitamus, mora interpoſita obliuiſcimur, cum potius res contrario modo ſe habere deberet : an quia vſu conſtat habitus? habitus autem hic quo verborum memoramur : at conſtat in omnibus membris hoc eſſe & ab anima, ſed verborum memoriam falsò vocari : eſt enim in corpore animato, memoria autem videtur eſſe in anima. Quocirca varias eſſe potentias conſtat : illam quidem vitæ & motus linguæ, & vt ad cogitationem refertur; memoria autem eſt cum cognitione. Erit ergo memoria pars & facultas principalis animæ : verborum autem memoria & citharæ motricis habitus : participat autem principali vt ab ea eſſe poteſt, non vt ipſa eſt pars facultatis : verùm verborum habitus citharæ habitu proximior eſt principali. Vt ergo ab vſu & conſuetudine recedunt habitus loco, tempore, ita facilius vitiantur, vt ſi tardius aut ſubmiſſa voce aut coram iudicibus, vel ſi tympanum pulſetur, aut lux ante oculos offuſa ſit.

CAPVT IV.

Indorum opinio & argumenta de anima.

PORrò quod dicunt Indi Giduæ maioris inſulæ in ſuis illis X X X M. inuentis animam noſtram ob id coniectandum eſſe mortalem, quòd abſciſſo capite iam prius admoniti ſignum dederint, nihil ſe videre prorſus nihil eſt: oam ſignum illud ex capite eſſe oportet: at tum conuellitur ſtatim, neque vllnm ob id conſtare poteſt: tametſi animus prorſus eſſet intrepidus, ſiue ad oculos, ſiue ad linguam aot labia referas, aut ſupercilia; hæ enim ſolæ partes io capite manifeſtè mouentur, nilque plus contingere poteſt, quàm his qui animo linquuntur, imò mious: at omnibus tum obſcuritas ſola intercedit, etiam ſi poſt per ecſtaſim multa viſuri ſint. Quid ergo prohibet etiamſi à ſeparatione confeſtim mirabilia viſora ſit anima, ne in eo momento omoia obſcura ei ſint, quòd vt dixi neceſſe eſt: quare & ſi ſe oon videre ſigoificare poſſet, quod difficillimum eſt (certè ſcire impoſſibile) tamen id argumentum prorſus nil concludit, quod ad animi interitum attinet: quoniam prorſus bifariam peccat, vt neutra pars omoino defendi poſſit: quod verò aliàs teſtatus ſum in his quibus cor auellitur, maiorem haberet firmitatem. Sed neqoe ex lingua tum verbum promere licebit, cum vt rectè (vt Veſalius adnotat) *lib. 4. cap. 9. pag. 5.* tam laryngis cartilago tertia deducta, & ob id lingula dehiſcente adaperiat foramen, quam etiam muſculi linguam mouentes, ex oſſe hyoide ſeu Y formam referente moueantur vtrinque, à ramis recurrentibus ſexti paris neruorum cerebri: ergo præciſo capite, cum illi recurrant ex iugulo, neceſſe eſt præcidi & iotercipi vocem, vt ſola lingua inconditè moueatur, tum maximè vt dixi conuulſa. Eſt & ália cauſa manifeſtior licet haud maior, defectus ſpiritus, cum noo niſi compreſſus à pulmone & muſculis aſperæ arteriæ tum pectoris effundatur; hiante igitur aſpera arteria ſonum fieri eſt impoſſibile. Talia igitur imperiti rerum primùm plebi perſuaſerunt, iode alios decipientes etiam, ſibi ipſis impoſuere, nugantes.

CAPVT V.

De cognitorum & virium animæ differentiis.

POrrò eorum quæ cognoſcuntur aut quæ cum cognitione fiuot, plura ſunt geoera: nam iuxta qoioque ſenſus exteriores ſunt quinque; Sapor, odor, color aut lomen aut lux ipſa ſouus & qoalitas, quæ tacto percipitur. Sextum eſt motus qui à voluntate procedit. Quatuor ſenſilia communia, qui ſenſibus pluribus ſi non omnibus conueniunt; magoitudo, oumerus, Figora, Motus, & quies, quæ eſt ceſſatio motus, ſicot ſilentium ſoni, tenebræ lucis. Præter hæc quæ decem ſunt, eſt memoria; iode id quod imagioamur, materia careos; inde ratio, poſt mens ſublimis velut in arce quadam, cui coniuncta ſuot, voluntas & amor. Et de aliis quidem alibi dictum eſt: hic de amore loqui propoſuimus. Eſt autem res neceſſaria coogenita cognitiooi ob familiaritatem, eiuſque obiectum bonum. Vt enim amor à Booo primo id eſt Deo profluens ipſum reſpicit, & io illud conuertitur; ita quæcumque ad nos deſcendunt cum imagioe poteſtatis, & intelligentiæ & amoris eius, quod Bonum exiſtimatur: quale autem bonum qood ſuperiori virtuti ideſt intelligentiæ tale videtur. Propterea quæcumqoe perfectiora ſunt, efficacius amant, qooniam magis iotelligunt. Eorum verò quæ cum cognitione fiunt, rurſus plures ſunt modi: velut motus membrorum paret volnntati; non tamen quomodo fiat cognoſcimus. At ſenſus cognoſcunt, & quid ſit qoo cognoſcamus citra rationem intelligimus: ſed cognitio ea eſt, quæ ſolum ad ſenſum perueoit, vt quod videmus oculo. At non ſcimus quo imaginata percipiamus, illa tamen citra rem ipſam cognoſcimus, & quaſi quod imaginamur ſimus, adeo proxima eſt meori hæc vis: materia enim caret & incorporeum quaſi eſt. Quod autem memoramur, non eiuſmodi eſt, ſed medium inter ea quæ ſentimus & imaginamur, quooiam abſente quauis re fieri poteſt. Quinto autem loco eſt ratio, hæc componit ac diuidit, & ideò menti perſimilis, verùm de annexis materiæ eſt. Ex hac memoriáque aut imaginatis oritur id quod vocatur reminiſci. Mens autem eſt incorporeorum quidem per ſe: & quorumcumque vt à corporis natura deoudata ſuot, ſeu ſimplicia ſeu compoſita ſint.

Quadrifariam autem exiſtimatum eſt intellectum eſſe imaginaudi vim: Et quod vtraque ſine materia concipiant, & quod intellectus ſine ea vi ni in actu minimè vnquam eſſe poſſit: Et quod vtrique cootingat falli poſſe, & quod vtraque actio voluntati pareat: ſed differunt quoniam

Digitized by Google

quoniam non imaginamur, ſed intelligimus complexa; Et quod non imaginamur incorporea: hæc autem propria ſunt menti; Et quòd imaginari contingit, non autem intelligere. At intelligere non contingit & non imaginari. Demum quòd qui imaginatur abſtrahit formam à materia in qua eſt, vtpote ligno & calido & albo, non tamen ſeparat nec ſeparare poteſt à magnitudine, ſed eſt ſemper cum illa & in illa, & ideò in materia aliqua. Idem dico de colore, & ſitu atque aliis. Propterea ſeparat à materia quæ eſt illi propria, vt coruum à nigredine, non tamen à genere ideſt ab omni colore, & à quantitate cubitorum duorum pygmeum, non tamen ab omni quantitate. Voluntas autem eſt cum cognitione boni, veri aut falſi, aut vera vel falſa: Amor autem eſt non propter ſe ſed propter illud. Et vtrumque contingit vt miſceatur, imo plerumque appetitui corporeo. Superat autem ſui ipſius amorem & commodum proprium, cum vel ab appetitu vel à ratione augetur ſpecies boni. Et maximè in ſuppoſitionibus rerum quæ ſint maiores vſu vitæ. Eodem modo ſi adiungantur iræ, ipſe autem per ſe reddit hominem beatum, ſi ſit purus: ſi autem ſit propter ſe eſt miſtus voluntati: & non eſt quietus, neque fœlix. Et ſi ſit in re caduca turquetur cum caſibus illius. Ideò amor Dei & incorporeorum vt ſcientiarum, ſolùm beatos efficere poteſt.

CAPVT VI.

De ſentiendi modis, & cauſis differentiarum, & regula Arithmetica coniugationum.

TRia ſunt quæ manifeſtè differunt ex his per quæ cognoſcimus, ſenſus exteriores, ſenſus interiores, & memoria. Et memoriæ quidem ſpecies duæ; vna ſine cognitione & eſt habitus quidam velut muſicorum in inſtrumentis, & maximè puerorum: at de hac ſermonem facere non decreuimus, quoniam quæ hic ſcribimus ad medicam cognitionem atque tractationem diriguntur, cui hæc contemplatio parum vtilis eſſet. Quæ autem cum cognitione fit eam præſupponit, ſcilicet interiorem, quoniam non tranſeunt ſenſilia ad memoriam niſi per cognitionem ſenſuum interiorum. Quæ igitur ſolum cognita ſunt per ſenſus exteriores, impedito interiore, non tranſeunt ad memoriam. Quare cum coniugationes interiorum ſint totidem numero ſemper, quotus eſt numerus à monade duplus, ſi duo ponantur aut ſi tres differentiæ triplus: velut ſi ponamus calidi, frigidi, ſicci, & humidi, erunt quatuor: quia duæ differentiæ & duo contraria, etſi tres differentiæ, octo: velut dulce & amarum: hæc enim non ſe inuicem compariuntur: contraria enim ſingula ſingulis,

Monas.		
1	2	3
2	4	9
3	8	27
4	16	81
5	32	243

& ſi quatuor ſexdecim, & ſi quinque triginta duo. Etſi in ſingulis apponantur media velut temperatum, efficiemus totidem coniugationes, quotus fuerit in ea proportione, vtpote tripla à monade terminus vltimus, vt in primo tria, in ſecundo nouem ſeu ſecunda differentia: & in tertia viginti ſeptem; & ita deinceps. Cum ergo ſumpſerimus ſentire, ac non ſentire ſenſu exteriore, & ita in interiore ſentire aut non ſentire, ac in memoria pariter contraria, erunt octo coniugationes. Velut ſentire ſenſu exteriore quatuor modis contingit: aut cum ſenſu interiore & memoria, aut cum ſenſu interiore & ſine memoria, aut ſine ſenſu interiore, & cum memoria, aut abſque eo & ſine memoria. Fiunt etiam totidem abſque ſenſu exteriore. Omnes igitur modi ſunt octo. At iam dictum eſt, quod ex his non contingit memorari abſque interiore ſenſu: igitur relinquentur ſex, nam duo adimuntur ſcilicet non cognoſcere & memorari, cùm bifariam id contingere poſſet, ſcilicet nobis ſenſu exteriore præditis & carentibus. Horum igitur loco ſubſtituantur duo alij: vnus qui fit cum cognitione ſed exili; tum ſenſibus ſed dumtaxat auditu eoque leuis alter eſt, vt ſentiant, non tamen recordentur ſed cognoſcant malè, fient modi rurſus octo. Quorum primus eſt omnibus valere, vt in vigilia cum mentem adhibemus & moram. Nil cognoſcere vt in attonitis &

Exter. ſen.	Interior ſen.	Memor.
Sentire.	Cognoſcere.	Recordari
Non ſentire.	Non cognoſcere.	obliuiſci.

deprehenſis, & profundo ſomno, atque hæc palam eſt eſſe extrema. Tertius modus eſt medius fermè ad vnguem, velut cum cognoſcimus ſenſibus exterioribus, ſed leuiſſimè & tenuiter exterioribus quibuſdam, ſic quibuſdam non, velut neque viſu neque tactu, etiam adhibitis nonnunquam (non enim in omnibus) tormentis, audiunt tamen voces exiles & recordantur. Et hic ſtatus vocatur verè ecſtaſis. Quartus igitur modus & Quintus eſt cum non ſentiunt externis ſenſibus, interioribus autem cognoſcunt, atque hi cum bifariam diſtinguantur: aliqui enim recordantur, aliqui non, vt in ſomnis in quibus imagines videmus, fiunt duo hi modi. Sextus eſt cum cognoſcimus tenuiter, & ſolum auditu: (videtur enim hic ſenſus eſſe vltimus, cauſam autem dicam poſt) cognoſcunt etiam interioribus ſenſibus, ſed poſtmodum non recordantur (atque in hoc videtur contrarius Ecſtaſi) vt in hyſtericis mulieribus pleriſque, nam in quibuſdam plus eſt, in quibuſdam minus: ſed quod diximus commune eſt. Septimus autem modus eſt, cum ſentiunt, non tamen cognoſcunt, ideò nec recordantur. In perturbatis autem

mente

mente non cognoſcunt, ſed malè iudicant perturbata ratione, nec recordantur vt in vehementibus febribus: modus diuerſus, contingit, qui fermè ſub ſeptimo continetur, eſtque quaſi medius inter illum & tertium. Cauſæ igitur eorum ſic ſe habent. Et primi quidem vt dixi bene valere & attentum eſſe, & diu protrahi ſenſum, & quieſcere quod ſentitur: ſecundi autem occupari cerebrum, & ventriculos omnes à frigore vel humido, atque hæc manifeſtiora ſunt quàm vt indigeant declaratione. Cauſa verò tertij eſt vt dixi, quoniam cerebrum manet illæſum: & ſpiritus ad ipſum contrahuntur: ideò manent omnes virtutes atque facultates quæ ſunt in illo, vt memoria, ratio, & prope illud vt auditus, leuis tamen & quaſi per imaginem. Cauſa verò quarti eſt imbecillitas cerebri, & ob id ſenſuum læſio vel ob frigus vt in ſomno, vel ob conſumptionem ſpirituum vt in debilitatis ex morbo; recordantur tamen quoniam non impeditur cerebrum ob intemperiem: ſed error qui in eis accidit, contingit ob ſpiritus qui à ſenſibus redeunt, imbuti imaginibus ſenſuum; indicio eſt quod nuper obcæcati ſomniant ſe videre, iam diu autem obcæcati non ſomniant ſe videre: Et in ægris humor eodem modo temperatus, ſed multus, idem poteſt, ſed tunc non vident aut audiunt, niſi verè viſa atque audita & ſimiliter de aliis. Quintus eſt cum neque ſentiunt neque memorantur: atque in hoc à quarto differt, ſed cognoſcunt tamen: hoc rurſus in imbecillibus & ſomniantibus, & vim imaginandi perturbatam habentibus ob motum velocem imaginum. Manifeſtum eſt autem quod hoc à calore, illud ex reſolutione aut oppreſſis viribus primùm, ex oppreſſione, non ſola interceptione ſpirituum. Sextus autem eſt quod cum reſolutæ ſint vires, non ſecus ac in eeſtaſi, non recordantur, etiam quoniam intemperies frigida impedit memoriam, ſenſum autem auditus, non quoniam propinquus eſt cerebro, & in patiendo magis conſiſtit. Significat ergo abundantiam humorum, atque vaporum magis frigidorum, quàm corruptorum.

Septimus accidit, quoniam intemperies magna eſt, vtpote oppreſſis viribus à multitudine materiæ: ideò ſpiritus ad membra ſenſuum etiam perueniunt, & magis ad oculos etiam; indicio eſt quod conniuent ad motum circa illos, non tamen cognoſcunt, & ideò nec recordantur. Cum verò ſenſibus percipiunt, ratio verò corrupta eſt, non poſſunt recordari, atque hic eſt vltimus modus, in quo ſtantibus viribus vt in acutis febribus, ratio à calore & ſiccitate nimia perturbatur: propterea multi ex his ſeruantur & redeunt. Differt hic à præcedenti, quia non cognoſcunt; hi verò prauè cognoſcunt, & malè ratiocinantur. Hic ergo à calido aut ſicco fit; ille vero à frigido vel humido.

LIBER

LIBER DECIMVS-QVARTVS.

PARALIPOMENON.

De dubiis ex Hiſtoriis.

CAPVT I.

De Hierone Syracuſano Tyranno.

Hieronem Syracuſis tyrannidem obtinuiſſe à Gelone receptam decem annis, meminit Ariſtoteles, *Quinto Polyticorum: capite* 12. Meminit & horum Diodorus Siculos, & conſtat fuiſſe Themiſtoclis ætate & ſæuum, Xenophon autem in Hierone vt æquum introducit. Sed hæc miſſa faciamus: Valerios Maximus de liberalitate agens, dicit Hierouem Syracuſanum miſiſſe Romanis, audita clade, quam ab Annibale ad Tranſimenum lacum acceperant, modios trecentos tritici, hordei ducentos, auri pondo ducenta qoadraginta At conſtat inter Themiſtoclis ætatem & cladem ad Traoſimenum acceptam annos intercedere C C L X I V, quomodo igitur tantum viuere potuit: Et Iuſtinus, & Polybius recitant Hieronem cæpiſſe tyrannidem exercere Syracuſis, anno mundi vt ſupputare licet M D C L X X X,V I II. Ibi etiam illud mirum, quod ad Tranſimeni cladem perdurauerit, quæ in annum mundi incidit M. DCCXLVII, vt quinquaginta nouem annis ſuperuixiſſe neceſſum ſit in regno. Grande tempus vitæ etiam, non regnandi tantum. Quod etiam de motatione morum ſcribit Cælius Rhodignus *libro Decimonono cap.* 28. ad antiquum Hieronem pertioere palam eſt: vt qui Pindari & Alcæi poëtarum conſuetudine poſt morbum gauderet: vt poſterior Archimedis mathematici, vt duos fuiſſe conſtet huiuſmodi tyrannos, quorum prior iuuenis periit, regnauítque decem tantum annis, Geloniſque iuſtiſſimi tyranni frater fuerit, poſterior autem ſexaginta annis ſumma ætate obierit.

CAPVT II.

De duobus Zenonibus.

Valerius Maximus *libro Tertio cap* 3. vbi de patientia agit. Zenonem Eleatem philoſophum ait tortum à Phalaride, & dum torqueretur in tyrannum excitaſſe populum, vt illum lapidibus obruerint. Inde dicit alium Zenonem Philoſophum, & ipſum dum in tormentis eſſet, Nearcho tyranno, dentibus auriculam præcidiſſe, ſimulatâ detegendi conſcium voluntate. Hunc ſanè conſtat non fuiſſe eum, qui Athenis in ſumma tranquillitate conſenuit, nec alium fuiſſe Zenonem Philoſophum legimus præter hos duos. Quin etiam Diogenes, quod Valerius de alio Zenone refert ſine cognomine, de Eleate & Nearcho tyranno recitat, de Phalaride autem nihil huiuſmodi. Addita præterea in illius hiſtoria, quæ de Anaxarcho Philoſopho & Nicocreonte tyranno Alexandri tempore, aut paulo poſt acciderunt, ſcilicet quod linguâ præciſâ Philoſophus in faciem tyranni inſpuerit, quæ referri ad Zenonem Eleatem ſimul ac Phalaridem, nec Nearchum referri non poſſunt. Si confeſſus eſt ob id, quod autem tyranno præcidit, dico in tanta caligine antiquitatis modò vnum, modò alterum fuiſſe deceptum. Satis conſtat Nearcho auriculam detractam à Zenone vno Philoſopho. Phalarin occiſum à multitudine Agrigentinorum: Anaxarchum Thuſum in mortario iuſſu Nicocreontis tyranni: in quem Philoſophus, linguam dentibus præciſam, expuit.

CAPVT III.

De Seruio Terentio & Lucilio.

Valerius Maximus *lib.* 4. *cap.* 7. dum de amicitia agit, recitat quod cum Antonij milites D. Brutum quærerent, vt occiderent, ſponte Seruium Terentium ſe obtuliſſe, vt morte ſua dum Brutum mentitur, illum à vitæ periculo leuaret. Sed agnitum Terentium à Furio qui huic negotio præerat, ſeruatum in vitam. Plutarchus autem in vita M. Bruti eadem ferme de illo recitat, quæ de D. Bruto, ſed Lucilium pro S. Terentio ſubijcit, deductúmque ad Antonium atque ſeruatum, habitumque Lucilium inter præcipuos Antonii amicos. Quid dici poſſit ſatis intelligo vtrumque contingere potuiſſe. Sed tam præclarum exemplum in duobus Brutis non vno, ſi accidiſſet, vix mihi perſuade-

te poſſum. Valerium Maximum præteritum præſertim, cum. M. Brutus longe dignior haberetur D. & ipſe duorum fratrum Gracchorum. T.& C. exempla ſimul concinnaſſet. Itaque errorem fuiſſe puto, veriúſque eſſe de D. quàm M Bruto, non ſolùm quod Romanus Romanas res melius noviſſe ſit veriſimile, ſed quòd Plutarchus in pluribus huiuſmodi falſus fuiſſe deprehendatur, intentus potius vt Græcos Romanis præferret, quod etiam Traiano vt alienigenæ non diſplicebat (vt potius Romanis adfuiſſe Fortunam quàm virtutem, aliis gentibus virtutem potius quàm fortunam) quàm hiſtoriæ veritati. Id quilibet facilè intelligere poterit, qui Parallela legat, & de virtute Alexandri. Atque ob hoc ſanè merito dignus cui nulla fides habeatur, quamuis alioquin egregius vir.

CAPVT IV.

De Miltiadis obitu.

PLutarchus in vita Cimonis etiam mortuum in carceribus refert: & vt efferretur, Cimonem illius filium vadem ſe dediſſe, & carceri mancipaſſe. Idem Valerius refert loquens de Ingratis his verbis: *Bene egiſſent Athenienſes cum Miltiade, ſi eum poſt trecenta millia Perſarum Marathone deuicta in exilium protinus miſiſſent, & non in carcere & vinculis mori coegiſſent.* At Plato Athenienſis & temporibus illis proximus in Gorgia ait: *Miltiadem verò qui in Marathone pugnauit, in carceris barathrum detrudere decreuerunt, ac niſi obſtitiſſet magiſtratus proculdubio incidiſſet.* Itaque nec ingreſſum illuc, nedum ibi mortuum fuiſſe conſtat. Sunt qui dicerent hoc: ſolùm deceptos populi ſententia fuiſſe hiſtoricos, cum irrita fuerit: alij damnatum euaſiſſe ne conijceretur, verùm à mortuo cadauere rapto & in carcerem coniecto, populum qui verecundia ductus viuo pepercit, magiſtratibuſque paruit, ſimultate inter populum & potentiores gliſcente, extorſiſſe pecuniam ab hæredibus. Et ne putreſceret cadauer donec pecuniæ recuperarentur, vadem in carceribus ſe præſtitiſſe Cimonem filium per duos aut tres dies. Græcos de nihilo texuiſſe Iliadam, Athenienſes Græca leuitate & populari iactantia, reliquos Græcos vt Athenienſes ſugillarent.

CAPVT V.

De Romanorum Comitiis.

NIcolaus Cruchius Rotomagenſis in tribus libris, quos de Comitiis Romanorum ſcripſit, eruditiſſimè ſanè in initio eorum docet ex Dionyſio Halicarnaſſeo Seruium Tullium Romanorum ipſorum regem diuiſiſſe populum Romanum in equites & pedites. Equitum decemocto centurias elegit, quos & honeſtis facultatibus, & ſtrenuos eſſe compererat, ſic vt & equum alere & pugnare poſſent. Pedites autem in claſſes ſex diuiſit: primam ditiorum qui non minus haberent facultatum centum minis, ſed vel tantum vel etiam plus: hæ ſunt ad formam noſtræ pecuniæ redactæ mille aurei coronati, atque ex his octuaginta fecit centurias: ſeniorum qui annum excederent quadrageſimum quintum, quadraginta. Et has voluit eſſe ad vrbis cuſtodiam, vt reliquas omnes reliquarum claſſium ſeniores: Iuniorum à decimo-ſeptimo ad quadrageſimũ quintum annum, quas quadraginta etiam eſſe voluit, quos ad bellum educeret. His octoginta centuriis decemocto illas equitum adiunxit: vt prima claſſis centurias contineret nonaginta octo. Secundam claſſem à ſeptuaginta quinque minis ad centum: tertiam à quinquaginta ad ſeptuaginta quinque: Quartam à viginti quinque minis ad quinquaginta: Quintam à duodecim minis cum dimidia cenſus ad viginti quinque, atque in hac triginta ſelegit centurias, quindecim iuniorum, totidemque ſeniorum; in reliquarum ſingulis ſecunda ſcilicet, tertia & quarta, viginti tantum, ſcilicet decem ſeniorum, & totidem iuniorum, vt omnes eſſent ſimul quatuor claſſium centuriæ à prima numeratæ, ex ordine nonaginta peditum triginta quintæ, & viginti ſecundæ, tertiæ & quartæ. Sextæ claſſis autem vna tantum, hæc enim minus habebat in cenſum, duodecim minis cum dimidio: inſuper quatuor centurias inermes, duas fabrorum, duáſque tibicinum & cornicinum, vt eſſent, (quia nulli alij equites erant) omnes centuriæ nonaginta quinque, & primæ claſſis nonaginta octo.

Id autem primum quomodo intelligi debeat, & qua ratione factum ſit, docere operæ pretium eſt. Neque enim ita intelligendum eſt, vt totidem viri, id eſt centum homines in vnaquaque centuria continerentur: magna enim quadam bona fortuna opus fuiſſet, vt in ſingulis tribubus, primâ omiſſâ, bis mille homines continerentur. Sed ita intelligi debet, quòd ſingulæ centuriæ ad belli munus vel è ſuis ſi haberent, vel è ſexta claſſe pecunia allectos exhiberent. Ita ex ſexta claſſe ſufficiebat, quanquam multitudinem maximam contineret, ac penè quantum totus reliquus populus, vnam centuriam deſcribere: vt eſſent proletarij, qui filios generando Reipub: ſatisfacerent, milites mercenarij ad ſupplendas centurias: & ipſi cum minimum æris haberent, minimè etiam grauarentur. Frequens quoque vrbs belli tempore, & niſi pauperes quæritando victum & labore parando relinquebantur. Itaque æquata lance in ſuffragiis, vnicum pro vna centuria quam ipſi dabant, haberent: contra Primæ in claſſis arbitrio, ſi ipſa eſſet concors, omnia magna eſſent,

eum

cum ſola nonaginta octo centurias, ideſt totidem ſuffragia è centum nonaginta tribus totius Reipublicæ obtineret. Nec miteris quòd octuaginta iuſſerit eſſe centurias in prima claſſe, cum in aliis viginti tantum exceperit: nam ſupra ſeptuaginta quinque minas, totum quicquid fuit in belli vſus, collocandum eſſe cenſuit ſine iactura. Ita qui ditiores erant, & pondus belli & honores omnes ſuſtinere cogebantur, & in poteſtate habuerunt.

Porrò qui Romæ iudicabant, ſinguli Prætores dicebantur in quibuſdam cauſis: alij Magiſtratus velut Aediles curules, & annonæ Præfecti. Sed generaliter ſeptem fuerunt, è quibus quatuor è cœtibus fiebant: Plebi plebiſcitum, & iudices cauſas capitales, aliquando centum viri, & collegium Sacerdotum aut Aruſpicum: Et Senatus hic ex ordine & de Repub. etiam. A toto autem populo fiebant comitia, quibus nihil erat maius, reliquæque poteſtates ſubijciebantur: comitia autem trium generum, centuriata à centuriis dicta. Tributa à tribubus, curiata à curiis quæ triginta fuerunt institutæ Romulo, ſempérque eadem numero manſere: centuriata nobiliora erant de bello & pace deliberantibus, de magiſtratibus eligendis nobilioribus, de abſoluendis damnandiſve ciuibus, ac de promulgandis legibus. Omnibus comitiis commune erat vt in campo fierent, iudicia in foro, Senatus in curia proprio loco vel templo habebatur. Iudices ad centum vel magnum numerum legi ſolebant ex Senatu ſemper; aut omnes quod raro fiebat, aut pars vt plerumque, & ex ordine equeſtri qui plures ſemper ferme erant, & ex tribunis ærariis, atque hic mos ex ordine. Additi etiam ſunt lecti è populo quindecim è ſingula tribu, qui ſunt quingenti & viginti quinque, qui eo anno iudicarent Silana lege à Tribuno lata, adiuuantibus Senatoribus atque optimatibus: quod equites ius illud ſibi ferme totum aſciuiſſent. Maximi apud Romanos magiſtratus erant ſeptem ordinarij, quatuor qui centuriatis comitiis creabantur, Conſules, Prætores, Cenſores: Et rex Sacrificulus. Alij tres his maiores erant, ſed extra ordinem, nec niſi maximo in Reipub: periculo creabantur. Dictator cuius ſumma erat poteſtas, nec vllus magiſtratus vim aliquam habebat præter tribunos intercedendi. Maximo diſcrimine belli, aut in maxima peſte creabatur religionis cuiuſdam cauſâ, & habendorum comitiorum cauſâ: non plus ſex menſibus erat illius poteſtas, ſæpius ante præſtitutum tempus poteſtatem relinquebat. Inde Cæſar ſibi perpetuam fecit, & Sylla etiam ordinem tranſgreſſus eſt, ſed ante mortem depoſuit. Poſt erat Interrex comitiorum habendi cauſâ, Regiâ quaſi poteſtate, ſed quinque dierum ſpatio proſcriptus, plus habens auctoritatis quàm virium. Inde Magiſter equitum, qui vicariam gerebat in abſentia Dictatoris poteſtatem: dum præſens erat, ſumma poteſtas illi in equitum ordinem totum, cuius ampliſſima dignitas & numerus, & opes magnam nobis partem ac præcipuam occupabant. Sed & hic magiſtratus ſex menſium ſpatio finiebatur cum Dictatore. Hi tres magiſtratus non creabantur centuriatis comitiis, nec vllis aliis, ſed Interregem eligebant Patritij ſoli: nulla in hoc autoritas Plebi vel populo: Dictatorem dicebat conſul, alter mandante Senatu, ſed tamen oportebat eligi conſularem virum. Religio erat vt occidente Sole illum nominaret tacitè Conſul. Dictator pro arbitrio ſibi Magiſtrum equitum eligebat, ſufficiebat vt illum nominaret, nec conditio vlla vel in eo qui eligebatur, vel in electione obſeruabatur. Comitia ergo non niſi ab altero conſule, vnóque tantum, etſi alter adeſſe poſſet & à Prætore, & à Dictature aut Interrege haberi, ſed præſentibus habebantur. Conſules ex inſtituto fuerunt Ser. Tullij regis, atque in tribus commentariis ordo inuentus eſt, dum Populus Romanus ſe in libertatem vindicaſſet; Rex autem ſacrificulus, antequam crearetur à Pontifice maximo dicebatur, vt conſules à conſulibus.

Erant & tributa comitia vt dixi à tribubus, quæ primo tres Romuli ætate Ramnenſes Tatienſes Luceres. Hæ commutatis nominibus atque addita vna à Seruio Tullio Rege dictæ ſunt, Eſquilina, Palatina, Suburrana, Collatina. Atque hæ vrbanæ: quibus additæ ſunt triginta aliæ ruſticæ, imò tandem poſterioribus temporibus triginta vna, vt omnes euaſerint triginta quinque, quarum nomina hic ſubijciuntur: nam perpetuò perdurarunt & à regionibus ac locis vrbis diuerſis nomina ſumpſere. Earum igitur ſeries Alphabeti ordine ſic deſcribitur.

CAPVT VI.

Nomina Tribuum, ex commentariis Pauli Manutij F. A.

1. AEmilia. 2 Anienſis. 3 Claudia. 4 Cornelia. 5 Collina. 6 Cruſtumina. 7 Eſquilina. 8 Falerina. 9 Fabias. 10 Galeria. 11 Lemonia. 12 Metia. 13 Naruienſis. 14 Octeculana. 15 Oufentina. 16 Palatina. 17 Papyria. 18 Pollia. 19 Popilia. 20 Pontina. 21 Publicia. 22 Pupinia. 23 Quirina. 24 Romulia. 25 Sergia. Ser. 26 Suburrana. 27 Sapinia. 28 Scapria. 29 Stellatina. 30 Sabatina. 31 Terentina. 32 Tromentina. 33 Velina. 34 Volitinia. 35 Veientana.

Ruſticæ tribus ingenuorum & nobiles habebantur: Quatuor vrbanæ ignobiles & libertinorum, pauperrimæque. Vrbanæ enim dicebantur, quia vere ad quod irarent carebant. Celebrabantur omnia comitia loco religioſo, vt publica quæcunque, centuriata autem in Campo Marti dicato extra Pomerium. Comitiis tri-

buris eadem iudicabantur, quæ curiatis; ſcilicet de legibus ferendis, de criminibus, quæ duo centuriatis etiam, vt viſum eſt fuêre communia: peculiariter autem tributis atque centuriatis ad cooptandos Sacerdotes in collegia, & creandos cæteros magiſtratus, ab illis ſeptem quos minores appellabant, quòd minoribus præeuntibus auſpicijs ſicut maiores maioribus crearentur. Minores erant Tribuni plebis, Tribuni Aerarij: Triumviri capitales, tritum viri nocturni, tribuni auro argento ære flando, feriendo, præfecti: Aediles curules, ædiles plebis & Quæſtores: alij etiam ſed extra ordinem. Vnde paret cauſa, cur Tributa comitia fuerint introducta: Nam cum curiatis comitiis quæ antiquiora fuere, cæteris dico centuriatis & tributis, omnia quæ poſtmodum tributis crearentur, à triginta aliis quæ ſemper manſere, numero & familiis immobiles, neceſſe fuit additis multis Italici generis in Romanam ciuitatem, & qui ſuffragium ferrent, cum non liceret in curias diſtribuere, excogitare tribus, quæ numero & ciuibus poſſent ampliari, & ferre ſuffragia, quæ ſumma erat voluptas & vtilitas: tum gloria quâ omnes cupiebant ſe Romano populo inſerere, & propter quam tot difficilia tamque duram militiam & acerba tributa tollerabant. Omnibus comitiis commune eſt, vt opus habeant, auctoritate Senatus, præterquam tributis in campo Martio Marti ſacrato ex hæreditate Romuli extra vrbem. Curiata igitur comitis à triginta curiis à Romulo inſtitutis, qui Populum vniuerſum pauculis ad ſacrificia peragenda, & quædam alia munera exceptis, in triginta partes æquales diuiſit, & vnicuique propria Sacra propriôſque Deos quos colerent, & Sacerdotem vnde collegium triginta curionum tribuit, ortum habuerunt, fueruntque antiquiſſima: nam centuriata à Seruio Tullio, Tributa etiam multo poſt Coreolani tempore ortum habuere. Magnam partem ademit facultatis centuriatorum conſtitutio, cum antea Reges curiatis comitiis creati fuiſſent: nam hæc ſola Populus habebat, ſed maximam tributa comitia ſuſtulerunt, in quæ vis ſuffragij minorum magiſtratuum & legum atque aliorum quæ dicta ſunt, translata ſunt, vt inanis vis poſt hæc curiatis comitiis, quæ ſimpliciſſima erant, relicta ſit. Nihilo ſecius tria eis relicta ſunt, etiam poſt tributa comitia. Flaminum ſacerdotum creatio: Ius moderandæ poteſtatis amplificandæque maiorum magiſtratuum, ita vt ſummam quandam poteſtatem poſt illos creatos & abſolutionem continere viderentur. Præterea de Sacrorum ritibus & ordine, tum Teſtamentis & adoptionibus curiatis comitiis, res agebatur atque decernebatur. Mali ominis inter curias Faucia, captiuitate vrbis, Pace Caudina, clade apud Cremeras. Atque hæc hucuſque abſque controuerſia; quæ verò ſuccedunt & propter quæ hæc omnia præmiſimus narrauimúſque, & in controuerſia verſantur ſunt huiuſmodi: quoniam ſi centuriata comitia fiunt per claſſes, igitur centuriæ integræ ſunt in claſſibus: adeò vt prima centuria ſecunda & tertia, & ſic deinceps omnes ſunt in prima claſſe: & prima claſſis occupabat plures, imo omnes tribus, igitur non poterat vna tribus ſentire aliquid aut decernere, quin ferme omnes centuriæ ſuffragium dediſſent: quia in vna tribu erant omnes claſſes: at non claſſes ſed tribus tuliſſe ſuffragium feruntur. Valerius Maximus libro octauo: *cum quatuordecim tribuum ſuffragiis damnatus eſſet.* At non poterant tot tribus damnaſſe, quin claſſes omnes quæ in eis erant, ſuffragium aduerſus eum tuliſſent; atque ita iam omnes tribus ſuffragium tuliſſent, & ipſe damnatus vel abſolutus: cum tamen ſubijciat: *Quod violentia dicti aduerſarij reliqua tribus eum abſoluerunt.* Sed forſan de tributis comitiis id intelligi poteſt. Sed & Liuius & Aſconius prærogatiuæ tribus meminerunt, adeò vt iudicia per tribus non claſſes adminiſtrarentur. Et à Cicerone in oratione ſecunda contra Rullum. *Extrema tribus ſuffragiorum.* Et à Liuio Decade prima. *Tribus omnes præter Polliam antiquarunt legem.* Et Decade Quarta. *Omnes tribus vti rogaſſent iuſſerunt.* Alibi ſcribitur; *Et iam prima tribus ſuffragium tulerat.* Video Nicolaum in hac cauſa titubaſſe, cum ſatis conſtet fieri non poſſe, vt ciſdem comitiis & claſſium ordo haberetur, & Tribuum numero decernerentur leges, aut magiſtratus aut quiduis aliud. Propterea duorum alterum eſt neceſſarium, vel vt alia eſſent comitia centuriata per claſſes facta, alia per tribus: vel vt mutata lege, cum primum plures ciues in vna tribu, ſuffragium tuliſſent: tum tribum illam tuliſſe ſuffragium, renunciari ſolitum: Quod omnino verum eſſe fere non poteſt: nam non niſi cum maxima confuſione omnium fieri poterat.

Melius eſt ergo vt dicamus populum Romanum centuriata comitia mutatâ lege Ser: Tullij ad tribus hoc modo reuocaſſe, vt gratia exempii in Prima Tribu eſſent decem centuriæ primæ claſſis, ſeptem ſecundæ, Quinque tertiæ, ſex Quartæ, octo quintæ & vna ſextæ, vt ſimul collectæ eſſent triginta ſeptem: tuliſſe autem per ordinem claſſium centurias; cúmque eò ventum eſſet vt decem nouem id ſentirent, tum primum renunciatum eſt tribum illam primam hoc decreuiſſe. Inde ad alias tribus eodem modo tranſitum fuiſſe. Nec vllam aliam viam tot ambagibus conciliandis inuenio. Conſtat itaque ante tribuum numerum abſolutum centuriata comitia habita fuiſſe, nullo tribuum reſpectu, poſt vrgente plebe per tribus habita, claſſium eodem ordine ſeruato.

CAPVT VII.

De Cauſa generali errorum & contradictionum.

AT generaliter Græcorum hiſtoria plana eſt mendaciis & nugis: auidi enim inanis gloriæ plurima fingebant inaudita prorſus & incredibilia etiam, vt homines admiratione ducti talia legerent, inter quæ maximè ſunt quæ à Polyeno ſcribuntur, fabuloſa, abſurda, incondita: talibus libri referti ſunt, vt omnia vel etiam maiorem partem ſi quis perſequatur, nullum habiturus ſit finem: hæc autem dicta ſunt ſatis, vt quis intelligat pleraque tam abſurda quàm etiam veriſimiliora, falſa eſſe atque mendacia. In Romanis varietas nominum fallit.

CAPVT VIII.

De Seneca vita & Quintiliano.

ANnæi Senecæ hiſtoria haud paruam in ſe continet admirationem. Inquit enim in Proœmio Primi libri Controuerſiarum: *Nec Ciceronem quidem ætas mihi eripuerat, ſed bellorum ciuilium furor qui tunc per totum orbem peruagabatur. Intra Coloniam meam me continuit: alioquin potuiſſem eum audiſſe in illo atriolo, in quo duos grandes prætextatos ait ſecum declamare ſolitos. Potui & illud ingenium quod ſolum Populus Romanus par imperio ſuo habuit cognoſcere, & quod vulgo de alio dici ſolet, ſed de illo propriè debet, potui viuam vocem audire.* Periit Cicero anno ab vrbe condita DCCXII: periit Seneca anno Neronis XI. Vrbis igitur DCCCXVII: à quibus ſi detrahas DCCXII relinquentur anni CV. oportuit ſi Ciceronem audire debuit, ſaltem annos natum fuiſſe XII, vt in ſumma colligantur anni CXVI. Meminit etiam Melæ filij in ſecundi eiuſdem operis Proœmio; at Senecam cum periit neque filium habuiſſe conſtat, nec veriſimile eſt traditum Neronem inſtituendum, iuuenem præferocem, homini CV annum agenti, fuerit quantæcunque eruditionis. Ergo alius hic eſt qui controuerſias ſcripſit, & patruus, vt reor, Senecæ illius diuini, qui à Nerone occiſus eſt. Poterat videri ſedata lis, ſi non idem mentionem feciſſet Quintiliani atque in eodem opere, quem conſtat fuiſſe magiſtrum nepotum Domitiani. At & Quintilianum ſenem nominat, ipſe verò genuit duos filios, qui perierunt. Cum ergo Seneca (etiam ſi is ſit qui ſub Nerone obijt) nullo modo Quintilianum poſt XXIV annos nondum ſenem videre potuerit, palam eſt & alium fuiſſe Quintilianum, ſenem à Fabio Quintiliano, qui inſtitutionem Rhetoricam ſcripſit: neque enim cum Seneca ille vi periit, Quintilianus maior eſſe potuit XXX annis. Plures ergo Senecæ & non duo, ſed & quatuor aut quinque, nec forſan pauciores Quintiliani fuere.

LIBER DECIMVS-QVINTVS PARALIPOMENON.

De clarorum virorum vitâ & libris.

CAPVT I.

De Ariſtotele.

Hic prudentior fuit & magiſtro, & diſcipulo:nam trium partium quæ ad immortalitatem ſpectant, ſingulas quantum in ſe fuit ſuoque ordine amplexus eſt: duxit vxorem ex qua Nicomachum filium, & Pythiadem filiam ſuſcepit, teor &* aliam filiam ſuſcepiſſe. Certè ex filia natum referunt Eraſiſtratum medicum celebrem: Immortalitati animorum primus fundamenta iecit, quæ poſtmodum ampliauit Theophraſtus:nam quæ à Platone prodita erant ridicula habebantur. Itaque ſtudioſè hanc partem excoluit, atque ſatis pro viribus. Gloriæ quoque libros conſcribendo non paucos quantum debuit, ſatisfecit. Vir dignus multa laude, & qui primus ſcire docuit: cum antea in diſputationibus & altercationibus, opinionibuſque tantum verſarentur. Si quantum opus & fas eſt homini tantum tribuiſſent, optimè conſultum doctrinis fuiſſet, quod egit Theophraſtus: ſubnectam autem quæ ex illo opera inueniantur: inde quæ perierint.

Tabula Librorum Ariſtotelis qui extant.

1.	De vocibus.	1
2.	De oratione.	1
3.	Reſolutionum Priorum.	2
4.	Reſolutionum Poſteriorum.	2
5.	Probabilium.	7
6.	Sophiſticorum.	1
7.	Naturalium Principiorum.	8
8.	De cœlo.	4
9.	De Generatione.	2
10.	Metheororum.	4
11.	De Anima.	3
12.	De ſenſu, & ſenſili.	1
13.	De Memoria.	1
14.	De Somno.	1
15.	De Inſomniis.	1
16.	De Diuinatione perſonarum.	1
17.	De diuturnitate vitæ.	1
18	De Iuuentute, & Senectute.	1
19.	De Spiratione.	1
20.	De Spiritu.	1
21.	De Communi animalium motu.	1
22.	De motu animalium.	1
23.	De natura animalium.	9
24.	De partibus animalium.	4
25.	De Generatione animalium.	5
26.	Problematum.	1
27.	De Mundo.	1
28.	De Coloribus.	1
29.	Quæſtiones mechanicæ.	1
30.	Phyſiognomia.	1
31.	De mirabilibus auſcultationibus.	1
32.	Methaphyſicæ.	12
33.	Rhetoricæ ad Rheodectem.	3
34.	Rhetoricæ ad Alexandrum.	1
35.	Poëticæ.	1
36.	Ethicorum ad Nicomacum.	10
37.	Ethicorum ad Eudemum.	7
38.	Oeconomicorum.	2
39.	Publica oeconomia.	1
40.	Politicorum.	8
41.	Aduerſus Xenophanem Zenonem & Gorgiam.	1
42.	De Virtutibus.	1
43	Magnorum Moralium.	2

Summa librorum qui repetiuntur eſt centum ac vigintiunus. Ex quibus ſunt apud me, *Liber de virtutibus* ne non ſit Theophraſti, licet ille de virtute non virtutibus inſcriptus ſit *De coloribus, item Phyſiognomia* quoque à pluribus in dubium vertitur. Tum magis *de mirabilibus auſcultationibus*: indignus enim tanto Philoſopho videtur, vt qui nec veriſimile, nedum verum quicquàm contineat: neque *Liber de Mundo* qui tot habet alios authores.

Tabula Librorum Ariſtotelis, qui perierunt.

1.	De Poëtis.	3
2.	De Rhetorica, ſeu Grillus.	1
3.	Nerinthus.	1
4.	De Enthym. Rhetoricis.	2
5.	Artis Poëticæ tractatio.	2
6.	De Conſilio.	2
7.	De Homericis Ambiguitibus.	6
8.	Liberalium diſciplinarum.	2
9.	Parabolarum.	1
10.	Inordinatorum.	12
11.	Olympionicei.	1
12.	Pythionices.	1

13. De

13.	Pythionicarom elenchi.	1
14.	Dionyſiacæ victoriæ.	1
15.	Pythicus ſeu Muſicæ.	1
16.	De Tragediis.	1
17.	De Doctrinis.	1
18.	Prouerbiorum.	1
19.	Carminum ad Philoxenum.	1
20.	Mathematicus.	1
21.	De Magnitudine.	1
22.	De Muſica.	1
23.	Sophiſta.	1
24.	Menexenus.	1
25.	De Scientiis.	1
26.	Diuiſiones Sophiſticæ.	4
27.	De Generibus, & ſpeciebus.	1
28.	De propriis.	1
29.	De his quæ aliquot modis dic.	1
30.	Diuiſiones.	17
31.	Diuiſibiliom.	1
32.	De Propoſitionibus.	1
33.	Propoſitionum contentioſarum.	4
34.	Methodicorum.	8
35.	De Eligibili, & fortuito.	1
36.	De his quæ ante locos ſunt.	1
37.	Diffininonum.	3
38.	Epicherematum,	2
39.	Enthymematum diuiſiones,	1
40.	De Dictione.	5
41.	Collectionum.	2
42.	De Doctrina.	1
43.	Encbyclicorum.	2
44.	De Philoſophia.	3
45.	Amatorius.	1
46.	De Diuitiis.	1
47.	De Nobilitate.	1
48.	De voluntate.	1
49.	Alexander ſeu de colonis.	1
50.	De amicitia.	1
51.	Quid ſit aſſici.	1
52.	De Imperio.	1
53.	De meliori.	1
54.	De pulchro.	1
55.	Polyticorum.	2
56.	Iuſtificationum,	2
57.	Legum.	4
58.	Polytie ciuitatum.	128
59.	Epiſtolæ ad Philippum Seſymbriotum, ad Alexandrum Antipatrum, Olympiadem Mentorem, Hepheſtionem, Themiſtagoram, Philoxenum.	3
60.	De motu.	1
61.	De Idea.	1
62.	Quæſtionum de anima.	1
63.	Phyſicus.	1
64:	Aduerſus Meliſſi dicta:	1
65.	Solutiones commentioſurum.	1
66.	De contrariis.	1
66.	Commentaria aggreſſoria.	3
68.	De Inſtantia.	1
69.	De ſcientia.	1
70.	De Interrogando, & reſpondendo.	1
71.	De ſyllogiſmo,	1
72.	De Quæſtionibus.	1
73.	De ſyllogiſmis.	2
74.	Syllogiſticorum & definitionum.	2
75.	Topicorum.	2
76.	Diuiſionum.	1
77.	Quæſtiones aggreſſoriæ.	25
78	Artium collectio.	2
79.	Ars.	1
80.	Ars alia.	2
81	Artis compendium.	1
82	Artis Theodecti contractio.	1
83.	Problematum ex Democrito.	6
84.	De Iuſtitia.	4
85	De Republica.	2
86.	Conuiuium.	2
87.	De Regno.	1
88.	De Bono.	3
89.	De Platonis legibus.	3
90.	De Republica Platonis.	2
91.	Propoſitiones de virtute,	3
92.	De Perturbationibus iræ.	1
93.	De affectibus.	1
94.	De voluntario.	1
95.	Quæſtionum de Amicitia.	2
96.	De Iuſtis.	2
97.	Iura.	1
98.	Lex commendatitia.	1
99	De Democratia, Olygarchia, Tyrannide.	1
100.	De Elementis.	3
101.	De natura.	3
102.	De Archyte Philoſophia.	3
103.	De Inciſionibus.	8
104.	Exceptio inciſionom.	1
105.	Expoſita generatim.	14
106.	Inſpectorum Problematom.	2
107.	De Speuſipi & Xenocratis Philoſophia.	1
108.	Ex Timei & Archytę libris decerpta.	1
109.	Aduerſus Pythagoricos.	1
110.	De Pythagoricis.	1
111.	De compoſitis animalibus.	1
112.	De fabuloſis animalibus.	1
113.	De ſignis tempeſtatum.	1
114.	Aſtronomicus.	1
115.	De Dei Prouidentia.	1
116.	De anima ad Eudemum.	1
117.	Alcmæonis placita.	1
118.	Aduerſus Xenocratem.	1
119.	Medicinalium.	2
120.	De non gignendo.	1
121.	De motu.	1
122.	De natura deorum.	2
123.	De diis localibus.	1

Libri igitur omnes Ariſtotelis amiſſi, ſunt trecenti nonaginta quinque. Si igitur libri qui ſuperſunt his qui periere, & volumina voluminibus addantur, fient libri Ariſtotelis omnes, quingenti & ſexdecim, Volumina autem centum, ſexaginta octo. Exiſtimant *Problemata* quæ etiam *encyclicas* vocant *quæſtiones*, non eſſe Ariſtotelis, ſed ſub illo collecta. Eſt liber decimus nonus *de animalibus* nondum Latinus factus, qui circa generationem hominis verſatur; ſed eorum qui deſiderari iuſtius poſſunt, catalogus hic erit.

1.	De motu.	2
2.	De Anima.	1
3.	De Elementis.	3
4.	De Natura.	3
5.	De Dei Prouidentia.	1
6.	De natura Deorum.	2

7. Expoſita generatim. 14
8. Inſpectorum Problematum. 2
9. De compoſitis animalibus. 1
10. De ſignis tempeſtatum. 1
11. De Anima ad Eudemum. 1
12. De Diis localibus. 1

In vniuerſum libri triginta duo, tot igitur de hoc lumine dicta ſint: ſed quia queruntur multi, nos illum accuſare, operæ precium eſſe duxi docere, in quibus ille bene dixerit, quæque bene tradiderit: quantúmque commodi bonis literis attulerit, & in quibus etiam peccauerit, & cur in quibus quoque à Galeno perperam accuſetur: vt intelligant homines nullius iudicio maiorem eſſe Ariſtotelis authoritatem quàm meo.

Itaque quæ rectè partim tradidit, partim etiam inuenit Ariſtoteles, hæc ſunt.

Primum *tota Dialectica*: quanquam aliquantò diffuſius quàm par erat: ſed timuit ne quicquam neceſſarium omitteret. Deinde *de Aeternitate mundi* acutiſſimè diſputauit. Poſt tria illa Principia inuexit ſcilicet materiam *primam*, *formam*, *priuationem*, diligenter animaduertens id omne quod fit ex aliquo fieri. Dein etiam *generationis & miſtionis modos* aperuit & mediocriter docuit.

Eſſentiam quoque *cuiuſuis animæ* & præcipue etiam *intellectus* adeò ſubtiliter attigit, vt expoſitorum nemo præter Theophraſtum illum intellexerit: quantum abeſt vt aliquid addere potuerint. *Vnam* quoque tantum *animam* in hominem contra commenta Platonis docuit: atque eam in corde, corque eſſe cunctorum principium. Vnde etiam illa de motu animalium ſubtiliſſima contemplatio à nobis explicata. *Immortalitatem* quoque *animi* ſouit & adiuuit. Adiecit hiſtoriam illam tam præclaram *de animalibus*, quam nemo poſterorum totam intelligere potuit, tantum aberant vt quippiam adderent; Et quædam adhuc latent. Animaduertit præterea naturali ratione, quod vix ego Mathematica edoctus ita eſſe cognoui, ſcilicet *neque epicyclis neque eccentricis orbibus, ſed vnũ centrum habentibus ferri erraticas ſtellas.* Demum *de Deo*, de *viris* quantum humano fas fuit intellectui, nec non de *entium communibus illis rationibus* pulchrè ſenſit.

Quin etiam præter id noſtræ felicitatis apicem cò traduxit, vt nihil melius excogitari aut honorabilius potuerit, vt mortales homines quadantenus ad ſimilitudinem Deorum euexerit: illos etiam nobis coniunxerit mirabili inuento. Sed & in moribus tam priuatæ vitæ quàm vniuſcuiuſque aut publicæ gubernationis adeò ſubtiliter ac doctè, & cum quadam mediocritate cuncta tractauit, vt admirabilis pluribus, à nemine intellectus ad hanc vſque diem extiterit. Porrò & illud adieceris; ſcientiam cuiuſque artis, ordinem, nitorem, orationis connexionem, vt plus ſit quod relinquas ſemper, quàm quod intelligas, adeò vt omnino iuſtius ei conueniat, quàm Pindaro eſſe inimitabilem: lapſus eſt in his.

Primum pro vno elemento quatuor inuexit, quarto etiam tribus addito; ſecutus Philoſophos omnes priores, qui videntes terram, aquam, aërem tam differenti natura, atque ſubſtantia, & quod dum aër æſtate arderet, adhuc frigidæ Lymphæ cernerentur, & ſub terra euidens frigus ſentiretur, ignem verò rem adeò potentem: & id ſecum ratiocinantes in ſecunda figura ex omnibus quæ affirmabant, ſcilicet quod Elementa cum ſint principia, ſunt res potentiſſimæ & maximæ, & quod ignis cum ſit potentiſſimus, Elementorum eſſe debuit: vnde addentes errorem errori eum, deeſſe videretur conditio magnitudinis, tum etiam quod radios ſolares calidos eſſe videbant, exiſtimarunt ignis Elementum ſub Lunæ orbe eſſe collocatum. Hi igitur ſenſibus decepti ſic ſtatuerunt non conſiderata ratione: quos Ariſtoteles ſecutus, tanquam falſo propoſito principio plures errores inuexit, è quibus eſt.

Secundus quod proponit qualitates quatuor in Elementis, atque quod peius eſt in ſumma magnitudine, atque extremas: adductus etiam ad hoc non ſolùm antiquorum publica opinione, ſed coniugatione pari earum, cum Elementa ſint tantum materiæ rerum: agens autem vel propria forma miſti, vel calor cœleſtis. Illud ſanè concludebat rectè, quod ſi principia erant Elementa, qualitates decuit eſſe extremas.

Tertius eſt quod naturam eſſe putauit, vt animam Mundi euitaret: ſed hoc verbo dumtaxat non re, ſpeciatim in paucis velut quod terra non promineret: neque enim nota tamen fuit hiſtoria. O quot videntur quæ ſi experimentum non doceret, negaremus fieri poſſe?

CAPVT II.

De Theophraſto.

Miſeram hic vir magnus, certè vitam ſuam humanámque deplorabat, cum tamen iam prope ad centeſimũ annum prouectus eſſet: adeóque diu in ſcribendo laborauit, ſeu vt leuaret tædium cogitationis æternæ mortis, ſeu quod perpetuitatem hanc qualemcumque eſſe credidit per famam & gloriam, monumentis ſeruare concupierit: vel forſan amor conſcribendi libros, qua in re fuit feliciſſimus, illum ſollicitabat. Et certè ſi meo iudicio acquieſcendum ſit & (ſi ex vngue Leonem) melius ſcripſit quouis mortalium. Itaque poſtquam etiam ſola eorum memoria vnumquemque eruditum delectare poteſt, tabulam illorum ex Diogene ſubiunxi.

Tabula librorum Theophraſti.

1. Priorum Analiticorum. 3
2. Poſteriorum Analiticorum. 7
3. De ſolutione ſyllogiſmorum. 1
4. Analiticorum Epitome. 2
5. Deductorum locorum. 2
6. De contentioſa oratione. 1
7. De ſenſibus. 1
8. Ad Anaxagoram. 1
9. De Anaxagora. 1
10. De Anaximene. 1
11. De Archelao. 1
12. De Halinitro. 1
13. De his quæ durant in lapides. 2
14. De lineis indiuiduis. 1
15. Auditiones. 2
16. De ventis. 2
17. Virtutum differentiæ. 1
18. De Regno. 1
19. De Regis inſtituto. 1
20. De vitiis. 3
21. De ſenectute. 1
22. De Democriti Aſtrologia. 1
23. De His quæ in ſublimi fiunt. 1
24. De Imaginibus. 1
25. De ſuccis cute,& carnibus. 1
26. Αἰαπυρμ@. 1
27. De Hominibus. 1
28. De dictis Diogenis. 1
29. Diffinitionum. 3
30. Amatorius. 1
31. De Amore alius. 1
32. De felicitate. 1
33. De ſpeciebus. 2
34. De caducis. 1
35. De afflatione Dei. 2
36. De Empedocle. 1
37. Epicherematum. 18
38. Controuerſiarum. 3
39. De voluntario. 1
40. Abbreuiatio Reipub: Platonis. 2
41. De diuerſitate vocum animal: cuius generis. 1
42. De his quæ ſubito apparent. 1
43. De his quæ morſui & vulneri parent. 1
44. De animalibus quæ ſapere dicuntur. 1
45. De his quæ in ſicco morantur. 2
46. De his quæ colores mutant. 1
47. De his quæ latibula & foueas faciunt. 1
48. De Animalibus. 7
49. De voluptate ſecundum Ariſtotelem. 1
50. De voluptate alius. 1
51. Quæſtiones viginti quatuor. 1
52. De calido & frigido. 1
53. De vertigine. 1
54. De ſudore. 1
55. De affirmatione & negatione. 1
56. Caliſthenes ſeu de Luctu: 1
57. De laboribus. 1
58. De Motu. 5
59. De lapidibus. 1
60. De Peſtilentiis. 1
61. De Exanimatione. 1
62. Megaricus. 1
63. De Atra bile. 1
64. De Metallis. 1
65 De Melle. 1
66. De Metrodoti collectis. 1
67. De cereis. 2
68. De Ebrietate. 1
69. Legum ſecundum Elementa. 24
70. Legum Epitome. 10
71. Ad diffinitiones. 1
72. De odoribus. 1
73. De vino,& oleo. 1
74. Primarum Propoſitionum. 17
75. Legiferorum. 3
76. Politicorum. 3
77. Politicon ad tempora. 4
78. Ciuilium conſuetudinum. 4
79. De optima Republica. 1
80. Problematum collectionis. 5
81. De Prouerbiis. 1
82. De concretionibus & liquefactionibus. 1
83. De Igne. 2
84. De ſpiritibus. 1
85. De Paralyſi. 1
86. De ſuffocatione. 1
87. De Amentia. 1
88. De Paſſionibus. 1
89. De ſignis. 1
90. Sophiſmatum. 2
91. De ſolutione ſyllogiſmorum. 1
92. Topicorum. 2
93. De cruciatu. 2
94. De Pilis. 1
95. De Tyrannide. 1
96. De Aqua. 3
97. De ſomno,& inſomniis. 1
98. De Amicitia. 3
99. De liberalitate. 2
100. De Natura. 5
101. De Naturalibus. 18
102. De naturalium abbreuiatione. 2
103. Naturalium. 8
104. Aduerſus Phyſicos. 1
105. De Naturalibus hiſtoriis. 10
106. De Naturalibus cauſis. 8
107. De Humoribus. 5
108. De mendacio voluptatis. 6
109. De Anima quæſtio vna. 1
110. De Indubitata fide. 1
111. De ſimplicibus dubitationibus. 1
112. Harmoniacen. 1
113. De virtute. 1
114. Occaſiones ſiue contradictiones. 1
115. De Negatione. 1
116. De ſententia. 1
117. De Ridiculo. 1
118. Meridianorum. 2
119. Diuiſiones duæ. 2
120. De differentiis. 1
121. De Iniuriis. 1
122. De laude. 1
123. De Experientia. 1
124. Epiſtolarum. 3
125. De fortuitis animalibus. 1
126. De ſelectione. 1
127. Laudes Deorum. 1
128. De ſolemnitatibus. 1
129. De felicitate. 1
130 De Enthimematis. 4

131. De inuentis. 2
132. Scholarum moralium. 1
133. Morales figuræ. 1
134. De Tumultu. 1
135. De Hiſtoria. 1
136. Iudicia ſyllogiſmorum. 2
137. De Mari. 1
138. De Aſſentatione. 1
139. Ad Caſſandrum de Regno. 1
140. De comœdia. 1
141. De Meteoris. 1
142. De Dictione. 1
143. Verborum collectio. 1
144. Solutiones. 1
145. De Muſica. 3
146. Naturalium opinionum. 17
147. Naturalium Epitome. 2
148. De Gratia. 1
149. Morales figuræ. 1
150. De falſo & vero. 1
151. Hiſtoria eorum quæ de Deo dicuntur. 6
152. De Diis. 3
153. De menſuris. 1
154. Megacles. 1
155. De legibus. 1
156. De Iniquis legibus. 1
157. Xenocraticorum collectanea. 1
158. Confabulationis. 1
159. De Iuramento. 1
160. Oratoria præcepta. 1
161. De Diuitiis. 1
162. De Poëtica. 1
163. Problemata ciuilia naturalia, amatoria, moralia. 1
164. Prouerbiorum. 1
165. Problematum collectio. 1
166. De Problematibus naturalibus. 1
167. De Exemplari. 1
168. De Propoſitione & narratione. 1
169. De Poëtica alius. 1
170. De ſapientibus. 1
171. De concilio. 1
172. De Solecismis. 1
173. De Arte oratoria. 1
174. De Artibus oratoriis ſpecies. 7
175. De ſimulatione. 1
176. Commentariorum Ariſtotelicorum ſiue Theophraſticorum. 7
177. Hiſtoricorum, Geometricorum. 4
178. Epitome Ariſtotelis de animalibus. 6
179. De Diis Epicheremmatum. 2
180. Quæſtiones. 3
181. De regno. 2
182. De cauſis. 1
183. De Democrito. 1
184. De calumnia. 1
185. De Generatione. 1
186. De animalium prudentia & moribus. 1
187. De Motu. 3
188. De viſu. 4
189. Ad terminos. 2
190. De eo quod eſt dati. 1
191. De maiore & minore. 1
192. De muſicis. 1
193. De Diuina felicitate. 1
194. Ad eos quæ erant ex Academia. 1
195. Exhortatorius. 1
196. Quo pacto ciuitates optimè inhabitentur. 1
197. Commentaria. 1
198. De riuo qui erat in Sicilia. 1
199. De conceſſis. 1
200. Qui ſint modi ſciendi. 1
201. De falſo. 3
202. Ante Topica. 1
203. Aſtrologicæ hiſtoriæ. 6
204. Arithmeticarum hiſtoriarum argumentum. 1
205. Acicharus. 1
206. De Iudicialibus orationibus. 1
207. Epiſtolæ ad Hiſtierecotem Phaniam & Nicanorem de pietate. 1
208. Euiadis. 1
209. De Temporibus. 1
210. De propriis orationibus. 1
211. De liberis educandis. 1
212. Alius indifferens de eadem re. 1
213. De diſciplina ſeu de virtutibus ſiue de frugalitate. 1
214. Exhortatorius. 1
215. De Numeris. 1
216. Diffinitiones de dictione ſyllogiſmorum. 1
217. De cælo. 1
218. Politici. 2
219. De natura. 1
220. De fructibus & animalibus, aliquot.

Summa operum igitur CCXX. librorum autem CCCCLVII. Et quamuis non me lateat Diogenem multos bis repetiiſſe libros, & per incuriam & per obliuionem; tum etiam ex ignorantia, velut *de regno* duo illi, qui & *de regno & Regis institutio* ſingillatim inſcripti ſunt, & *de naturalibus* Epitome, etiam libri *de Plantis & earum cauſis*, qui fermè ſoli ſuperfuere, palam tamen eſt illum vltra quadringentos conſcripſiſſe libros, verſibus centum octuaginta duobus millibus, quæ ſumma numerum etiam librorum inuicta ratione oſtendit: Nam diuidendo per nonaginta verſus vnius chartæ, exeunt chartæ bis mille, qui numerus per quinque diuiſus reddit nobis libros quadringentos: nam liber vnus quinque chartis vix conſtat, vt apud Galenum videre licet. Huius tamen vt dixi tam parua pars ſupereſt, tam multis ſeruatis quorumdam voluminibus, quorum nullus eſt vſus, non alia fuit cauſa vt reor quàm difficultas cum breuitate coniuncta. At dices Ariſtoteles difficilior fuit. Verum, ſed Alexandri diligentia, dum curioſius ſeruatur Ariſtoteles, Theophraſtus neglectus eſt. Et Theophraſtus quidem ad ſcientiam rerum multum contulerat; Alexander & qui eum ſecuti ſunt, nihil prorſus. Verùm ante Alexandrum non minus Ciceronis & Galeni teſtimonio ſuſpiciebatur Theophraſtus Ariſtotele. Neque perſuaderi poſſum, interiiſſe tot Theophraſti opera, ſed alicubi apud reges aſſeruari exiſtimo: ſed ſi interciderunt, magna fuit calamitas.

Genero

Generoſiores qui deſiderantur libri ex eo, hi ſunt.

1. De Halinitro. 1
2. De his quæ durantur in lapides. 2
3. De ventis. 1
4. De viris. 3
5. De his quæ in ſublimi fiunt. 1
6. De Imaginibus. 1
7. De ſenectuta. 1
8. De nomine. 1
9 Αιακυεμύς. 1
10. De ſuccis cute & carnibus. 1
11. De ſpeciabus. 2
12. De caducis. 1
13. De afflatu Dei. 1
14. De diuerſitate vocum animal: eiuſdem inſignis. 1
15. De his quæ ſubito apparent. 1
16. De his quæ morſui & vulneribus patent. 1
17. De animalibus quæ ſapere dicuntur. 1.
18. De his quæ in ſicco morantur, animal. 2
19. De animalibus quæ latib. 1
20. De animalibus. 7
21. De laboribus. 1
22. De lapidibus. 1
23. De metallis. 1
24. De melle. 1
25. De Aereis. 2
26. De ſignis. 1
27. De Aqua. 3
28. De liberalitate. 2
29. De naturalibus. 18
30. De naturalium cauſis. 8
31. De Anima. 1
32. De Fortuitis animalibus. 1
33. De meteoris. 1
34. De Diis. 3
35. Naturalium opinionum. 17
36. Problematum naturalium. 1
37. De riuo qui erat in Sicilia. 1
38. Acicharus. 1
39. De cœlo. 1
40. De fructibus & animalibus. 1
41. Caliſthenes ſeu de luctu. 1
42. De metu. 3
43. De Peſtilentiis. 1
44. De odoribus. 1
45. De vino & oleo. 1
46. De concretionibus & liquefactionibus. 1
47. De Igne. 2
48. De cruciatu. 2
49. De ſomno & inſomniis. 1
50. De Natura. 5
51. De Naturalibus hiſtoriis. 10
52. De Naturalibus cauſis, & videtur idem. 8
53. De Indubitata fide. 1
54. De Mari. 1
55. De Felicitate. 1
56. De Diuitiis. 1
57. De ſapientibus. 1
58. De Animalium prudentia & moribus. 1

59. De Temporibus. 1
60. Eniadis. 1
61. De Natura. 1

Summa voluminum vt vides eſt LXI. Librorum autem CXLI. Habemus autem ex omnibus hos.

1. De lineis indiuiduis ſeu ſit Ariſtotelis. 1
2. De ſenſu & Phantaſia cum commentariis Priſciani Lydi. 1
3. De notis. 1
4. De odoribus. 1
5. De ſenſibus alios. 1
6. De Vertiginibus. 1
7. De ſignis tempeſtatum, Et qualitatum aëris. 1
8. De plantis cum Ariſtotele. 2
9. De plantis. 10
10. De cauſis plantarum. 6
11. De lapidibus. 1
12. De ventis. 1
13. De piſcibus. 1
14. De ſudoribus. 1
15. De Igne. 1
16. Methaphyſici. 1
17. Mataphyſicorum cum Ariſtotele. 2

CAPVT III.

De Platone.

Minor hoc & morum integritate & doctrinâ; magiſter ſuus, dignus tamen qui legatur. Nauigauit ad vtrumque Dionyſium Siciliæ tyrannos, parua cum laude: ab vno venditur cum vellet interficere: alteri eum accepiſſet pecunias, inſidias molitus eſt. Sed aliud eſt probum aſſe, aliud Genium ad ſcribendum habere: propterea illius libros ſubijciam de quibus dici verè poteſt:

Et prodeſſe volunt, & delectare Poëta:

Sed legi debent ſale aſperſi: de moribus etiam in priuata vita quid attinet diſputare, & præter propoſitum & nullo fructu.

Tabula librorum Platonis.

1. De lucri cupiditate. 1
2. De Philoſophia. 1
3. De ſapientia. 1
4. De virtute. 1
5. De natura hominis. 1
6. De voto. 1
7. De lege. 1
8. De ſanctitate. 1
9. De vno rerum Principio. 1
10. De ſummo hominis bono. 1
11. De pulchro. 1
12. De amicitia. 1
13. De ſcientia. 1
14. De furore Poëtico. 1
15. De Ente. 1

16. De regno. 1
17. Contra Sophiſtas. 1
18. De litigio. 1
19. De Mendacio. 1
20. De Temperantia. 1
21. De fortitudine. 1
22. Exhortatorius. 1
23. De Recta nominum ratione. 1
24. De Rhetorica. 1
25. De Amore. 2
26. De Pulchro. 1
27. Socratis defenſio. 1
28. De decenti. 1
29. De Anima. 2
30. Funebris oratio. 1
31. De Republica. 10
32. De legibus. 12
33. De Athlantico bello. 1
34. De Mundi generatione. 1
35. Legum Appendix. 1
36. Epiſtolæ. 1
37. De Morte. 1

Volumina ergo totidem ſunt, libri autem quinquaginta ſeptem: ſed Axiochum ſeu de morte quidam Luciani eſſe putant, & inter ſuos etiam libros numeratur: Ad nos deuenêre omnes integri Platonis libri, quod non ſolùm quod pauci eſſent, ſed quia faciles, ac lectu ſuaues, nec tamen quicquam periiſſe dolere poſſemus, vno *Phedone* excepto, in quo ſe ipſum ſuperauit: ſiue illi rationes morituri fuerint Socratis, & ſe ipſum adhortantis, ſeu ficti à Platone, digni ſunt vt recenſeantur inter pulchra inuenta illius ætatis. Illud etiam in Platone accuſandum, quod naturalibus ſtudiis parum intenderit, volens docere homines eſſe bonos, cum doceat potius atque expediat bonos efficere, ſapientiam autem docere. At qui illum imitatus eſt, longè præſtantior & melior fuit: ſed difficilior.

CAPVT IV.

De Plotino.

PLotinus is fuit vir omni laude dignus, & quem potius admirari debeamus, quàm poſſimus imitari. Eius origo ignota fuit, & cuias eſſet, cum tamen Græcus procul dubio fuerit. Ammonij fuit auditor, & ſeptem totis annis à nutrice lectatus eſt: ingenio ſingulari, ad diuináque tantùm propenſo: ob id in rebus ſenſilibus non laborauit, Genium ſuum vidiſſe ſe retulit. Vltra penetrauit quàm fas eſſet homini: primuſque ſpem immortalitatis animorum fecit conſtantibus argumentis, & vitæ teſtimonio. Hæc igitur conſcripſit.

Tabula librorum Plotini.

1. Quid animal, Quid homo.
2. De virtutibus.
3. De Dialectia.
4. De Beatitudine.
5. Vtrum Beatitudo in temporis perductione conſiſtat.
6. De Pulchro.
7. De Primo bono cæteriſque bonis.
8. Vnde mala.
9. De rationali exitu ex hac vita.
10. De mundo.
11. De circulari motu.
12. Vtrum ſtellæ aliquid agant.
13. De duabus materiis.
14. De eo quod in potentia eſt & quod in actu.
15. De qualitate & ſpecie.
16. De mixtione per omnia.
17. Cur quæ videntur procul, exigua videantur.
18. Contra putantes Mundi opificem eſſe malum, Mundúmque malum.
19. De fato.
20. De Prouidentia primum.
21. De Prouidentia ſecundum.
22. De eo qui nos ſortitus eſt Dæmone.
23. De amore.
24. Quod incorporea minimè patiantur.
25. De æternitate ac tempore.
26. De natura contemplationéque & vno.
27. De diuerſis conſiderationibus.
28. De Eſſentia animæ Primus.
29. De Eſſentia animæ ſecundus.
30. De Dubiis animæ primus.
31. De Dubiis animæ ſecundus.
32. De Dubiis animæ tertius vel de viſu.
33. De ſenſu atque memoria.
34. De immortalitate animæ.
35. De animæ deſcenſu in corpora.
36. Vtrum omnes animæ vna ſint.
37. De tribus ſubſtantiis principalibus ſiue principij ratione habentibus.
38. De generatione & ordine eorum quæ ſunt poſt primum.
39. De ſubſtantiis cognoſcentibus atque ſuperiore.
40. Quomodo à Primo fiat quod eſt poſt Primum, atque de vno.
41. Quòd intelligibilia non ſint extra intellectum atque de vno.
42. Quo modo quod eſt ſuperius ante non intelligit. Quidve primo ſit intellectum, quidve ſecondo.
43. Vtrum ſingularium etiam ſint ideæ.
44. De intelligibili pulchritudine.
45. De intellectu ideiſque & ente.
46. De generibus entis primus.
47. De generibus Entis ſecundus.
48. De generibus Entis Tertius.
49. Quod vnum idémque ſimul vbique ſit totum, primus.
50. Quod vnum idemque ſimul vbique ſit totum ſecundus.
51. De Numeris.
52. Quomodo Idearum exortir multitudo atque de bono.

53. De

53. De libertate, voluntatéque vnius.
54. De bono vel vno.

CAPVT V.

De Cicerone.

QVi inter nos tam præclaros viros adnumeremt ex Italis, aut Cicero eſt, aut nullus. Itaque optemus Ciceronem vnum fuiſſe ex his potius quàm definiamus, cuius hæc extant opera.

Tabula librorum Ciceronis qui extant.

1. Rhetoricorum ad Herennium quos Fr. Floridus in ſucceſſiuis ſuos eſſe negat. 4
2. De Inuentione ſeu rhetorica. 2
3. Topicorum ad Trebatium. 1
4. De Partitione oratoria. 1
5. De oratore ad Q. Fratrem. 3
6. De claris oratoribus ad Brutum. 1
7. De oratore perfecto ad Brutum. 1
8. De optimo oratorum genere. 1
9. Orationes quinquaginta ſeptem. 1
10. Epiſtolarum familiarium. 16
11. Epiſtolarum ad Q. Fratrem. 3
12. Epiſtolarum ad Brutum. 1
13. Epiſtolarum ad Atticum. 1
14. Tuſculanarum quæſtionum. 6
15. Academicarum quæſtionum Primus Secundæ editionis, & ſecundus Primæ. 2
16. De finibus bonorum & malorum. 5
17. De natura Deorum ſecundus imperfectus. 3
18. De Diuinatione. 2
19. De fato imperfectus. 1
20. De legibus ſed imperfecti. 3
21 De officiis. 3
22. De amicitia. 1
23. De ſenectute. 1
24. Paradoxa. 1
25. De vniuerſitate. 1
26. Phœnomena ex arato fragmentum. 1
27. Fratris de petitione conſulatus. 1

Qui non extant.

1. De Gloria. 2
2. De conſolatione in morte filiæ. 1
3. De laudibus Catonis. 1
4. De Republica. 6
5. Protagoras ex Platone. 1
6. De iure ciuili. 1
7. Academicarum quæſtionum. 4
8. Oeconomicus ex Xenophonte. 3
9. De Temporibus ſuis carminum. 3
10. De conſolatu ſuo Græcè. 3
11. Oratio ex Demoſthene contra Aeſchinem. 1
12. De legibus. 2
13. De Auguriis. 2
14. Timeus ex Platone. 1
15. Orationes quæ exciderunt prima pro M. Cicerone Decula 2. Pro L. Vareno 3. Pro P. Oppio 4. Pro M. Fonteio 5. Pro M. Fundanio 6. Pro Q. Gallo 8. Pro C. Cornelio duc. 9. In toga candida 10. De Othone 11. De Proſcriptorum filiis. 12. Cum Prouincia in concionem depoſuit 13. Contra Matelli concionem 14. Pro M. Scauro 15. in Clodium & Curionem.
16. De Rege Ptolomeo.
17. Comentariorum. 1
18. Epiſtolarum ad C. Panſam. 2
19. Ad Cæſarem iuniorem. 3
20. Ad Titinium. 1
21. Ad Caluum. 1
22. De vita C. Marij carmine. 1
23. Accademicarum quæſtionum primus primæ editionis. 1
24. Epiſtolarum ad Cæſarem. 3
25. Epiſtolarum ad Attitium. 9
26. Epiſtolarum ad filium. 2
27. Ad Brutum. 8
28. Ad Cornelium nepotem. 2
29. Accademicarum quæſtionum ſecundæ editionis vltimi. 3

CAPVT VI.

De Galeno.

PRoximus auctoritate Galenus hic erit ſi ad multitudinem librorum comparetur: cæterum perfectione inferior Cicerone. Nonnulla tamen optima ſcripſit & medicinam collabentem inſtaurauit, cuius merito bis adnumeratur.

Galeni libri qui extant.

1. De tremore, ieſtigatione conuulſione. 1
2. De ſubfiguratione empirica. 1
3. De temperamentis. 3
4. De optima corporis conſtitutione. 1
5. De Natura humana commentaria. 2
6. De neruorum diſſectione. 1
7. De venarum diſſectione & arteriarum. 1
8. De motu muſculorum. 2
9. De facultatibus naturalibus. 3
10. Anatomicarum aggreſſionum. 9
11. De vſu partium. 17
15. De vſu reſpirationis. 1
13. De ſubſtantia facultatum naturalium. 1
14. De Dogmate Hippocratis. 1
15. De his quæ modice dicta ſunt in Timeo. 1
16. An omnes particulæ in animalis ſimul. 1.
17. An animal ſit quod in vtero eſt. 1
18. De morborum differentiis. 1
19. De morborum cauſis. 1
20. De ſymptomatum differentiis. 1
21. De ſymptomatum cauſis. 3
22. De febrium differentiis. 2

23. De Inæquali intemperie. 1
24. De Tabe. 1
25. De Comate. 1
26. De difficultate ſpirandi. 3
27. De Plenitudine. 1
28. Da Tumoribus. 1
29. De morborum temporibus. 1
30. De totius morbi temporibus. 1
31. De Typhis. 1
32. Ad eos quæ de Typis ſcripſerunt. 1
33. De cauſis procatarticis. 1
34. In primum Epidemiorum Hippocr. 3
35. In tertium Epidemiorum eiuſdem. 3
36. In ſextum Epidemiorum eiuſdem. 6.
37. De placitis Hippocratis & Platonis. 9
38. De Elamentis ſecundum Hippocratem. 2
39. De Atra bile. 1
40. De bona habitudine. 1
41. De oſſibus. 1
42. De Muſculorum diſſectione. 1
43. An ſanguis ſit quæ in arteriis continetur. 1
44. De ſemine. 2
45. De vocalium inſtrumentorum diſſectione. 1
46. De vteri diſſectione. 1
47. De Inſtrumento odoratus. 1
48. De cauſis reſpirationis. 1
49. De Motu Thoracis. 1
50. Quod animi mores corporis ſequantur. 1
51. De Fœtuum formatione. 1
52. De ſeptimeſtri partu. 1
53 De Pulſuum vſu. 1
54. De pulſibus ad Tyrones. 1
55. Da pulſuum differentiis. 4
56. Da pulſuum dignotione. 4
57. De pulſuum cauſis. 4
58. De pulſuum præſagio. 4
59. De locis affectis. 6
60. De Criſibus. 3
61. Da diebus Criticis. 3
62. In Prorrhiticum. 3
63. In Prognoſtica. 3
64. De Inſomniis. 1
65. Da Præcognitione ad Poſthumum. 1.
66. De Alimentis. 3
67. De cibis boni & mali ſucci. 1
68. De attenuante victu. 1
69. De ſalubri diæta in Polybium. 1
70. De tuenda ſanitate. 6
71. De Ptiſana. 1
72. De Paruæ pilæ vſu. 1
73. De cognoſcendis animi morbis. 1
74. Da Conſuetudine. 1
75. Oratio ſuaſoria. 1.
76. Si quis optimus medicus etiam Philoſophus. 1
77. De ſophiſmatibus. 1
78. De ſectis. 1
79. De optima ſecta. 1
80. De conſtitutiona artis medicæ. 1
81. Ars medendi. 1
82. De ſimplicibus medicamentis. 11
83. De purgantium medicamentorum Facultatibus. 1
84. De vſu Theriacæ. 1
85. De Antidotis. 2
86. Da Medicamentis ſecundum locos. 10.
87. Medendi Methodus. 14
88. Ars medendi ad Glauconem. 2
89. De remediis paratu facilibus. 1
90. De his quæ in Medicatrina Hippoc: 3
91. De Fracturis in Hippoc: 3
92. De Peccatorum notitia & curatione. 1
93. An ars tuendæ ſanitatis ad Medicum. 1
94. An qualitates incorporeæ. 1
95. De libris propriis. 1
96. De ordine librorum propriorum. 1
97. Da optimo docendi genere. 1
98. Aduerſus Empiricos. 1
99. Quomodo morbum ſimulantes. 1
110. In Hippocratis Aphoriſmos. 6
101. Aduerſus Lycum. 1
102. Contra Iulianum. 1
103. De linguis. 1
104. Da Medicamentis ſecundum genera. 7
105. Da Hirudinibus & reuulſione. 1
106. De venæ ſectione aduerſus Eras. 1
107. De eadem aduerſus Eraſiſtratios. 1
108. De curandi ratione per venæ ſectionem. 1
109. De victus ratione in morbis acutis. 4
110 De articulis in Hippoc. 4

Vt ſit ſumma eorum librorum Galeni qui extant, & haud dubiè illius eſſe cenſentur, ducentorum & quinquaginta vnius. Præter illos quos nunc ſtatim ſubijciam, qui que illius aut ſunt, aut illo prorſus digni habandi.

Galeni dubij libri.

1. De Faſciis. 1
2. Introductorius ſiue medicus. 1
3. Conſilium pro puero comitiali. 1
4. De Renum affectibus. 1
5. De Theriaca ad Piſonem. 1
6. De voce & anhelitu. 1
7. De partibus artis medicæ. 1
8. Sexti Epidemiorum reliqui. 2
9. Da Humoribus. 3
10. Succidanea. 1
11. Da virtutibus noſtrum corpus diſpenſantibus. 1
12. De motibus manifeſtis. 1

Vt ſit horum ſumma quindecim librorum: quanquam *librum de Inſomniis, oratio ſuaſoria, & de cauſis reſpirationis* potius inter hos quàm illos adnumerauerim: ſed quomodocunque res cedat, ad idem redit: Erunt enim digni fida, Græci vocant *Ἀξιόπιστοι*, libri ducenti ſexaginta ſex: ſed iam eos qui perierunt, numeremus.

Galeni libri qui non extant in Medicina.

1. De Innato calore. 1
2. De Fluxionibus. Secundo de differentiis Febrium. 1
3. In librum de Vlceribus. 1
4. In librum de capitis vulneribus. 1

5. In

5. In ſecundum Epidemiorum. 6
6. In quartum Epidemiorum. 3
7. In ſectione mortuorum, 1
8. In librum de Chymia. 3
9. In librum de Aëre & Aquis. 3
10. In librum de nutritione. 2
11. Epithomatum Marini Anat. 4
12. Epithomatum Lyci Anatomi. 2
13. Sectionis controuerſia. 2
14. De Sectione viuorum. 2
15. Anatom. Adminiſtrat. 6
16. De Febribus Eraſiſtrati. 3
17. De Aſclepiadis Dogmatibus. 8
18. De animæ eſſentia. 1
19. Iſagoga Theodæ. 5
20. De libris Menodoti. 11
21. In libros Serapionis contra ſectas. 2
22. Contra obiecta Theodæ. 1
23. Contra Menodoti adhortationem. 3
24. De medicè dictis in Timeo reſiduum. 4
25. De Anathomia Hippocratis. 6
26. De pulſibus compendium. 2
27. De pulſuum ratione Archigenis meminit, *Primo de differentiis Febrium.* 8
28. De cauſis reſpirationis reliquus. 1
29. De voce ad Boëthum, cuius meminit ſecundo de Placitis Hippoc: & alibi. 8
30. De pulmonis & Thoracis motu reliqui. 2
31. De Dignoſcendis oculorum morbis ſpurius habetur, loco eius meminit libro de Tumoribus.
32. De Thucydidis peſtilentia; *Secundo de difficultate ſpirandi* meminit. 1
33. Methodicæ ſectæ. 6
34. De vſu partium ad Boëthum. 2
35. De experientia medica. 1
36. De cauſis morborum continentibus. 1
37. De experimentis. 1
38. De viuendi ratione in acutis. 1
39. Informationes Empericæ. 3
40. De Emperica ſecta. 7
41. De medicamentis à proprietate agentibus meminit *ſexto in ſextum Epid. com. 5. in fine.*

Galeni in Grammatica.

1. An idem poſſit eſſe Criticus & Grammaticus. 1
2. Electus Atticorum. 1
3. An utilis lectio comœdiæ. 1
4. Atticarum dictionum. 48
5. Forenſium apud Ariſtophanem. 5
6. Contra eos qui ſolociſeantes. 6
7. De perſpicuitata & obſcuritate. 1
8. De Exemplis vocabulorum comicis. 1
9. Quæ commonia Grammaticis & Rhetor. 1
10. Forenſium apud Eupolidum. 3
11. Forenſiom apud Cratinum. 2
12. De nominum recta ratione ſecundo de Plat. 3

Galeni in Dialecticis.

1. De oratione meminit in libro de Tabe. 14
2. In libros Priorum Ariſtotelis Primom. 4
3. In ſecundo Eorumdem. 4
4. In librum de Enunciatione. 3
5. In Primum Eudemi. 3
6. In ſolutionibus Demonſtrationum Chitomachi. 1
7. De requiſitis ad demonſtrationes. 1
8. De Demonſtrationibus propter quod. 1
9. De Exemplis. 2
10. De Imagine. 1
11. De Principiis ex hypotheſi. 1
12. De Poſſibili. 1
13. De generis & ſpeciei ſignificatione. 2
14. De implicantibus orationibus. 1
15. De miſtis propoſitionibus in ſyllog. 1
16. De communi oratione. 2
17. De vſu ſyllogiſmorum. 1
18. De vſu in ſyllogiſmo. 1
19. De optima ſecta. 1
20. De ſyllogiſmis & miſtis proportionibus. 1
21. De Logica Platonica. 1
22. De eo quod eſt vnum & multa. 1
23. Quod ad oppoſita non poteſt ſequi idem. 1
24. De demonſtratiua ſecta. 1
25. De contemplatione Logicæ. 1
26. Dialogi ad Philoſophum. 1
27. De multipliciter dictis. 1
28. In Theophraſtum de Affir: & Neg. 6.
29. In primum Poſteriorum Ariſt. 6
30. In ſecundum Poſteriorum Ariſtotelis. 5
31. In Prædicamenta. 4
32. Quæ in Chryſippi ſyllogiſmos puer conſcripſi. 3
33. De propoſitionibus quæ in Demonſtratione omittuntur. 1
34. De Aequipolentibus. 2
35. De numero ſyllogiſmorum. 1
36. De inductione. 1
37. De ſimilitudine. 3
38. De eo quod multipliciter dicitur. 3
39. De communibus & propriis artium. 1
40. De contingentibus propoſitionibus. 1
41. Quomodo diſcernendo orationem. 2
42. Chryſtippi ſyllogiſticæ primæ. 3
43. Chryſtippi ſyllogiſticæ ſecundæ. 1
44. De Logica facultate & Theorica. 7
45. De vſu Theorematum. 1
46. Quod Geometricæ reſolutione Præſcrib. 1
47. De captatoribus in verbo. 3
48. De artium conſtitutione. 1
49. De commonibus & propriis artium Principiis. 1
50. De diſcernendis dogmatum differentiis. 1
51. Compendium demonſtratiuæ Theoriæ. 1
52. De Priore. 1
53. De Demonſtratione per impoſſibile. 1

54. De

54. De nominis & ſignificatornm quæſtione meminir, Secundo de differentiis febrium.

Galeni libri in Philoſophia Morali.

1. De his quæ ſul cauſa fiunt. 1
2. De indolentia pro Socrate. 1
3. De congreſſu eorum qui ſe oſtentatn. 1
4. De Pœnis & peccatis æquandis. 1
5. De conſolatione. 1
6. De Diatriba in aula menaci. s
7. Contra Forenſes Rhetores. s
8. De voluptate & labore. s
9. De his quæ vnumquodque propoſitum vitæ conſequuntur. 1
10. De concordia. 1
11. Quatenus ſit gloria proſequenda. 1
12. De teſtamentis condendis. 1
13. De ſecta Platonica. 1
14. De Egreſſionibus in Philebo. 1
15. De his quæ cum Sophiſtis verſantur. 1
16. Num Philologia moribus conferat. s
17. De ſpectantibus ad Epicuream ſectã. 1
18. Quod Epicureus non cauſam veram voluptatis oſtendat.
19. De voluptaria ſecta. 1
20. De moribus. 4
21. De Philoſophiæ fine. 1
22. De ſubmiſsè legentibus. 1
23. Concionum contra ſectas. s
24. Concionum contra ſectas ſub Pertinace. 1
25. Quale genus congreſſus in Dialogis. 1
26. Concionum contra adulatores. 2
27. Croniſci. 1
28. De pudore. 2
29. De calumnia. s
30. De differentiis Stoicorum Philoſophorum. 1
31. De pertinentibus ad Platonicam Philoſophiam. 1
32. Ad amicos ſeu Plato. 1
33. Compendium dialogorum Platonis. 8
34. De his qui ſuis tribuunt. 3
35. De Felici vita ſecundum Epicurum. 2
36. De voluptate ſecundum Epicurum. 2
37. Metrodoci Epiſtola ad Celſum Epicureum. 1
38. Pndenuisni Epicurei Epiſtola. 1

Galeni libri in Naturali Philoſophia.

1. Quod animi mores corporis ſequantur. Temperamram alter. 1
2. De ſpectantibus ad Philoſophiam Ariſtotelis. 1
3. Quod ſeparari à prima ſubſtantia Quantitas non poſſit. s
4. De animæ partibus ac potentiis. 3
5. De Primo mouente immobili. 1
6. De coloribus meminit *ſexto de Placitis Hippocratis & Platonis.* 1

Summa igitur eorum qui perierunt, libri trecenti, & nonaginta tres: Vt ſint ergo omnes ſexcenti quinquaginta nouem, è quibus Dialectici certè magno commodo humani generis interiere. Sunt autem centum & viginti tres. Reliqui omnes ſunt quingenti & triginta quatuor, è quibus Medici præſtantiſſimi ſunt: Poſt morales, inde Grammatici; plurimum autem hac in arte valuit: poſtremi autem naturales. Medici quidem omnes ſunt trecenti ſeptuaginta vnus, ſed & libros tres alios compoſuit certè *de Medicamentis à proprietate agentibus, ſexto in ſextum Epidemiorum*, quem vidiſſe teſtatur Raſis in *tertio tractatu Trigeſimi quinti libri*: Et librum *de cura ſingulorum morborum à capite vſque ad pedes*, cuius Princeps meminit dum recitat curam phthiſis & hydropis; Et de auxiliis iuxta morborum tempora, vt librum *de morborum temporibus*, expoſuit *commentaria* etiam in *libros Hippocratis: vt de Fiſtulis, de Glandulis, de Flatibus*. Primum *de morbis*. Secundum de *Dieta* & quotquot legitimi aut ſimiles legitimis eius viſi ſunt, vt medici ſoli non pauciores fuerint quadringentis. Vnde dignus eſt vel tanta multitudine, vt hic inter præcipuos adnumeraretur. In reliquis igitur diſciplinis aliquantò pauciores ſcilicet ducenti octuaginta ſex, inter quos vt diximus in Dialectica centum viginti tres: In Grammatica ſeptuaginta tres: In morali Philoſophia ſexaginta: In naturali octo exceptis his quos habemus, quóſque in principio vnà cum medicis adnumerauimus: Horum ſumma eſt circiter chartarum iiijcc. ſed ob incrementum vj. ſtylus Aſiaticus & floridus atque elegans. Præſtantiſſimi in medicina quatuordecim libri *de arte medendi, de ſimplicibus medicamentis quinque priores: Decem & ſeptem de vſu partium, decem de medicamentis ſecundum locos: ſeptem ſecundum genera, ſex de locis Affectis*: Et quicumque in Hippocratem ſcripta extant præter *Aphoriſmos* & librum *de ſalubri Dieta.*

CAPVT VII.

Plutarchi Chæronei libri.

1. POlitica ad Traianum. 1
2. De virtute morum. 1
3. Præcepta connubialia. s
4. Muſica. 1
5. De Doctrina inter odium & inuidiã. 1
6. De claris mulieribus. 1
7. Parallela. 1
8. De liberis educandis. 1
9. Apophtegmata. 1
10. Apophtegmata Laconica. 1
11. An bruta animalia ratione vtantur. s
12. Problemata. 1
13. Conſolatoria ad Apolonium ſau de luctu. s
14. De exilio. 1
15. Amatoriæ narrationes. 1
16. De tranquillitate. 1
17. De fortuna Romanorum. 1

18. De

18. De fortuna vel virtute Alexandri. 2
19. De Placitis Philoſophorum. 5
20 De his quæ tardè à Numine corripiuntur. 1
21 Quod non oportet fœnerati. 1
22 Quo pacto poſſis adulatorem ab amico cognoſcere. 1
23. De vtilitate capienda ab inimicis. 1
24. De tuenda valitudine. 1
25. In Principe requiri doctrinam. 1
26. Cum Principe Philoſophandum. 1
27. Vtrum grauiores ſint morbi animi an corporis. 1
28. An rectè dictum ſit λάθε βιώσας. 1
29. De cupiditate diuitiarum. 1
30. De vitioſa verecundia. 1
31. De cohibenda iracundia. 1
32. De curioſitate. 1
33. Quod docenda ſit virtus. 1
34. Num improbitas ſufficiat ad infelicitatem. 1
35. De Fortuna. 1
36 De virtute & vitio. 1
37. De amicitia in multos diffuſa. 1
38. De Auditoris officio. 1
39. Quatenus iuueni liceat audire Poëticam. 1
40. Quo pacto ſe quiſpiam circa virtutem candoremque morum ſentiat profeciſſe. 1
41. Num ſeni grandis ſit Reſpub: 1
42. De amore naturali Parentum erga prolem. 1
43. De cauſis naturalibus. 1
44. Vtrum ignis an aqua ſit vtilior. 1
45. Quod magis inopinata & mirabilia à Stoicis quàm à Poëtis dicantur. 1
46. De tribus Reipublicæ generalibus. 1
47. An aquatica an terreſtria maiore ſint prædita ratione. 1
48. Conſolatoria ad vxorem ſeu de luctu. 1
49. Vitæ Decem oratorum. 1
50. Sympoſiacorum problematum decades continentes. 1
51. Septem ſapientum conuiuium. 1
52. De ſuperſtitione. 1
53. De Garrulitate. 1
54. De Eſu carnium. 2
55. Contra colentes de Epicurei felicitate. 2
56. Quomodo quis ſine inuidia ſe laudare poſſit. 1
57. Iſide & Oſiride. 1
58. De fraterno amore. 1
59. De his quæ in Delphos. 1
60. Athenienſes ſi belli an eruditionis gloria præſtiterior. 1
61. Stoicorum contradictionum. 1
62. Epitome comparationis Ariſtophanis, & Menandri. 1
63. De animarum generatione in Timeum. 2
64. Quare appareat facies in Lunæ circulo. 1
65. Quare ceſſarint Oracula. 1
66. De Socratis Dæmonio. 1
67. De Herodoti improbitate. 1
68. De communibus notitiis contra Stoicos. 1
69. De fato. 1
70. Amatorius. 1
71. De primo frigore. 1
72. Cur Delphis ceſſarint carmine reſpondere. 1

Inſuper vitæ clarorum virorum numero XLVIII. Hi autem LXXXVIII, è quibus Sympoſiaci ſatis prolixi ſunt & pulchri, ſed mutilati. Omnes igitur computando vitas pro libris eorum triginta ſex circumferuntur etiam alia quædam opuſcula, vt aiunt ſub eius nomine, quæ tamen ego nondum vidi.

LIBER DECIMVS-SEXTVS PARALIPOMENON.

De hominum antiquorum illuſtrium iudicio.

CAPVT I.

De Cicerone.

MVltos vidi nec immeritò ambiguos fuiſſe, inferendo iudicium de claris viris, ſeu literis ſeu armis inclaruerint, adeò vt Plutarchus, cum diſertiſſime Ciceronis vitam, tum etiam Demoſthenis ſcripſiſſet, non ſolùm inferendo iudicium de comparatione illorum mutauerit, ſed etiam ipſe, tum alij admirentur; vel cur tam clarus euaſerit, cum eſſet natura adeò ineptus, vel cur cum tam clarus eſſet, tot admiſerit errores. Id verò contigit ob exiguam vt ita dicam negligentiam, ſeu potius oſcitantiam vnius rei, ſcilicet vt non diſtinguant peritiam à ſapientia. Eſt enim peritia vniuſcuiuſque rei, non ſolùm literarum & facundiæ, & rei bellicæ, ſed & artium quarumcumque, pingendi, celandi & fingendi, tum architecturæ, Geometriæ, atque aliarum plurium, vt manifeſtum eſt. At ſapientia eſt recta cognitio, atque iudicium de fine hominis: quod verò ducit ad finem illum, prudentiam ſolemus appellare, ſi cum probitate coniuncta ſit: ſin etiam improbitate non vacet, & expedita ſit, ſolertiam ſolemus appellare. Iam verò cum homines inclyti & illuſtres euadant trifariam, vel peritia rerum ſingularum, vel magnitudine potentiæ, vel pietate: ob hoc tria ſunt omnino diuerſa inter ſe, quæ hominem celebrem & illuſtrem reddere poſſunt, peritia non omnis ſed immodica, & præcipuè earum rerum quæ tum in precio habentur, velut militaris ars apud omnes, legum apud Reges, oratoria in his vrbibus, quæ ab hominum multitudine gubernantur, vt olim Roma & Athenæ. Eſt & quarto loco Medicina, quæ ſecundum meritò aut primum obtineret, niſi variis cauſis eius opus impediretur: quinto pictura, Sculptura, plaſtices; ſexto architectura, ſub qua etiam machinarum ars comprehenditur, atque hæ ſunt quæ apud populos vniuerſim illuſtrare homines ſolent: nam reliquæ vt Geometria, Aſtronomia, ſolùm ad diuturnitatem nominis, & apud ſtudioſos non plebem & imperitos conferunt. Eſt & ſeptimum quoddam genus peritiæ, ſeu doli ac præſtigiæ, quod vt non vltimo loco habendum eſt, ita vt rariſſimum & fuco multo refertum, magiæ ſcilicet & diuinationis omnis, quod non tam à me contemnitur quàm prætermittitur. At verò ſecundum genus eſt ſapientum vt dixi, velut tertium bene fortunatorum.

Sunt igitur tria hominum illuſtrium genera; immodici, fortunati, ſapientes: cum verò iſta ſimul etiam biſariam & trifariam iungi poſſint, veluti ſapientes fortunati, ſapientes immodici, & immodici fortunati, & quod forſan nemini contigit, ſapiens fortunatus & immodicus. Erunt igitur ſeptem genera virorum illuſtriſſimorum, nam de his ſolùm tractare propoſitum eſt. Cum verò alias demonſtratum ſit, ad bene beatéque viuendum opus eſſe animi fortitudine, conſtantia naturæ, aduerſus calamitates non ſolùm, ſed etiam felices nimium ſucceſſus, tum prudentia atque moderatione animi, in concupiſcendis non ſolum honoribus & pecuniis, cuius defectu plurimi euertuntur, ſed in iniuriis vlciſcendis & inimicitiis exercendis, palam eſt ſingula horum generum, pro defectu aut præſentia harum quatuor qualitatum animi, quas ſi rectè digeras ſeptem efficiuntur, variari: multis verò modis contingit, vnamquamque adeſſe vel non adeſſe, vel vitium ipſum adeſſe, & tum vnam, duas vel tres, vel plures: nam ſi bene numeras ſunt differentiæ viginti & vna, velut conſtans in ſecundis, vel petulans, vel omninò mediocris. Sufficiat verò redegiſſe ad quatuordecim, ſcilicet ſingula ad virtutem & vitium, quandoquidem vel ſic pene conſurgat numerus infinitus, vt opportunius duxerim, quandoquidem in huiuſmodi non adeò ad exactam normam ſingula ſint referenda, præſertim cum in tam illuſtribus viris multa etiam libenter homines ferant, vt ſingula genera imo potius ipſos homines, ad examen illorum & ſeptem virtutum ac vitiorum principalium deducamus: ſic enim & omnium caſuum, qui eis euenerunt, cauſas docere facile erit,

quod

quod nemini ad hanc vſque diem facere licuit, & ad bene beatéque viuendum, præcepta ſimul ſingulis qui hæc legent comparabimus, initium vt dixi à Cicerone facientes, tanquam viro, in quo maxima varietas non ſolum fortunæ, ſed etiam morum viſa eſt, quanquam non ita ſit. Sed velut in aſtris, ex pluribus motibus vndequaque ſimilibus, ac regularibus conſtantibúſque tanta varietas apparet, vt nihil magis alienum ab his videatur æqualitate, aut ſimilitudine, vel conſtantia: ita omnia varia inæqualia inconſtantiáque videntur, vt caſu & fortuitò omnia contingere credamus. Ergo cum omnia humana ex aliorum arbitrio pendeant, ſi quid tamen eſt quod per ſe ſtare poſſe videatur, arma ſunt, & militaris peritia, atque authoritas. Vtque hoc eſt ſecundum à poteſtate, per quæ nulla in humanis eſt, ita potentia omnis alia à militari, cum qua tyrannis & regnum coniuncta ſunt, ab hac ipſa ſecundum ordinem, aut tertium, vel etiam poſteriorem obtinent. Ea etiam de cauſa ex armis ad tyrannidẽ plurimi peruenere, Phalaris, Pyſiſtratus, Dionyſius, Pericles, Agathocles, Apollodorus, & ferme quotquot eam potentiam adepti ſunt, aliis ex cauſis aut nemo, aut certè quam pauciſſimi. Vnde etiam vitia quæcumque, quas calamitates pariant, docere antea præſtat: nam ſapientia vera illuſtrem facit, non tamen potentem. Id enim munus eſt fortunæ atque armorum, ſicut neque peritia alia, ſed nomen quidem magnum & vt dici potentiam etiam, ſed non primi ordinis. Velle ergo ex ordine in ordinem tranſcendere, eſt veluti etiam de genere in genus tranſire: quod eſt difficillimum non ſolum & impeditum, ſed etiam periculoſum. At mortalitas maximè ſi vera ſapientia abſit, vbi paululum aura ſecunda afflauerit, de ſe omnia pollicetur. Vt enim Fortunæ præmium eſt præeminere & plurimum poſſe, & peritiæ vt de eo mirentur homines, ita ſapientiæ munus eſt, quàm minimè errare. Ergo ſi peritia vt priorum de ea ſermonem habeam, timori coniungatur, moderationem efficit; ſed ſi natura auarus atque ambitioſus ſit, in maxima diſcrimina hominem adducit. Timor enim noſter inimicis animum addit, & petulantia odium parit; quocirca nil deterius ad vitam, quam timiditas & petulantia iuncta: quibus ſi parua prudentia iungatur, omnino breui cadunt.

At arti oratoriæ ſi conſtantia laborum adijciatur, & ad ſummum peruenerit, ſummos etiam decernit honores, & poteſtatem in Repub: neque enim ſolum Ciceroni hic honos habitus eſt, ſed ante illum Q. Hortenſio: & ante Q. Hortenſium Antonio, & Athenis Demoſtheni, & apud Leontinos Gorgiæ. Quomodo ergo cum libera eſſet Roma & domina gentium, & Cicero in apice artis, & ad exercitationem ſumma patientia, non debuit ad maximam potentiam peruenire? cum Demoſthenes in Repub: Athenienſium anguli vnius domina, tantam de ſe ipſo famam excitauit. At cur miſer eſſe imò omnium mortalium miſerrimus, qui eſſet timidiſſimus: nam timido quam quæ adſunt dum amittere timet, quam quæ deſunt dum nunquam potiri ſperat, & mala quibus premitur, & bona quæ defutura imaginatur, miſerum efficiunt. Atque talem vides ſi ad Atticum epiſtolas legas. Rurſus cum prudens eſſet natura, minus valuit ob immodicam eloquentiam, quam ei etiam Saluſtius inimicus tribuit? ſed magis timor qui conſilium expectorat, idcò multos admiſit errores. Demum cum vellet pugnare cum armatis ſine armis, in perniciem ſe cum tota domo dedit: neque id fortuitum fuit, nam dum & Pompeio & Cæſari viris nobilibus, potentibus, armatis, ſola fretus eloquentia, ſe opponere audet, in exilium actus eſt; diruta domo, & fortunis omnibus ſpoliatus. Quàm verò ſtultæ filiæ diuinos tribuere honores conatus ſit? atque id in mediis armis, iam ruente Repub: ſi quis animaduertat, non alium exitum rerum ſuarum, quàm quem habuit expectandum ducet. Ita eâdem ratione ſingulorum exitus, non ſolum poſt, quemadmodum in Cicerone, ſed multò ante explorabis.

CAPVT II.

De Galeno.

PRoximus Ciceroni Galenus multis de cauſis ſubiungetur. Huius fortunam eruditione maiorem fuiſſe conſtat: cuius vitia plura fuere, quàm virtutes, & verba quàm facta. Omitto vitam priuatam Platonicæ ſimilem, ſine vxore, ſine filiis: vt non rectè videatur ſenſiſſe de hominis fine, quem conſtat cum perpetuitate quoad fieri poteſt, coniunctum eſſe debere. Et cum omnes Platonis ineptias amplexatus, omnes illius errores tutatus, in quo ſolum ille vera dixit adiuirandumque præbuit, ea ſolùm in parte deſeruit, ſcilicet in *Animi immortalitate.* Qua in parte vel quem ſequeretur certum authorem ſaltem habuiſſet, tum non niſi monſtrum illud, & amentem imperitiſſimúmque habuit Epicurum, vel vera vel veriſimilia amplexatus, aut omninò rationibus validis perſuaſus, aut tandem humanæ vitæ ſalutaria præcepta. Nunc verò cum conſtet nihil horum ſecutum, aut ſi peruicaciter contendas, omnia quæ dici oſtendere poſſe facile præterquam de veritate, nam illud fateor non adeò pronum eſt, & ſi poſſimus peruincere, difficilius probatur quam perfunderetur, neſcio qua ratione: adeò illi opinioni totum ſe dederit, niſi vt humano generi quaquauerſus vt dici ſolet, haberetur. Principio enim tam verboſus ac nugax, vt nemo tam illius nomini ſit addictus; qui hac in parte illum tueri audeat. An parua hæc ſecun-

da iactura humano generi acceſſit, vt quod ſolum poterat moriens relinquere, vitium reliquerit chariſſimæ rei, ſcilicet temporis iacturam & furtum. Nec tam laudabile vnquam præceptum ab vllo Philoſopho manauit, quàm id de temporis habenda exquiſitiſſima ratione. At hic præter ipſam prolixitatem nauſeabundam, etiam illud addidit, vt nihil vno loco inuenias, ſed quid minimum vt velis cognoſcere, cogaris totum reuoluere. In quo illud bene nobis à fortuna conſultum eſt, quod magna pars eius librorum periit: quòd ſi totus periit, & poſteris, & illi perquam vtile fuiſſet: poſteris quidem cum tempus id melius collocare liceret, & quouis modo aut vtilius, aut ſaltem iucundius collocaretur; ipſi, cuius nomen & gloria maior longè relucet in aliorum libris, quàm in propriis.

Sed vt ingenuè fatear, vtrorumque vna eadémque cauſa fuit, & quod adeò prolixus extiterit, & quòd Platonem ſecutus ſit, imperitia ſcilicet. Quid enim attinebat Platonem in rebus naturalibus tot errores admittentem, imo (viro honos habeatur) penè delirantem, cum haberet præclariſſima tum Ariſtotelis & Theophraſti opera, (vtinam tam nunc extarent) quæ veram & ſolidam doctrinam continebant, niſi quia quod minimè intelligebat, in illo non poſſet coargui, quod non intelligeret, qui nihil diceret, & à nemine ob id intelligeretur. Sic eum imperitus eſſet, & plura ſcribere vellet, coactus eſt in adeò turpem prolixitatem incidere. Quiſque ſibi perſuadeat, me calumniæ cauſa id dicere, niſi pleroſque illius libros oſtendero, etiam numeroſos & magnos nihil prorſus continentes, vt de typis; & contra eos qui de typis ſcripſerunt, in Tumeum & ſimilia deliramenta. Alios in quibus pene nihil, vt *de dogmate Platonis & Hippocratis*, *de Subfiguratione empirica*: ſed etiam vbi breuiſſimus eſt, impar legentium labori ſua prolixitate euadit. Vide quid in *Methodi tribus prioribus libris* dicat. At modò quid credas de homine hominiſque doctrina, quem deprehendas in ipſo manifeſto delicto. Gloriatur ſe Geometram, & Aſtrologum, & Arithmeticum, quarum artium vel mediocriter perito cuique conſtet, ne prima quidem rudimenta tenuiſſe: adeò tamen impudens eſt, vt audeat ſe de hoc iactare. Credo exiſtimans ſe tales inuenturos lectores, quales certè inuenit noſtra ætate, tam illius amatores, quàm omnis veritatis, omnis ſynceri animi oſores. Quid plura? ſolus hic author cum vitiis ſuis ad nos tranſiit. Quòd ſi quis dubitat ne non comperta dicam, videat ea quæ in *Decimo de vſu partium c.* 12. 13. & 15. vbi Geometram ſe facit, ad vltimum vnam propoſitionem, eámque ſine demonſtratione ex Euclidis vndecimo duntaxat adducit: quod *duæ lineæ ſe ſecantes, trianguláſque in eadem ſuperficie totus conſiſtit.* Hic eſt præclarus ille Geometra, qui cum tria propoſuiſſet Geometricè demonſtranda, nullum eorum demonſtrat. Et in primo peccat, quod cum ſit indemonſtrabile ſed naturale ſuppoſitum, vt Geometricum ſuppoſuit, & vt demonſtrabile. Tertium quod facile poterat demonſtrari, nec id ipſum oſtendit, ſed verbis ſimpliciter ſuadet vt credamus. Circa ſecundum quod artificioſum eſt, & demonſtratione dignum, modò verum, & ne verſatur quidem, & tamen veretur cum bis omnibus, ne ſibi inuidiam compararet apud homines, ne nimis magnus Geometra videatur. O impoſtorem ſummum & ridiculum virum, & virum ſanè omnium qui ſcripſerunt maximè rudem: neque enim exiſtimo intellexiſſe vel Quintam primi Elementorum, quam vocant fugam miſerorum. Sed quid dicam de iactura quam attulit rei medicæ, dum bene ſcripta à Marino in viginti libris de diſſectione euertit: exiſtimantes enim imperiti tantò præſtare veritate Anatomicos libros Galeni Marini & Herophili, tum Eudemij ac Praxagoræ, Dioclis ac Philtomi libris, quantum ipſe fama rei medicæ præſtaret, effecit in tanta caritate librorum, vt illorum vera monumenta deſpicerentur ac intercideret, ſuaque manerent, atque ita ad hanc vſque diem amiſimus Anatomiam, niſi Veſalius magna virtute noſtris temporibus eam reſtituiſſet. En vides Lector egregiam vtilitatem, quam noſter hic Pergamenus pædagogi filius inſolens attulit: vbi debuerat veterum ſcripta illa amplecti, & poſtquam fortuna negauerat illi occaſionem ſecandorum humanorum corporum, ſcriptis eorum qui diſſecuerãt, acquieſcere: aut ſi tantum ſtudium veritatis ac ſcientiæ rerum illum ſtimulabat, cùm apud Imperatorem tantum potuiſſe ſe iactet, non muneris loco ab illo qui humaniſſimus erat, ſtudiiſque, ſi quis alius, mirum in modum fauebat, petiit vt damnatorum corpora diſſecare poſt mortem liceret, à viuis abſtinendo, quorum cauſa quidam, inter quos Eraſiſtratus recenſetur, (inhumanè ſanè) dum nefanda titulo vtilitatis rei medicæ, committunt, in inuidiam & meritò odiumque populorum venerant hi Anatomici, & ob id lege ſæuiore coërciti, non ſolum à viuorum corporum ſed etiam mortuorum diſſectione fuerant, ne ea ſub ſpecie aliquos adhuc forſan ſemiuiuos velut in præliis accidit, diſſecarent. Sed ad rem redeo, non minore inuidia aggreſſus eſt damnare omnes authores, qui eum præceſſerunt: omitto Eraſiſtratum, Aſclepiadem, Archiginem, Theſſalum, Menodotum, Theodam, Lycum, Iulianum: ſed quid hoc ad Ariſtotelem, Chryſippum, Philotinum, atque Praxagoram, Antyllum, Agathinum, Herophilum, Apollonium, quin etiam conatus eſt diuerſis calumniis etiam elenare Dioſcoridis authoritatem, ſcilicet vt alterum medicinæ caput euerteret, ſcilicet cognitionem ſimplicium medicamentorum: nec defuit voluntas vlla ex parte, ſed non videbat modum. Nam cum pauca cognoſceret,

cáque

eáque à Dioſcoride iam tradita, non erat quomodo librum de illis conſcriberet, ſed vt tráſcriberet: pertæſus itaque laboris non veritus infamiam, abſtinuit à flagitio. Illum tamen quibus potuit modis laceſſiuit, omnémque de vſu ac viribus medicamentorum ille abrogauit, vti putus herbarius non medicus deinceps haberetur. Quid dicam de Pelope magiſtro ſuo? an in illum mitior aut æquior? aut de aliis qui parum ante eum floruerunt, velut Quinto? quaſnam calumnias in eum ſtruxit? an pepercit Andromacho per quē in, Cæſaris notitiam deuenit. Quibus Philoſophiæ præceptis aut potius quanta temeritate auſus eſt tam longo experimento illius theriacen: vt modò cum tot deſcriptionibus eius veram amiſerimus. Quem morſus eius & rabida lingua non attigit? num omiſit Critonem, Soranum, Scribonium, cæteroſque medicamentorum compoſitorum authores, aut Hippocratis expoſitorem vllum reliquit intactum? num Bacchium aut Aſclepiadem alium vel Artemidorum, Dioſcoridemve alium ſcilicet ab Anazarbeo, de quo nuper egimus, aut Zeuſim, aut Heraclidem Ruſúmve aut Sabinum, aliumve præclarum quempiam virum reliquit: nam Ruſus magnus vir fuit. Quinimo vt clariores, eò acrius illos inſectatur. An veriſimile clariores viros magis errasse, quàm ignobiles? Quid ergo vt cuiuſcumque optimi viri famam euerteret, vt nomen ſuum apud omnes inclareſceret, leuitate Græcâ, ambitione medica, moribus à Grammatica non alienis, improbitate ſingulari. Sed quid miramur de hoc, cum in Hippocratem nihilo melior fuerit: laudat illum ne omnino ab omnibus deſertus videretur, ſed ita vt in neminem fuerit iniquior, aut magis ingratus: nam primum omnia illius inuenta tanquam ſua ſeorſum in opuſcula traduxit, illius non habitâ mentione: ipſos Hippocratis libros tam tenuiter expoſuit, vt omnes ab illorum lectione auerteret: nullum locum expoſuit in quo illum non criminetur, vt rectè mihi ſupputanti vix in tanta multitudine ſectionum quadrigentas inuenias, in quibus Hippocratem non accuſet. Volebat ſua legi, Hippocratem contemni, & obtinuit. Adeò enim effecit, vt omnes poſt illum non ſolum vt imperitum relinquerent, ſed vt leuem negligerent. Videas Oribaſium aut Paulum, aut Aëtium, vel Alexandrum, quoties Hippocratis meminerint: nec magis inter Arabas in honore habitus Princeps Haliabbas, quoties eius meminerunt? vix in tam egregiis voluminibus quater aut quinquies eius mentionem ſed & parum dignam fecerunt. Dices non io cauſa fuit, nam cum ſe profiteantur Galenicos, vbique Galenum reſonent, cur ſummum præceptorem adeò paruipendunt. Vide Celſum quòd ante Galenum fuerit, quàm glorioſè ac ſæpe mentionem Hippocratis faciat. Obliuionis verò tantæ fuit, vt qui etiam illum adeò ſuſpiciunt, de hoc tamen accuſent: vnde neceſſe eſt non certa ratione quæ reliquit, ſcripſiſſe. Nam qui ſcribit ex ratione nunquam oppoſitum ſentire poteſt. Ita nobis cum nulla data ſit memoria, nullibi tamen contigit contraria ſentire: at in hiſtoria enarranda aberrare, aut bis pluriesve eadem dicere contingit ei, cui memoria non eſt. Non ergo obliuionis quod leue peccatum eſt, cum facilè iactura emendari queat, deletis quæ ſæpius ſcripta ſunt, ſed non cum ratione certa ſcribentis, vitium eſt quod emaculari non poteſt, cum non liceat ſcire quid magis ſenſerit, cui opinioni adhæſerit: quid prius aut poſterius ſcriptum ſit, nam his quæ vltimò ſcripta, ſolet velut teſtamentis maior adhiberi fides. Quod ad doctrinam pulſuum facile eſt intelligere Archigenis fuiſſe. In arte autem omnino inexpertus, niſi quòd duobus annis Romæ in illa colluuie, vbi omnia licebant, ex chirurgo repente factus eſt Phyſicus. Sed & laboris pertæſus in quo eum non accuſo, nam optimates illi non tam induſtriam eius, quæ certè non mediocris fuit, admirabâtur, quàm ſeruilem operam quam ille iure merito abhorrebat, deſiderabant. Fuit autem in eo ſumma ambitio propagandi nominis, in quo illum non damno, ſed demiror quòd id tam apertè negauerit, vt liquidò nunc obijcere liceat ei, fuiſſe mortalium omnium impudentiſſimum mendacem. Quorſum enim tot ſcribere cum tanto vitæ & fortunarum diſpendio, ſi non fuiſſet ambitioſiſſimus, & laudis ſumma captator? quàm non ſolùm honeſtè vt nos fecimus, & Ariſtoteles, & Theophraſtus, publicè profitendo, ſed etiam turpiter & inaniter per compita & fora cum ſingulis altercando, digladiando, vt parum abfuerit à pugna vt ipſemet teſtatur, inter plebem & imperitos, quibus nullum eſt iudicium, vt laudem nonquam meritò, ſæpe vituperationem conſequi queat. Obtrudit ſemper illud de amicis, quod neque Hippocrates, neque Plato quem imitari ſe profitetur, neque Ariſtoteles aut Theophraſtus quos imitari præſtiterat, hoc fecerunt. Et cur inter tot libros quos ſcripſit, tamen pauci amicis inſcripti ſunt? Habuit tres aut quatuor amicos, & ſcripſit trecentos libros, vnumquemque ab aliquo amico rogatus. Sed cum verè libros Methodi hortatu vnius amici ſcripſiſſet, atque ille tanto cum medico morbo tamen interiiſſet, antequam medium opus perficeretur, quod de vno contigit, de omnibus dictum voluit: vt ſcilicet, vt omnes libri amicorum hortatu ab eo conſcripti eſſent. Etenim bonus ille Hiero mortuus eſt, ſuffectuſque Eugenianus operis dedicationi in eius locum: at decet non ſolum bonum medicum ſe tueri, vt morbo non intereat, ſed vi aliqua aut nimio animi æſtu; ſed etiam amicos, qui ſi ſecus moriantur, aut non amicos ſe fuiſſe teſtantur, ſi ei non crediderint; aut ſi crediderint & mortui ſint non ſanè illis medicus ſuus conſuluit Ergo

conſtantia in ſcribendo, & florida oratio, fortunâ illi aſpirante, quæ tot eo meliores obruit, hanc tyrannidem libris eius parauere, quam quidem tyrannidem meritò quiſque dicet, qui Hippocratis libros ex tanta iniuria, locupleti expoſitione vindicatos legerit.

CAPVT III.

De Theophraſto.

QVæritur meritò, cur huius viri tot præclara volumina exciderint? quod etiam de M. Varrone quæri poteſt: & de Plinio, & C. Saluſtio inter hiſtoricos, forſan & de Ariſtotele. Et cauſa vna ſanè eſt, vt libri ſeruentur, quòd placeant pluribus: propterea liber vnus vix poteſt habere tot amatores, fuit tamen abſolutus velut Homeri, Horatij, Virgilij: multitudo autem nimia grauabat, cum multo pretio libri olim venderentur; qui tamen faciliores erant velut Galeni, ob id ſeruati ſunt. Sed clarius cuncta proſequamur. Sex ſunt peſtes monumentorum bonorum: Mutatio legum, linguarum, hominum, bella, copia inutilium, & diſciplinarum contemptus. Bello Aegyptio conflagrarunt DCC (vt aiunt) millia librorum, quorum magna pars exemplari caruit. Bello Turcico ex pluſquam quatuor millibus, qui in Bibliotheca ſeruabantur, vix ſuperfuere DCC: quos Beſſation fertur dono dediſſe Reipub: Venetæ. Promulgatâ lege noſtrâ duo Gregorij, vnus Græcus, alter Romanus, perdiderunt infinitam librorum copiam, atque in his quanquam plurimi inutiles, aliquot tamen etiam vtiles fuerunt. Linguarum commutatio cauſa eſt, vt libri inter blattas cum non intelligantur, & ſi intelligantur vertere laborioſum nimis videatur, iaceant. Facilitas hæc typorum effecit, vt ſordidorum librorum ac inutilium tanta ſit copia, vt neceſſe ſit aut bonos perire, aut obrui omnes. Idem contingit in prædiis ac campis, qui nimis luxuriant: neque enim minus in his, quàm in ſterilibus ſeges deſideratur: minor eſt labor cum vna ariditate ſemel aut bis aquis inductis, & aliquando pluuia caſu fauente pugnare, quàm quotidie cum tot emergentibus herbis agreſtibus ac vepribus. Sed quid durius inertia hominum, qui per ſcelera bellorum ditari, inde ſucceſſione, amiſsâ virtute, vitiis retentis, oderunt, non ſolùm negligunt eruditionem omnem, & bonas artes ac diſciplinas, dum luxu corrupti laborem impendere nolunt, neque alios ne ſuperentur, vt impendant, pati poſſunt.

Quod niſi eſſet igniculus ille qui nos vndique circumſtat, immittitque vndique aculeos, atque ibi perpetuò ſeruat infinitam doctrinam, vt periculum non ſit, nec metus vnquam eſſe debeat, ne quicquam pereat, iam dudum omnia deſijſſent: ſed ſeruantur æternis in Scriniis Sanctæ mentis, & ſtatis temporibus blandiente cæleſti fortuna, Principes inclyti, & ob id Deo chari mittuntur, tum ſapientes, quorum auxilio bonæ diſciplinæ reſurgunt, duntaxat apud nos. Eſt etiam auxilio quòd non vnquam vbique eadem fax omnia amburit, ſed quaſi per circuitum & per certas partes abit & redit: vt cum hunc locum occupat, priorem relinquat, alium nondum attingat. Indicio etiam eſt ita renouari artes has diuino conſilio, quòd ſub Principibus inclytis ſapientes etiam egregij floruerunt ſicut ſub Alexandro Euclides, Ariſtoteles, & Theophraſtus: ſub C. Cæſare Cicero, M. Varro & Virgilius. At ſucceſſio hominum etiam caries eſt librorum, & ipſa mortalis conditio inimica monumentis clarorum virorum; dum ſucceſſores animaduertentes quàm Domino egregio chari ſint libri, ipſi vecordi ſocordia, aut pecunia illos commutant, aut ſibi alienos labores aſciſcere conantur, quod noſtra ætate à duobus nebulonibus factum eſt; vnique Alcyonio ſcilicet contigit, vt librum *de Gloria M. T. Ciceronis* in ſuo illo Exilio exulante ſibi vindicauerit, vir turpiſſimus, & alioquin etiam fuſtibus Romæ cæſus vt merebatur: alteri qui librum *de ſpeculis comburentibus* Archimedis ſibi aſcribere conatus eſt, non ſucceſſit, ſed ſolum nequiſſimi furis nomen comparauit, quem ne nominare quidem dignum iudico. Quæ autem contra tot incommoda ex aduerſo ſeruare libros poſſunt, videntur eſſe authoritas, pulchritudo atque vtilitas, etſi magnus non admodum ſit. Nam & inutiles libri magnum maximè in hac typorum licentia, optimis bellum indixerunt, multis ex cauſis: nam faciliores ſunt, vt qui ſuperficiem ſolum diſciplinæ attingant, & breuiores: neque enim qui non ſuſtinuerunt diſcendi laborem, tædium docendi alios ferre poterunt. Et pauca habere ſolitis, quæuis etiam pro multis habentur. Sunt etiam Ornatiores tum ob breuitatem: tum quia vbi minus diligentiæ inſumitur in propoſito ſubiecto, ei magis ſuppetit otium in exornando limbos & frameas. Ipſi etiam præſentes ſunt & ſua laudant contra iam functos vita. Ergo maius eſt negocium, ſe tueri aduerſus malos libros, quàm pro ſuis pugnare, quoniam natura humana cupida eſt huius per ſe lenocinij, ne librorum vi impediatur. Sed authoritas librorum multitudine comparatur: hæc autem grauis eſt poſteris, quare neceſſe eſt vt inde oriatur exitium, vnde laus & gloria, vt de venenis quibuſdam fertur, thora atque napello. Magis tamen cadunt qui his innituntur, quæ ſua natura ſeneſcunt & decidunt, velut hiſtoriæ. Quis enim regum Aegypti hiſtorias, dico Amaſis, Apries, Pſammitichus, Seſoſtris, Myris ac talium. Accidit enim hiſtoriæ quod & iaculis quæ intorquentur, vt neque prope nimis, maximam vim habeant, & vbi metam vigoris exceſſerint inualida reddantur. Ita hiſtoria nec præſentium

præſentium neceſſaria, nec nimis obſoletarum, placeat, mutatis omnibus locis, nominibus, moribus, pugnandi forma.

Quotuſquiſque nunc Aſſyriorum libenter bella legit? nec Medorum, Perſarum admittimus potius, quàm quærimus: Græcorum magis placent, Romanorum etiam magis, præſertim cum Annibale & Pœnis: atquis dubitat non futura aliquando poſteris illis hæc antiquiora, quàm nunc nobis Oſiris, aut Anubis. Habent autem hiſtoriæ quinque ætates; primam dum Imperium viget, & ipſæ adoleſcunt: ſecundam dum manet & fluctuat, tum vero hiſtoriæ incrementa florent: vbi autem deciderit, amantibus mortalibus ſcire quomodo deciderit, iam negligere priores incipiunt: tumque primum ſeneſcit. Secunda ei ſenectus aduenit, linguæ mutatæ: extrema atque decrepita, vbi iam tertia lingua atque Imperium aduenit; neceſſe eſt enim hæc ſimul mutari. Sic & hiſtoriæ legum cum legibus ipſis adoleſcunt & finiuntur. Sed res ipſæ cùm magnis certaminibus agantur, intereunt, ſcripta ſeneſcunt. Poëſis autem ob gratiam & figuras, & numerum longè diutius manet, & cum lingua ſi elegans ſit, ſolum interit: Contra Mathematica quia vtilia ſunt, & delectant magis manent, quia cohærent rebus, vt Euclidis, Archimedis, Apollonij, & Ptolomei ſcripta. Media verò ſunt quæ de naturalibus rebus & medicis monumentis habentur, cum ſint plena dubitationibus. Quid enim habent eiuſmodi ſcripta præter experimenta, rationes quæ paucis comprehenduntur, & iudicium de illis. Cum ergo experimenta pauca fuerint, & iudicium ambiguum, cui bono dicit licitator tanti emere. Propter ſecundum igitur Theophraſti: propter primum reliquorum Philoſophorum monumenta periere. Cæterorum vt dixi humanæ ſolertiæ inuentorum vita breuis eſt, ad mundi ætatem comparata. Nam & Ciceronis opera cum lingua ipſa reſurrexerunt, cum eadem denuo decident. Ariſtotelis autem volumina vt dixi periere ob multitudinem obſcuritati iunctam: idque præcipuè quòd de plurimis eius libris, vt & meritò an legittimi eſſent, dubitarunt. Etiam enim eorum qui habentur, multi inter ſuos numerati non ſunt: nec id dubium.

CAPVT IV.

Homeri, Virgilij, Arioſti comparatio.

ABſurdum forſan videbitur hæc ſcripſiſſe, præſertim inter tot negocia ſeria: atque id tum quòd de Homeri & Virgilij comparatione, Macrobius, de Arioſto videbimur culicem Elephanto comparaſſe. Sed mihi hic non ſermo eſt de fortuna, quæ maior fuit in Virgilio ob Auguſtum, neque de authoritate, quam & longa ætas & inopia omnium bonorum authorum Homero peperit. Si hunc illuc, illum huc traducere liceret; forſan non adeò enorme conſilium noſtrum videretur. Quicquid ſit, liceat his hominibus homines miſcere, qui Diis homines miſcuerunt, & fabuloſos authores non pluris facere quàm Deos: licet cuique in bene inſtituto regno Regem in iudicium vocare, mihi longè magis, non priuata cauſa, licet illos priuatæ ſortis ad iudices reuocare. Non peto vt iudex ſim in hoc certamine, nec vt quiſque meæ ſententiæ acquieſcat. Procedant ſolùm inter cancellos, alij dijudicent. Non eſt tam contempta hæc lingua patria, cum non minus Homero Græca, Virgilio Latina fuerit. Cultæ illæ dices & à plebeio vſu alienæ; hoc certius eſt in Arioſto, quàm de illis dici poſſit. Si poſſit, nihil plus habetis quàm quòd pares ſumus. Non eſt hic amicus, quem non noui: non ciuis eiuſdem patriæ, Ferrarienſis ille, ego Mediolanenſis: non profeſſione charus, cum Poëſim non eſſe putem Reipub. vtilem, multò minus neceſſariam: ſed poſtquam Poëſis in imitatione conſiſtit, quis melius imitetur perſonas quas agit, quærendum eſt. Eſt autem imitatio æqualis, optima quæ excedit, melior quàm quæ deficit, vt in pictura exhibet Ariſtoteles exemplum in Poëtica. Poëſim enim picturæ aſſimilari docuit Horatius, non ſolùm, ſed & Philoſophus: at perſonas augere, minuere raró decet, vt Achillis & Hectoris fortitudinem. In quibuſdam autem velut in curſu rotarum & equorum, & collimando arcubus ac ſagittis, meta eſt quicquid fingi poteſt.

Primum ergo cum quatuor ſint carminum genera, & etiam narrationum modi, Epopœia, Comœdia, Tragedia, Dithyrambus, ſola Epopœia muſica alia non indiget, ſed numeroſa oratione tantum. Eſtque narratio fabulæ aut fabuloſæ hiſtoriæ regum aut Deorum Carmine heroico. Eſt autem carmen heroicum ſententiis graue, verbis ſelectum, prolatione ſonorum: quapropter referunt Virgilium ad ſua carmina multum addidiſſe authoritatis: quod & naturâ vocem haberet ad id munus paratam, & compoſitam lenociniis & arte conſque, vt eſſet admirabilis. Sed poſtquam illa cum eo deſierunt, taliſve fuerit an non fuerit, etiam prorſus ad hoc propoſitum nihil intereſt. Conſtat igitur hæc eminentia argumento, imitatione eorum quæ argumento conueniunt, grauitate ſententiarum, ſub qua comprehenditur doctrina hiſtoriarum, ac rerum ipſarum naturalium, ac Mathematicarum ſcientia & Rhetorica ars: Selectus autem verborum ad Grammaticam attinet, velut ſonora cantio atque rythmus, ad ipſam propriè Poëſin, quę eatenus cuiuſdam muſicæ pars eſt, cum muſicæ proprium ſit conſonantia; ea autem plures voces exigit, eatenus ergo concordat, vt initia mediis ac finibus, & illa inter ſe bene ſonant: vt vnum & idem plurium vices ſubeat, atque eo modo carmen carmini

Digitized by Google

mihi præſtat. Verùm conſtructio Græca ad idem tendit & reſonat, ad quod Latina ſcilicet temporibus perfectis duodecim, aut ad ſummum cum breuiora ſunt & pauciora, vndecim cum dimidio, quæ duodecim vicem implent, ac ſubeunt. Conſtant autem cæſuris ſex, quas pedes vocant: quarum ſingulæ duo tempora continent, præter vltimam vt dixi quæ quandoque imperfecta eſt. Sed illud admirabile eſt in quinta cæſura, quòd ſemper pes dactylus bene ſonat, aliter inconditus videtur, vt etiam in ſexta iambus. Quærunt cauſam nominum & nugarum, & in his ſe volutant vt ſues; nulla enim materia ſurdidis ingeniis & lutulentis ingeniis aptior, in qua omnia licet immittere, omnia non ſolùm admittuntur, ſed etiam laudantur; Ibi ſine ratione, ſine authoritate cuncta, ſed de rebus ipſis nihil: non eſt hic locus properantibus ad meliora, nec poſſumus præterire hæc, ſed vellemus. Adeò verò improbum genus eſt Poëtarum, vt optimum ſit ipſa ars in eis, quæ à nemine laudari poteſt, ab omnibus bonis meritò vituperanda eſt. Non negauerim tamen eſſe in cunctis quoddam abſolutiſſimum, penè diuinum admiratione, non ſolùm laude dignum, cuius neminem pœnitere debet ſi aſſequatur, omnes putant ſe habere aut plerique, nemo habet. Quocirca bene ſentire videretur Scaliger ſi ſuo more dum poëtica tractat, hac ratione de omnibus male diceret: ſed non ob hoc damnat illos, verùm quia non ad voluptatem compoſiti ſatis videantur. Eſſe autem ita dubium non eſt, quando fingendi aliqua ars eſt, in qua quæ ad oculos ſpectat refert rem, vt quaſi viuat; ita & in his quæ mens ipſa fingit, vt fallat mentem, æquet ſenſum: hoc tantum eſt laude dignum, non poſſe melius fingi. Preſſit Horatius bis nouem annis, nec aliud egit, docuit artem nec aſſecutus eſt, quid eſt quod ſperemus: nam cur eſt vt Virgilium ei præferamus, ſi ipſe brauium adeptus eſt. Sed & Homerus quonam iacebit loco, qui Fabij iudicio Virgilium antecedit? nondum abſolutum hoc viſum eſt opus, forſan quoniam vt Philoſophi aiunt, & Mathematici, quantitas continua in infinitum diuidi poſſit, vt nemo ſit extremo propinquiſſimus, niſi qui ſit in illo: aut propter tot eruditiones quæ exiguntur, aut quia diuerſa ſint hominum ingenia, & totidem penè de ſingulis iudicia. Et mihi ſanè videtur F. Petrarcha in amatoriis hoc ipſo omnibus præſtitiſſe, aut aſſecutus ſcopum: vt nec mirandum ſit, eius poëmata in omnes linguas fuiſſe conuerſa, quod nemini aliorum accidit, quamuis notiores eſſent & millenis annorum vetuſtiores eſſent.

Verùm id rurſus mirabile, etiam carmina Græca exametra & heroica (ita enim notantur ea de quibus nunc ſermonem inſtituimus) neque tubam, neque ſonum, neque robur retinere apud Græcos, quæ noſtra apud nos, ſed vix Ouidiana aut Horatij Epiſtolarum. Vnde hoc? ſed properemus ad reliqua inſtituti noſtri. Italica vndecim ſyllabis conſtant, aut ad ſummum duodecim, vt penè pedibus æquentur ſenis, ſed ſyllabas oporteret omnes longas eſſe. Sic dactylicus multò plures habet xvij. ſcilicet, & in his neceſſariò ſex longas: excedit ergo latinũ nonnunquam ſex ſyllabis Italicum, & vtrumque bene ſonat, nec commutantur. Aperta ſunt & ſub ſenſibus, & tamen cauſa ignota eſt: & ſi minuas tempora Latini carminis, aut adijcias ad ſyllabas Italici, vtrumque cadet: Latinum autem in vltimo pede non niſi duas, non ternas admittit ſyllabas, quantumuis breues.. Sed in Italicis eſt aliud admirabilius longè, quod quamuis ſingula per ſe carmina bene ſonent, tamen plura inuicem congeſta omnino inſipidum quid & inamœnum, nec Latinis aut Græcis par, vel etiam ſimile ſonant, niſi duabus vltimis ſyllabis conueniant alternatim, ſcilicet ſpacio xxiv. ſyllabarum. in quibuſdam xij. inde xxxvj. vt compoſitis inſimul ad eundem numerum xxiv. ſyllabarum redeant. An ergo omnes ſyllabæ Italicæ breues ſunt, vt ad xij. tempora res redigatur: an inæqualibus omnino & quouis numero temporum talia conſtant: velut à xij. ad xxiv. nam tempora breuia carmen Græcum aut Latinum & ipſum xxiv. continet, vt ſic æquentur Italicis vel temporum numero xxiv. vel ſyllabarum xij. hæc in carmine, illa in circuitu?

Quod igitur ad argumentum attinet, Virgilius Homero & Arioſto longè inferior eſt. Primùm quia ei non ſufficit, ſed tam poteſt vocari Ilias quam Æneidos, ſiquidem coactus eſt vt ita dicam propter inopiam, inſerere totum Troianum bellum *Secundo libro* quod Gellio authore *in Tertio* à Virgilio factum eſt. Sed viſum eſt illis qui ordinarũt illius opus, melius fuiſſe, vt duo illi libri ſecundus ac tertius commutarent ordinem, quoniam quæ in tertio narrantur, poſt Troiæ excidium contigerunt. Sed & narratio illa Tertij libri, ſeiunctũ opus potius poſtulare viſa eſt, quàm vt intermiſceretur. Nam dum imitatur Homerum, qui Vlyſſis erroribus xxiv. libros & opus integrum dicauit, non aſſequitur: ſed quaſi confarcinat hiſtorias multas in vnum. Sic & Quarti libri hiſtoria *de Didonis amoribus* (omitto quòd tempora multum diſcrepent) nimis longa eſt, nec tam alto argumento adeò prolata congruit: vt neque illa Sexti libri *de Inferis* ſumpta ab Homero in Odyſſea, qui eam caſtius attingit ſub nomine ſacrificij, atque morem verum oraculorum imitatus, rem narrat veriſimilem. Virgilius haud hoc conſiderans, quales ſumuntur è tragicis fabulas meras Æneæ geſtis intermiſcet, vt *τὸ πρέπον* perſonæ non ſeruauerit. Ob id nimirum eſt quòd reſcripſerit Auguſto (ſed Grammatici eiuſmodi non attingunt ſolis verbis
„ intenti.) *De Ænea quidem meo ſi meher-*
„ *cule iam dignum auribus haberem tuis, liben-*
„ *ter mitterem. Sed tanta inchoata res eſt, vt*
„ *penè vitio mentis tantum opus ingreſſus vi-*
„ *dear:*

„ *dear: cum præſertim (vt ſcis) alia quoque*
„ *ſtudia ad id opus multoque potiora impartiar*

Teſtamentum quoque eius in idem tendere, videtur; Audi Auguſtum:

Ergone ſupremus potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? Ergo ibit in ignes
Magnaque doctiloqui morietur muſa Maronis?

Et Sulpitius Carthaginenſis idem teſtatur, de quo apud neminem eſt controuerſia:

Iuſſerat hæc rapidis aboleri carmina flāmis
Vergilius, Phrygium qui cecinere ducem.

At non Georgica non Bucolica: non igitur inſaniit. At fuere inemendata, non ob id deleri voluiſſet, maculæ abluuntur, veſtia malè ſarta reſtitui non poteſt. Intellexerat ab amicis, & demum animaduerterat luſiſſe operam in tot laboribus. Quid enim abſurdius *Tertio* vagantem in tot regiones Æneam, ſine vllo inſigni facto aut dicto, vt anilem fabulam conſcripſerit, aut narrantem quod aliquanto minus fœdum Didoni Æneam fingeret: ob quod mutaſſe illos ordinem veriſimile eſt, vel etiam ipſo mandante; namque & paucula carmina commutare neceſſe fuit in fine ſecundi libri, vt illud;

Hinc me digreſſum veſtris Deus appulit oris.

Nam quæ ſequuntur tertium quarto iungere poſſunt, ſi id mutatur.

——— *Curſuſque docebat.*

Eo igitur dolore mortem ſibi accelerauit, & vt reor optauit. Conſtat enim non ſolum blandis ſed minacibus verbis, opus exegiſſe Auguſtum: Virgilium neque dare potuiſſe, neque potuiſſe ſperare daturum: non enim leuia errata, ſed confuſio operis apparebat: morte ſperauit ſi mandaſſet exuri, veniam impetraturum, & deſiderium Cæſaris aucturum ſeruandi operis, & perſuaſurum ſe modum habere quo poſſet reſtituere. Nam ſi ſecus, quorſum iterum mandare, monitum iam à Tucca & Vario Auguſtum id non permiſſurum? Verùm quòd ad partes attinet ſinguli libri præter *Tertium* qui nunc eo ordine habetur, vt membra hominis proportionem ſeruant & decorem, ad totum opus collati non ſecus ac Gigantis caput, & ceruix affabrè facta iuncta corpori ac trunco moderati hominis, cruribus autem ac pedibus pygmei. Non mirum igitur, ſi Caligula Imperator admonitus de hoc ab aliis, voluit eius ſcripta & imagines amouere è bibliothecis tanquam viri rudis & imperiti. At ſi ſingulos vt dixi libros ſeorſum conſideret, præter *Tertium* in ordine videbuntur tibi admirabiles. Et ſecundi crimen defendi poteſt, cum non niſi Paralipomena Q. Calabri contineat, non Homeri Iliadem. Quòd autem attinet ad illa imperfecta & errores ſparſim quæſitos, dignus eſt venia in tanto opere: & næuus in pulcherrimo corpore, & mors præceps talia defendit. Verùm neque in cæteris indignus eſt excuſatione, & teſtamentum illud ſuggillat Auguſtum qui nolentem ad hoc impulerat. Mos enim eſt Principibus, vt poſtquam feliciter aliqua geſſerint, poëſim Poëtis, leges Iuriſconſultis, medicinam medicis, & Architecturam architectis, diuináque Theologis, melius ſcire ſibi ſcire perſuadeant: imperantque his veluti militibus, quaſi etiam in Deos, in naturam, in Iuſtum & æquum imperium acceperint. Amiſerat miſer bona Mantuæ, recipit illa ab Auguſto & alia plura, notus nomine Poëtæ. Mecænas & Pollio ei iniunxerant vt ſcriberet ſuo more; ſcripſit & ſcilicet. Iniunxit & Auguſtus cum videret virum excellentem, tubamque illam, vt de maioribus aliquid ſcriberet. Quid faceret miſer, negarene auderet? Sed tamen ſe explicaſſet niſi vt dixi addidiſſet quæ ſcribi etiam voluiſſet, præcipuè Romanorum hiſtoriam quam condidit in ſexto argumento Poëtico; ſed nullum putarat argumentum ſatisfacere importunæ Auguſti voluntati, qua etiam errores Æneæ (nolens illum Vlyſſi parem facere) adiecit, vt opus illud vitio non paruo fœdaretur. Forſan & hiſtoria Didonis & reliqua illius mandato agglutinata ſunt. Indicio eſt ſic eſſe, cum ipſe Auguſtus vnam Tragediam excogitarit, nec perficere potuerit. Quin etiam Horatio conatus eſt ſuadere, vt res geſtas ſuas ſcriberet per Agrippam, vnde illa *Ode 6. lib. 1.*

——— *Tenues grandia, dum pudor*
Imbelliſque, lyra Muſa potens vetat
Laudes egregij Cæſaris, & tuas
Culpa deterere ingeni.

Et in ſecundo Epiſtolarum Ep. 1. ad fin.

Si quantum cuperem, poſſem quoque: ſed neque paruum
Carmen Maieſtas recipit tua: nec meus audet
Rem tentare pudor, quam vires ferre recuſent.
Autem autem hoc munus aliis tacitè delegat:
Ad libros, & ad hæc Muſarum dona vocares
Bœotum in craſſo iurares aere natum.
At neque dedecorant tua de ſe iudicia, atque
Munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt,
Dilecti tibi Virgilius Variuſque Poëtæ.

Quòd verò Virgilius multa vrſæ inſtar, ſed informia panderet carmina, inde ſenſim efformaret, neque vitio verto, ſed in laudem potius accipiendum eſt. Et vt dixi ſublimis Muſa fuit, & honos poëticus, atque omnia ſingularia. Eruditio autem quanta in Italo homine, tum & Poëſi addicto. Vana ſunt vota exigentium Philoſophiam à Poëta, velut ſi quis à Geometra Rhetoricen. At Homero ac Arioſto argumentum fuit ampliſſimum, & Reges plures pro vno Duce cum exili claſſe: Et pro vna vrbe, Lauro Lauinio, regna totius orbis: & pro vna

Digitized by Google

regione Latinorum cum Troadibus, Aſia vtrinque cum Europa depugnat: ſed etiam apud Arioſtum Africa ipſa ſtat in partibus.

Res amatoriæ vt dixi melius Italica lingua ſcribuntur, quoniam articulum anteponit nominibus: longè enim dulcius ſonat *la dolc, ombra* quàm *dolc, ombra*. Bellicæ magis reſonant in Latina, vt pretium conſeri videatur: aſpera enim lingua eſt, & pugnæ deſcribendæ idonea. Copia ſcientiæ rerum & locorum, & iudicio Homerus præſtat: in dolando actiones, & imitatione actionum exacta, Homero neque Virgilio comparandus haud eſt Arioſtus. Res illæ præcantatricum muliercularum à Circe deriuatæ, ita decent Italicam linguam, vt ſine illis poëma ſtare non poſſit, & cum illis fabulæ inſtar reddatur: adeò vt linguæ mos non admittat puritatem hiſtoriæ fabuloſæ ſed grauis, quales ab Epicis Græcis & Latinis habentur. Hæc igitur mea ſit de Virgilio ſententia, vt magis vtilitatem in eo noſtram quæramus, quàm operis laudem, duplici infortunio laceratam; & Auguſti iuſſu, & morte præcoci.

CAPVT V.

Trium Fratrum.

ANno Chriſti MCLXXII. qui abhinc CCCIIC habetur, Federico Aenobarbo imperante, ſub Alexandro IV. Pont: Max: vigente atroci illo Chriſtianorum hoſte Saladino, qui apud Aegyptios regnauit annis decem poſt euerſionem vrbis noſtræ, cum etiam Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus occiſus eſt, tres fratres ex eadem matre, diuerſis autem patribus, & ex adulterio omnes concepti & omnes Sacris initiati, omnes etiam pro temporum ratione erudiri, celebres fuere. Petrus Lombardus qui ſententiarum magiſter appellatur, qui etiam in Pſalmos commentaria ſcripſit: Petrus alter Comeſtor vir in Sacra pagina eruditus: cuius teſtimonio multi ex poſterioribus ſcriptoribus vtuntur: Gratianus qui Decretorum maximam partem confecit: hi ſunt libri de Iure Pontificio ſiue Sacro. Et Petrus quidem Lombardus Lutetiæ Archiepiſcopus fuit: alij duo etiam opimis ſacerdotiis ornati, (Nauatiæ oriundos quidam referunt, alij aliò, nonnulli etiam ex Gallia) cum mater eorum moritura à Sacerdote ad pœnitentiam adulterij inuitaretur, negaretque ſe poſſe pœnitere eius rei, propter quam tot clara lumina Mundo edidiſſet, ea conditione abſoluta eſt, vt pœniteret, quod pœnitere non poſſet. Ergo tres authores rudi ſeculo conſcribentes fuerunt: Vnum authoritas Patrum ac Pontificia adiuuit, alterum diligentia, ordo, & rei tractatæ nobilitas. Tertius cum à neutro horum auxilium conſecutus eſſet, breui excidit: vt intelligamus patientiam & iudicium plus poſſe quàm eruditionem ipſam. Omni ſeculo materia ſupperit ſcriptoribus ſcribendi bene, ornatè ſcribendi non omni: Noſtra ætate cum floreant ſtudia politè loquendi, minus impenditur ſtudij artibus ipſis: minus vtilitatis mortalibus, voluptatis plus. Sed quid hæc? cum neque ex ſtudis volupias magna ſit quærenda, & quod eſt eis proprium, deſit vtilitas. Vtinam homines rebus modum imponerent, & ſua bona noſcerent. Ridemus maiores noſtros, illi ſi nos viderent, deflerent calamitates noſtras. Eatenus cultura linguæ vtilis eſt, quatenus ſub clarorum libris facundis atque ornatis etiam ſenſus vtiles nobis reconditi ſunt: aut vt melius conſulatur, explicandis rebus per propria nomina. Demum cum non tam ſuſpiciendo eloquentiam, quàm illa ſe vltrò offerente loquimur ornatè: melius enim eſt ornatè loqui, quàm inconditè & barbarè. Verùm quod vltimum eſt primo loco conſtituere ſummæ amentiæ eſt, vt rebus ipſis relictis ſectemur eloquentiam; tum maximè quod genus hoc pædagogorum vile, ſordidum, auarum, ambitioſum, omnis boni expers, omnis artis ignarum, inſatiabili cupiditate omnia conatur trahere in ditionem ſuam: nec ſcio an contemptus literarum tantum obſit diſciplinis, quantum horum ambitio: hic enim apertè magis oppugnat eas, & breui euertit, illa per inſidias & ſenſim: neutrum vtile: ſcio quid fugiam ex his, neſcio quid minus improbem. Eiuſmodi fariuæ fuit Vincentius, qui ſpeculum illud grande conſcripſit: Et Bartholomeus Anglicus. Sed explanatores pleriquе Ariſtotelis ſub hoc ordine continentur, qui tamen perutiles habentur. In eadem claſſe Scotus & Ochan, aliique multi celebres viri, quos legiſſe melius eſſet quàm quorundam nugas: cultior aliquanto B. Thomas. Sed hæc ſatis.

LIBER

LIBER DECIMVS-SEPTIMVS.

PARALIPOMENON.

De vſu hominum & dignotione eorum, tum cura & errore.

CAPVT I.

Cognitio conditionis hominum ex natura indiciis tum aliis.

HOmo gregale animal eſt ſolus penè nihil: ille ergo plurimum poterit, qui pluribus commodè vti norit: vti autem commodè norit, ſi naturam, eorum, mores, qualitatem atque ingenia dignoſcet: hoc autem magna ex parte in *Proxeneta* docuimus, ſed id ipſum intereſt inter hanc conſiderationem & Proxenetam, quod in Proxeneta conſtituto fine, quod eſt bene beatéque viuere, media quærimus ſingula ad id conſequendum, & vt commodè illis mediis vtamur, docemus. At hic verò mediis oblatis qualiter vti debeamus, præcepta tradimus: nam non ſemper parare nobis licet eos, cum quibus noſtro more verſemur, ſed ſi mutare non poſſumus, tamen curare illorum vitia, ſaltem deteriora, & magna ex parte, vtile fuerit. Sunt autem hominum genera à conditione ſimpliciter, vt Reges, magiſtratus, artifices, plebecula. A conditione erga nos; vt ſi reges nobis impetent, amici, ſocij, clientes, hi quibus beneficio tenemur coniuncti, ſerui, famuli: A qualitate animi & morum, boni malive? inertes, contumaces, infidi, inquieti, melancholici, liberales, maligni: A ſexu, non niſi duæ differentiæ, maſculi, fæminæque: Ab ætate; ſenes, pueri, infantes, iuuenes, adoleſcentes: demum ſexto loco à temperatura; ſanguinei, bilioſi, pituitoſi, atrebilarij, morboſi, robuſti, ſani: in his enim non tam vitia vel virtutes quàm ſemioalia illorum apparent. Sunt & ex his quæ huiuſmodi coniuncta ſunt, velut: Primogeniti quippiam habent nobilioris ſynceriorisque materiæ; vnde apud omnes leges tam diuinas quam humanas præferuntur, vt Eſaü Iacobo, & Euangelium peperit filium primogenitum: non comparatione, cum virgo ante partum virgo permanſerit, etiam poſt donec vixit: & in Principum donis primogeniti ſuccedant ſoli, Herodialia ſint communia. Atque id præſertim contingit vt ſint meliores & præſtantiores reliquis, præſertim ſi vtroque parente tales fuerint, ita vt nupta virgo haud aliàs à viro cognita, viro qui nondum ſobolem ſuſceperit: videtur enim ſyncerus humor ad generationem concurriſſe. Tales etiam in regno præferuntur, quaſi magis idonei, & quos diuina voluntas primos naſci iubendo prætulerit. Et certè niſi aliquo caſu debilitetur priuilegium, meliores & generoſiores eſſe ſolent. Vnde etiam Hectorem primogenitum, Aeneam etiam vnigenitum fecerunt Poëtæ, qui illos laudare conati ſunt. Sic Achilles & Vlyſſes, tum alij generoſi viri, vtpote concepti ex nitidiore ſanguine, naturáque non exhauſta. Propterea hæc conditio non ad regnum pertinet, cum ſit cauſa regni, ſed ad temperaturam ideſt fortunam quandam corporis atque animi.

Succedunt *Prænomina*, quæ etſi caſu indita videntur, putat Galleotus Martius Narnienſis quandam habere vim ad declarandum: Hectorem enim poſſeſſorem quod etiam primogenitus eſſet, vocatum Tantalum quaſi Talantatum, ideſt infeliciſſimum: Adducit præterea innumera exempla Ariſtotelis, Melampi, Epicuri, Hippocratis, Galeni, Græcorum: addit ex Romanis Camillum, Cæſarem, Scipionem, Pompeium; Aſtriſtoteles ſignificat optimum finem, Melampus Nigra planta, ſeu pes niger, curauit Prœtides nigra bile furentes: Epicurus adiutor, imò ſe ipſum liberatorem humani generis ſeu hominum dicat: Hippocrates optimus equus, vt qui homines extra pericula & morbos euexerit. Camillus puer ingenuus: Scipio cæcorum ductor. Pompeius à Pompa, imò quòd Gneus ideſt legitimus; verè enim tutatus eſt Romanam Rempub: vt cum ei deferretur Principatus, recuſarit. Cæſar a cædendo dictus, qui tot millia mortalium cæcidit, vt tum mirum; nunc non, ſi ad Turcarum immanitatem referamus. Et apud Hebræos Iſmaël, Ioſias, Iſaac, Salomon. Impoſitum quoque prænomen mandante Deo in Chriſto & Io: Baptiſta, Sacra pagina commemorat. Tullij nomen infauſtum ab ipſo Rege manauit io Eloquentiæ patrem. Sic ergo noſtra tempeſtate vt aliàs relatum eſt: & nomina & prænomina cum rebus ipſis conuenire videntur. Antonius, Bartholameus,

meus, Andreas, Nicolaus, Petrus, Iacobus, Henricus, Hieronymus: non vt ſignificent ſub Græca dictione: ſed Hieronymus quidem efficit graues & doloſos, quanquam in me nil horum ob diſciplinam, ſed natura tales ſunt: ſic Vicecomites Cribelli Cardani videntur peculiarem habere naturam, mores, fortunam quoque, ſed quæ ex moribus pendet. Conditiones & hæ à cælo ſeu Fato.

A *temperatura* rurſus ac *animi moribus* multò magis ambitioſi nimis ac ſtolidi, vt etiam artium genus ſub ea comprehendantur. Vnde copia tanta librorum, cum illud dicere Poëtæ liceat:

Scribimus indocti: Quid enim turpius quam tranſcribere, vt Fuchſios & Alcomarus, vt illud poſſis verè de his dicere Terentianum in Eunucho: Ex *Græcis bonis, Latinas fecis non bonas*.

Exiſtimo niſi velint ſui, & humani commodi eſſe iniqui iudices, ſuamet damnaturus, cum liceat integra apud Galenum & Aëtium illa recognoſcere: nullo prorſus deficiente κῶλα, niſi ordo deſideretur, qui cum ab vnoquoque varius interponatur, neſciu quid perierit, imò ſcio quid perierit ſi legantur, tempus ſcilicet. Meliores tamen aut longè minus mali, quàm qui empiricam tradere conati ſunt. Horum cauſa eſt lucri cupiditas, ſine cognitione prorſus alicuius illuſtris artis aut diſciplinæ, ſcilicet Dialecticæ, Philoſophiæ, & Mathematicarum, ſine quibus omnibus omnino fieri non poteſt, vt quicquam rectè tradatur aut ſcribatur, nedum vt ſine harum vlla, quas palam eſt illos ignorare. Tertio loco habentur qui cum norint decem noua, (vt neſcio quis ſcitè arguebat,) libros magnos componunt, vt inane totum quod deuncem ſi non plus occupat, nugis & furtis ex aliis ſubreptis replent, & φιλαυτίᾳ laborant, decipiuntque ſeipſos, & alios errare cogunt, vt ſiue perlegant iacturam temporis facturi, ſeu non perlegant illius tantilli. In hoc igitur conſulo, vt curſim legas quemadmodum ego feci librum Braſauoli de medicamentis purgantibus: duobus enim in diebus CCCIII chartas ſed paruas percurri, quatuórque tantum inueni, quæ tamen vtiliſſima mihi fuerunt, & certè pulchra. Cætera omnia incondita ab aliis melius ſcripta, inconſtantia repetita ordine, Muſis, & Apolline nullo, vt meritò eius prolixitatis ab aliis arguatur, adeò vt nollem numinis eius cauſa cum in lucem prodijſſe: nam vir fuit apprimè doctus, & multum exercitatus in arte, magnique iudicij, quem præſtitiſſet omnia contuliſſe in præclara illa commentaria *de victu in Acutis*, nam reliqua ſapiunt empiriam, præter Aphoriſmos non ſatis elaboratos. Ergo eiuſmodi helluere & deuorare oportet, ne quid vtilis pereat: nam & illis duobus diebus aliquot ægros etiam inuiſi, & ſcripſi tres paginas in arte medica, & duas in primo libro de Natura: multaque præterea negocia domeſtica effici. In eadem naui fuit Farnelius medicus, de quo vellem poſſe non malè ſentire. Scripſit libros ſix. quaſi ſelectæ medicinæ, in quibus vix inuenias xv. dicta non dicta ab aliis: ſed adeò contemptim vt in Quinto libro agat *de affectibus capitis*, oblitus ſit omnium principaliorum abſceſſuum, ſiquidem bilioſorum, pituitoſorumque ac cæterorum cerebri, quibus nil frequentius nil pernicioſius humano generi; ex eis enim ſingulo anno innumeri ægrotant, vix ſeruatur vnus è centum. Si excuſet comprehenſos ſub generali ratione omnium tumorum, cur ergo de lateris inflammatione ſeu laterali morbo, non multo poſt diffuſè tractat? an exiſtimauit pectoris inflammationes eſſe periculoſiores quàm cerebri? Et ſi etiam eſſent, cur illas omittit prorſus? Quid cauſæ in his vt dixi, non imperitia, non rei difficultas, non nouitas tractandarum rerum, ſed immenſa lucri cupiditas, vt omnium obliuiſcantur. Ita dum terna ſequuntur, nullum perfectè præſtant; volumina incompoſita, & à nemine digna legi: ægri miſeri occiduntur, & neque cum aula ſatis habent gloriæ, cui inhiant. Ea verò difficiliora vt dixi minus èxercitatis. Quia tamen aliquid noui habent, deuorare & hos libros oportuit. Præclara quædam paucula, ſed in quibus tamen hæſito, cum Braſauoli munita & ratione deprehenderim, & experimento confirmauerim. Dicit ergo *Phyſic. cap.* 1 t. *in partu* (quod ſanè apud nullum alium vidi) *matre ſuper dorſum iacente, maſculos pronos naſci, feminas ſupinas*. Vt contra in aquis narrant conuerſo modo, dum ſuffocant, cadauera virorum ſupina, fœminarum prona fluitare. Ergo quàm verum ſit in poſterum experiar: ſic enim in eiuſmodi neceſſe eſt. Nam adeò temerè lapſum non credo, & rei nouitas à nemine animaduerſa metum incutit; nam fieri poteſt, vt in vno aut altero id acciderit, nec ſit regula generalis. Tum præſertim quod *in vtero fœtus omnes facie ad dorſum matris conuerſa iaceant, quaſi ſedentes*. Ille tamen quod nemo dixit ſubijciat, quod *in vtero contraria etiam ratione iaceant*. Quaſi velit maſculum in vtero iacere facie conuerſa ad dorſum, fœminam ad ventrem matris, aut contra. Nec declarat quis modus ſit, de quo intelligat: nec in tanti ponderis nouitate, tanquam re aut per ſe notâ aut leui, ne verbum quidem addere dignatus, ſed confeſtim ad alia tranſit. Cumque huius rei Veſſalius non meminerat, nec vllus alius quod ſciam, præter Iulium C. Arantium Anatomicum exercitatiſſimum eius verba hic apponere ex libro *De Humano fœtu, cap.* 8. decreui. Sunt autem eiuſmodi: *Et illud imprimis afferamus, quod experientia nobis fuit in quamplurimis diſſectis mulieribus compertum, è quarum corpore non ſolum mortuos, ſed viuos etiam infantes, qui poſtea ſuperuixere, extraximus: in quibus penè ſemper adnotaui fœtuum capita deorſum, ad os vteri reſpicientia, ita tamen vt facie ſupinè recumbentes,*

Digitized by Google

cumbentes, matris abdomen aſpicerent, genubus autem ad vteri fundum poſitæ: qui quidem ſitus, ad alimentum ab vtero ſuſcipiendum, omnium eſt aptiſſimus. Et enter Cæteras diſſectiones hoc diligenter animaduerti, (tam ſextus agitur annus) in quadam muliere propè ædes meas habitante, à laruato marito, pugione in inferiore ventre, paulò ſupra vmbilicum, illæſo vtero vulnerata ac confoſſa, quæ quidem ob largiſſimam ſanguinis effuſionem (vſque enim ad venam cauam deſcenderat pugio) quàm breuiſſimo temporis ſpacio obijt; caſu verò illac pertranſiens, vocatus, ipſam iuuem expirantem animam, eáque mortua, ſtatim viuentem puellam, quæ iam nonum menſem compleuerat, vterum matris diſſecans, extraxi: aliaſque multas trimeſtres, quadrimeſtres, diuerſorumque temporum fœtus gerentes, interſpeximus, in quibus eadem poſitio à me ſemper fuit obſeruata. Non meminit hic tam diligens vir huius diuerſitatis, quàm prætermiſiſſe nefas fuiſſet.

Secundum eſt quòd in partu oſſa non diſſoluantur, quemadmodum inquit Princeps: hoc fuit potius Veſſalij inuentum. *lib. 1 cap. 29.* Vbi etiam rationem reddit: quanquam non ſit abſurdum in violentis quibuſdam partubus diſcludi, ac ſtatim coaleſcere. Nam non eſſe aliquid, difficile eſt affirmare, cum obſtetrix tum trahat infantem, occupata negocio magis neceſſario: ſtatim autem à natura; rei redit res ad ſtatum ſuum. Itaque vides quàm periculoſa & parum vtilis ſit hæc doctrina, & qualis ſit vſus horum librorum, & eſſe debeat. Sed aliorum qui ſcitè exponunt ac diſputant, vt Leonarthus, Iachinus, & C. Vega libros legemus, obſeruantes ſi quid minus verè dicant, idque non inuidioſè corrigentes. Neque eſt vt illi ſe excuſent, quod ob paucitatem rerum coacti ſint alienis explere librum, cum conſtet ex decem aut duodecim iouentis, pulcherrimum poſſe confici librum, ac ſatis grandem, ſi modo tam anxia cura magnitudinis operis eos torquet. Id enim *in libro de liberis conſcribendis* abundè docuimus; quare ignorantiam ſuam, aut auaritiam potius, aut ambitionem accuſent, quàm factum excuſent in poſterum, quicunque peccauerint Neque hoc a ſetipſi, quòd à quoquam læſus fuerim, cum etiam è facie nullum illorum nouerim, vt neque Montanum, qui etiam conſilia materna lingua, in vulgus exire paſſus eſt: tantus amor ineptiarum noſtrarum, quorum cauſa eſt deſijſſe præclara ſtudia artium nobiliorum, locóque earum ſubingreſſam Græcorum vocum ineptam ſeduſitatem. Cùm adeò hæc turpis ſit quàm vtilis peritia linguæ illius, in qua tot viri eruditi ſcripſere: Equidem ſi laudem conſequi volunt, non hæc quæ ex Lexicis haberi poſſunt, & habentur, ſed tot libros qui adhuc latent, vertant: nunc ſi verè velint inſpicere ſuos labores, & fructum, & induſtriam, iam puerulorum qui regulas diſcunt, ex ordine ſunt; niſi quod illi in magis conſueta lingua verſantur. Vnde Montanus minus vituperatione dignus, Cornarius etiam laude non vulgari; quod enim ille tentauit in Aetij parte, hic in toto expleuit.

CAPVT II.

De cauſis errorum noſtrorum.

Errorum noſtrorum cauſæ ſunt quædam quidem in rebus ipſis, aliæ autem in nobis; neque enim aliud vel mente aſſequi ipſa licet. Res quidem nos fallunt, vel quia maximæ, vel quia occultæ, natura aut minimæ vel inconſtantes. Dicebat Philoſophus: *ſicut oculus noctuæ ad Solis lumen; ita intellectus noſter ad ea quæ ſunt natura manifeſtiſſima.* Vnde Theologi Aſtrologique quorum ſcientia eſt certiſſima atque altiſſima, magis omnibus falluntur. Vt enim oculus neque maxima, neque minima bene aſſequitur, nec obſcura aut ſplendidiſſima, ſed mediocria ſemper; ita & mens cæcutit in extremis, viget in mediis. Minima verò cum ſenſui non ſubiaceant, & ipſa nos latent, ſæpius ac decipiunt. Vnde in diſſectionibus Marinus, inde Galenus, poſt Veſſalius, quanquam oculatiſſimi, multa tamẽ vt dici ſolet, in calamo reliquerunt. Quædam ob inconſtantiam nos fallunt, velut in arte præſtigiatrice, qua circulatores vtuntur, quanquam confuſis technis, cum dolum adiuuent. Itaque vt titio ignitus celeriter circumactus imaginem circuli ignei præbet, cum tamen nullus ſit talis circulus ac vix eſſe poſſit: ita multa nos decipiunt in conſtantia ſua. Iuuantur hæc egregiè etiam à diſtantia atque aliis cauſis. Eſt & quarta cauſa erroris in rebus, cum ſuâ naturâ occultæ ſunt. Contingit autem hoc tripliciter, vel quia remotis ſint nimia à ſenſibus noſtris, velut multa animalia quæ in medio mari degunt; alia inter frigoris, alia æſtus vaſtas ſolitudines: neque enim hoc ſcire facile eſt qualia ſint, ob id circa ea decipi frequenter contingit. Eſt enim quoddam axioma firmiſſimum, *errorem maximum & frequentem contingere in his, atque circa ea quæ neſciuntur.* Secundo contingit occulta eſſe ea quæ naturâ ſuâ abdita ſunt à ſenſibus, tametſi neque maxima ſint neque minima, velut ſenſuum ipſa tum interiorum ratio. Ob id opiniones plurimæ de his atque innumeris. Semper enim quæ occulta ſunt dubia euadunt. Circa dubias autem res & quæſtiones plurimas & opiniones eſſe conſentaneum eſt. Quòd vero ſenſuum ratio abdita ſit ſenſibus, patet cum nullus ſeipſum percipiat. Neque enim oculus videt ſe videre, nec auris audit ſe audire, multò minus auris videt ſe audire, aut oculus audit ſe videre. Neque imaginari contingit hæc, cum ex ſenſu pendeant imagines, in quibus verum aut falſum conſtituere liceat. Nam ſi quiſplam homines

Digitized by Google

imaginetur, qoi propria vi ferrum velut herculeus lapis ad ſe ttahant, aut qui os longum atque acuminatum vt eaoes habeant, liceat quicquid velit imaginari; attamen ſuper his oullum veri aut falſi aut ſcientiæ fundamentum ſtatuere poterit, niſi hæc aliquo ſenſu humano innotuerint. Sed neque ex intellectu iſta deptehendi poſſuot; quæ enim primas propoſitiooes exquiſitè notas noo habent, ex quibus concluſio illa neceſſariò deducitur, ſemper dubia relinquuntut. Ob id de his opinionem noo autem ſcientiam habere licet. Nec verò omnino falſum dixiſtè, qui omnem noſtram ſcientiam eſſe dixit opiuioneio, quamuis ille Scopticus fuerit. Etſi enim non omnis ſcientia ſit opinio, maximam tamen partem appellatæ apud nos ſcientiæ opinionem eſte neceſſe eſt: vt Philoſopbiam, Medicinam, Theologiam illam quam vocant Pbiloſophism ptimam, atque alias pleraſque diſciplinas. Contingit autem dupliciter errare in his: vel quia ex quibus concluditur, ea non ſiot exquiſitè nota, vel quia noo ex his verè & oeceſſariò concluditur. Tertio occultantur modò quædam, quibus velamen quoddam natura præpoſuit, velut ſponte ea latere voluerit, vt io multorum animaliuio generatione. Nam ſi detraxerit corticem non perficiuntur, ſi permiſeris, non aſſequeris. Plurima autem talia ſunt. Sed ex nobis tribus modis errare contingit: vel quia ſenſibus & intellectu præſtanti præditi non ſumos, vel quia eis non vtimur rectè, vel quia caligo ab aliis offunditur. Offunditur caligo ab aliis, atque hic eſt modus maximus erroris actionum humanarum, quoniam eos maximè præſtare exiſtimamus, quorũ authoritas maxima eſt in vnaquaque arte, cum tameo hi ſint ineptiſſimi. Quud autem authoritas maxima ſit inepris atque imperitis, ob id contingit, quod ſcientia quietè acquiritur ac ſtudiis, authoritas autem motu. Quæ enim mouentur ac mouent, magnaſque in rebus humanis mutationes faciunt, ea hominibus ſunt notiſſima: nonſſimi autem authoritate præſtant. Siquidem authoritas in vnaquaque re, nihil aliud eſt quam ſpes concepta de homine in illa re, aut à pluribus aut præſtantiſſimis. Alia cauſa eſt, quod hi eum iam præſtent, quod neſeiant, proprios etiam artis limites ignorant: aut ſi etiam nouetint, nihilominus trauſgredi ſe poſſe, polliceri non erubeſcunt. At qui ſunt præſtantiſſimi, intra limites artis ſe continent, atque ob id minus ſcire videntur. Nam concepta aothoritate etiam vana promiſſa pro præſtitis habeotur. Nec deſuut occaſiones io arte medica, obedientia infirmi: in bellica, mors tepentina alicuius, auxilium boſtibus adueniens; pluuia, proditio, eum tameo & ſioe his res peracta eſſet. Eſt & aliud, quod qui imperiti ſunt, ſunt & audaces & ambitioſi, & magis ſolliciti, & aliarum qoæ ad rem non pertinent, vtpote ſermonis, veſtium, inceſſus, conuerſationis, maiorem cutam habent: vt qui ooo vt periti rei ipſius ſtudio diſtriuguntur. Atque ob id prudentiores eſſe videntur, illud verum homioibus exſtimantibus eſſe, quod qui in pluribus rebus præſtant, ijdem io omoibus præſtare debeant, cum tamẽ nulla res à veritate magis ſit aliena: cum vitæ humanæ tempus adeò anguſtum ſit, vt neque duabus rebus tantum, nedum plorimis poſſit ſatisfacere. At verò quibus ſenſus aut mens integra oon eſt; aut iudicium, hos oihil mirum eſt errare freqoentius, velut quibuſdam luſcioſis res rubeæ, aut maiores quàm ſint appareant. Et qui fines bominum ſibi propoſitos non intelliguot, illos vel ſcribendo vel agendo delirare exiſtimant, cum tameo illi ſapientiſſimi, hi verò rudes. Qui vero oaturæ beneficio non vtootur, hi dupliciter peccant: aut enim ignauia illis ſtreouè, aut diligenter non vtuntur, aut vtentes à vitiis animi excutiuntur ab optimo fine. Qoamobrem nos pro parœmia vtimur breuiſſima & ſignificantiſſima: Ne erres: oſtenſum enim eſt ſupra, & nunc apertè, errorem omnium noſtrarum calamitatum cauſam eſſe.

CAPVT III.

Cur eorum qui videntur alÿ tales ſunt, alÿ non?

CVm hi qoi egregij videntur plerumque oulli ſint, vt pauln ante Galeni ætatem Eraſiſtratus & Themiſoo, illius autem Theſſalus qui parum ab aſiois differebant, vt & ſcripta illorum doceot, & ſententia fuit etiam Galeni, & experimentum ipſum comprobat, quòd ſequens ætas illorum fucum, imperitiam & improbitatem detexit, meritò dubitatur eur tamen tam multi ſint ſemperque fuerint imperiti, qui neque ſunt præſtantes neque habentur, vt experientia quotidie doeet? ſi enim qui exiſtimantur clari ſua ætate, ſunt imperiti, par eſſet multos imperitos præſtantes haberi, & eorum qui præſtantes eſſent, nemioem eſſe peritum, quorum neutrum eſt: vtile ſiquidem boc problema noo ſolum ad intelligentiam tam mirabilis dubitatioois eſt, ſed etiam ad exiſtimatiouem. Quædam igitur ſunt artes, quarum excellentia in exiſtimatione hominum conſiſtit, potentium, nobiliorum, quique valere iudicio inter alios exiſtimantur, velut pictura & ſtatuaria: oon eoiio is cenſetur optimus pictor aut ſtatuarius aut etiam μηχανικὸς, id eſt machinatum faber, qui optimè diſputare de principiis ponderum, virium, contentioois, colorum, aut repræſentationis nouit, ſed qui picturam aut ſtatuam quæ bominem pulchrè referat, aut machioam oſtendat vtilem & efficacem. Quamobrem io bis nil mirum eſt ſi iidem ſunt præſtantes & habentur, quoniam ſicut contingere non poteſt, oiſi prorſus empta auctoritate, & apud Principes omnino ſtolidos,

dos, & Reſpublicas ſtultas atque venales. Harum igitur cauſa Apelles & Protogenes, & Polycletus, & huiuſmodi clari fuere fama & induſtria. Aliis autem in diſciplinis, in quibus non eſt claritas artificis in exiſtimatione, ſed in re velut Aſtrologus, Medicus, Philoſophus, Dux militaris, quoniam finis cuius cauſa artifex nobilis dicitur, aut altior eſt quàm vt à ſecordibus iſtis nobilibus intelligi poſſit; vel quia ea arbitrio caſuum etiam magna ex parte pendet in his, ſeculo rudi, & in quo fucus non fiebat, rebus: iidem fuere clari atque præſtantes, velut Hippocrates inter medicos, præſertim quòd etiam finis eius artis in conſpicuo fuit. Aut ſi adhæſerint Principi Philoſopho, velut Oribaſius Iuliano. Secus cum ætate florida viguerunt, nec adhæſerunt Philoſophis principibus, vel quia non contingit etiam: tales enim admodum ſunt imò rariſſimi: nam è tribus qui celebres habiti ſunt, inter Romanos Antoninus Philoſophus, Alexander Manteæ & Iulianus, ſolus Iulianus fuit verè Philoſophus: nam Antoninus ſpecie tantum Philoſophus fuit, id eſt morum ornamento, vtpotè Stoicus, Alexander autem Manteæ litterarum imperitus, quod ſolum ei vitium obijci potuerit: vel quia non cupierunt ſeruire & eſſe noti illis, aut quia defuit occaſio, nullus potuit ad magnam gloriam, neque multò minus hac ætate aſcendere poteſt. Sic latuit ſua ætate Dioſcorides, ſic Marinus, & noſtra ætate niſi Cæſar, inde Philippus Rex fuiſſet, Veſalius iaceret non ſolùm ſed etiam pro ſtulto haberetur. Neque enim defuit, cum tam illuſtri virtute & Principum potentiſſimorum fauore, qui illum editis libris pro Veſalio Veſanum auſus ſit appellare. Etenim cum in arte quæ finem habet alium ab hominum exiſtimatione, ſeculo non ſyncero, quis non adhæſerit Principi Philoſopho? iacere vt imperitum neceſſe eſt, ſi non oppugnet veteres clariſſimi nominis viros: aut etiam pro ſtulto haberi, ſi eiuſmodi viros aggredi auſus fuerit: vel etiam coactus. Ratio autem eſt, quoniam quæ exiſtimationem pariunt ſunt quinque præcipua: Vaſricies, grauitas, blanditiæ, conatus & forma. Porrò forma donum eſt naturæ & minimum inter hæc quinque, reliqua ſibi parare oportet. Qui igitur præſtat, hæc ſibi non poteſt parare, neque vult, non poteſt quidem ſtudiis aſſiduis impeditus: neque vult, quoniam ſatis ſibi eſſe putat virtutem atque eruditionem, tum etiam quia contemnit: at qui imperitum ſe putat, hæc poteſt atque vult parare: at quatuor illa præſidia plus longè poſſunt, quàm vnum ſolum, virtus & ſcientia ſcilicet; igitur eruditi exiſtimatione multò ſunt inferiores imperitis. Itaque Dioſcorides & Marinus, & Euclides, & Apollonius Pergeus ſua ætate iacuerunt ob has cauſas, & vt dici ſolet:

Parua coronato plauſere theatra Menandro,
Riſeruntque ſuum ſecula Mæonidem.

Quoniam ſæculo fuerunt fucato, nec adhæſerunt Principibus: neque ars ipſa eiuſmodi erat, vt in exiſtimatione hominum finis illius conſiſteret. At Archimedes Hieroni eius nominis ſecundo adhæſit Siciliæ tyranno, & machinas fabricauit: neque ob Mathematicam clarus fuit ſua ætate, quamuis maximè in ea excelluerit, ſed ob machinarum ſcientiam, quam vulgus intelligebat, & tyranni fauorem. Qui ergo clariſſimi fuerunt ſua ætate, imperitiſſimi etiam fuerunt in huiuſmodi artibus, quarum finis imperitis notus non eſt. Attamen non qui imperiti ſunt omnes clari euadunt; vel quia ex illis quinque, vnum præcipuum ſcilicet ſolertia aut grauitas deeſt, aut plura, aut quia genius nullus adeſt. Oportet enim eum qui vult haberi clariſſimus, præter illa quinque dicta habere è tribus vnum: aut eruditionem, aut genium vt multitudini placeat, aut Principem amicum à quo euehatur, ſecus exiſtimationem non poterit habere. Ea cauſa ergo ex innumeris imperitis, vix vnus aut alter exiſtimationem magnam poteſt ſibi parare: vel quia vt dixi neque genius, neque Princeps amicus adeſt, vel quia è quinque illis præcipuum aliquid deeſt. Quod ſi imperitiæ etiam Princeps aduerſetur, facit vt is pro inſano habeatur, velut contigit Menecrati Syracuſio, quem Philippus Macedonum Rex irridebat. Itaque ex hac ætate noſtra qui inclaruerunt, atque in hoc gymnaſio præcipuè quam rudes erant & opere atque doctrina. At contra ſi qui ſunt eruditione præſtanti, fieri non poteſt vt eam exiſtimationem ſibi comparent. Qui verò mediocriter eruditi fuerunt, & illis quinque artibus inſtructi, vt olim Galenus, noſtra ætate Curtius & Braſauolus, hos neceſſe fuit eſſe multò clariores verè eruditis, minus autem quàm eſſent qui prorſus eſſent imperiti. Nam Galenus Oribaſio & Dioſcoride clarior fuit ſua ætate, & longè minus tamen rurſus prorſus imperitis, vt Eraſiſtrato & Theſſalo, quod & ipſe fatetur: quandoquidem non ſolum ipſo Theſſalo Doctore, ſed eius diſcipulis multis numeris Romæ eſſet inferior. Namque illi Imperatorem ipſum curabant, ille autem agebat dico Galenus pharmacopolæ vices, quod etiam ex eius confeſſione haud obſcurum eſſe poteſt.

Ergo cauſa cur hi qui aliquid ſciunt, his qui verè ſciunt & planè ſunt eruditi præſtantiores habeantur, eſt quoniam vt dixi hi, quòd non eruditi plane ſint huiuſmodi artibus incumbant, ſcilicet præceptis illis quinque fallendi, tum hi: & iactant doctrinam illam quam habent, & quoniam fucati ſunt & impoſtores, & quoniam verè ſe eruditiores exiſtimant quàm ſint: quoniam homo verè eruditus imperitiam ſuam nouit abundè, ſiquidem infinita ſunt quæ non nouit, pauciſſima ergo illorum comparatione quæ nouit. At qui imperitus eſt nihil vltra id quod ipſe nouit eſſe putat: ob id imperitus multò plura etiam verè credit ſe ſcire, quàm is qui multò eſt eruditior,

Digitized by Google

ditior. Verùm cum homo ad eam perfectionem deuenerit, ad quam Ariſtoteles,vt planè ſui ipſius eſſentiam cognoſcat, & immortalitatem animi: tum in aliud ſapientiæ genus ingreditur, quo vmbras omnium tum percipit, atque poteſtate tum ſepientiſſimus euadit. Atque hæc eſt ſumma perfectio humana. Sed tamen poteſtate tantum non actu omnia cognoſcit, atque vmbras rerum non ipſas res. Qui ergo parum periti ſunt, tum quia illis technis inſtructi ſunt, tum quia ſummam ſeruant grauitatem, exiſtimantes ſe maximam poſſidere doctrinam, ideò multo verè peritioribus exiſtimatione præferuntur, velut ſua ætate Plutarchus & Alexander Aphrodiſienſis, quibus acceſſeruntprincipales etiam fauores, Plutarcho quidem Traiani, Alexandro autem Antonini Philoſophi vocati. Hac ergo ratione Galenus multò melioribus ſe ſua ætate, & noſtra Curtius &Braſauolus prælati ſunt. Ariſtoteles autem cum verè eſſet eruditus,tamen maximam conſecutus eſt ſua ætate exiſtimationem ob fauorem Alexandri magni, ſecus iacuiſſet Xenocrate & Platone impetitioribus longè inferior,qua ratione etiam Theophraſtus iacùit multò inferior his atque Epicuro, ac Polemone,atque Carneade huiuſmodique viris, quibus longè doctrina præſtantior erat. Quanquam Epicurus potius inter prorſus imperitos, quàm inter mediocriter peritos ſit adnumerandus. Quantò verò qui mediocriter periti ſunt exiſtimatione præcedunt verè peritos, tantò ab imperitiſſimis vt dixi ſuperantur. Et noſtra ætate Curtius & Braſauolus, quantum Manardo quibuſdamque aliis publicis profeſſoribus ceſſetunt, vt Montano,Trincauellæ Fauentino, quos palam eſt nihil ſciuiſſe ex arte, imo nec procul diſciplinas ſalutaſſe. Quod non iniuria dictum ſit à me,produnt ſcripta impreſſa ſua tum publicata: quòd ſi latere volebant, rem ſilentio inuoluere debuerunt, contenti impoſuiſſe hominibus ſuæ ætatis, tum ad opinionem doctrinæ, tum exercitationis in arte, nec prodere ignorantiam ſuam: nunc cum prodiderint, in culpa illi ſunt non ego, nam etſi ego tacuero, multi alij rem detegent.

Hi ergo famam maiorem mediocriter eruditis ac multò doctioribus adepti ſunt, quoniam illis artibus magis intenti fuère, quæ fucum faciunt hominibus,diligentiúſque eas excoluere. Itaque nil mirum ſi & Principibus & Reipublicæ tales viri imponunt. Occupata enim opinione multitudinis etiam nolentes magiſtratus cogunt per vim, vt melioribus eos præferant. Itaque & ægros occidendo, tanquam curauerint,laudantur: & falſam doctrinam in ſuggeſtis maxima humani generis iactura promulgant, audentque. ſed hoc poſtmodum ſatis infeliciter, mandare ſcriptis. Quòd ſi Socratem illum mirificum impoſtorem imitari ſcirent, qui cum ſuis artibus hominibus imperitis fucum feciſſet, & ob id magnum ſibi nomen comparaſſet, nihil auſus eſt ſcriptis mandare; certè illis quod Socrati, contingere poſſet, vt etiam præclari apud poſteros haberentur. Quòd ſi hæc tam paucis vt facilè & ſtatim intelligerentur, explicari poſſent, facilè his laruis occurreremus, & Principes cum populis à tam peſtiferis opinionibus liberaremus.

Sed cum non poſſimus,alia arte opus eſſet, hâc ipsâ qua ſycophantiam arguimus, ad breuiter oſtendendum quòd ita eſſet: namque quod breuiter doceri poteſt, id etiam facilè poteſt intelligi: his autem quæ facilè & plenè intelliguntur, ſolum qui ſibi perſuadent aſſentiuntur, ob id ſolum res adhuc in vado eſt. Diximus autem de hoc *in Proxeneta.*

LIBER

LIBER DECIMVS-OCTAVVS PARALIPOMENON.

De Sapiente.

PROOEMIVM.

QVæcumque dicuntur de mortalibus bona per comparationem dicuntur, quoniam immortalibus comparari nequeunt: neque eſt quicquam immenſum prorſus, neque ſecurum, aut purum, aut omnino æquale. Sapientia autem & perfectio atque felicitas bona ſunt: non ergo homo ſapiens dici poteſt niſi ad cæteros homines comparatus, vt neque felix. Eſt autem felicitas à ſapientia: igitur quicumque felix eſt, idem & ſapiens, non tamen quilibet ſapiens eſt felix. Sapientiæ autem nomen communi modo intelligere oportee.

CAPVT I.

De ſapientiæ ſubiectis.

SApientiæ verbo intelligimus quamcunque notitiam certam, velot intellectum, qui eſt ingenita facultas, principia ſolo nomine cognoſcendi propriu lumine. Scientia autem per demonſtrationis aliquod genus, tum ex principiis, tum ex ſenſilium multiplici collatione. Eius eſt ſcientia practica, cum ex demonſtratione in opus deuenit: vt Geometria, numerandi notitia, Muſica, Tabellæ ſupputandi, conficiendi organa, ratio: Geographiæ & nauigandi peritiæ, atque Agriculturæ magna pars, cum reliquum ad artem pertineat. Medicina, catoptrica, De ponderibus. At quanquam ad opus deueniant, moralis Philoſophia vtraque parte, & opere & contemplatione, ad prudentiam pertinet. Architecturæ verò & bellandi pars vtraque ad artem, non ſcientiam practicam pertinet: Eſt enim ars recta ratio operum conſtruendorum abſque demonſtratione. Differt opus ab actione, quoniam opus manet vt ſanitas, effectio & actio tranſeunt vt citharæ pulſatio. Et quanqoam etiam aliæ ſint artes præclaræ, velut pingendi & ſculpendi, nullus tamen habitus ad felicitatem neceſſarius, præter intellectum, ſcientiam & ſapientiam: tum quia non ſit æternorum, tum quia per demonſtrationem haberi non poſſit. Sed prudentia ſub qua moralis Philoſophia continetur, & lex ac conſuetudo, plurimum ad felicitatem, & ideo ad ſapientiæ nomen conducit: tum quia ſubiectum circa quod verſatur, principium eſt felicitatis, tum quod ex hominum conſenſu atque vtilitate aliis imperat. Eadem ratione ſcientia quotumcunque quæ certa eſt, ſeu coniectura bona, ſeu à docente habita, ſeu experientia longa cognita, modò ſit eorum, quorum cauſa quædam aſſignari poſſet; vel ex magiæ naturalis, non verboſæ genere, ad felicitatem pertinet: vt omnino ſint genera quinque, ſcilicet ſcientia tam contemplatiua quàm Practica, ſapientia, intellectus & prudentia, notitiaque certa eorum quæ aliter ſe habere non poſſint, quomodocumque habita. Harum duæ vltimæ imperfectæ ſunt & quaſi ex dimidio. Rhetorica verò & eloquentia, quæ eſt illius fructus & exercitatio, pars eſt tertia Philoſophiæ moralis, vt vna ſit quæ doceat ratione, & hæc nomen ſuum generale retinuit: Secunda imperat & cogit, vocatúrque lex. Tertia ſuadet & eſt eloquentia. Eadem ratione diuidemus habitus ad propoſitum noſtrum conducentes. Grammatica autem cum nec ſit de ſubiecto vt Rethorica, nec de æternis vt Magia dicta, neque demonſtratione habeatur; quia tamen neceſſaria eſt illis quinque habitibus, & communis humano generi atque decora, ſub prudentia collocabitur, pariter & Dialectica, & ob neceſſitatem doctrinæ, & quia demonſtratiua eſt ſub primo genere, tametſi ex ſuppoſitione collocabitur.

CAPVT II.

Differentia inter Felicitatis & Sapientiæ partes.

PAlam igitur eſt quinam habitus ſint vtiles ad felicitatem, & qui non: & velut pecuniæ ſapienti non ſunt neceſſariæ, ſed diſcenti & vtenti ſapientia; felix autem eſt ſapientia vtens, ideò etiam pluribus indiget, velut etiam amicis, ſeruis, atque commodis. Et vt vnus eſt ſapientior altero, ita etiam felicior. Vt ergo felix ſit & vt ſapiens, vita etiam longa. Vnde felix eſt, cui conceſſum eſt vti opera ſecundum virtutem commodè in vita perfecta. At opera eiuſmodi alia quidem ſunt ad actiones, cuiuſmodi eſt conficere citharam: hæc ad felicitatem vt dixi non ſpectant. Alia quorum opus eſt perfectio, velut ſanitas à medico, & ſeruare nauim: aliæ ſunt actiones velut fortitudinis. Cum igitur homo non tot ſufficiat, ſapiens erit & beatus, modò calleat quinque illas, etiam excluſis omnibus ſcientiis, quæ ad opus deduci poſſunt: habeat tamen cunctarum principia. Vt enim Immortalia pluribus non indigent, & actu ſunt infinita, ita poteſtate noſtra mens. Actiones verò quales citharistarum, quatenus nihil efficiunt operis, ad prudentiam pertinent: quatenus originem ducunt ab arte, & certi ſunt generis, pertinent ad ſcientiam practicam, non ad prudentiam.

Tantum igitur homo indiget ſapientia & felicitate, quantum in moribus nihil deſideratur ad rectam viuendi inſtitutionem: io intellectu vt poſſit ſe coniungere cum immortalibus, ibique vtriuſque initium eſt. Reliqua ex eo genere ad magnitudinem. Ex alio autem genere ad ornatum, velut citharista, medicus, pertinent. Perfectè igitur felix eſt etiam perfectè ſapiens, ſed pluribus indiget, vt operari poſſit & operetur. In ipſa enim actione & poſt, niſi quid eueniat aduerſi, felix eſt, nec neceſſarium eſt vt laudetur, ſed vt laudari mereatur. Quare perpetuò manet Gloria illa, & perfectio animi, & voluptas. Si quis autem partim ſecundum virtutem agat, partim non, vt Milo qui fortis erat, & vorax contra, penſanda ſunt bona malis: neque enim deſunt opera praua, turpia & fœda. Ita & per ætates vt Pompeius in iuuentute, & vltra felix, io ſenectute infelix, vt nomen felicitatis abſolutæ plus proſit ad intelligendum, quàm ad conditionem hominum conueniat. Similiter ſi quis operibus ſuis felix ſit, fortuna & caſu aduerſa grauia patiatur, non erit hic felix neque infelix, ſed vtriuſque particeps. Pernecabilis exitus vt Taureæ Campani infelicem facere poteſt; at niſi talis ſit, non poteſt ſine culpa id efficere. Latior ergo ſemper via ad infelicitatem quàm ad felicitatem. Hæc omnia quanquam ardua ſint, nihil tamen difficilius diſputatione de temporibus, quemadmodum an Priamus ante bellum Græcorum fuerit felix? aut eo toto caſu ſemper infelix? an antea neutrum dici potuit? poſt infelix? Repetamus ergo abſolutæ felicitatis deſcriptionem: Et eſt *continuata vſque ad mortem operatio ſecundum virtutem, nullo notabili impedimento intercepta.* Manifeſtum eſt ergo eiuſmodi hominem oportere omnibus diuinis muneribus eſſe ornatum, nec à natura nec fortuna deſtitutum. Namque is cum ſecum cogitat, quàm rectè viuat, quantam ab hominibus laudem mereatur: qualem in actione voluptatē cœperit, quàm procul ſit aliorum ſtatus à ſuo, intelliget etiam ſe carum ſuperis, atque ob id beatum. Hæc ipſa ergo cum à Philoſopho dignoſcantur, dixiſſetque iam felicitatem eſſe virtutis præmium vt intelligeremus rem maximam eſſe: Siquidem inquit: *virtus laborioſa mortalibus*, cum ſint præcipuæ tres quæ nobis conſeruot, & vtiles ſunt: Temperantia, Prudentia, & fortitudo; huiuſque tres partes; Patientia in aduerſis, Securitas in periculis, & animus præferendi honeſta morti. Hæc etiam pars parum vtilis eſt, imo inutilis eſt & exitialis. Iuſtitia verò, liberalitas, gratia, magnificentia, aliis vtiles ſunt non habenti, aliæ vero parum plerumque, vt comitas, manſuetudo: Ideo concludit quæſtionem his verbis; *Quid igitur obſtat eum felicem dicere, qui per virtutem perfectam operatur, & bonis externis ſatis abundat, non quouis tempore, ſed in vita perfecta. An addendum eſt, Et ita eſt victurus, & ſecundum rationem moriturus: Quippe cum futurum quidem incertum ſit nobis: felicitatem autem finem & omnino perfectam omni ex parte ponamus. Quod ſi ita ſit, viuentium eos quibus ea quæ diximus & inſunt, & inerunt, beatos dicemus: beatos autem homines.* Hæc Ille: nec mireris coactum addere conditiones quaſdam difficiles ac varias, vt qui noſſet humanam conditionem eiuſmodi eſſe, vt non poſſet in tanta mutatione & tam inconſtanti ſtatu, quicquam perpetuum aut ſtatui aut elici. Quòd ſi ſtatueretur, falſò proditum eſſet: ſi non ſtatueretur nihil eſſet: nam doctrina quælibet imò etiam artes ipſæ & quantumcumque viles & abiectæ, circa quoddam vniuerſale verſantur. Neceſſe igitur fuit hæc adieciſſe. Durum ſolum id eſſe videtur, quod nolit fortunam dominari, vt felix in equo Phalaridis miſer ſit, ſed ſufficiat illi non eſſe appellandum, nec eſſe felicem. At ego forſan melius diſtinxero: ſi fortiter ferat, non debere dici miſerum, ſed ſi animo deijciatur, tunc non ſolùm non eſſe felicem ſed etiam eſſe miſerum. De eo verò (velut Priamo) qui adeò feliciter vixit ſic miſerè perituro, non potuiſſe dici felicem, antea ſentire videtur: de Auguſto autem (gratia exempli) potuiſſe, magna eſt quæſtio & pene inexplicabilis: Et rurſus de eo cui occiſus eſt per iniuriam filius: non tamen ex hoc ad orbitatem peruenit, (nam hic infelix eſſet)

eſſet) non qui vt numquam prolem ſuſcepit, altera quæſtio eſt, atque ardua, cum meliore fine clauditur res. Sed videamus quæ de bis antea dixerit prius: *cap. 8. eiuſdem in fine. Videtur tamen & externis indigere bonis vt diximus. Fieri enim non poteſt, aut non facilè fit, vt is res agat præclaras, cui facultates deſunt: multa namque per amicos, per diuitias, per ciuilem potentiam tanquam per inſtrumenta aguntur: quibuſdam autem carentes, vt nobilitate, bona prole, pulchritudine, beatitudinem maculant: non enim ſatis ad felicitatem idoneus eſt, qui penitus eſt deformis aut ignobilis, aut ſolitarius ſine prole: & minus etiam fortaſſe, ſi cui perpraui ſint filij, vel amici aut boni mortui ſint: vt igitur diximus, videtur felicitas & talis indigere proſperitatis. Vnde quidam proſperitatem fortunæ, quidam virtutem felicitatem eſſe dicunt.*

CAPVT III.

Determinatio quæſtionum propoſitarum.

HIs igitur intellectis, oportet vt euadamus hæc ſubtiliter conſiderare: parua enim res magnum momentum afferre ſolet, vt in Enterocele laborantibus, qui inteſtina repellant non laxato vinculo, non proficiunt ſed perpetuò vinculum corrumpunt, & in deterius affectio dilabitur. Oportet igitur vinculum prius amouere, inde reponere, deinde rurſus vincire, tam exiguo diſcrimine proficiunt, neglecto in deterius decidunt. Ariſtoteles bifariam ad hæc reſpondet. Primum quòd tum poteſt dici felix, quis ad hoc vt debeat dici felix, non requiritur vt ſit felix perpetuò, ſed in vita perfecta, ideſt excludendo mortem, quoniam omnino neceſſaria eſt cuique, & aufert omnia, ergo felicitas ad vitam perfectam eſt referenda, non ad mortem, neque ad exigua interualla. Secunda reſponſio eſt, quòd ſi volumus referre felicitatem etiam ad mortem, debemos dicere hic eſt felix, ſi eodem modo ſuperfuturus eſt, & reliqua, ideſt & ſecundum rationem obiturus. Et quia aliquis poſſet dicere, quæ felicitas eſt & quæ conditio eſt hæc adiecta, felix eſt ſi talia euenerint? reſpondet quod hæc eſt felicitatis hominis, quatenus homo eſt, & homo felix ſic appellatur: non quatenus hæc conditio ſit conditio felicitati conoeniens, ſed vt homini, quatenus homo deficit à natura quæ ſit idonea ſuſcipere felicitatem: Quod eſt dicere noo eſſe ſuſceptibilem perferre, felicitatis ob caſus & mortem. Quod ad mortem, forſan intendit quod non impediat felicitatem, enm ſit ſine dolore in vltimo ſenio, vt ipſe ait: ſed quoad caſus eſt neceſſarium adijcere illam conditionem. Sed dicit, ſint modo caſus quàm acerbi eſſe poſſint in homine ſic inſtituto, ſecundum virtutum operationem poterunt probibere, ne poſſit dici nec eſſe felix, ſed non facere, vt ſit omnino miſer.

Equidem vult bona hæc proficere ad felicitatem, cum dicat *In primo Ethicorum c. 8* de illa loquens. Videtur tamen & externis indigere bonis vt diximus, Fieri enim non poteſt, aut non facile fit, vt is res agat præclaras cui facultates deſunt: Multa namque per amicos, per diuitias, per ciuilem potentiam tanquam per inſtrumenta aguntur: Quibuſdam autem carentes, vt nobilitate, bona prole, pulchritudine beatitudinem maculant. Noo enim ſatis ad felicitatem idoneus eſt, qui penitus eſt deformis, aut ignobilis, aut ſolitarius ſine prole: Et minus fortaſſe etiam ſi cui perpraui ſint filij, vel amici, aut boni mortui ſint: vt igitur diximus videtur felicitas & talis indigere proſperitatis. Dixerat enim prius: Felicitas vt bonum humanum, animæ eſt operatio per virtutem: Et ſi plures ſint virtutes, peroptimam & perfectiſſimam: & inſuper in vita perfecta. Ver enim nec vna hirundo facit, nec vna dies: Et beatum eodem modo felicemvo: nec vnus dies nec breue efficit tempus. Summum igitur bonum hoc circumſcriptum ſit modo. *Et infra: cap. 9.* Dictum eſt quòd felicitas eſt operatio animæ ſecundum virtutem: Cæterorum autem bonorum alia ineſſe neceſſarium eſt, alia adiuuant, ſuntque vtilia vt inſtrumenta At in *Decimo libro cap. 7.* quandam ponit differentiam dicens: Nam & Sapiens & iuſtus cæteris indigent, quæ neceſſaria ſunt ad vitam. Sed ſi ſatis bis talia adſunt, iuſtus quidem eorum indiget, ad quos & cum quibus iuſtè egerit, & temperans ac fortis & ſinguli cæterorum. At ſapiens etiam ſi ſolus contemplari poteſt, & quò ſapientior, eò magis poteſt. Melius autem fortaſſe ſi habeat adiutores. Attamen ſufficientiſſimos eſt ipſe. Non multò poſt etiam multa de hoc & quaſi Paralipomena ſcripſit in hunc modum: Quouſque igitur contemplatio ſeſe extendit, eouſque ſeſe extendit & felicitas ipſa, & quibus contemplatio magis ineſt, iis & felicitas magis ineſt, non per accidens quidem ſed per ſeipſam, vtique contemplationem: hæc enim per ſeipſam eſt pretioſa. Quare felicitas contemplatio fuerit quædam. Eſt autem opus huic & proſperitate externa cum ſit homo. Natura namque ipſa non eſt ad contemplandom ſufficiens, ſed & corpus ſanum eſſe oportet, & alimentum reliquumque famulatum adeſſe. Non tamen putandum eſt multis ac magnis ei opus fore, qui futurus eſt felix, ſi fieri non poteſt vt ſit beatus ſine bonis externis. Neque enim ſufficientia, neque iudicium, neque actus in exuperatione conſiſtit: ſed fieri poteſt vt & non Principes terræ ac maris agant boneſta. Etenim à mediocribus facultatibus poteſt quiſpiam agere per virtutem. Atque id clarè cernere licet: priuati namque non minus agere videntur res bonas, quàm qui ſunt in poteſtatibus conſtituti: imò etiam magis. Satis autem eſt tot facultatis habere, erit enim eius vita felix qui per ipſam operatur virtutem. Solon

lon etiam benè fortaſſe de felicibus ſenſit, qui quidem eos eſſe felices dixit, qui mediocritet tes habuerunt externas, & pulchertimas tes (vt putabat)agere; modeſtéque vixete. Fieri enim poteſt vt medioctia poſſidentes agant ea, quæ agere oportet. Videtur autem & Anaxagoras non locupletem neque potentem felicem ipſum exiſtimaſſe: cum dixit ſe non mirati, ſi quis abſurdus multitudini videatut, hæc enim ſentiens res ſolum externas his iudicaro tantummodo ſolet. Conſentaneæ igitur noſtris ſententiis, & ſapientnm opiniones eſſe videntur: at enim habent quidem & talia quandam fidem. Veritas tamen in iis qoæ in actionem veniunt ex operibus iudicatur, & vita. In his enim præcipuè certitudo veritatis conſiſtit. Conſiderare enim oportet ea quæ aotea dicta ſunt, ad opera referentes & vitam. Et ſi conſona ſunt operibus, accipienda ſunt, ſin verò diſcrepant, verba ſont tantùm putanda. At verò quæ mente operatur, & eam colit, diſponitur optimè is, & amiciſſimus diis immortalibus eſſe videtur. Ergo dicemus quòd ſi homo felix toto vitæ tempore, in morte felix dici non poteſt, quia mors eſt vltimum terribilium: multò minus homo ante mortem, aſpetam ſubiturus, non poteſt ante audiri infelix.

Sed melius forſan eſt dicere, quòd homo ſapiens cum ſit potentia & voluntate operandi felix, vel non exigitur aliquid aliud opus, & ita eſt perperuò felix: vel requiritur actio ipſa perfecta, & in tempore perfecto, & palam eſt quòd hoc eſt in poteſtate fortunæ. Igitur cum in nobis poſitum ſit, vt poſſimus, ad felicitatem apti ſimus: vt ſimus in fortona, fortunam non partem habere felicitatis dicendum eſt, ſed cauſam eſſe, ſine qua non appellandam cenſuerimus. Io primo laus eſt & gloria, in hoc ipſo vuluptas atque iucunditas. Quid ergo eſt quòd quiſquam velit miſcere fortuitum cum neceſſario? quod extetnum eſt, cum eo quod proprium eſt? Deinde velit quætere quomodo ſit appellandum? Forſan hoc reſpexit Philoſophus nomen ſempiternum? Fabula: Iucunditatem ipſam quandamque ſatisfactionem hominis ad hoc ſpectantis, tum filiorum atque ſuorum? non negauerim. Sed ſi rem ipſam quærimus, opus eſt fortuna, vt ingenuè fateat. Primum vt virtutum ſit capax, placeant, poſſit exercere: & ad hoc occaſiones non deſint. Secundum vt ad potentiam perueniat. Tamberlanus ex bubulco cum euaſerit in maximum regem, manifeſtum eſt non deſiderari nobilitatem generis: neque onerandam vt neceſſariis conditionem, quæ neceſſaria non ſint. Tertiom vt ad ſummam ſenectam perueniat: aut forſan breuins vt morte naturali moriatur. Quartum vt nullam inſignem perperiatur calamitatem, à qua non ſe explicet prorſus: aut ferme in tuto ſit, aliter quis eſſe poteſt? Sed & vt illi ſint filij aut fratres aut ſorores aut eorum filij, ac boni, & in ſpem ſucceſſionis perperuæ educati. Sed & bona hæc eo tempore adueniant quibus vti commodè poſſit & gaudere. Durum enim eſt, cum occaſionem habemus non poſſe vti: aut vbi cœperis gaudere tunc munere deſtitui, ſed pulchrum eſt commutare, velut ex oratore in ſenio euadere Senatorem. Demum delectari ac gaudere ipſa vita.

CAPVT IV.

Quæſtio derelicta.

EX his liquet planè in huiuſmodi conditionibus non neceſſe fore, vt aliquid magnum contineatur præter virtutem & illius amorem exercendi: an eximium? inferius explicabitur. Nec quemque ex his prohiberi, quin ei dici poſſit λάθε βιώσας At non illud eſt adeò perſpicuum, ſi nobis conceſſum in mediocri fortuna beatè viuere? quidnam intereſt inter ſtoitum qui hæc imaginatur, & felicem qui per ſapientiam hæc omnia adeptus eſt? Aliud ſenectus maxima pars eſt vitæ noſtræ, eadémque longiſſima, in ea non videtur homo poſſe eſſe felix: ſi non attigerit, non poteſt dici felix, cum felicitas exigat vitam perfectam. At dum ſenex es, miſerrimum eſt in horas mortem expectare: eſt enim mors terribilium vltimom. De Senis ſtatu verè poteſt illud pronunciari.

Quis ſcit an adjiciant hodiernæ craſtina ſumma,
Tempora dij ſuperi?

Igitur ad hæc intendentibus dicendum eſt, cum triplex poſſit eſſe modus, quo homo ſibi comparare poteſt, vt ſibi felix eſſe videatur: Primus vt ſibi & aliis talis eſſe videatur: ſecundum vt ſibi ſoli, ſed ad alios minimè, vt qui in paucis excellat, atque his quæ minus ſunt in exiſtimatione hominom, vnde dictum eſt λάθε βιώσας: Tertius vt ſibi abſque neceſſariis hoc perſuadeat? Ergo vera felicitas conſtare poteſt, & melius atque facilius & frequentius, in mediocri quàm ſplendida fortuna. Hoc primum conceſſit Philoſophus, & ex ſententia Soloois & Anaxagoræ, & rationem perſpicuam habet: in ſplendida enim fortuna vix datur ocium, aut vt homo compos ſit ſui: at beatus homo eſt in tranquilitate, quæ in contemplatiua vita eſt perfecta: in actiua etiam per internalla, & medioctis conceditur: at in perturbatione tot amici, clientes, domeſtici, quę quies, quæ mora, quod viuendi ſpacium, quod à fortunæ beneficio oblectamentum. Igitur vera felicitas eſt quam nunc propoſuimus. Quæſtio verò ſuccedens difficilior eſt, & ab omnibus ferme derelicta. Ex principiis tamen Ariſtotelis diſſolui, tum maximè quod ad præſens attinet, poteſt: namque *in libello de virtutibus: Stultitia* (inquit) *eſt*

morbus

morbus rationis, ac vitium infelicit vitæ cauſa. Eius proprium eſt malè de rebus iudicare atque conſulere, prauè præſentibus illis congredi, ac conflictari, nec non de eiſdem quæ in vita bona aut mala verſantur ſentire. Comites cuius ſunt inſcitia, obliuio, impotentia, ineptitudóque Si igitur ita eſt & vt nunc agimus de felicitate, quæ eſt perfectum bonum, & per ſe ſufficiens. Dixit Eth. c. 7. *non ſibi ſoli qui vitam ſolitariam agit, ſed & parentibus, natis, vxori, amicis, ac ciuibus.* At ergo ſtultum impoſſibile eſt eiuſmodi erga illos eſſe, quare ſtultus hoc modo felix eſſe non poteſt, ſed magnæ calamitatis ſuæ cauſa erit. Patet ergo fouea quædam in medio horum ſermonum. Et eſt de commentitio bono, in contemplatiua vita, & voluntario, abſque rebus agendis, maximè ab his quæ contemplatur, non prorſus abhorreat. Atque hæc eſſe poteſt magna felicitas & vitæ vtilis ſed non vera. Vera enim eſt, vt quæ imaginatur talia etiam ſint, & ad alios homines comparata talia videantur. Et ad negocia etiam accommodata. Multò verò minus perfecta & cumulata, in qua quæ à Philoſopho propoſita ſunt inueniantur, & in vtroque, quam rarò inueniri haud dubium eſt. Hæc præcipuè habetur in prima ſenectute, & parum ante, & durat vſque ad mortem: nam non minus iuuenis eſt obnoxius morti quàm ſenex bene & rectè viuens, cuius anima eſt quaſi annexa propriæ ſedi: Et principia rectè conſtituta oſtendit: vt dens firmiter affixus mandibulæ, non mancus aliqua parte, nec dolitans. Ita ſecurus tam debet viuere ſenex qui etiam non adeò ſe periculis exponit, vt iuuenis, meliúſque expertus eſt quæ conducat quæ nocitura ſint, quàm iuuenis. Sunt & alia à nobis alibi explicata. Ergo felicitas eſt in operatione ſecundum virtutem, in vita perfecta & cognitione conditionis ſuæ, nullo deſtituta valde neceſſario nec interrupto. Ea cognitio cum præſupponatur eſt ab Ariſtotele derelicta. Porrò ſtulti felicitas tandem ſe detegit, & prauum habet finem ſaltem in ſuis.

CAPVT V.

An contemplatiua felicitas perfecta eſſe poſſit? Et an præter opinionem aliquid ferat commodi?

Contemplatiua Igitur felicitas cum multifariam actiuæ præferatur, tum maximè tamen in hiſce ſex: Primùm ratione eorum quæ contemplatur diuina immortalia, actiua autem mortalia atque caduca. Præterea ratione ſubiecti: quod enim contemplatur diuinum eſt quippiam in nobis, cætera ratio, memoria, *φαντασία* (quæ hucuſque nomen latinum non inuenit) mortalis & corporeæ virtutis partes ſunt quædam. Perficitur etiam abſque labore: quo fit vt cum voluptate ſit, & non delaſſet hominem, & perpetuò poſſit continuari, & neque aliis præter neceſſariis ad victum indiget: actiua amicit famulatu, opibus, potentia, Proxenetis, Principum fauore. Ipſa præterea iungit finem quæſito: neque enim poſt contemplatum aliud quicquā deſiderat, cum actiua dirigatur in opus: quærimus magiſtratum vt exerceamus, aliter magiſtratus nihil eſt: potentiam vt poſſimus prodeſſe amicis ac clientibus: ſecus fruſtra hæc. Demum nos Deo coniungit. Verùm cum opus ſit vt dictum eſt, in contemplatiua rerum ſcientia quæritur quænam ſit vtiliſſima diſciplinarum? Concludit Ariſtoteles 10. *Ethicorum cap. 7. in Principio* quod Philoſophiæ contemplatio puriſſima eſt & firmiſſima, ideſt quia rebus ipſis adhæret, nec mutare cogitur res à ſuo ſtatu vt Mathematica: nec rationibus abſque fundamento inniti, vt Dialectica: Adde quòd omnia complectitur, nam per Philoſophiam triplicem illam intelligit: naturalem, Moralem, Diuinam. Eſt autem firmiſſima, quoniam eſt de vniuerſalibus & ſolidis quæ perpetua ſunt, ideò earum notitia adhæret ſubiecto ſempiterno, & ideò etiam talis notitia eſt firmior, quia eſt ſcientia: actiua autem conſtat in quærendo, quoniam fit per prudentiam, cuius inſtrumentum eſt conſultatio. Præter opinionem etiam contemplatio affert vitæ longitudinem, ex voluptate, & ſomno quæ ſolet adducere: Adijcit etiam quòd Dij opitulantur his ſapientibus. Præbet etiam ſtabilitatem in deliberationibus atque conſiliis humanis: quod non parum conducit ad res humanas peragendas & gratiam.

Sed iuxta hoc quæritur (& eſt grauiſſimum dubium) Quid eſt quod homo poſſit in hac vita ſcire de rebus incorporeis per Philoſophiam, & naturaliter: cum ſolum pertingere poſſit ad quaſdam vmbras talium entium, vt etiam viſum eſt in Memoriali, vbi expoſui ſomnium illud, in quo perueneram ad Cælum Lunæ, & tunc impegeram in illud: Ergo dicebat F. Beatus in expoſitione Procemij ſecundi Phyſicorum: *Intellectus noſter non poteſt intelligere incorporea, quia ab eis non poteſt formam recipere ſeu formari, ſed tantum per ea quorum noſter eſt capax velut communia, vt quòd ſint entia & vera, ſubſtantia actus: vel negando, vt quòd ſint immateriales, incorporea, immortales, inſenſiles, immobiles: aut per comparationem, vt quòd ſint cauſa triplici modo ſecundum fortunam, finem, & efficientem.*

Denuo ergo ſupereſt vt videamus, an aliquid proprium de illis magis ſcire contingat, ſperóque id fieri poſſe, vt quemadmodum imperfecta ſcire perfectè contingit, ita perfecta imperfectè, veluti quòd immenſus & totus in ſeipſo, nec non ſimilitudine quadam, velut ſi ſcientiæ comparauerimus, quæ nec quantitatem habet, nec indiuidua eſt vt punctum, & tamen habet partes. Alia enim de triangulo, alia de quadrangulo: at ſcientia qualitas eſt, & forſan finem habet. Neque enim quicquam

prohibet ne finitorum ſcientia finem etiam perfecta habeat, quandoquidem ſub finito infinita comprehendantur. Cum ergo ita ſit, niſi genera ſint infinita, ſcientia poterit eſſe perfecta: Deus autem eſt ſubſtantia & immenſus, & ob id à præclaris ingenijs, quorum experientiam mathematica inuenta iam declararunt, fieri poteſt, vt aliquid melius cognoſcatur: nam in Philoſophia hoc experimentum ſumi non poteſt, cum res naturales non facilè ratione demonſtrari poſſint, experientia non niſi fortuitò. Sed hæc ſic dicta ſint.

Vt verò colligam quæ in dubium verſabantur, dicemus quod aliud eſt felicitas, aliud felicem eſſe: hoc enim non ſolet niſi de feliciſſimo dici. At felicitas vt candor in pariete. Eſt enim exactiſſimus in toto, & tunc dicitur felix ille: aut in parte tantum, vt qui maximè calamitatibus & glorioſis euentibus occurrerunt, hi felices & miſeri appellantur: pares ferme his qui in mediocri fortuna, vel etiam humili, nihil magnum aduerſi pertulere, vt tonſor, muſicus, qui ex labore proprio vitam ſatis anguſtam ducit. In omnibus tamen exigitur vita perfecta. Magiſter quoque ludi literarij, qui philoſophatur, pari conditione viuit, & medius eſt inter illos. Similiter Architectus, qui Mathematicam callet: hic nobilior eſt tonſore, & beatior Pædagogo: neque enim dicit Ariſtoteles Philoſophiæ ſtudium ſolum ad felicitatem facere, ſed maximè ſi par ſit cognitio. Ergo Mathematico excellenti nullus in contemplatiua parte felicior eſſe poteſt, quòd nemo tantum in Philoſophia excellere poteſt, nec certus adeò eſſe de his quæ nouit vt ille. Et bifariam hic felix eſt per actiuam & contemplatiuam partem, ille per contemplatiuam ſolam, quam etiam eouſque facilius conſequi poteſt, quàm alter mathematicas ad tam exactam perfectionem. Et maximè quòd Mathematicæ quibuſdam, velut aſinis Grammatica, ſunt prorſus denegatæ. Philoſophia non ita. Credo quòd rebus ipſis conſtet, nec cuiquam negatum ſit (qui læſus non ſit) propriæ naturæ munus. At forſan Philoſophus qui illam non has callebat, Philoſophiæ plus iuſto fauit. Hæc igitur dicta ſint, reliquum eſt vt de ſeruanda felicitate, vbi difficilius eſt loquamur: nam exemplo reliquis qui ſapientia frui deſiderant, abſque incommodo proprio & aliorum contemptu conſulemus. Id ſolum adijciamus, in miſta vita iuxta temperantiam debere pronunciari iuxta magnitudinem, diuturnitatem, genus, numerum, ætatem, occaſiones, finem: & quòd mala plus lædant, quàm bona proſint: iuxta locos & conſuetudines: & tandem iuxta vniuſcuiuſque (licet forſan non multorum etiam) naturam propriam.

CAPVT VI.

De cauſis incommodorum, & contemptus ſenis.

QVæ odium & contemptum in ſene pariunt, vnde incommoda (homo enim ſolitarius niſi Deus quidam beſtia eſt) & eò magis ætati illi ſunt: hæc ſunt, quòd amicitiam conflamus, & eam colimus; vel naturâ, & eſt ſimilitudo morum, vel fine vt honeſto aut vtili aut iucundo. His omnibus caret ſenectus. Nam quod ad naturam attinet, valde diſſimilis eſt ſenex adoleſcenti: quomodo ergo conuenient, niſi eam amicitiam carè emat: vtpote ſine propoſito. Senex nullum habet finem, quo melius iuuene ſe gloriari poſſit, præterquam honeſto. At quanta in hoc deſiderantur. Primùm vt naturâ adoleſcentes honeſti ſint amatores. Id rarum, & maximè cum ad voluptates tota illa ætas prona ſit, vt etiam Philoſophus vbi auditores quærit, honeſta ſuadens abdicet illos. Difficilius etiam longè eſt, quod tamen exigitur eos eſſe à pueritia bene inſtitutos. Rarius vt his accedant duo alia ſcilicet, vt nullo impetu ætatis laborent, & vt commoda vitæ non deſint. Requiruntur & tria alia nonminus, vt illi in quorum poteſtate ſint hoc velint & cupiant: vtque præceptor talis ſit, vt & ſuadere ratione ſufficiat, vitæ exemplo velit: & vt laborem hunc ferre. Demum vt talis ſit hic iuuenis, vt poſſit conatibus æqualium qui plures erunt ſanè reſiſtere. Iam ergo hoc initium vt nimis durum deſideramus. Erant antiquo tempore & nunc apud Turcas commodum maius à ſeruis, qui metu dominis etiam ſenibus ſtudioſè ſeruiunt, & iucundi exhibent ſeſe; extant tamen multa apud comicos ridicula ſeruorum, ſenes dominos in gratiam filiorum emungentium. At redeo ad propoſitum, reſtat voluptas & vtile. Quod ad voluptatem pertinet, notiſſimum eſt illud Cæcilij.

Tum etiam in ſenecta hoc reputo miſerrimum:
Sentire ea ætate, eſſe odioſum ſe alteri.

Ariſtoteles *Secundo Rhetoricorum* naturam & mores ſenum deſcribens, nec non cauſas dicit illos eſſe dubios de rebus, & dubiè reſpondere: res minimi æſtimare ſuſpicioſos, incredulos, malitioſos; & ideò pleraque in malam partem interpretantes, neminem amant, puſillanimes, de vitæ ductu deiecti, timidi, auari: accuſant etiam facilius quàm debeant, & honeſta vtilibus poſthabent; inuerecundi, malæ ſpei, loquaces, & præteritorum memoria delectantur: cupidi & voluptate afficiuntur, ſed modicè in vtroque: ad iniuriam inferendam prompti vt afficiant,

non

non autem ad contemptum; queruli ſunt, non faceti, cum hæc & alia patiantur, velut quod triſtes, ignaui, iraſcibiles, quomodo eorum conſuetudine iuuenes delectabuntur, cur non oderint contemnéntque. Itaque Horatius ſic eos depingit:

Multa ſenem circumueniunt incommoda: vel quod
Quærit, & inuentis miſer abſtinet, ac timet vti:
Vel quòd res omneis timeat, gelidéque miniſtrat
Dilator, ſpe longus, iners: auidúſque futuri.
Difficilis, querulus, laudator temporis acti,
Se puero cenſor, caſtigatorque minorum.

Igitur cum ſuſpici & alios ei patere contingat, ex amore aut veneratione, vel timore aut verecundia, contemptus venerationem & timorem tollit, odium amorem & verecúdiam. Qui ergo adoleſcentes iam natura ſunt eiuſmodi, vt inſolentes, inuerecundi, ambitioſi & ſuperbi, maligni, inuidi, iracundi, ingrati, malè educati, hos ne tentauerit ſenex, minus ſperans quàm ab aſino: hi enim multa mala inferent, hic nihil & etiam in quibuſdam vtilis erit. Cæteros qui inſigni vitio vacant, maximè è genere iracundiæ, aut ambitionis vel malignitatis, (tria enim hæc cum ſuis affectis vt inuidia, importunitate, inconſtantia, dolo, perfidia, ingratitudine, omnino Seni fugienda ſunt) vix domueris, aut conciliaueris: neque etiam alia ipſa, nam ſi ſuccumbas contemnent & irridebunt: ſi vincas oderunt vt auarum, maximè cum adoleſcentes ratò pecuniis fulti ſint. Eodem modo nec donis illicios: quantò enim plura dabis, eò deſiderium magis augebis, beneficij obliuiſcentur. Voluptate igitur aut vtilitate non proficies quicquam. Reſtant duo præſidia, metus & mutatio: Metu coërcere domeſticos valde arduum eſt, quinimo aduerſus etiam Monarchas dum conſpirant in vnum plures, & dolo ſuperant tandem. Quid profuit ſæuitia Domitiano aut Neroni, vel Commodo aut Aureliano, etiam ſtrenuiſſimo Imperatori. Vel ergo ad ſummum ſi modo gaudeas iuuenum vſum, opus habes bona fortuna & moribus, vt tu ipſe exemplo præſis ac continua ſolicitudine illum inſtruas, aut in periculo verſaris, ne vnus omnes alios & Senes, & pueros, & fœminas, atque coniunctos tibi euertat. Eſt enim ea ætas inſolens, & conſilio caret, viribuſque pollet, ad fortitudinem parum apta, ad audaciam nimis, vt nihil peius eſſe poſſit, etiam ſi alioquin ſit natura bonus, & moribus mediocriter inſtitutus. Optimum igitur Seni conſilium eſt, non ſolùm non habere tales in domo, niſi ſint filij aut nepotes in domo, modeſti & alicui exercitationi addicti (Minus enim effrenitant,) ſed illorum occurſu nedum congreſſibus carere: habere autem aliquem à pueritia in domo tua bene educatum & bonæ indolis, quem erudias in liberalibus ſtudiis, aut arte quadam nobiliore, velut pictura, agricultura, fabrili, muſicorum inſtumentorum; aut rara, vt ſimia, bonum fortaſſe erit, vbi intelligat quàm egregius poſſit præceptis tuis euadere. Obſeruare tum oportet, vt ſi quem habeas domeſticorum, aut malignum, aut mali exempli, ſtatim è domo amandes: & mulctatum pro meritis, aut ſaltem cum opprobrio & turpi reprehenſione. Sed & in certamen cum aliis adducas. Vt enim ferrum igne ducitur in quamcunque volucris formam, ita animus adoleſcentis certando, vbi incanduerit, victoriæ ſtudio. Demum vt aſſiduis ſtudiis tempus adimas ad praua cogitandum, & laboribus etiam feruorem illum iuuentæ retundas. Vnde licet venatori Seni habere adoleſcentem: nam laboribus habebit ferociam pacatam aſſuetudine, non refugientem exercitationis moleſtiam, & ob voluptatem in obſequio retinebis. Sed & duci militum conducit, miniſtros iuuenes habere, qui labores ſubire poſſint, periculis ſe objicere: ijdem erunt etiam decrepito obſequentes, communi ſalutis aut mortis, vel gloriæ & opum ſorte; & timore ob potentiam, & venerabuntur tot aliorum exemplo, velut in Sacerdotiis. His ergo ſenibus poterunt eſſe ſenes domini iucundi.

Cæteris autem omnino tutius & explicatius atque liberius erit his carere: habere autem Oeconomum qui X L. annum excedat, L X non attingat, vt vires cum mente conueniant. Cum ſimili familia: ſi qui ſunt iuniores, eos deferendis oneribus mancipato. In ſumma, cum difficile ſit Seni admodum inter familiares amicum habere, quærat ſui cultores ac veneratores in mediocri familia puer vnus, in magna duo ſufficiunt: timor in veneratione continetur, verecundiam de omnibus inijcere expedit. Vt ergo non ſolùm tui ſed & alieni, & parum bene morigerati ſenem venerentur, expectatione pœnarum & munerum conſequeris. Sed pœnas per alios, præmia à te ipſo accipient, ſi magna: ſi parua ab œconomo. Antiquo tempore opera locariorum venalis & parua erat; compoſita eſt actio: Oeconomus ne verbum hiſcat, coram aliis non ſedeat: ſtatim præcepta exequatur, nec ille vlli familiaris. Dominus cubicularium tantum alloquatur, atque cum paucis libertas quædam ſoli puero domeſtico, (& tamen vapulet ſæpe etiam, ſed parum) relinquatur. Bonus tamen habeatur: & miſericors etiam in illos, quem domeſtici contempſere: loqui vel apertè, vel in aurem coram domino piaculum ſit. Verberare, minari, rixari, clamare, aſtante domino. Nutu non verbo; ſi quis non rectè tibi inſeruiat, abigas, nunquam tuis aſtantibus rideas, alienis etiam cum illis

parùm,

Digitized by Google

parùm, modeſtè ſemper, ne iutes, ne execretis, ne de iniuria vel caſu conqueratis. Si contemptum effugeris felix eſto. Bonum coniunctum prudentem & fortem ſecum habere, multum vtile eſt, amandatum quomodo vis abſque precibus amicotum ne recipias: iuſtè nullo modo nec exorandi anſam præbeas, ſi exotent & illis vale dicito: nam euertunt.

Multa alia dici poſſent, ſed hæc potiora, & ptopoſiro paiefaciunt viam. Vnum teſtat, poſtquam hæc exiſtimatione hominum conſtant, illotum mote agenda eſſe. Sic & in aliis. Nempe vt Ludouicus vndecimus Gallotum Rex graui ac longo motbo laboraret, hoc conſilio ductus quædam ctudelitatis exempla, aliaque noo pauciora enotmis liberalitatis edidit, vt audaces à contemptu deterretet, alios ad ſpem & obſeruationem ſpe beneficiorun erigeret: ſatis præuidens qnod nos ſæpius teſtati ſumus, hominum animos (non ſecus ac miſta aqua vel igni molleſcete) metu vel ſpe deſiſtere à malis, aut etiam ad bona conſilia verti, quod & obtinuit: nemo enim qnoad vixit contta illum, aut quicquam molitus eſt, aut eum deſeruit. Ergo Senex qui mediocriter dites eſt, poterit hoc beneficio vti, nec dutum videri debet minora pati voluntariè, vt nolentes maiota non ſubeamus mala. Quòd ſi paupertas obſtet, velut & ægti eiuſmodi facere ſolent, ad communia tecurrendum eſt mala: quidam potentiores ſubſtituunt hætedes & bonos à quibus defenduntur, ceſſitque id multis bene, præſertim ſi vita ei lucto ſit, vt augeant non minuant: aut Senes itidem ſint primi hæredes: quotum hæreditas communis ad iuuenes bonæ indolis deuoluatur. Id vetò maximè cum liberè actum eſt cum his qui patui æſtimant ſimiles diuitias, aut cautè cum his qui mediocriter. Difficillimum forſan cum ſuis & hætedibus neceſſariis ac ſtultis. Sed hoc ratum & à fortuna mala.

CAPVT VII.

De Sapientia multiplici & ſpeciebus eius.

HActenus de felicitate vttaque, vt intelligamus eam eſſe operis ſecundum virtutem voluptatem, iuxta modum naturæ ſuæ, vt pote ciuilis, cum emanat ad ciues: contemplationis autem, cum à Deo eouſque fouetur, vt beneficium percipiat. Tum verò ſucceſſibus quibuſcunique impediri non poteſt, ne aliquando non fuerit felix, ſed permanente ſucceſſu vſque in finem ſummum beatitatis adeptus eſt. Eſt ergo felicitas in vſu, in memoria etiam in rationali ſpe: ſapientia autem multiplex. Eſt quidem à lomine intellectus: alia à diſciplina per demonſtrationem, alia per notitiam multarum rerum, alia quaſi diuinitus inducta, alia quaſi compoſita ex arte atque iudicio, alia per ſolertiam, per quam coniectamur, & non eſt perfecta, niſi poſtquam facta fuerit neceſſaria. Et felices quidem natura, etiam ad hoc parari videntur, tanquam habentes in ſe principium ad illud, & auxilium ex præcedentibus. Et quoniam prudentia & patientia vtrique communia eſt, & patientia videtur eſſe aliquid melius, vtpote ex prudentia & fortitudioe miſta. Ergo felices maximè vel ad felicitatem parati, aut ſoli ſapientes, prudentes atque parientes. Verùm non vno modo vt neque ſapientes, nam hi trium generum; vel vt Philoſophi, vel vt Duces exercituum, aut vt Architecti. Et Muſici ergo gaudent ſola actione, & Duces exercituum victoria, & his quæ ad illam etiam faciunt, velut & medici: hęc enim trium quaſi ſunt generum, ideo alia finem habent, alia in opere ipſo magis vt muſica, quàm militaris vel medicina. Architectura eſt quaſi ſcientia practica, & hæ maximè in opere delectantur, velut & quæ de plantarum, animalium, & lapidum ac metallorum viribus, ipſo opere ac ſcientia gaudet. Philoſophus autem ipſa contemplatione, Muſicus opere ipſo & actione, Architectus opere tantum ſeu fine: Magus ſeu qui proprietates rerum nouit, opere atque ſcientia delectatur: Rhetor autem & prudens adminiſtratione, atque ſcientia. Omnis enim diſciplina ſcientia propria delectat, vt medicus & Rhetor. Eſt autem Prudentia alia quidem communis atque nobilior, vt quæ Rethorum, Iuriſconſultorum, atque ciuilis tractationis: alia magis neceſſaria, ſed non adeò præſtans, vt quæ circa ſingula negocia verſarur etiam minima. Et ſi qua vnus careat, multis verſatur incommodis. Præter illa quatuor plurimum iuuat verſari, vbi optimis legibus viuitur, vt Hippodamus inquit. Et corporis firmitas atque opes, & filij, & vxor bene conſtituta: vt ſint in vniuerſum nouem. Verùm poſt illa prima quinque (homo enim eſt vt in cauea auis; neque enim iucundè viuere poteſt & ſuis bonis, quantumcumque generoſa & per ſe felix, niſi cauea commoda ſit) multa induſtria parantur ſi deſiot: alia in melius & ad occaſiones neceſſarias mutantur, non paucis non indigemus, quinimo contemnere licet ſcientibus nobis vt alibi dictum eſt, humanam conditionem perſimilem eſſe Cœnobiorum ſitulis, quarum ſemper altitudo ab imo putei (ſi ambæ metiantur) vna eademque eſt.

* * *

CAPVT VIII.

Felicitatem non comparatione metiendam.

OB id ſtultum protſus fuerit noſtram felicitatem alienæ compatare, cum vt dixi ad idem tedeant: vel quòd vno in ſtatu conſiſtere nullo modo queant. Somno ſemel admonitus hæc audiui verba: Si comparatione felix eſſe velis fieri non poteſt vllo modo, metiri enim velle Dei felicitatem aut incorporeorum vllius, ſtultum eſt. Sed omittamus quod in Italia, Gallia, & cæteris regionibus, cæteri præclaris ſunt præpoſiti negociis, quorum non potes conſeqoi felicitatem, cùm ſit alterius generis. Viſne felicitatis eſſe particeps iuuenis, cuius ne Reges ſenes eſſe poſſunt Itaque vt vel illorum conſequaris felicitatem quæ tibi deeſt, fieri non poteſt, neque maiorem ob tot cauſas. Nemo ergo hoc modo felix erit: hæc per ſomnum. Expectectus autem cœpi cogitare mecum, rectéque me admonitum animaduerti: nam ſi etiam feliciſſimus ſit homo, & ad ſenectutem perueniat, quomodo vel priſtinam felicitatem ſperare poterit, aut eſſe felix, ſi ad compatationem prioris referatur: vel antea talis eſſe, niſi ante ſenectutem moriatur. Porrò plerumque homo anno L X ſeneſcere manifeſtè incipit, ſi X L annorum ſit, intra XX annos infelicitatem expectare oportet. Sed quis ſecorus vt eò perueniat? Ergo & alia cura etiam non minor, vt moriamur ante. At mors maximum omnium terribilium inquit Ariſtoteles: nemo ergo niſi ſimpliciter felix aut eſſe poteſt, aut multo minus dici, comparando mala quæ patimur bonis. Ideo etiam gaudent homines conditione oblatis. At ſunt qui ætatis infelicitatem filiorũ bona fortuna atque præſtantia metiri velint, quod idẽ poſſes imaginari de Hetturiæ Principe. At ille dicis non eſt metus? ſed quis hos tuos eſſe affirmet? Et ſi forent, vnus eſt exitus, & quaodocumque fuerit idem refert; finis enim & felicitatis, & tuorum, & nominis, & ſpei. Quapropter ſi cogitatione definienda eſt felicitas, & ad comparationem, referri poterit ſtultis imaginibus non tamen ad ſomnom inutilibus: atque ad Otochiliam recurrendum: nec vitupero conſilium in inſania ſapiendi. Hic vltimus homanæ conditionis ſtatus.

INDEX

Rerum Memorabilium quæ in hoc Decimo Tomo continentur.

Numerus paginam Indicat.

A

Abſceſſus.

ABſceſsûs homo euacuationem non optat,ſed ſedationem & refrigetium doloris quærit. 239

Abſceſſus bonus eſt qui fit infra morbum. 242

Abſceſſus qui fiunt ad teſtes & ſuper ventrem non ſuor perfecti. 316

Abundantia.

Abundantia plus prodeſt quàm diligeotia. 53

Achates.

Achates qualis gemma. 520

Achates gemma eſt durior iaſpide & nonnumquam ſplendidior. 524

Actus.

Actus omnis vita eſt aut ex vita, 7

Adamas.

Adamas in oriente oritur. 521

Adamantis propriom,& aliorum lapidûm. 522

Adminiſtratio.

Adminiſtrationem Reipublicæ ſcribere omnium difficillimum eſt. 60

Adrianus.

Adriaoi mors. 56

Aduena.

Aduena qui moribus vrbis non viuit, vltra decem dies in vrbe non maneat. 37

Adulter.

Adulter,adulteráve etiam poſt qoadraginta annos, cognita re à populo lapidentur. 33

Adulterium.

Adulterium qui commiſerit,arbitrio Senatus puniatur. 39

Adulteria ſummo cruciatu puniantur. 67

Adultus.

Adulti bis in die comedant impuberes ter ſi velint. 35

Æger.

Æger in pluuia poſt calorem fit ſomnolentus. 253

Æger dicitur anxius. 318

Æger etſi appareant bona ſigna,tamen mori poteſt. 328

Ægrotans.

Ægrotantes in coniunctione luminatium ex defecto virium & ſiccitate ægrotant. 272

Ægrotantes in plenilunio ægrotant ex abundaotia humoris. ibid.

Aelurinus.

Ælurini & topazij ſimilitudo & diſſimilitudo. 526

Æmulari.

Æmulaotur dies vigiliam, nox ſomnum. 12

Æqualitas.

Æqualitatem inopes volunt, potentiores dominationem. 52

Æs.

Æs Inter metalla magnam habet vocem 110

Æſtus.

Æſtum animi atque incendium nemo ſine gemitu, ſioe voce perferre poteſt. 45

Æternus.

Æternum ſi eſt per ſe aliquid & infinitum eſſe neceſſe eſt. 5

Æternum propriè quid. 540

Aer.

Aër ab impulſu vt pila reſilit. 465

Aër refrigeratur à terra. 485

Albaſtrum.

Albaſtrum. 528

Alexander.

Alexaoder & Rumani plures vrbes extruxeruot quàm deleuerunt. 45

Altum.

Ex alto qoidquid facimus,venit. 18

Aluus.

Aluum qui mollem, habent multum debilitantur ſi à cibo & maximè multo, & potu ambulare cogaotur. 165

Alui emiſſio difficilis, inteſtioorum doloroſa eſt. 317

Ambitio.

Ambitio eſt pars virtutis. 96

Ambitioſus.

Ambitioſus differt à ſuperbo. 96

Amethyſtus.

Amethyſti proprietates. 528

Amicitia

Memorabilium.

Amicitia.

Amicitia Chriſtianorum, concordia, pace & bello diſſoluitur. 437

Amicus.

Amicos finitimos habere oportet. 27

Amor.

Amor eſt propter ſe, non propter aliud. 543

Amor Dei, & incorporeorum, beatum efficere poteſt. ibid.

Anatomia.

Anatomia medicæ artis pars eſt. 136

Anatomia eſt refectio humani corporis. ibid.

Annibal.

Annibal nullam in caſtris ſeditionem paſſus eſt. 414

Annibal eos qui non continebantur amore continebat metu. 435

Annibal Luxui ceſſit ſperans nihil poſſe deos. 445

Anima.

Anima ſi pereat, quid ſuperſit. 539

Anima humana in corpore poſita ſubſtantias rerum attingere non poteſt. 4

In Anima quid ſit admiratione dignum. 545.

Animal.

Animalia validiora veſcuntur imbecillioribus. 11

Animalia imperfectiſſima habent vterum genitum in putredine. 166

Animal ſemel tantùm moritur. 53

Animali imperfecto nihil vitæ neceſſarium eſſe videtur. 459

Apes.

Apes ex ſingulis plantis quod vtile eſt Seligunt reliqua relinquunt. 45

Apoplecticus.

Apoplecticus morbus eſt valde frigidus. 421

Apoplexia.

Apoplexia non prouenit a mala temperatura. 418

Apolexia vera habet calorem album & frigidum. 419

Apoplexiæ diuiſiones. ibid. & ſeq.

Apoplexiæ debilis dubia. 420

Apoplexiæ cauſæ, ibid. & ſeq.

Aqua.

Aqua quæ citò caleſcit & citò frigeſcit leuior eſt. 366

Aqua intercus morbus eſt iecoris. 356

Aqua intercus albam pituitam conſequitur. ibid.

Aqua ad meridiem neceſſariò fluit ob ſalutem vniuerſi. 465

Aqua refrigeratur à terra. 485

Arbitrium.

Arbitrium omne periculoſum eſſe neceſſe eſt, quamobrem tollere arbitria melius eſt quàm relinquere. 60

Ariſtippus.

Ariſtippus Argiuorum tyrannus, ſcalis mobilibus in cubiculum aſcendebat. 57

Ariſtoteles.

Ariſtotelis progenies. 550

Ariſtotelis libri trecenti nonaginta quinque amiſſi ſunt. 551

Arithmetica.

Arithemeticæ ars omnium eſt certiſſima non tantùm ratione ſed & ſenſu. 117

Arithmeticæ author quis fuerit, ob antiquitatem non conſtat. 118

Arma.

Arma noxia nemo ferat. 34

Ars.

Artes omnes quæ ad luxum faciunt aboleantur, ne ſenſim luxu mores corrumpant. 29

Artes quæ ad luxum faciunt, omnes tollantur, capitale ſit ſiquis tentauit, vel talia in vrbem inuehere. 64

Ars militaris non ſolo gregario milite conſtat, ſed duce, armis etiam commeatu, loco, tempore & hoſtibus. 71

Artes quæ homines illuſtrant. 562

Arteria.

Arteriæ oriuntur à corde. 152

Artifex.

Artifices perfecti rari ſunt. 27

Aſſyrij.

Aſſyriorum regni duratio. 18

Aſtrites.

Aſtrites generum ductum eſt. 526

Aſtrologia.

Aſtrologia futura præſcire docet. 441

Auaritia.

Auaritia creſcit pro diuitiarum augmento. 23

Auaritia ſacerdotum multos bonos principes Chriſtianos perdidit. 30

Audax.

Audaces viri neceſſarij ſunt in bello, iidem ægerrimè legibus continentur. 50

Auditus.

Audita imaginari non poſſunt. 541

Auis.

Auis eſt, Alcyon, cuius nidus eſt duriſſimus. 141

Aues non dicuntur erectæ ſtaturæ. 540

Aula.

Aulæ ſplendor & mollities nihil moderati admittunt. 52

Auris.

Auris non percipit interuallum. 106

Auris humana tria habet oſſicula. 494

B

Balaſius.

BAlaſij & Carbunculi diſſimilitudo. 527

Balneum.

Balneum quódnam ſit bonum. 414

Bellum.

Bella non tam magnitudine illuſtria quàm ſcriptorum egregiorum fama celebrantur. 56

Belli effectus. 45

Bello quid incertius. 60

In bello magis eminet virtus. 65

Bellum agentibus multum eſt impedimentum. 97

Index Rerum.

Bilis.

Bilis atra generat multa exerementa craſſa, impedicodo coctiones. 290
Bilis atra, viridis, ac rubiginoſa, mera eſſe ſolet. 360
Bilis atra vix vnquam coocoquitur. 372

Bonus.

In bonos qui ſæuit, ooo in omnes ſæuit. 55
Booo malus, ſapieoti ſtultus ignauus ſtrenuo ſuccedit. 52
Bonum ſolùm eſt quod à bono originem ducit. 453
Boni ſine malis, nec mali ſine bonis eſſe poſſunt. 14
Bona omnia, omnibus bona ſunt, quin deteriora malis. 53

Breuitas.

Breuitas aduerſatur copiæ. 117

C

Cacodæmon.

Cacodæmonem Seruator dicit eſſe mendacij patrem. 11

Calamitas.

Calamitates quibus generaliter genus humanum affligitur. 14
Calamitas Reipublicæ omnibus præceptis anteponenda eſt. 24
In calamitate magna ac periculo recurrendum ad defenſorem. 22

Calor.

Calor naturalis ſi deficiat non niſi materia aquea reſoluitur. 320

Canis.

Canis vt amicus hominibus, lupis vt inimicus. 478
Canis, cur in rabiem demittatur. 497
Canis aquaticus rabie non corripitur. ibid.

Caput.

Caput loogum inconſtans eſt ac volubile & ad operationes mentis non melius. 148
Caput longum omninò rotundo eſt robuſtius. 149
Caput infantis recens nati maximè tenerum eſt. ibid.

Carbunculus.

Carbunculorum duplex Generatio. 333
Carbunculi cruſta cinerei eſt coloris aut nigra, Canctenæ non item. 332

Carchedonius.

Carchedonius Lapis quis & qualis ſit. 522

Carmen.

Carminum quatuor ſunt genera. 167
Carminum Græcorum & Latinorum differentia. ibid.

Carneolus.

Carneolus falsò ſpecies Sardæ creditur. 525

Caro.

Caro bubulæ & caprinæ generat humores melancholicos. 198

Caſtigatio.

Caſtigatio librorum. 90

Cauſa.

Cauſa vna malorum, vitia hominum. 60
Cauſam iuſtam qui babet, iniuſtè litigare poteſt. 36

Centuria.

Centuria quot homines continebat. 546

Ceraunia.

Ceraunia vndenam dicta & illius figura. 523.

Cerebrum.

Cerebrum bouis, teſte Galeno, ſimile eſt cerebro bumano. 135
Cerebrum ſe connellit & contrahit. 389

Ceruus.

Cerui quandiu viuant. 13

Chalazia.

Chalaziæ ſimilitudioes. 522

Chryſolitus.

Chryſolitus auro incluſa vix dignoſcitur. 523.

Cibus.

Cibi flatuoſi & caput tentantes ſunt vitandi. 398
Cibos bonos, ſolus homo & canis euomunt. 482

Cimon.

Cimon, ſtuprum cum ſorote habuit. 46

Circulus.

Circulus Lunaris numerus nouemdecim quem aureum vocant numerum. 27

Ciuis.

Ciues mali, bonis violenter dominantur. 25

Cognitio.

Cognitio noſtra qualis ſit. 1
Cognitio hoioinum diuioa inferior eſt. ibid.
Cognitio bominum collata maior eſt quàm ſcientia. 2
Cognitio quæ ex ſenſibns habetor, à ſenſibilium cognitione ſuſcipit incrementum. 3
Cognitio ooſtra Dei cognitione multò eſt inferior. 42
Cognitio Græcæ linguæ vnde conſtat. 72
Cognitio hominum circulo quodam redit nec longiùs progreditur. 447

Coitus.

Coïtus nimius vitandus eſt. 396

Color.

Colores alij perſpicui, alij opaci. 520
Color omnis poteſt eſſe perſpicuus propter album. ibid.
Color niger ſi perſpicuus, rubeſcit. ibid.

Comitiales.

Comitiales ſanguine gladiatorum epoto curari affirmant. 102

Commodus.

Commodus, quomodo ſibi barbam detondebat. 57

Concentus.

Concentûs iucunditas in quid conſiſtat 106

Concio.

Concionibus aut ſecretis colloquiis populum nemo alloquatur niſi ſacerdos. 35

Concoctio

Memorabilium.

Concoctio.

Concoctiones celeritatem iudicationis & ſecuritatem ſanitatis ſignificant. 237

Concoctio & excretio fiunt ſolùm à calore magno. 166

Concoctionis ſigna. 400

Concoctum.

Concoctum quod eſt, minus terræ habet. 521.

Conditio.

Conditionis mortalium, vices. 45

Conditio ſolius hominis ad felicitatem atque infelicitatem ampliſſimè patet, & & maximè in vrbibus. 50

Conditio viuentium, omnium deterior. 56

Conditio eſt miſerrima talium vrbium in quibus malum malo propellere neceſſe eſt. 53

Conflagratio.

Conflagrationes duæ fuerunt. 16

Congregatio.

Congregatio non bene conſtitui poteſt aut conſtituta contineri niſi ſeruando bonas leges. 50

Coniugium.

Coniugia regni ſi cum patibus fiant ſubditorum mores corrumpunt. 26

Conſilium.

Conſilium ſi capiendum ſit in ciuitate, oportet ſapientes & optimos præeſſe ſemper. 51

Conſtructio.

Conſtructio Græca ad quid tendat. 568

Contemplatio.

Contemplatione quidam carent. 91

Contiguum.

Contigua quæ ſunt, veriùs afficiunt quàm quæ ſunt aliena. 41

Contumax.

Contumacem præbe te vbi interrogaris in teſtimonio periculoſo. 98

Conuulſio.

Conuulſio puerilis eſt à flatu ob tenuitatem humoris. 227

Conuulſio cum multo ſudore ſæpe præſentem mortem indicat. 312

Ex conuulſione fit reſolutio ſi vapor concreſcat. 326

Conuulſiones omnes præter Epilepſiam ſunt continuæ. 388

Conuulſio quando fiat. Ibid.

Cor.

Cor magnum in extis hoſtiarum timidos homines regionis declarat. 101

Cor eſt primum quod gignitur. 148.

Cor per ſingula momenta dilatatur & conſtringitur. 492

Coralium.

Coralij virtutes. 529

Corpus.

Corpora in cœlo ſunt immutabilia. 540

Corpus propter animam factum, & mundus propter Deum. 13

Corpora corporibus mixta in inferioribus, pariuntur neceſſe. 540

Coruina.

Coruinæ lapides quinam & quales 526. 572.

Tom. X.

Cos.

Cos opponitur marmori. 130

Creatus.

Creati ſunt homines primi nudi. 13

Crimen.

Crimen maximum eſt permittere, imò magis quàm impetrate. 56

Cruciatus.

Cruciatus ſummus. 63

Cruentus

Cruenti peſſimi ſunt & ſtirpes enecant. 55

Cryſtallum.

Cryſtalli & adamantis differentia. 521

Cryſtallum in germania naſcitur. ibid.

Cucurbita.

Cucurbitæ cum colocbintida comparatio. 537.

Cultus.

Cultus agrorum homines reddit robuſtos & fortes ac probos. 37

Cura.

Cura maſculorum bella accendit. 26

Cutis.

Cutis eſt Inſtrumentum tactûs. 146

Cutis, ſpecies ſex. 149

D

Dæmon.

DÆmones quomodo ſeligant homines. 473

Dæmones mendaces. 474

Dardani.

Dardani ſex reges, quorum nouiſſimus infelix Priamus extitit, annis ducentis & nonaginta ſeptem imperauêre. 19

Dens.

Dentis qui ſpontè excidit à puero, virtus. 102

Dentes in longum ſolùm creſcunt. 481

Dens ſecundùm Galenum eſt ſentiens. ibid.

Dens in radice ob dolorem vritur. ibid.

Dentes cur homini doleant. ibid.

Dentes cur canibus cadant. ibid.

Ex Dentium corruptione plures mortui ſunt tempore Hippocratis. 483

Dens ſemel tantùm renaſcitur. 493

Deſolatio.

Deſolatio plurimorum regnorum. 15

Deus.

Deus punit omnes qui grauiter peccant, ſubitò aut poſt aliquod tempus. 45

Deo qui maledixerit, lingua ei amputetur è radice. 38

Deus nimia bona ex magna malorum mole colligit. 15

Deus præeſt omnibus mentibus, homo viuentibus hic inferioribus. 13

Deus mundi conditor ſimul ita poſuit odium atque regnum. at

Deus eſt fons omnium bonorum, incorporeus, ſine fine. 55

Dei proprium eſt atque illi vnum, omnia optimè eſſe conſtituta, nec quidquam deeſſe. 3

Deus humilibus dat gratiam & ſuperbis reſiſtit. ibid.

Deum vi atque poteſtate infinitum eſſe. 5

BBbb 3 Deo

Index Rerum

Deo licet permittere quod oobis perdere licet. 58

Deus vnus ſit & optimus & incorporeus. 66

Deo quid faciendum vt ſit nobis præſens. 67

Io Deos cur referenda ſit victoria. 68

Deus cognoſcit omnia quæ ſunt in mente hominis. 42

Deum cognoſcere & contemplari ſunt partes feliciratis. 448

Dij licèt non ſint plures, vnus tamen eſt. 448

Dictio.

Dictio eſt pars minima orationis ſignificatiua. 78

Dies.

Dies ſexta cur maximè ſit exitialis. 265

Dies verè caniculares quinam ſint. 403

Difficile.

Difficile eſt homines contra ſua commoda perſuadere. 52

Difficillimum qoidem videtur Deo atque hominibus ſatisfacere. 62

Dionyſius.

Dionyſius major nec tonſori imò nec filiabus ingulum vt tonderetur credere audebat, ſed putaminibus nucum pilos vrebat. 57

Diſciplina.

Diſciplina militaris excolitur vſque ad pacis tempora. 14

Diſiunctio.

Diſiunctio hominum quomodo facta fuerit. 55

Diues.

Diuites apud Romanos pondus & honores belli ſuſtinere cogebantur. 147

Diuinus.

Diuinum eſt appropinquare vnitati. 414

Diuitiæ.

Diuitiæ inuidiam, paupertas præterita contemptum & ambitio odium pariunt. 13

Diuitiæ ſi in pretio ſint, homines eorum cauſa fiunt improbiſſimi. 31

Diuitias ſolas ſuſpiciunt quia honorari illos qui eas poſſident cernunt. 38

Diuortium.

Diuortia euertunt filios. 50

Diuturnitas.

Ad Diuturnitatem nihil refert imperij, diuturnitas vitæ,ſed tarda proles. 22

Dogma.

Dogma Epicuri. 449

Dolor.

Ad dolores colicos cùm argenteo annulo vmbilici infantis pars præciſa includitur. 102

In Dolore terebrante tria ſentiuntur, acuties,durities,& profunditas. 166

Dolores dioturnos & comitiales ſanat abſtractum per nares. 174

Dolor ſignificat aut ſtatum aut inflammationem. 312

Cum dolore,minus eſt malum. 319

Dolus.

Dolo agentibus difficilis tractatio & locrum minuitur. 14

Dominatio.

In Dominatione vnius cùm ea hæreditario iure & electione contingat maxima ſunt pericula & determinata. 52

Dominatio paucorum ſuſpecta eſt propter regni affectationem. ibid.

Dubius.

Dubius vbi ſis de animi ſeotentia certom eſt in mitiorem partem deberi inclinare. 99

Dux.

Dux qoibus fidere debeat. 69

E

Ebur.

EBur cum mandragoro radice coctum ſit ductile. 461

Ecſtaſis.

Ecſtaſis ſomno ſimillima eſt niſi Quod in ecſtaſi remanet veſtigium ſenſus exterioris. 295

Epaminondas.

Epaminondas patriam ſuam è ſeruitute ſeruauit. 433

Epar.

Epar eſt membrum exigui ſenſus. 377

Epicurus.

Epicurus fuit homo peſſimus. 449

Epilepſia.

Epilepſia completa & abſoluta eſt omnino cum conuulſione. 188

Epilepſiæ tria ſunt genera. 190

Epilepſia eſt magna & vehemens ſternutatio. 192

Equus.

Equo, quid optimum ſit. 451

Erano.

Erano ſeu Turcicus lapis eſt non gemma. 528

Euacuatio.

Euacuatio ſanguinis per nares & vomitum vtilis eſt. 306

Euacuatio capitis quomodo fiat. 414

Euerſio.

Euerſio imperij Romanorum. 18

Excrementum.

Excrementa propria non ſunt, pus & ſanies. 212

Excrementorum quæcunque conuulſiones non ſunt periculoſæ. 257

Excrementa alui deteriora ſunt vrina. 303

Exemplum.

Exemplis in rebus difficilioribus qoibus opus ſit. 12

Exitus.

Exitus certos non tantùm homines ſed & regna habent. 18

Exercitatio.

Exercitatio eſt, non labor, robuſto per accliuia aſcendere. 190

Exercitium.

Exercitij tempeſtiui tria commoda. 290

Ex Exercitio tempeſtiuo omnia bona ſequuntur & homo quaſi iuueneſcit. ibid.

Exiſtimatio.

Exiſtimationem quinque præcipua pariunt. 575

Exiſtima

Exiſtimatio aulica per ſe, qui lem fucus eſt & per ſe inutilis. 452

Extenſio.

Extenſiones triplices cuiuſcunque corporis. 350

F

Fames.

FAmes ab incuria hominum & à locuſtis fiunt. 16

Familia.

Familiarum antiquarum potentia & nobilitas ciuitatem multùm illuſtrat. 39

Familiaritas.

Familiaritas inimici reconciliati quomodo recipienda aut reijcienda. 97

Fatum.

Fati magna & admirabilis eſt vis concordiæ. 102

Febris.

Febres continuæ multæ æſtate & autumnò ſed non violentæ. 213

Febris intermittens abſtinendo à cibo curatur. 223

Febris tertiana vtendo pauco cibo fit quartana, & quartana fit quintana. ibid.

Febres autumnales quartanæ, longæ ſunt. 226

In Febribus continuis continua fit ſuccenſio & flammæ incrementum. 229

Febris feruere ſanguinem facit. 243

Febris quandonam deterior. 248

Febris quæ intermittit die vel nocte continua dicitur. ibid.

In Febre continua ſunt acutiſſimi morbi, maximi & grauiſſimi, & maximè lethales ſunt. ibid.

Febris quartana omnium eſt ſecuriſſima, facillima atque longiſſima. 275

Febris quartana ab aliis magnis morbis liberat. ibid.

Febris quartanæ cauſa. 276

Febris eſt morbus toti corpori vniuerſalis. 311

Febris peſtilentis controuerſia. 427

Febres in ardoribus ſiccitatis, ſiccæ ſunt. 337

In Febribus refrigerantur extrema. 486

Febris ſudorificæ duo ſunt genera. 363

Febres ardentes æſtate magis contingunt. 334

Febres lethales ſunt in autumno & cum fiunt pluuiæ. 286

Febris peſtilentis ſignum. 313

Febris peſtilentis proprium. 324

Febris potius materiæ motu quàm putredine accenditur. 327

Fel.

Fel duplicatum victoriam aut concordiam ſignificat. 101

Felicitas.

Felicitas eſt à ſapientia. 577

Felicitas optima quænam ſit. 451

Felicitas conſiſtit in re ſtabili. ibid.

Felicitas humana & eius finis. 448

Felicitas & infelicitas Pompei. 578

Felicitas ad quid referenda ſit. 579

Felicitas in quid melius conſtare poſſit. 581.

Felicitas eſt in operatione ſecundùm virtutem. 581

Felicitatem noſtram alienæ comparare ſtultum eſt. 585

Felix.

Felix quinam ſit. 578

Felix homo eſſe non poteſt qui alieno arbitrio viuit. 52

Felix cur non dicatur homo tempore mortis. 583

Ferdinandus.

Ferdinandi matrimonium cum Helizabetha. 26

Fides.

Fidem experiri ſuorum in magnis non abſurdum puta. 98

Fidei non eſt difficile Deum cum homine coniungere. 67

Filius.

Filij eorum qui pro patria in bello pereunt præferuntur omnibus. 38

Finis.

Fines humanarum actionum atque ſubſtantiæ paruo interuallo diſtant inter ſe. 38

Finium alius eſt contemplatio pura, alius contemplatio quæ etiam ad actionem trahi poteſt. 96

Finis omnis hominis eſt bene eſſe. 456

Finis verus eſt, qui congruit homini ſapienti. ibid.

Finitus.

Finitum omne, infiniti pars eſt. 4

Finiti & infiniti diſtantia. 139

Finita quæ ſunt non verè erunt, ſed potentiâ tantùm. ibid.

A finito quidquid comprehenditur finitum eſt. 5

Fluxio.

Fluxiones ex capite fieri neceſſarium fuit. 217

Fluxionum quatuor genera in æſtate fiunt, per aluum, &c. 218

Fluxus.

Fluxus diuturnus cum ceſſauerit in Senibus & extenuatis venter intumeſcet. 362.

Ex Fluxu ſanguinis non ſolùm impalleſcit homo ſed & moritur. 368

Fœnus.

Fœnus exigentis pœna. 36

Fœtus.

Fœtûs proceſſus in ventre. 144

Forma.

Forma ab anima perficitur. 767

Fortuna.

Fortunam parem videas in omnibus fermè, ſi non ſit, breui mors omnia æquat. 13

Fortuna cùm ſit communis & incerta, ſceleribus operam dant homines. 14

Fortuna quomodo miſerum efficit. 45

Fortunam fac, vt intelligant hoſtes deſuiſſe, aut etiam vires, non animum ac fortitudinem. 60

Fortuna

Index Rerum.

Fortuna & exitus hominum an pendeant ex aſtris. 507
Fortuna bona hominum, vndenam. 410
Frictio.
Frictio quomodo & quando fieri debeat. 325
Fructus.
Fructus patres noſtri manducauerunt. 44
Fumus.
Fumus & ignis quid ſignificant. 467
Fur.
Fures quínam ſint. 55

G

Gallus.
GAlli qualitates. 96
Gangrena.
Gangrena vbi eſt, præſciodere eſt neceſſarium. 177
Garamantes.
Garamantes parum viuunt, ijdem Senij incommodis ob id vacant. 15
Gaudium.
Gaudium habemus quia ſumus. 25
Gemma.
Gemmarum nitoris cauſa. 520
Gemmæ non ſunt graues ſed perſpicuæ. 520
Gemmarum multæ ſpecies ſub achatis nomine falsò numerantur. 521
Gemmarum perſpicuarum coloris dubitatio. ibid.
Genealogia.
Genealogia Cardani. 22
Generatio.
Generatio diuina ex numero conſtat perfecto. 23
Genium.
Genij motum quis cognoſcat. 473
Ad Genium quid pertineat. 475
Gens.
Gens conſurget in Gentem & regnum in regnum. 15
Genus.
Genus imperandi robuſtius, illúdque firmius. 28
Genus fœmineum crudele. 51
Gloſſopetra.
Gloſſopetra lapis eſt formam linguæ referens. 529
Grammatias.
Grammatias quis & qualis ſit. 527
Gratia.
Gratia quibus non minuitur. 443
Gubernatio.
Gubernationis tyrannicæ tria ſunt genera. 12

H

Hæres.
HÆredem alienigenam Tyberium imperij Auguſtus reliquit. 429

Hæreticus.
Hæretici, ad necem & flammas damnandi. 67
Hebes.
Hebes quinam ſit. 396
Heliobotanon.
Heliobotanon herba eſt quæ vno anno finem accipit. 537
Heliotropium.
Heliotropium a iaſpide plurimum differt. 521
Hernia.
Herniæ tot ſunt genera in ſcroto, quot ſunt in inguine. 351
Herniæ plerique tibicines ſunt obnoxij. 351
Henricus.
Henricus rex Galliæ cur turbas miſceat. 16
Hieria.
Hieria quomodo fiat & à quo conſtituatur. 406
Hieroſolyma.
Hieroſolyma, quandonam à Pompeio capta fuit. 20
Homo.
Homo ſapientia & felicitate quantùm indigeat. 578
Homo quamdiu ad procreationem ſit idoneus. 20. & 14
Homines tantum cupiunt quantum ſperant. 69
Homo quid appetere debeat. 454
Homines duo pauci erant ſub maiorum authoritate regebantur. 54
Homo ſe fingit magna ex parte. 448
In Homine tria mouentur. 345
Homo magnus qui veram doctrinam ſpargit. 231
Homo dum meruit mortem centies moritur. 33
Homines omnes ab vno parente vtráque perierunt. 55
Hominum ſunt quinque genera. 539
Homines cur nunc adeo improbi. 434
Homines inclyti & illuſtres trifariam euadunt. 562
Homo Deorum ludus eſt. 440
Hominum illuſtrium tria ſunt genera. 561
Homo ne deficeret & terra deſolaretur quid factum eſt. 442
Homo naturæ omnium entium reſpondet. 443
Homo anno ſexageſimo manifeſtè ſeneſcere incipit. 585
Hominum comparatio cum fortioribus animalibus. ibid.
Homines ſunt redituri. ibid.
Honor.
In Honore habeantur omnes magiſtratuum miniſtri. 37
Honores ſi ſint apud teones, quid fiat? 51
Hoplites.
Hoplites cuius pars exterior armatura appellatur multiplex eſt. 527

Hora

Memorabilium.

Hora.

Hora futura mille præteritis annis præſtat ac longior eſt. 52

Hortus.

In horto templi ciues ſepeliantur aut extra vrbem in ſacro loco. 67

Hoſtia.

Hoſtia aufugiens quid ſignificat. 467

Hoſtis.

Hoſtibus maxima anſa & vincendi occaſiones eripiuntur ſi concilia pateſiant. 52

Humanus.

Humanum ex ſolis conſtat hominibus terram habitantibus. 95

Humana omnia ex aliorum arbitrio pendent. 563

Humilis.

Humilis os ſentientis loquitur veritatem. 3

Humilitas.

Humilitas quid ſit. 3

Humor.

Humor flegmaticus ad Generationem vermium ſufficiens quis ſit. 164

Humores tribus modis putreſcunt. 226

Humores craſſi longos omnes morbos faciunt. 390

Humor quomodo fit mitior. 264

Hyacinthus.

Hyacinthi color. 526

Hydrops.

Hydrops fit à calore. 233

Hydrops cur fiat à potu aquæ. ibid.

Hydrops fit quando ſanguis eſt corruptus. 361

Hypocondria.

Hypocondria ſecundùm Munditum quid ſit. 145

I

Iapones.

IApones ſine auaritia viuunt. 53

Iaſmarſates.

Iaſmarſates gemma eſt noſtris patum cognita temporibus. 528

Iaſpis.

Iaſpis vix eſt Gemma. 520

Iaſpis eſt gemma verſicolor & diuerſa. 529

Iecur.

Iecur validum, magnum eſt vitæ argumentum. 238

Ignorans.

Ignorans omnis, malus eſt. 450

Imbecillitas.

Imbecillitas hominum. 445

Immortalis.

Immortale quod non eſt nihil cognoſcit. 7

Imperitus.

Imperitus nihil eſſe putat vltra quod nouit. 175

Imperium.

Imperio Dei mundus paret, nec Deum agnoſcit. 15

Imperia deſtruuntur ob calamitates externas & internas. 26

Imperium augendum in quo Turcæ conſtituant. 26

Imperij Sedes vbi eſſe debeant. 28

Imperia quæ ab Oriente ad Occidentem extenduntur quomodo ſeruantur. 29

Imperium, Gens quæ obtinere debet, debet eſſe numeroſa. ibid.

Imperij Alexandri cum orbe terrarum comparatio. 29

Imperij multæ leges. ibid.

Imperij diuiſionem ſub Conſtantino factam quid ſignificabat. 41

Imperij ſuſtentatio difficilis ab incerti ſucceſſione. 21

Improbitas.

Improbitas hominis tanta eſt quanta eſt ſecuritas ſcelerum. 10

Incolumis.

Incolumis pauper ſi non aliter opprimatur, rege beatior eſt. 181

Incognitum.

Incognitum nec diligi poteſt nec odio haberi. 106

Incrementum.

Incrementa magna, mortis celeritatis ſignum. 311

Indiuiduum.

In Indiuiduo quidquid eſt infinitum fit. 5

Infelix.

Infelices ſemper quinam ſint. 414

Infinitum.

Infinitum quid ſit. 539

Ingenium.

Ingenium ſuum vnus quiſque perfectum putat. 4

Ingenia humana velut ferrum collatis inuicem ſermonibus acuuntur. 28

Iniuria.

Iniuriarum vltores. 55

Iniuria publica vel dedecus eluitur diſceſſu perpetuo à patria. 22

Iniurius.

Iniurij quinam ſint. 55

Inquilinus.

Inquilinorum in vrbe admiſſio. 51

Inſania.

Inſania eſt morbus animi. 499

Inſaniæ nomen delirio & ſtultitiæ commune eſt. ibid.

Inſidia.

Inſidiis exceptum nullum bonum Principem dicit Antoninus pius. 21

Inſtrumentum.

Inſtrumentorum nobilitas habetur ex nouem conditionibus. 110

In Inſtrumentis ſecundi generis pulſando quid conſiderandum ſit. 112

Interuallum.

Interuallum mirabile eſt inter iuſti & iniuſti vitam. 24

Inteſtinum.

Inteſtinorum omnium breuiſſimum quodnam ſit. 161

Inteſtinum continuatum eſt in parte ſuperiori. 166

Inteſtina tenuia cur doloribus ſubiecta. 162

Inteſtini duo, vnum vtile in cognitione aliud in operatione. 164

Inteſtina ſi rapiantur ab aquila, coruo vel hoſtibus quale ſit fauſtum aut Infauſtum. 101

Inuentio.

Inuentio poteſtate quidem infinita eſt, actu verò finita. 90

Inuentio pene ſola infinitum cum finito coniungit. ibid.

Inuentio nos cum diis continuat. ibid.

Inuentio pulcherrima eſt quæ duo complectitur. 93

Inuidia.

Inuidiam parit inæqualitas, ex inuidia odium. 50

Inundatio.

Inundatio generalior, eſt minus terribilis. 15

Italus.

Italus ambitioſus & ob id ſeditioſus. 96

Iuriſconſultus.

Iuriſconſulti quomodo viuere debeant. 64

Iuriſprudentia.

Iuriſprudentia æquam viuendi rationem docet. 442

Iuſtitia.

Iuſtitiam moniti diſcite & non temnere diuos. 45

Iuſtitia laudatur & negligitur, incolit illa cœlum &c. 51

Iuuenis.

Iuuenis dicitur qui peruenit ad trigeſimum annum. 20

Iuuentus.

Iuuentus aſſueta Senum Conſiliis parere prudentior euadit. 22

L

Labor.

Labor non nocet Sanis, at ægros perdit. 241

Lac.

Lac aſinæ inter purgantia medicamenta mitius eſt. 174

Lactatio.

Lactatio perſæpe cohibet menſes. 369

Læſio.

Læſio dum eſt medenda, corpus euacuandum eſt. 425

Lapis.

Lapis Herculeus ferrum ad ſe trahit. 12

Lapis qui è cœlo cecidit quiſnam fuit. 41

Lapides à lapidibus ſex differentiis diſtinguntur. 521

Lapides quinque ſunt naturâ pulcherrimi. 110

Latro.

Latrones quibus ſuppliciis affici debeant. 34

Latrocinium.

Latrocinia regum laudamus, pauperum punimus. 107

Leo.

Leonem ex vngue iudica. 36

Leo robuſtiſſimum & fortiſſimum eſt animal. 13

Leo quoties rugit famelicus eſt. ibid.

Leo morbo terriano affligitur. ibid.

Lepades.

Lepades per mare vagantur. 10

Lepus.

Lepus ſemper eſt in timore, & tamen ſemper edit, paruóque contentus eſt. 13

Lepus quia timidus, quærit latebras. 27

Lex.

Legibus diſſentire ob falſam doctrinam eſt per abſurdum. 4

Lex Hebræorum quàm diu permanſit. 18

Leges certis temporibus refici debent 22

Leges Lycurgi & Solonis. ibid.

Leges dum fuerunt corruptæ, Roma periit. 26

Legum Series à Iuſtiniano conſtituta. 32

Leges vt obſeruentur quinque Cenſores eligantur in ſingula Luſtra. 37

Legibus qui præſunt, illis non ſubiacent. 50

Leges & communes & commodæ quibuſnam neceſſariæ fuerunt. 54

Leges non ſolùm prohibent, ſed puniunt & efficiunt. 55

Leges qui violat deterioréſque facit is planè iniuſtus eſt. 56

Lex ſi ignota & occulta omnibus ſpes datur. 60

Lex quæ non ſeruatur, Lex non ſit. 61

Legem ſeruari omnium eſt principaliſſimum. ibid.

Leges vt obſeruentur, legibus ſint omnes ſubiecti. ibid.

Legem in contraria vertere, à longo vſu diſcunt homines. ibid.

Leges plerumque ad commoda paucorum conſtituuntur, aut ſaltem ſimpliciter iuſtæ. 62

Leges ſimplices ſcribi cur debeant faciles. 64

Lex dei mitior eſt quàm hominum. 67

Legi quæ ſubijciuntur, ad religionem transferri ſuperuacuum eſt. 69

Liber.

Liber eſt Deus, quis enim illum cogere poteſt. 6

Liber nullus tam malus eſt, quin aliquid boni habeat. 274

Lienoſus.

Lienoſus vbinam corruptum ſanguinem habeat. 365

Lingua.

Linguas imperia ſecum ducunt. 28

Lingua ſicca vocem ſubaſperam facit. 147

Littera.

Littera eſt minima pars compoſitæ vocis. 73

Lupus.

Lupus.
Lupus ſi non noceat neque vlulet quid ſignificat. 477
Lupi fiunt rabidi. 498
Lyſander.
Lyſander Spartæ quid ciues docuit. 424

M

Macedones.

MAcedonum regni duratio. 18
Magiſtratus.
Magiſtratus apud Romanos ſeptem. 547
Magiſtratus omnes vrbiei annui ſunt. 36
A Magiſtratibus data præmia. ibid.
Magiſtratus apud Romanos quomodo fiebant. 547
Magnitudo.
Magnitudo ſiccitatis ſequitur magnitudinem temporis. 372
Malum.
Mala duo faciunt qui inordinatè ſcribunt. 143
Malum ſummum in hominibus quale ſit. 98
Malorum magnorum medela eſt, tempora, & regiones. 97
Malum punicum.
Mali punici dulcis & acidi effectus. 360
Manſuetus.
Manſueti ſunt bene fortunati. 451
Marmor.
Marmor eſt omnis lapis leuis. 129
Materia.
Materia atra nunquam perfectè concoquitur. 307
Materia acris vbi eſt, fluxiones natura tentat. 103
Materia tota morbi ſi educatur, æger nimis debilitatur. 344
Materia, quando furioſa eſt. 426
Mathematica.
Mathematica non efficit hominem prudentem vt Philoſophia moralis. 185
Matrimonium.
Matrimonia indiſſolubilia inſolerabiles reddunt vxores. 50
Medi.
Medorum regni duratio. 18
Medicina.
Medicinæ quæ tollunt morbum comitialem. 401. & ſeq.
Medicinæ leues. 424
Medicinæ perfectè notæ effectus. 442
Medicus.
Medicus qui morbum inſanabilem curare tentat ægrum occidit. 55
Medicus quid polliceri & prædicare poteſt. 171
Medicis auarus homo multis modis incommodus eſt. 179
Medici ſtipendio publico alantur. 64
Medici optimi, quale ſit officium. 282
Medicus cum natura quid poſſit. 373
Mel.
Mel ex fœtidis apibus. 537

Melancholia.
Melancholia cur fiat autumno. 393
Membrana.
Membrana carnea poteſt mouere cutim. 574
Membrum.
Membra quatuor, manus crura, &c. ad quid neceſſaria. 542
Membra valida impellunt ſuperflua ad debilia. 345
Memoria.
In Memoria ſolùm concepta imaginamur. 541
Memoria humana paucorum magna eſt. 447
Memoria pars eſt & facultas principalis animæ. 141
Mendacium.
A Mendaciis arceantur pueri. 55
Mens.
Mens eſt incorporea. 540
Mente plus fingimus quàm fingi poſſit. 17
Mens noſtra corpus noſtrum agit. 6
Mens eſt communis, niſi cum ad perfectionem quandam peruenerit. 28
Mens cur immortalis. 540
Menſes.
Menſes mulieris in cibo ſumpti quid poſſint. 102
Metallum.
Metallorum omnium diuerſus ſonus. 110
Metus.
Metus effectus. 62
Militia.
Ad Militiam quinam apti ſint viri. 64
Militia quid eſt. 70
Militia Cæſaris aliena eſt noſtrorum temporum. 71
Morbus.
Morbi incommoda multis ad doctrinam profuere, aliis robur ad gloriam. 13
Morbi accenſi in quatuordecim diebus iudicantur. 20
Morbi ciuium tyranni malæ leges. 58
Morbi comitiales quomodo curantur. 102
Morbi vmbilici quinam ſint. 149
Morbi acuti in quatuordecim diebus terminantur. 270
Morbi lethales quinam ſint. 173
Morbi acutiſſimi & lethales in continua febre. 179
Morbo magno rex laborans, fœlix eſſe non poteſt. 185
Morbos faciunt conſtitutiones aëris. 199
Morbos communes aqua gignere poteſt & cuinam. 200
In Morbos pituitoſos cur pueri incidant. 393
Morbus qui à ſtomacho peruenit quomodo curandus. 405
Morbus comitialis in viris, adultis, & quomodo curetur. 407. & ſeq.
Morbus comitialis a quibus medicinis tollatur. 410. & ſeq.

Index Rerum

In Morbo comitiali quinam cibi ſint eligendi. 415. & ſeq.
Morbis acutis carnes & oua dare non expetit. 281
Morborum diuturnorum terminus eſt centum viginti. 283
In Morbis omnibus intermiſſionem non magnam nec ordinatam adeſſe neceſſe eſt. 282
Morbi acutiſſimi & lethales ſunt in autumno. 335
Morbi aliqui cur ſequantur motum æqualem, alij inæqualem. 375
In Morbis dies Septimus eſt omnium ſignifer. ibid.
Morbus regius, vnde fiat. 250. & 356.
Morbus dum ignotus eſt quid faciendum. 242
Morbus regius lethalis non eſt ante ſeptimum. 249
Morbus lateralis nunquam ſoluitur fluxu ventris. 259
Morbum longum facit materia craſſior. 265

Mores.

Morum mutatio in Principe quid efficit. 52

Mors.

Mortis neceſſitate carent quæ non viuunt. 13
Mors eſt medioctis pœna. 34
Mors omnia mala ſoluit. 45

Mortalis.

Mortalibus tres ſunt formæ viuendi. 482

Morus.

Morus eſt arbos bombicum. 458

Morſus.

Morſus hominum ſordibus aurium curari volunt. 102

Mortuus.

Pro Mortuorum venia fiant ſupplicationes. 38

Motus.

Motus, parua dum magna efficit, multa detegit. 95
Motus, quid ſit. 290

Mulier.

Cum muliere aliena ne quis concubat, etiam ciuitate illius captâ. 37
Mulieri aluo gerenti aluus profluens periculoſus eſt. 374
Mulier nulla ſit, cùm in caſtra itur. 17
Mulier longè humidior eſt viro, & minus calida. 147

Multitudo.

Multitudo imperita quid neceſſariò habeat. 52
Multitudo hominum cùm creuit quid neceſſe fuit. 54

Mundities.

Munditiei ſuper omnia ſtudeant homines. 37

Mundus.

Mundus omnium capax eſſe non poteſt. 9
Mundi pars interior quibus ſit obnoxia. 52
Mundi partes quomodo variantur. 540

Murus.

Murus ad perpendiculum erectus, obliquo fit perennior. 92

Mus.

Murium perfectio & imperfectio. 8

Muſculus.

Muſculi ſunt octo. 150
Muſculi tranſuerſi, ſunt poſiti ſecundùm latitudinem. ibid.
Muſculus quid ſit & ex quo conſtet. ibid.
Muſculus anceps generationis. 466
Muſculi ijdem in pedibus qui in manibus. 493

Muſica.

Muſica vndénam laudanda. 105
Muſica vim ſonorum cognoſcere docet. ibid.

Mutatio.

Mutatio certis accidit temporibus, finis nunquam. 17

Mutus.

Mutus quomodo audire & ſcribere poteſt. 462

N

Narratio.

NArrationis modi ſunt quatuor 567

Natura.

Natura cur piſcium omnibus reliquis animalium formis coæquetur. 9
Natura animalium loco metalla & lapides genuit. ibid.
Naturæ opus æmulans optimum eſt. 11
Natura hominis videtur mundi conſtitutioni ſimilis eſſe. 12
Natura animalium eſt vt ſui generis ſimilibus gaudeant. 50
Natura quomodo criſim peragit. 267
Natura humana, vltra quod procedere non poſſe videtur. 447
Natura hominis quæ eſt non exiſtimat, ſed ad vlteriora progreditur. 66
Natura quæcunque horribilia repellit. 486

Naſcens.

Naſcentes morimur, finíſque ab origine pendet. 446

Neceſſitas.

Neceſſitas coacta amorem minuit & faſtidium parit. 35
Neceſſitas religioni præponatur. 67

Neruus.

Nerui oriuntur à cerebro. 552
De Neruo dentis. 485

Nicoli.

Nicoli creduntur felices in pugna., duriores ſunt achate & ideò magis nitent. 524

Nobilis.

Nobiles quinam ſint. 63

Nobilitas.

Nobilitas rerum ad delectionem mortales ad ſe trahit. 66

Numerus.

Numeris quæ ſeneſcunt, certis numeris continentur. 25

Nuptia

Nuptia.
Nuptiæ faciunt coſtare Rempublicam. 31

O

Occaſio.
OCcaſio vnde quis ægrotare cœpit. 358
Occaſionem cum habemus durum eſt non poſſe vti. 580
Oculus.
Oculorum lotura crurium & pedum vitia tollit. 102
Oculorum ptergia & nubes fel humanum ſanat. ibid.
Oculum anima cognoſcendo, cognoſcit colores & reliqua. 42
Oculus niger quid ſignificat. 258
Odium.
Odium populi & nobilium. 38
Odium ſupplicia pariunt, remiſſa contemptum. 55
Odia ciuium ſeditionem pariunt. ibid.
Ad Odium ſtercus illius quem amat calceo imponitur eo neſciente. 102
Odor.
Odores pharmacopolis habere liceat. 64
Onyx.
Onyx quis & qualis. 323
Opalus.
Opalus gemmarum eſt regina. 329
Opes.
Opes delectant pectus auaritia flagrans. 453
Ophtalmius.
Ophtalmius lapis, ab oculi ſimilitudine dictus. 330
Optimus.
Optimum deeſſe nunquam poteſt. 446
Opus.
Opera animæ ſunt quatuor. 541
Opus ab actione differt. 577
Origo.
Originem ſuam quid ſeruat. 75
Os.
Os quid eſt. 145
Oximel.
Oximelis ſumptio. 412. & ſeq.
Oximelis iuuamentum & nocumentum. ibid.

P

Pars.
PArs noſtri quinam ſint. 47
Parte ſua, omne totum maius eſt. 92
Partes ſingulæ cur habeant ſuum ſenſum. 446
Paſſio.
Paſſio ilica rarior eſt quàm colica. 161
Pater.
Pater dum eſt ſuperſtes, infans regnare non dicitur. 22
Pauper.
Pauperibus neceſſarium adimitur, diuitibus ſuperfluum. 12

Pauperi non liceat pro eo qui habet accuſare ne legi fraus fiat. 37
Paupertas.
Paupertatis effectus. 13
Pecunia.
Pecuniæ omnium eſt difficillimum ac potentiſſimum. 62
Pedites.
Pedites in ſex claſſes diuiſi. 546
Pediculus.
Pediculi à morituris diffugiunt. 474
Perfectio.
Perfectio omnis finita potentiâ, diuidi poteſt in partes infinitas. 5
Perfectus.
Perfectum nullum animal ſub terra eſſe poteſt. 9
Periculum.
Pericula imminent vndique regibus. 21
Pericula quæ imminent Imperatoribus. ibid.
Periculo reſiduum compara & iucundè viues. 96
Perpetuum.
Perpetuum quid ſit apud mortales. 58
Perſa.
Perſarum regnum quandiu ſtetit integrum. 18
Perſona.
Perſona quæ nemini ſubiecta eſt, quæ & quibus modis deprehenditur. 96
Pes.
Pes cordi quantum poteſt naturali potentia reſiſtit. 12
Peſtilentia.
Peſtilentiæ ſex; prima Troiani belli tempore, ſecunda &c. 15
Peſtis.
Peſte vix vnum aut alterum egregium virum ſublatum inuenies. 45
Peſtis an ſit ex neceſſitate conſtitutionis mundi. 437
Peſtis à cœlo facta non eſt toto genere humano pernicioſa. 438
Peſtis nullam gentem extinxit. 439
Petrus Lombardus.
Petrus Lombardus magiſter ſententiarum appellatur. 570
Pezar.
Pezar lapis Toxica depellit. 12
Phreniticus.
Phrenetici multi fiunt æſtate. 254
Pingueſcens.
Pingueſcens celeriter, celeriter extenuatur. 549
Piſcator.
Piſcator paruos piſces dimittat ad eſcam aliorum aut ad incrementum. 35
Piſcis.
Piſces veri qui non anhelant, collo carent. 540
Piſces vt natarent quid eſſe oportuit. 9
Piſcium monſtra ſunt frequentia in Noruegia. 533
Piſtor.
Piſtores molitores & coqui alios artifices præcedant. 35

Plebs.
Plebs noo poteſt dominari. 51.& 58
Plenus.
Plena ſunt Deo omnia in hoc mundo. 12
Plena ſunt omnia difficultatis & anguſtiaſum. 47
Podagra.
Ad Podagram, pueri nuper nati detenſi capilli impoſiti pedi, ſalubres ſunt. 102
Pœna.
Pœna eſt rebus perpetuis vitæ ſupplicium. 34
Pœnas ſatiùs eſt date paucis quàm multis. ibid.
Pœnam manifeſtum eſt & peccarum eſſe coniuncta. 45
Pœna eum quibus coniuncta ſit. ibid.
Poicilus.
Poicilus quis & qualis. 528
Polus.
Sub Polis quæ ſunt, cœli inclementiâ vrgentur. 13
Porcus.
Porci ſunt omnes viciati. 45
Progreſſio.
Progreſſio ſit ex multiplicatione. 121
Perfectio.
Perfectio humana in duobus aut tribus conſtat. 413
Porſenna.
Porſenna rex Romam liberauit. 17
Premium.
Præmium quibus aſſignetur. 37
Præmia ob maiorum benefacta augentur. 44
Princeps.
Principes ſemper iidem manent. 22
Principium.
Principia hominum uita. 440
Principium pro diſciplinis naturalibus eſt, quod ſimilis à ſimili ſit. 4
Proditor.
Proditorum filij filiæque caſtrentur. 37
Propheta.
Prophetarum domini quadraginta occiſio. 44
Proportio.
Proportionis dictio. 513
Prudentia.
Prodentia ab experientia proficiſcitur. 69
Prudentia opus eſt in eligendo exercitationem boni. 449
Ptiſana.
Ptiſana frumentacea ferè nutrit quantum panis. 187
Ptiſana frumentacea acutis morbis eſt præferenda. ibid.
Ptiſanæ vſus malus eſt ad vitæ longitudinem. 190
Ptiſana in quacunque febre dari poteſt. 280
Puellus.
Puellus dicitur, ab anno vtque ad ſeptem annos. 20
Pugna.
Pugna paucotum aduersùs multos qoid ſtultius. 434
Puluis.
Puluerem pyrieum ſiccandi modum inuenit Franciſcus Zepadus. 488
Puer.
Pueri & adoleſceotes natare diſcant armati Lorica, thorace & clypeo. 37
Pueri ſunt admodum voraces. 396
Puer quandónam pubeſcit. 317
De Puero bicipiti. 466
Puer dicitur qui ætatis eſt quatuordecim annis. 20
Pueri meritò omnia ſeruilia patiuntur. 32
Pueri verberentur donec ſanguis abundè effluat. 34
Puſtula.
Puſtulas æſtas diſſoluit. 369
Putredo.
Putredinis cauſa ſunt calor & humiditas. 331
Putredo peſtilens qualitate non quantitate maior eſt. 332
Pyrites.
Pyrites quis & qualis ſit. 529

R

Radix.

Radix mali punici nocte ſplendeſcit. 537
Radix mali punicæ arboris eſt candida dum putreſcit. 538
Reditus.
De Reditu omnium. 441
Regnum.
Regnum Hebræorum. 18
Regni antiqui comparatio eum ægris corporibus. 21
Ad Regna obtineoda quid ſit opus. 21
Regna vi & voluntate retinentur. 30
Regnum Perſarum eſt aries, 41
Regnum Græcorum eſt hircus. ibid.
Regnum omne aut imperium, aut timidis aut audacibus conſtat viris. 70
Regnum quod diuturnum eſt felix, tyrannis breue & infelix. ibid.
Regnum quod rebellaturum eſt quale eſſe debeat. 30
Regnum humanum quibus conſtet. 450
Regnum Saracenorum quando incepit. 436
Religio.
Religionis effectus. 50
Religionis vtilitas. 65
Religio bene conſtituta quid ſit. ibid.
Religionis commoda & bona debent eſſe erga Rempublicam & ſingulos ciues. 66
Religioni quæ aduerſantur tria ſont. 68
Religio noſtra in quo cæteris præſtet. 69
Religionis auteritas quantùm creſcere debeat. ibid.
Ren.
Ren voicus quid decernit. 101
Res.
De Re, operatione, quantitate & loco multa. 25

Reſina

Reſina.
Reſioꝛ virtutes. 538
Reſpiratio.
Reſpiratio duplex eſt. 417
Reſponſio.
Reſponſio Apollinis Delphici fabuloſa. 473
Reſpublica.
Rempublicam diuturnam oportere eſſe in tuto loco manifeſtum eſt. 58
Ad Reipublicæ ſalutem quid præſtat. ibid.
Reſpublica quibus conſtat. 69
Reſpublica ſi potens eſſe debeat, quid eſt neceſſarium. ibid.
Reipublicæ tres partes. ibid.
Reſpublica quæ retinere non poteſt, occupare non debet. 59
Retentio.
Retentio fit à frigiditate & ſiccitate. 166
Reuolutio.
Reuolutiones anni ſunt quingenti & quadraginta. 28
Rex.
Rex & populi ſumma fide & varietate res agere debent. 29
Rex ſemper gaudet vixque in anno diem aut noctem vnam habet ingratam. 25
Romanus.
Romani nunquam quicquam reddiderunt niſi poſt adeptum imperium. 59
Romani olim orbem agitabant. 436
Romani tantùm vno anno Iani templum clauſerunt libertatis tempore. 52
Romanis vbi defuit hoſtis, ſtatim Romanus eſſe cœpit. 51
In Romanis nominum varietas fallit. 549
Roſa.
Roſæ in calidas regiones traductæ celeriter florent. 458

S

Saccharum.
SAccharum ex arundine. 537
Sacerdos.
Sacerdos ſi reuelet flagitia alteri, ſummo pereat cruciatu. 67
Sacerdotes quid habere debeant. 34. & 67
Sacrificium.
Sacrificia antiquorum. 467
Sapiens.
Sapientis eſt inuenire metam potiuſquàm extendi. 58
Sapiens laudatur ex his quæ nouit. 450
Sapiens quis ſit. 454. & 424
Sapiens & felix homo dici non poteſt niſi ad cæteros comparatus. 577
Sapientior altero, ita & felicior. 578
Sapientes ſunt optimi viri. 539
Sapientia.
Sapientia, perfectio & felicitas bona ſunt. 577
Sapientia Regis eſt circa hominum conſilia. 27
Sapientia vt floreat, oportet vt iidem qui ſunt habeantur pro ſapientibus. 28
Sapientiæ verbo quid intelligitur. 577
Sapientia quid. 562
Saliua.
Saliua ieiuni hominis quid poteſt. 102
Saliuâ faſcinationes arceri putabant Antiqui. ibid.
Salſum.
Salſum vix erodit, imò ſiccat potiùs. 209
Sanguis.
Sanguis dum in febribus verſùs cerebrum fertur minatur conuulſiones. 299
Sanguinis copioſus exitus omnem morbum alleuiat. 306
Sanguinis largas effluxiones quid ſequatur, 309
Sanguinis detractio quid facit. 316
Sanguinis mictus ſemper morboſus eſt & cum periculo. 319
Sanguinis eruptio larga è naribus, ægrum liberat. 346
Sanguis menſtruus naturali frigidior eſt. 361
Sanguis ſi in templo ſparſus ſit præter ſomnum quid faciendum. 67
Sanguis in quibus morbis & quando eſt præmittendus. 410
Sanitas.
Sanitas laudatur, vbique tamen homines vagantur morboſi. 55
Sanitas cogitatione potiùs quam re conſtat. ibid.
Sanus.
Sana corpora omnibus præferuntur. 55
Saracenus.
Saracenorum imperio nihil violentius. 456
Sardanapalus.
Sardanapalus luxu Aſſyriorum regnum perdidit. 27
Sardius.
Sardius quis & qualis. 529
Scabies.
Scabies vnde gignuntur. 263
Scelus.
Scelera tribus modis patrant homines. 34
Per Scelera ſemper ſceleribus tutum eſt iter. 23
Scientia.
Scientia mentis quæ res facit, eſt quaſi ipſa res. 4
Scientia eſt per cauſas. 5
Scientia in mente diuina fruſtra eſſet, ſi non eſſet qui ſciret. 43
Scientiam veram nemo habet, nec ea apud homines habetur. 92
Scientia numerandi, omnium eſt nobilis. 147
Scientiam quam habemus, qui noſmet ignoramus. 3
Scephaſtus.
Scephaſtus lapis eſt nigricans non perſpicuus. 535
Scriptura.
Scriptura originem habuit poſt neceſſariorum inuentionem. 55
Semen.
Semen genitale vndenam procedit. 348

Index Rerum

Senex.

Senex qois dicitur. 20

Senes auasi ſunt, iuoenes prodigi. 500

Senſus.

Senſo exteriote quatoor modis ſeotitut. 543

Senſus externus, internus & memoria manifeſtè differunt. 543

Seoſus viſio leuites tangit. 500

Senſus dæmones vt tes ipſæ validis motibus mouent. ibid.

Senſus vtrùm in indiuidoo couſtet vel non. 540. & 541

Sentiens.

Sentiens eſt aliod ab operante. 540

Sententia.

Sententia pet imperioem iudicis lata falſa reſtituet iudex ex ſuo. 36

Sericum.

Sericum ex vetmibus. 587

Serpens.

Setpens mortuus quid ſignificat. 478

Setuiles ſunt maximè naturâ iuuenes. 32

Seruus.

Setuorum duplex eſt genus. 41

Setuis Romani vtebansur. 63

Signum.

Signa decretoria quæ non decernunt. 540

Signum iudicatorium quale ſit. 541

Signum malum in morbis quódnam eſt. ibid.

Signum bonæ & malæ fortunæ. 463

Signum belli equeſtris aot penuriæ tritici. 476

Simplicitas.

Simplicitate qui deceptus eſt prorſus ab omni pœna & infamia ſit immuois. 67

Smaragdus.

Smaragdi & Carbunculi ſpecie ſunt idem. 521

Sol.

Sol vincit aquas, & in äërem eas vertit. 70

Solaris.

Solatis gemma eſt chryſolitho ſimilis ſed ſplendidior. 526

Somnium.

Somniorum ioterpretationem nemo doceat. 35

Somnus.

Somnus nimius vitandus eſt. 395

Sonus.

Soni magnitodo eſt quòd ſit grauis aut acutus. 105

Sonus quis vetè maior, acutiot, aut grauior. ibid.

Sonus ob varietatem ſit iucundus. 106

Sonus quare eſt accidens aurium ſenſu proprio. 210

Species.

Species homana qualis ſit. 446

Spes.

Spes fortunæ conditionem ſeqnitur. 60

Spes non in omoibus eſſe poteſt, faciléque debilitatur. 62

Spem fruſtratam aut bonam quid indicat. 479

Spherula.

Spherularum vitrearum vſus eſt frequens Venetiis. 488

Sputum.

Sputum album, lene, &c. quandónam ſit. 339

Status.

De ſtatu neceſſario & his qoæ ſunt &c. 442

Stellatus.

Stellatus lapis frequens inuenitur in Iſtro. 525

Stellatus lapis qualis ſit. ibid.

Sternutatio.

Sternutatio eſt leuis Epilepſia. 392

Stirps.

Stirps deletur, quoniam facinora maxima maiores perpetrarunt. 14

Submerſus.

Sobmerſorum ſub aquis ædificiorum in Italia adhuc veſtigia cernuntur. 15

Sudor.

Sudor, quatuor modis morbum minuit. 210

Sudor capitis Senibus familiaris eſt. 254

Sudor perpetuus quid ſignificat. 312

Sudoris in facie cauſa. 319

Sudor vodénam fiat. 332

Superbia.

Superbia eſt pars amentiæ. 96

Sus.

Sus olim ſacrificabatur. 478

Suſpectus.

Suſpectus eſt animus Tyrannicus. 14

Syllaba.

Syllaba eſt indiuidua & perfecta vocis comprehenſio. 72

Synapi.

Synapi tentat admodum caput. 397

T

Tabula.

TAbulæ curioſitas inuentæ in Sepulchro Capys conditoris Capuæ. 36

Tempus.

Tempora dicuntur, quia his partibus ætas maximè decernitur. 385

Teophraſtus.

Teophraſtus ſuam vitam deplorabat. 552

Terminus.

Cum terminis vtriſque conueniunt quæ ſponte generantur. 8

Terminorum morbi diuiſio. 282. & 283

Terra.

Terra non eſt elementum reſpirationis. 50

Terræ motus plurimi. 55

Teſſalatus.

Teſſalatus quis ſit lapis. 525

Teſtis.

Teſtes nutriuntur à vaſis ſeminariis. 363

Teſtudo.

Teſtudo aquatica terreſtri ſimilis eſt. 20

Theſaurus.

Theſauri loco Rhodericus Gottus arculam cum panoo inuenit. 45

Thorus.

Thori ſeparatio ſit ſi contagioſo morbo alter coniugum detineatur. 37

Tiberius

Memorabilium.

Tiberius.
Tiberius arte bellica inſignis. 430
Tiberius fuit è gente Claudia. ibid.
Tiberij odium in matrem & nepotes & quare. 232. & 233
Timidus.
Timidus omnium mortalium eſt miſerrimus. 563
Timor.
Timorem prodere nolens ſi timeas capi, cauſam metiaris. 98
Topazium.
Topazij proprietates. 523
Tortor.
Tortores hominum quinam. 21
Tranſlatio.
Tranſlatio dicit comparationem duarum quantitatum. 513
Tributum.
Tributis pauperes grauantur. 12
Tumor.
Tumor durus & doloroſus per totum præcordium eſt peſſimus. 346
Turca.
Turcæ putant Chriſtianos eſſe damnatos. 62
Turcarum imperium vi retinetur. 437
Tutus.
Tuti fuere Lacedæmonij,& quando. 29
Tyrannicus.
Tyrannicum eſt occupare aliena. 55
Tyrannicum non eſt aliquid pati. 12
Tyrannis.
Tyrannidem quiuam exercent. 11
Tyrannide eò magis reſpublica vacat, vt meliùs inſtitura fuerit. ibid.
Tyrannis ſiſtitur ad genus humanum. ibid.
Ex Tyrannide Gelo Carthaginenſes fœdere coëgit. 46
Tyrannide depoſitâ & conſtitutis legibus Lydiades occubuit. ibid.
Tyrannidem Miltriades in Cherſoneſo exercuit. ibid.
Tyrannis res eſt quæ vbique viget. 55
Tyrannidem alios exercere permittens tyrannus eſt. 56
Tyrannidem occupantibus quid eueniat. 62
Ad Tyrannidem vitandam quid faciendum. 12
Tyrannus.
Tyrannum vix habere diem & noctem felicem dici ſolet. 25
Tyrannus non putat eſſe deos, leges credit ſuam voluntatem. 48
Tyranni quinam dici non poſſint. 55
Tyrannus quis eſt. ibid.
Tyrannorum ſunt octo genera. 56
Tyrannum occidere neque fas eſt. ibid.
Tyrannum plures habere ſatellites quàm ciues difficillimum eſt. 58
Tyrannus eſt magiſtratus ſi non puniat. 55

V

Vapor.

VApor in pede quomodo aſcendere impediatur. 404
Vapores putridi quid efficiant. 382
Vectigal.
Vectigal ferri & chalybis & plumbi nullum, maximum ex aliis metallis. 35
Veientana.
Veientana Italicus lapis non eſt gemma. 524
Vena.
Venas amplas qui habent validioris ſunt iecoris. 349
Venæ oriuntur à iecore. 152
Venarum ſubſtantia conuenit cum corde & non cum iecore. ibid.
Ex vena porta lienis nutritio. 363
Veneficium.
Ad Veneficium ſanguis leproſi in potu datur. 102
Venenum.
Venenum quandiu ſine noxa fertur. 497
Venenum in ciuitatem differre omnino capitale eſt. 34
Venetus.
Venetorum origo, 52
Venter.
Ventres in corpore humano tres ſunt. 542
Venter ſi oſſeuſus eſſet intumeſcere non poſſet. ibid.
Venter diuiditur in octo partes. 545
Ventris pars ſuperior, cur magis impugnatur. 548
Ventriculus.
Ventriculi anium forma & numero ab humano diſtant. 535
Ver.
Ver nec vna Hirundo facit nec vna dies. 579
Ver ad quos morbos procliue ſit. 394
Ver in ſe eſt ſaluberrimum, ſed mortale eſt corporibus repletis. ibid.
Verecundia.
Ob Verecundiam multi noluut fateri ſe deceptos. 31
Veritas.
Veritas omnibus eſt antepouenda. 4
Veritatis ſcientia nihil iucundius, nihil vtilius. 18
Veritatem ſcelerati homines corrumpunt. 27
Vermis.
Vermes à dulcibus nutriuntur. 503
Vermes occiduntur à ſalſis. ibid.
Vermes fiunt ex niue. ibid.
Vermes vnde generantur. 484
Vermes cutacei venenum ſunt. ibid.
Vermes vbi generantur. 567
Veſtimentum.
Veſtimentum quale ſignum eſt. 83
Vinculum.
Vinculum omne verſus principium trahit. 492
Vinculum quale ſit herniæ aptum. 353. & ſeq.
Vigilia.
In Vigilia ſenſus omnes interiores operantur. 294
Vigilia quale eſt ſignum. 230
Vinum.

Index Rerum .

Vinum.

A Vino vtrum abſtinendum dubiũ eſt. 397
Vinum cur pueris negandum. ibid.
Vinum maſculus à tempore nuptiarum bibere incipiat. 55
Vini vncias meraci cum croco bibant. 55

Violentia.

Violentia robore indiget. 29

Vir.

Vir quis eſt. 20
Viri magni patriæ perniciem attulerunt. 431

Virtus.

Virtuti numerorum multa tribuere antiquorum mos fuit. 25
Virtus hominem aliis maximè conciliat. 451
Virtutem adipiſci expetendum eſt. 252

Vis.

Vites imbecilles facit autumnus. 227
Vim quánnam appellare ſolemus. 5
Vis, quæ eſſe poteſt, ſi tyrannus conſenſu populorum rebellet. 30
Vis ob vnitatem eſt perfectior. 434
Vis imaginandi quadrifaria eſt. 524

Vita.

Vitam longam quænam indicant. 479
Vitæ vitioſæ miſeria. 457
Vita noſtra circuitibus quibuſdam conſtat. 505
Vitam hominum non eſſe longam neceſſe fuit. 57
Vita hominis centum viginti annis perficitur, vt Moſes docet. 20
Vitæ hominum quatuordecim mutationes. ibid.
Vita hæc plena eſt erroribus, periculis atque terroribus. 47
Vitam infelicem neceſſe eſt vt homo degat. ibid.
Vita eſt per quam ſumus. 50
Vita melior, quàm mors in perpetuo pauore viuentibus. 57
De vita hominum cogitatio, ſtatuæ folium eſt. 97
Vita hominum in manibus Philoſophorum poſita eſt. 185
Vitæ beatæ argumentum quid ſit. 429
Vita cur nunc miſera. 434
Vita iucunda debet eſſe iuſta moderata & temperata. 449

Vitulus.

Vitulus marinus extra aquam viuit quia aërem reſpirat. 10

Vltio.

Vltiones ex bonis factis ac pœnitentiâ differuntur non tolluntur. 44
Vltio eſt quam vltionem non exiſtimamus. ibid.
Vltionem expetenti cur Deus non faueat. ibid.

Vnguis.

Vnguis toties renaſcitur quoties ſcinditur. 493

Vomitus.

Vomitus in morituris præſentem mortem ſignificat. 303
Vomitus Validioris virtutis eſt indicium. ibid.

Vox.

Vox diſſonans totam euertit harmoniam. 106
Vocibus ſinguli nerui ſeruiunt. 110
Vox tribus aut etiam quatuor modis emittitur. 111
Voces explicare interpretis eſt officium. 178

Vrbs.

Vrbs diues ad concordiam eſt ineptior. 85
Vrbs cum obſidetur quid faciendum ſit. 68

Vrina.

In vrina quatuor maximè ſpectanda. 214
Vrinæ bilioſæ, aquoſæ, &c. emittuntur; quoties renes abſceſſu detinentur. 219
Vrinæ tria ſunt genera quorum nullum bonum eſt. 233
Vrina quæ guttatim exit læſionem in cerebro ſignificat. 235
Vrinæ criſis eſt vtilis. ibid.
Vrinæ paucæ tenues abundantibus ſunt deteriores. 292
Vrinæ ſunt opus venarum iecoris non cerebri. 293
Vrinæ color ſalutem aut mortem ſignificat. 306
Vrina duobus modis concoquitur 307
Vrina & medicos & alios decipit. 317
Vrina Oleacea ad viridem referri debet. 321
Vrinam malam non habet omnis febris acuta. 323
Vrinæ coctio & cruditas vndenam pendeat. 327
Vrina quænam eſt mala & exitior. 330
Vrina fit nigra cum à bile atra tingitur. ibid.
Vrina viri epota, ſecundam à partu retentam eijciit. 102
Vrina humana cum nitro ad pruritus & ſcabiem prodeſt. ibid.
Vrinæ plus eijcit & magis difficulter ſpirat qui vberiore potu reſiſtit. 170
Vrina habet ſigna bonæ digeſtionis. 425

Vſus.

Vſus omnia poteſt. 37

Vtilis.

Vtilis vbinam eſt fortitudo. 36

Vxor.

Vxores duas ſimul habere Socratis tempore Athenis conceſſum eſt. 30

F I N I S.

AØ1 1454272.

Digitized by Google

H.60.

Digitized by Google

Digitized by Google